13
23 E
9

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECVLVM
PEREGRINARVM
QVÆSTIONVM
CONSTANTINI CAFARI.

SPECVLVM
PEREGRINARVM
QVÆSTIONVM FORENSIVM
DECISARVM.

AVTHORE

CONSTANTINO CAFARO I. C.

ATQ. IN REGIIS TRIBVNALIBVS VRBIS NEAPOLIT.

ADVOCATO MINIMO.

OPVS NVLLI NECESSARIVM, VNDIQVE INVTILE,
Ad Authoris inſtructionem compoſitum, & elaboratum,

NVLLI DICATVM.

Expers omni Epigrammate, Anagrammate, Epiſtola, Elogio;
Vacuum Ode, Elegia, ac Lyrico Cantico.

PRO QVIBVS

Reſperſum Nęnijs in Iudices, Aduocatos, & Procuratores, vna Veritate, atq; Ingenuitate refertum.

SINE NVMERIS, ET MEDIOCRI INDICE MATERIARVM, ATQVE ARGVMENTORVM.



NEAPOLI, Ex Officina Ioannis Franciſci Paci. M. DC. LXV.
SVPERIORVM PERMISSV.

NICOLAVS

E T

FRANCISCVS ANT. CAFARI V.I.D.D.

LECTORI F. PP.

ANTEQVAM noſtri parentis hunc Librũ, Lector, evolvas, eſt, ut de Auctoris inſtituto paucis te alloqvamur. Poſſet noſtra fides videri ſuſpecta, ſed res longè notisſima mẽdacij ſuſpicionem qvàm longisſimè abſtinet. Is poſt perfectè abſolutum humanitatis circulum, poſtq; evigilatas noctes in re philoſophica, atq; altioribus literis, juris prudentiam vehementer aggreſſus eſt, cumq; asſiduo, inflammatoq; animo; maxima etiam cum laude ad hoc ſtudium ſe ſe occupaſſet, omnium conſẽſu doctrinæ Lauream eſt aſſecutus. Nõ multò poſt ad perorandas cauſas incubuit, qvo in munere adeò excelluit, ut noſtra domus verũ Ciuitatis Oraculũ diceretur. Enimverò diligẽtisſimus in cauſis cognoſcendis, exponendiſq; nunqvam lactavit clientes; nunquam verborum plus habuit; qvàm operę. Erat illi, nec tacita, nec inops dicendi ſapientia, à verborũ verò inanium crepitibus ſemper abhorruit qvàmqvi maximè. Sed qvem in modum hanc Spartam ornaverit, ex eo eſt conijcere, qvòd diuitias nõ modicas coaceruarit; tametſi nunqvã magnitudinẽ qvæ-

ſtuum

ſtuum ſpectaret; nunqvam civilem ſapientiam pretio dehoneſtaſſet : nunqvam aſpernanter haberet, qvod ſibi ſemel officij gratia obtulerunt litigatores. Vt extaret aliqvid tandem, unde vixiſſe ſe poſteri ſcirent, adjecit animum ad conſcribendum, edendumq; literarium aliquod monumentum. Multa ſanè adumbraverat, ſed antea mortalitatem explevit, qvàm illa perficeret. Qvas tractat ingeniosè, diſputat etiam eleganter, prodeunt Forenſes, & Peregrinæ qvinqvaginta tantummodò qvæſtiones. Reliqua nõ erunt publici juris, qvòd cõſũmatu ſint difficilia; qvis enim eam Veneris partem abſolveret, qvam Apelles inchoatã reliqviſſet? Accipe igitur libẽti animo codicem, cujus doctrinam ſi volutaveris, magnam utiq; voluptatem, atq; utilitatem percipies; eſt enim Opus, non modò civili ſapientia refertum, ſed ornamentis etiã qvibuſdam, veluti gemmulis aliunde petitis variegatum. Si qvi verò errores irrepſerint, Chalcographo potiùs, qvàm ipſius Auctoris culpæ aſſignabis. Vale.

Reve-

Digitized by Google

Reuerendiſſime Domine.

TVo pręcedente mandato,& maiori quā potui animi attentione, perlegi aureum opus,cui titulus eſt. *Speculum peregrinarum quæſtionum* vtriuſque iuris in ſupremis Regni Neapolitani Tribunalibus deciſarum,à doctiſſimo,& integerrimo I.C. Cōſtantino Caſaro compoſitum, maximi nominis, ac veritatis doctore in noſtris Tribunalibus exiſtimato,qui non loquacitate verborum, non prolixitate ſermonis, ſed ſolidè, & breuitèr veritatem maxima ſuorum Clientum iuſtitię Zelotypia repręſentat, ad quem ſæpe ſæpius concurrentes Clientes repulsā obtinent defenſionis,ni eiſdem aſſiſtat iuſtitia, opus ſanè eruditionis vndequaque, & ſingulare ingenij acumen ſuauiter ſpirans, & ſalubriter digniſſimum: propterea mihi videtur ſi id ipſum Reuerēdiſſima Dominatio tua iudicabit, non ſolū Typis cōmittatur, ſed vt quam citius in vſum,fructumque aliorum exponatur:fateor enim,& enixè dico magna auiditate, & applauſu accipiendum à profeſſoribus, quicquid de tanto Viri ingenio, calamoque prodierit,non enim decantatas cantilenas aſſumit in quęſtionibus, ſed peregrinarum titulum congruenter appoſuit. Datum Neap. die quinto menſis Aprelis 1662.

Dominationis Tuæ Reuerendiſs.

Humillimus Seruus

Iulius Caponus.

In Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Philamarino Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 28. Iunij 1662. fuit dictū, quod ſtante relatione ſupradicti Reuiſoris imprimatur.

Paulus Garbinatus Vic. Gener.

Can. D. Matthęus Renzi S.T.D. & S. Off. Conſult.

Eccel-

Eccellentiſſimo Signore.

IAcouo Antonio Bagnolo mercante di libri in queſta Città eſpone à V. E. come deſidera ſtampare due Volumi Legali compoſti dal Dottor Coſtantino Cafaro intitulati *Speculum Peregrinarũ Quęſtionum V. I. deciſarum*,&c.Per tanto ſupplica V.E. ſia ſeruita cõmetter la reuiſione di eſſi à chi reſtirà ſeruita V. E. e l'hauerà à gratia, vt Deus, &c.

Magnificus V.I.D. D. Stephanus Padilla Iudex Magnę Curiæ Vicariæ videat, & in ſcriptis referat.

Galeota Reg. *Vlloa Reg.* *Nauarra Reg.*

Prouiſum per Suam Excell. Neap. die 5. Octobris 1661.

Villanus.

Excellentiſſime Domine.

ORdinatione Excellẽtiæ Veſtræ vidi librum *Speculum Peregrinarum Quæſtionũ* ab V.I.D.Conſtantino Cafaro compoſitum. Legi, & perlegi, nihilque, quod non ſit ſcitu,& dignum laude inueni;quare fructum maximum allaturum iudico ſi quam primum Typis mãdetur.Sententiæ Excellentiæ Veſtræ hoc meum iudicium ſemper ſubijcio. Die 15. Aprilis 1662.

Excellentiæ Veſtræ

Humillimus Seruus

D. Stephanus de Padilla.

Viſa ſupradicta relatione, Imprimatur. Verùm in publicatione ſeruetur Reg. Pragmaticam.

Galeota Reg. *Muſettula Reg.* *Vlloa Reg.* *Nauarra Reg.*

Prouiſum per S.Exc. Neap. die 27. Aprilis 1662.

Anaſtaſius.

INDEX
ARGVMENTORVM.

Quæſtio I.

AN ſicut Iudex dicitur propalaſſe votum verbis, vel ſcriptis, dicatur id fieri potuiſſe nutu, ſignis, motu corporis, riſu, vel alia geſticulatione; vt proinde poſſit recuſari? Plura curioſa de iraſcibilitate, promptitudine, vel immobilitate Iudicum. An ſicut in libello ciuili, libellans non tenetur declarare locum, & tempus, & coram quib⁹ perſonis res geſta ſit, ſed ſolum ad hoc adigitur in libello nouæ conuentionis, & in criminalibus, ſi in iudicio recuſationis Iudicum teneatur recuſans hæc etiam in libello exprimere? Nouus intellectus ad *c. Regni*, quod incipit, *Prolixitatem*, an iure, vel æquitate municipales leges, de pœnis ſuſpicionum diſponentes innitantur, cum deciſione S.R.C.

Quæſtio II.

De officio cuſtodis Portus Ciuitatis tempore peſtis. Officialis condemnatus in aliam pœnam pro delicto in officio commiſſo cenſeri, licet in ſententia nõ ſit expreſſum, officio ipſo, quaſi per concomitantiam, etiam priuatur, ſiue tale officium gratis, ſiue pretio obtinuit. Nullum diſcrimen, quoad pœnas dari inter vtrumque. Nullam dari actionem ad recuperandũ pretium talius officij. Nullam in officijs dari proprietatẽ. Idẽ omninò eſſe, ſi ſententia concepta fuerit; Priuetur, deponatur, deſtituatur, vel ſi dixerit nõ exerceat. Multa de *deciſ. Rota apud Farinac. in conſ. 5. & Aymon. conſ. 6. n. 109.* cum *deciſ. S R.C.*

Quæſtio III.

Magiſtro Nauis, qui in nauem inuexit merces tranſuehendas de loco ad locum, & dedit onerãti apodixam, quam vocant de carrico, in qua ſe ſe obſtrinxit conſignare illas merces in certo loco, & certæ perſonæ. An liceat ei non reſtituta prima facere eidem oneranti ſecundam apodixam conſignandi eaſdem merces in alio loco, & alteri perſonæ. Quæ conſuetudo ſit attendenda in hoc, loci, vnde ſoluit; an loci, in quo appulit? Quomodo probetur talis conſuetudo. Quæ actio quæratur primo, cui merces ex prima apodixa erãt conſignandæ ex eadem per onerantem ipſi trãſmiſſa, aduerſus nauis magiſtrũ, & quid ſi merces eſſent emptæ

de pecunia primi. Plura curioſa de conſtituto promiſſorio, & poſſeſſorio. Caſus nunquam, quod ſciatur, antea occurſus, & ſolemnitèr diſcuſſus, ac deciſus per S. R.C.

Quæſtio IV.

Capſarius alicuius Banci publici, qui pecuniã banci in eius vſus conuertit, & fuit tranſactus pro intereſſe ciuili, an poſſit de illo delicto criminaliter accuſari; Delictum in genere cõtra Capſarium quomodo probetur. An datur reuiſio reſtæ, ſiuè cõputorum ipſius Capſarij, ſi criminaliter pulſetur. Libri, & ſcripturæ bancorum, quam fidem faciant pro ipſo banco, an debeat puniri, ſi poſt litẽ cõteſtatam reſtituat pecuniam acceptam. Vtrum falſitas cõmittatur in non faciendo. Cum deciſione DD. Iudicum delegatorum.

Quæſtio V.

Quiſnam titulus ſit apponendus proceſſui contra Capſarios, aliqua de titulis proceſſuũ. Quodnam delictum ſit capere pecunias banci publici, an peculatus, an *l. Iuliæ* oſtenditur eſſe merũ furtum? An fideiuſſio præſtita per Capſarium initio ſuæ adminiſtrationis tollat actionem criminalem? De pœnis apud omnes gentes Capſariorum, & doloſè decoquentium, de pœna huiuſmodi furti, cum deciſione facta per quinque DD. Iudices delegatos.

Quæſtio VI.

An ſi is Capſarius, de quo in præcedentibus qq. habeat filium Doctorem artis medicinæ, nobilitas doctoratus filij porrigatur ad patrem, itaut pœnis, quibus plebei plectuntur, ipſe Capſarius plecti non debeat, cum deciſione Spectab. Iudicum delegatorũ. An è contra ob enorme delictum patrisfilius exutus dicatur magna nobilitate per patrẽ acquiſita. Multa de Medicis, & eorum arte. Sententia Parlamenti Pariſienſis, in Galliæ Seianum; Ancoritanũ Mareſcallum, aliqua de nobilitate, Muſicis, Eunuchis, & Ibericæ Hydalghis.

Quæſtio VII.

An renunciatio futuris probationibus, quæ fit antequam videatur examen teſtium fiſci, vel partis poſt didicita teſtificata, comprehendat etiam probationes, quæ fiunt per ſcripturas publicas, iuramentum, & rei euidentiam, cum deciſione eorumdem DD. quinque Iudicũ

in eadem cauſa Capſarij.

Quæſtio VIII.

Rationalis alicuius banci publici, ſi ſcienter effecit, vt ſoluta fuerit pcuratori iam reuocato pecunia debita creditori eiuſdem banci, quodnam delictum cõmiſiſſe dicatur, an furtum, an falſitatem, an vtrumque? Quid ſi incidat apochã iam ſolutam, &propterea poſitam in filſia;& aliam repoſuit ſcripturam in eadem filſia: quid ſi abraſit aliquod ex banci libris, puta diarium,il giornale. De pœna huius delicti,ductis argumentis ex *conſtit. Regni Iudices, §. de notariorum.* An abolitio generalis, quæ excludit notarios,excludat etiam Rationalem, & Miniſtrum banci publici committentis falſitatem. Cum ſententia Venetijs lata contra Diarij ſcriptorẽ, Giornaliſta vnius banci publici.

Quæſtio IX.

De liberantijs, quæ ex officio ſcribæ portionis emanantur, quid ſint, quomodo ritè expediantur. An *prag. 4. de empt. & vend.* quæ ſub pęna amiſſionis crediti, & alia corporali prohibet illarum venditionem, niſi in duobus caſibus, fuerit vnquã obſeruata, quando lex poſitiua obliget ſi non recipiatur, quid ſi iuit in deſuetudinẽ,vt exinde non obliget cõtrauenientes. An in lege diuina naturali detur Epikia; quid in lege poſitiua, quomodo, & quibus caſibus. An cõprehendat caſum neceſſitatis; in quem vendens fuerit facto ipſi⁹legislatoris coniectus. Quid ſi liberantia nõ cõtineat debitum ex gratia, vel ex ſtipẽdijs, ſed debitum ipſius legislatoris, ex contractu nominato, & iurato. An valeat lex, qua Princeps, ob contrauentionem creditoris ſuæ legi poſitiuæ,declaret ſemetipſum abſolutum à tali ingenti debito: cum ſolemni deciſione nouem ſpectabiliũ Iudicum delegatorum per Suã Sacram Regiam Maieſtatem.

Quæſtio X.

Continet materiam præcedentis quęſtionis; An perdat venditor liberãtię totam ſummam in ea contentã, ſi vendiderit ſolum partem illius. Et quid ſi pretiũ non fuerit ab emptore venditori ſolutum. Quid in alienante partem feudi, domino non aſſentiente, an perdat totũ. Quid in mercibus partim profeſſatis, & partim non. *Tex. in l. vulgaris, ff de furtis, expenditur.* Aliqua de antidata, de libris

Theſaurariæ, & arcę militaris, cedulis, contra cedulis forma computorum, aliqua de crimine peculatus, & de auxilio ad maleficia, cum deciſione reſpectu venditionis, & falſitatis in prima liberantia eorumdem nouem ſpectabilium DD. Iudicum delegatorum per Sacram Regiam Maieſtatem, & reſpectu falſitatis in tertia liberantia admiſſæ, cum deciſione totius Regiæ Cameræ Summariæ.

Quæſtio XI.

Euertũtur obiecta Regij fiſci, ſcriptis in præcedentibus quæſtionibus. Iterum de *prag. 4. de empt. & vendit.* exemplum paritatis in cõciſtorio Deorum, & quomodo pro reo diremptæ. Declarantur *tex. in l. ſi publicanus, §. de rebus, & l. cotem §. dominus, ff. de publicanis*; iterum examinatur articulus, quãdo propter merces non profeſſatas publicantur etiam profeſſatę. Iterum de formatione computorum ex contracedula, aliqua de abolitionibus, cũ deciſione cauſæ facta per dictos DD. Delegatos, & per Regiam Cameram.

Quæſtio XII.

Si cauſa propriè ſpectans ad Regium Fiſcum, quia actor tractetur extra Tribunal procuratoris Cæſaris, quod in Regno eſt Regia Camera Summariæ; & cœtus Iudicum (iuncta vocant) ſit conflatum ex Regijs Cõſiliarijs, & Pręſidentibus Cameræ, an ſicut Præſidentes ſedẽtes in aula eorum tribunalis; præcederẽt Regios Cõſiliarios, qui darentur adiuncti in aliqua cauſa; ità etiam debeant illos præcedere extra Tribunal, ſi cauſa, pro qua vniuntur, ſit verè fiſcalis; cum deciſ. Reg. Collateralis Conſilij coram Excell. D. Prorege. Rurſus ſi aliquis Conſiliarius ſit adſcitus ad munus Pręſidentis Camerę, & pręcedatur ibi à Præſidente aliquo ante ſe illud munus adepto; an hic Pręſidens extra Tribunal debeat præcedere illum Conſiliarium ſi vniantur in cauſa fiſcali cum alijs Conſiliarijs iunioribus ſe. Caſus nunquam, quod ſciatur, occurſus, & ſolẽniſſimè deciſus per Collaterale Conſilium, & Excell. D. Proregem; cum alijs ad rem cõducibilibus fortè non curioſis.

Quæſtio XIII.

An Regia pragmatica Illuſtriſ. & Excellentiſ. Comitis de Lemos emanata 3. Nouembris 1611. quæ eſt 11. *de ſuſpictionibus* Offi-

Official. in §. che le parti; renouata per Illuſtriſs. & Excellentiſs. Ducem de Alcalà 16. Februarij 1631. vt in *prag.* 14. eiuſdem tituli; quæ reſtrinxit tẽpus ad recuſãdum Iudices ad 40. dies poſt cęptum iudicium, & præcisè prohibet vlteriùs admitti ad recuſãdum; ex quauis cauſa de præterito: denegãs ꝑſonis priuilegiatis in integrũ reſtitutionẽ, & omne aliud iuris remedium aduerſus lapſum dictorũ 40. dierũ, comprehendat pupillum, doli incapacem, non habentẽ tutorem, vel ſi habet, non adimpleuerit; quid ſi eſſet feudatarius haberet tutorem, & non haberet Balium; cum deciſione S.R.C. Princeps Chriſtianus an poſſit totalitèr tollere in integrum reſtitutionem. Aliqua in defenſores cauſarum ſuſpicionum.

Quæstio XIV.

Clericus effectus miles, an ipſo iure dicatur exutus fori priuilegio, & vacet ipſo iure beneficium, an requiratur monitio, & declaratoria ſententia: quid ſi non fuerit in bello, & non exercuerit ſæua; quid in milite gregario; quid in centurione. Multa de inſignibus munijs, & poteſtate centurionum. Quando quis dicatur verè miles, quãdo verus centurio. De rollo centurionis, de rollo Scribæ portionis, quid rollus, quid liſta; de pœna deſertorum. Et ſi is centurio interim conueniatur pro cauſa ciuili coram iudice ſęculari; deinde reaſſumat habitum, tonſurã, ac beneficium, etiam de licentia Domini Noſtri Papæ; dicatur taliter præuenta à Iudice ſęculari, cauſa, & perſona; vt ſit ei deneganda remiſſio ad Iudicem Eccleſiaſticum: cum diremptione paritatis facta nuper per S. R. C. cum tribus DD. adiunctis.

Quæſtio XV.

Locatos Regiæ Dohanę menepecudũ Apuleę nullum fori priuilegium habere extra cauſas dependentes ab ipſa Dohana *cap.* 28. quondam Antonij Perenotti S. R. E. Cardinalis de grã Vela nuncupati Regni Locumtenentis generalis, expenditur, ac declaratur, oſtenditur nullum fori priuilegium potiri cõtra Neapolitanos; Itẽ ſi iuxtà vulgi opinionem haberent priuilegium, trahendi, & nõ trahi, poſſe nihilominus prorogare tacitè, & expreſsè iuriſdictionẽ cuiuſcumque Iudicis ordinarij. Neq; fiſcalem Regij patrimonij, neq; dohanam, neq; Regiã Cameram in dicta prorogatione

ne vllum habere intereſſe, cum pluribus deciſionibus S.R.C.& M. C. V.

Quæſtio XVI.

De cuſtode publicorum horreorũ: de quo in *l. 1. C. de conditis in publicis horreis lib.* 10. Frumẽtum quanto tempore præſumatur corruptum. Creſcat, an decreſcat in foueis. Cur frumentum Pharaonis, conditum per Ioſeph, durauit ſeptem annis? Quomodo conſeruari poſſit quinquaginta annis. Quando exitus vacuus factus per cuſtodem in ſuis cõputis, præſumatur potius error, quam dolus, vel furtum. Plura de incremento, ſiue, vt dicunt, creſcimonio. De depoſito pro pœna nullitatum in Tribunali Reuiſionis; quod terminus in illo debet eſſe non ſolum cum ſcripturis, ſed cum teſtibus, & alia; cum deciſione eiuſdem tribunalis.

Quæſtio XVII.

Si in menſuratione quantitatis cõtinuæ alicuius operis prætendatur menſorem falſitatem commiſiſſe, an talis falſitas probari poſſit per teſtes? Quomodo de iure veritas in talibus probari debeat. Quid ſi opus prædictum cum formatur inquiſitio, ſit naturaliter conſumptum. Plura ſi in delictis facti permanentis ſuppleri poſſit, probatio in genere per alium modum, quam per euidentiam rei. Omnia fere de iudicio peritorum in arte. Deciſio 29. Spectab. Reg. Salernitani; euertitur deciſioni 28. Spect. Reg. Sanfelicij ſuus ſenſus tribuitur; aliqua in togas, & Iudices idiotas, cum deciſione quatuor DD. Iudicum Delegatorum.

Quæſtio XVIII.

Confraternitates Laicorum erectę authoritate Epiſcopi, licèt affixæ alicui Eccleſiæ, vel Cappellæ, vel Oratorio, & ſi habeant ſtatuta approbata à Pontifice, ſubeſſe Iudici ſæculari eorum bona eſſe ſęcularia, & non Eccleſiaſtica: *l. mortuo,* cum ſua materia, *ff. de fideiuſſ.* pleniſſimè declaratur: cum deciſione S. R. C. bis confirmata contra Confratres, & bis contra Epiſcopum, cum nonnullis ſingularibus exemplis obſeruantiæ Regni Neap.

Quæſtio XIX.

De tutoribus, & curatoribus affectantibus tutelas, & curationes aliqua valdè notabilia. Sacerdotes poſſe, ſi velint, ſuſcipere tute-

tute-

tutelam legitimam, etiam teſtamentariam iure agnationis, vel cognationis; ſed inuitos nõ compelli, teſtamentariam autẽ vel datiuam extraneorum, ſiuè non agnatorum, vel cognatorũ non poſſe; etiam volẽtes. Balius quid ſit, cui detur in Regno; diſcrimen inter illum, & tutores. Articulus in Tribunalibus nunquam antea excitatus, acerrimè diſcuſſus, & deciſus per M.C.V. & S.R.C.

Queſto XX.

Maritus obligatus ex tabulis dotalibus, totam dotem conuertere in reemptionem annuorum introituum, venditorum per ſuos anteceſſores, & per ſe ſuper ſuis bonis: vt vxori acquireret ceſſiones, & locum, & gradũ creditorum dimittẽdorum: recepta dote libera pro parte adimpleuit, pro parte conuertit in alios vſus; moriẽs reſtituit partem vxori, non exprimens, in quam cauſam dabatur, & recipiebatur: non cenſeri ſolutum in anteriorem, & potiorem cauſam, ſed in poſteriorem, & infirmiorem. Debitum anterius non cõſiderari ex tempore, ſed ex die, qua debet fieri ſolutio: In dubio cenſeri hæredem ſoluiſſe debitum proprium, non hæreditarium; & alia ad materiam *l. 1. &* *l. cum ex pluribus ff. de ſolut. cum deciſ.* S. R. C.

Quæſtio XXI.

An ſit verè ius patronatus abſque iure præſentandi Rectorem in Collegio, vel beneficiatum in beneficio. Fundator Collegij Societatis Ieſu quid acquirat in Eccleſia, vel Collegio? An ſi pro fundatione Collegij taxatiuè donetur pecunia ſumenda ex certo corpore, ſi illud in totum, vel in partem non ſit ſoluendo, taxatiua reſoluatur in demonſtratiuã. Plura de donationibus remuneratorijs, & ſi ſubiaceant *l. 2. de reſcind. vend.* & quando donans teneatur de euictione. Aliqua de inſtitutis Sanctiſs. Societatis Ieſu; cum decreto delegati.

Quæſtio XXII.

An ſit verè conciliata, vel conciliabilis antinomia inter *l. ſi cõuenerit, ff. de iuriſd. omnium Iudicum, &* *l ſi quis in conſcribendo, C. de pactis.* Euertuntur quatuor fundamenta, quibus nititur *deciſio* 74. *quondam Spect. Reg. Rouiti* & aliqua in *deciſ.* 194. *D. Reg Capicij Latro* DD. Officiales procuratoris Cęſaris, si sint actores nullo modo pro causis proprijs trahere

trahere alios ad ſuum Tribunal, ſi conueniantur, poſſe ſuo foro renunciare, & conſentire in proprium Iudicem naturalem, & ordinarium. An talis renunciatio valeat ad præſcriptum *d. l. ſi conuenerit*, & an ſit reuocabilis ex dicta *l. ſi quis in conſcribendo*, cum deciſione S. R. C.

Quæſtio XXIII.

Solũ Clerici, & Monaci, & alij Eccleſiaſtici, nõ poſſunt eorũ foro renũciare. Omnes alios, ſiuè milites, ſiuè Senatores, & nuncupatim Rationales Regiæ Cameræ Sũmariæ, poſſe in Iudices quoſcũq; conſentire, & eorum iuriſdictionem prorogare. Nõ eſſe veram rationem cur Neapolitani non poſſunt niſi in Iudices Neapolitanos conſentire, quia priuilegium ſit Vniuerſitati conceſſum. Quò caſu Tribunus militum, vel Tribunal, poſſit pro proprio intereſſe cõſenſum, ac prorogationem militis, vel Senatoris impugnare. Conuentus vigore pacti exequtiui (modo non ſit clericus, vel Eccleſiaſticus) nullam poſſe fori declinatoriã opponere, & quare? Quid ſi pro apochis banco directis; Et quid in contractu cenſus conſignatiui, cum deciſ. Reg. Collateralis, & S. R. C.

Quæſtio XXIV.

Eques, & Commendatarius Sacræ Religionis S. Io: Hieroſolymitani, qui conuenit aliquem in Tribunali Regio, & impetrauit ab eo commiſſionem ſuæ cauſæ vni ex Regijs Cõſiliarijs, & expediri curauit citationem, cum inſertione libelli, an poſtquam fuerit citatio exequta, & in calce ipſius citationis reconuentus, ſi ad euitandam reconuentionem nõ reſtituit amplius citationem in banca, & dereliquit litem, poſſit id iure facere, vt ei ſit deneganda remiſſio ad Eminẽtiſſimum Magnum Magiſtrum dictæ Sacræ Religionis, cum deciſ. S. R. C. confirmata in reclamatione, & alia multa de reconuentione, & in *Ant Fabrum*, & remedio *capitulorum Regni*.

Quæſtio XXV.

Sola citatio executa in perſonam laicam, quæ eadem die exceſſit è vita, & ei ſucceſſit clericus, excludere clericum ipſum hæredem vniuerſalem, à remiſſione ad Iudicem Eccleſiaſticum, cauſa in citatione contenta, nec requiri litis cõteſtationem, declaratur ſolemnis gloſſa antiſignana in hoc articulo, *in c. cle-*

ricum

ricum nullas 11. *quaſt. funditus* refellitur *Molfeſius*, qui mutuatis argumẽtis à *Cagnolo* contrarium adſtruxerat ſuper *conſuet. par.* 2. *tit. de perſonis, quaſt.* 8. cum deciſione *S.R.C.* confirmata in reclamatione.

Quaſtio XXVI.

Cauſa ſolutionis canonis emphyteutici pendente in Sacro Romano Auditorio, ad inſtantiã clerici appellãtis à decreto nũciaturæ, mortuo appellante, inſtituta hærede laica perſona, hanc non poſſe conueniri pro eadem re coram Iudice ſeculari, ſed remittendam ad Iudicẽ Eccleſiaſticum, quid ſi ſit ſimul hæres, ac poſſeſſor rei cenſuatæ, & conueniatur vti poſſeſſor eiuſdem rei; an vti talis poſſit attingi coram eodem Iudice ſeculari pro cenſibus decurſis in vita clerici. Quãdo cõtinentia cauſæ poſſit diuidi, cum deciſione *S. R. C.* cum adiunctis, & interuentu D. Præſidentis; confirmata in reclamatione.

Quaſtio XXVII.

Continuatur articulus præcedentis. Queſtionis remiſſionis laicæ perſonæ hæredis clerici ad Iudicem Eccleſiaſticũ, nec conceſſa licentia, quod procedatur coram Iudice ſæculari, contra eandem, vti poſſeſſorem; poſſe vllo prætextu condemnari vti hæredem. Propoſitionem ex *c. deteſtantes,* & *ritu M.C.V.* 289. ex *Maranta, Anna, Gizzarello,* & alijs conflatam per *D. Merlinum lib.* 1. *c.* 34. poſſe .s. in Regno proferri ſententiam ſuper id, quod eſt probatum, licèt non deductum in libello, eſſe valdè generalẽ, non applicari ad quæſtionem, qualitèr ſuſtineri queat: quid ſit agere omiſſa qualitate. Ponderatur *tex. in c. Abbate de re iudicata in* 6.

Quaſtio XXVIII.

Clericum hæredem laici, conuentum coram Iudice ſæculari, pro exequtione ſententiæ, contra defunctum laicum latæ, ſi ſit præſcriptum in exequendi, vel perempta inſtãtia exequtionis, eſſe remittendum ad Iudicem Eccleſiaſticum; In exequtione ſententiæ dari inſtantiam priuilegium fori reo ſuperueniens poſt peremptam inſtantiam, ei prodeſſe ad illud declinandum; laicum obligatum penès acta Iudicis ſæcularis effectum clericum debere remitti ad Iudicẽ Eccleſiaſticum pro incuſatione obligationis; cum deciſione *S. R. C.* confirmata in reclamatione contra votum Authoris.

Quæſtio XXIX.

Pendentia litis exceptionem procedere, licèt tribunalia ſint ſub diuerſis principibus, vel rebus publicis, induci ſolum per citationẽ executã, obſtare, quoties obſtaret exceptio rei iudicatæ, de illius effectibus, cur non procedat in cauſis criminalibus; & quid ſi tribunalia eſſent Principum inter ſe bellantium, vel ad quos imperuius eſſet acceſſus, cũ deciſ. domi cauſæ comiſſarij.

Quæſtio XXX.

Redemptor, vulgò partitarius, alicuius ædificij teneri de vitio apparente, in illo vſq; ad decimum quintum annum, quia tãto tempore præſumitur proceſſiſſe ex malo magiſterio; exceptis caſibus fortuitis, *tex. in l. omnes, C. de oper publ.* habere locum etiã in ædificijs priuatis expenditur *prag. 2. de magiſtr. art.* cum deciſione *M. C. V.* confirmata per *S. R. C.*

Quæſtio XXXI.

Nundinis plura officium rectoris, ſiuè magiſtri nundinarum, vulgò maſtro mercato, ò maſtro di fera, regularitèr cuius eſſe ſolet, Baronum an vniuerſitatum: in dubio Baro, an vniuerſitas ſit manutenenda in poſſeſſione illius à ſententijs curiæ magiſtri nundinarum appellatur ne ad officiales Baronis, vel Regis? cũ *deciſ. S. R. C. cum tribus DD. adiunctis, prag. 4. §. 1. de nundinis* declaratur, & reducitur ad intellectum iuris. cum pluribus decretis Regiæ Cameræ Summariæ pro nundinis ciuitatis Salerni, cum alia deciſ. Excellentiſſ. D. Proregis.

Quæſtio XXXII.

Ciuitas, quæ poſſidet moletrinã in communi cum particulari, ſi ſola conductori promiſit; caſu quo certam quantitatem frumenti in ſingulas dies molendã non dederit conductori, facere emendam, ſiuè reſtaurum medietatis mercedis, ſiuè diritus. An intelligatur de medietate totius diritus, qui pro molendo ſingulo modio exoluitur, an de medietate ipſi ciuitati ſpectãte: cum deciſione Regij Tribunalis Viſionis, & Reuiſionis computorum inclytæ ciuitatis Neapolis.

Quæſtio XXXIII.

Proclamatio ad Regis D. N. tranquillum, dulce, lene, leue, lętũ, ac ſuaue domanium, fideliſſimæ ciuitatis Lantiani. Aliqua non

incu-

incurioſa de baronibus, & eorũ iuriſdictione criminali, & infeudatione ciuitatum inſigniũ, confirmatio priuilegiorum in forma cõmuni, an aliquid operetur. Quid in forma ſpeciali: qualis ſæuitia det cauſam prouocandi ad demanium: tempus ad dicendũ de nullitate pręfixũ à *Regia pragm* 77. §. 2. *de offic. S. C.* ex quibus cauſis non decurrat; & quando poſt decurſum nullitates admittãtur: cum deciſione *S. R. C.* ſuper negotia Italiæ.

Quæſtio XXXIV.

Continuatur materia præcedentis quæſtionis in eadem cauſa Lãtiani. *Reſpõſum* 23. *D. Galeota* confertur cum *conſ.* 19. *D. Frãciſci Salerni*, & cum ſententia in eodẽ articulo *D. Reg. de Marinis*, & ipſius Authoris. Qui tamen pro huius cauſæ patrocinio ſe arctauit ad limitationes poſitas in eodem *reſponſo* 23. ꝑ eundem *D. Galeot.* & alia peregrina de materia domaniorum.

Quæſtio XXXV.

Diſcrimina inter iuriſdictionem conceſſam per Principẽ in officium, prout eſt illa conceſſa caſtellanis in milites, & ſeruiẽtes in caſtris; cum iuriſdictione cõceſſa in dominium, vt habent Barones, & feudatarij. An ſicut aliquando eſt permiſſum Baronibus petere remiſſionem ſuorũ vaſallorũ etiam poſt litẽ cõteſtatam, & aliquãdo poſt ſententiam, an hoc etiam liceat caſtellanis, reſpectu ſuorum militum; caſtellani in Regno, quã iuriſdictionem habeant, & nuncupatim caſtellanus principalioris arcis, hoc eſt caſtri noui Neapolis. In quibus milites poſſint prorogare iuriſdictionẽ alterius Iudicis inuito caſtellano. Quid ſi actu non ſeruiant, licèt deſcripti in Rollo, ſeù Matricula; Quid ſi in fraudem creditorum; quid ſi non ſint ſani corpore; cum *deciſ. S. R. C.*

Quæſtio XXXVI.

Monaſterium, quod poſſidet propè portã alicuius ciuitatis cauponam, apothecam, & lanienã, & prætendit ex priuilegio hominis, & iuris franchitiam ab omnibus gabellis, nõ ſolum reſpectu omnium comeſtibilium, quæ intus eamdẽ cauponã, &c. ciues, & exteri conſumunt; & quod cœteri alio aſportant, verùm etiam reſpectu carnis, quam ipſimet ciues introducũt in eandem ciuitatem, an ſit manutenendum in poſſeſſione; ſi ipſimet ciues ꝑ publicum par-

lamentum renuncient huic immunitati. An ex hoc per indirectum violetur immunitas, ac priuilegium? Plura de litis pendētia, ac continentia cauſæ. De priuilegijs Eccleſijs conceſſis; quando poſſit Princeps illa reuocare; & an ſit danda refectio: Quid ſi priuilegium tractu tēporis incipiat eſſe damnoſum. Ponderatur *c. ſuggeſtum de decimis*, cum *deciſ. Regij Collateralis Conſilij*.

Quæſtio XXXVII.

Publicani, ſiuè Arrendatores Regiæ Dohanæ, qui per plures annos conduxerunt arrendamentum, an poſſint re non integra, & poſt captam poſſeſſionem, & exercitium duorum annorum, eximere, ac dimittere aliquos ex Gubernatoribus, maiorem partem caratarum habentibus; & alios eorum loco ſubrogare; ita vt neq; Regio Fiſco, neque creditoribus, quibus vectigalia Dohanæ vendita ſunt ſi perdatur ſequentibus annis in arrendamento, nullam actionem habeant contra dimiſſos, repertis ſubrogatis non ſoluendo, immò decoctis. An Regia Camera potuit hanc rem Principi conſulere, & alia curioſa, *l ede, C. locati*. an ſicut habet locum in locatore; procedat etiam ad fauorem conductoris; cum *deciſ. Regiæ Cameræ Summariæ*.

Quæſtio XXXVIII.

Fiſcus Regalis Patrimonij quando reſtituatur in integrum aduerſus decreta ſuimet tribunalis, quod eſt Regia Camera, ſi fuerint approbata à prædeceſſore Domino Aduocato Fiſcali, immò per ſupremum Regiū Collaterale Conſiliū, & per ipſummet Illuſtriſſimum, atq; Excellentiſſimum D. Proregē. Quid lapſo biennio ad præſcriptum *l. vnica, C. de ſententia, quæ aduerſ. fiſcum, &c.* an reſtituatur ex edicto minorum, an aduerſus diſtractum; an in diſtractu, in quo datur tractus ſucceſſiuus, prout eſt liberare aliquos ex caratarijs in medio arrendamenti, & alios loco illorum ſubrogare, qualis, & quanta debeat eſſe læſio; an in ſexta, an vltra dimidiam; cum *deciſ. S.R.C.*

Quæſtio XXXIX.

Reſtitutio in integrum quomodo fiat in praxi, an ſi minor, vel fiſcus reſtituantur, reſtitui etiam debeant maiores, & non priuilegiati, qui cum illis contraxerūt, & qui in diſtractu, an iſthæc reſtitutio practicari poſſit, re

non

non integra;hoc eſt finito arrẽdamento; & quid re integri, hoc eſt ante captam poſſeſſionem ſi alij publicani, ſiuè arrẽdatores,loco dimiſſorum fuerũt ſubrogati; cum *deciſ. S.R.C.*

Quæſtio XL.

An quemadmodum literæ cambij de conſuetudine totius Europæ, & in Regno vigore Regiarum pragm. ſi non acceptentur, vel acceptatæ nõ compleantur facta in tempore proteſtatione, habent exequtionem paratam, omni exceptione etiam nullitate reiecta, vt non audiatur niſi facta reali ſolutione; habeant etiam eandem executionem ad inſtantiam illius, cui fuerunt giratæ, contra girantem, & cõtra acceptantem, ſi non acceptentur, vel non compleantur,vt ſupra; an agendum ſit via ordinaria. Et quid ſi girata fiat ex cauſa noui, ſiuè alterius cambij celebrati inter girantem, & giratarium. Plura ſingularia de literis,forma literarũ, & de ipſis cambijs;euertitur *reſponſum* 6. *D. Regij Conſ. Franciſci Rocci*, & aſſeritur *reſponſum* 15. *eiuſdem vol.* 2. caſus nullo modo deciſus à *Reg.Caſanate.*

Quæſtio XLI.

Acceptans literas cambij, ſi fuit verè ignorans decoctionis ſcribentis, an teneatur complere tractam. Diſcutiuntur omnes deciſiones huc vſq; ꝑ diuerſa tribunalia factæ, viſis in fonte omnibus Doctoribus, qui hanc materiam tractarunt, cum ſolemni deciſione Regij Collateralis Conſilij.

Quæſtio XLII.

Apocha banco directa,dictãs cauſam ſolutionis per altri tanti da eſſo riceuuti,an ſit mutuum:An exceptio non numeratæ pecuniæ oppoſita per ſcribentem, infra biennium aduerſus executionem apochæ prædictæ, impediat rigorem *Reg. prag.* quæ denegat audientiam, & omnẽ exceptionem reijcit, niſi facto prius depoſito per debitorem, vel illo conſtituto in vinculis. Ponitur ratio decidendi *l. in contractibus, C. de non numerata pecunia.* Quid ſi deficiant octo, vel decem dies ad complendum biennium, cũ *deciſ. M. C. V.* iunctis duabus aulis.

Quæſtio XLIII.

An dicta exceptio non numeratæ pecuniæ dicatur legitimè oppoſita die feriata, an intimari debeat creditori, an ſufficiat ſi opponatur penès acta?An ſi aliunde

de creditor ſciuerit. Multa de ferijs, & diebus feſtiuis ſublatis in anno 1656. de ordine Excellentiſs. Proregis, de horribili peſte, quæ 25. Aprilis die Sancti Marci (quæ prima incidit, vt non ſeruaretur) cępit euidētiùs graſſari in ciuitate Neapolis, cum hiſtoria Afflict. de eiſdem feſtis ſublatis tempore Regis Ferdinandi primi, & alia curioſa de feſtis, cum deciſ. M. C.V. iunctis aulis.

Quæſtio XLIV.

De eodem articulo apochæ banco directæ, de quo in præcedentibus. Nouus intellectus ad d. *R. prag.* an requiratur verificatio, vel recognitio ſcripturæ ipſius apochæ, an contractus in apocha contenti, ad finem, vt vrgeatur ſcribens via executiua, non ad ſoluendum, ſed ad faciendum depoſitum. De ſtatuto denegante audientiā euertitur deciſio 152. *Spect. Reg. Sanfelicij*, & aſſeritur *deciſ.* 111. Præceptoris Authoris Illuſtris *Hectoris Capicij Latro* Marchionis Torelli, & alia ad materiam conducentia; cum deciſ. iūctis duab⁹ aulis M.C.V.

Quæſtio XLV.

Si vna, & eadem hora, & die ad inſtantiam ſcribentis fiat præuentio in duobus Tribunalibus contra creditorem vigore apocharum banco directarum, opponendo ei exceptionem ſatiſfactionis, vel aliam: coram quo ex dictis Tribunalibus debeat cauſa prædicta remanere, cum eadem hora alterutrum appoſuit manus; Quando in materia apocharum poſſit S. R. C. inhibere M.C.V. expenditur decretum S.R.C. factum iunctis quatuor Aulis, & nuper repoſitum in *dd. prag.* Regni *in prag.* 82. *de offic.* S.R.C. caſus verè peregrinus, & cum deciſ. S.R.C cū adiunctis, confirmata in reclamatione.

Quæſtio XLVI.

Præuentio an fieri poſſit aduerſus apochas banco directas, ſicut fit aduerſus inſtrumēta, & obligationes penès acta, ſi ceſſerit dies ſolutionis in apocha; vel inſtrumento contenta. Quid ſi pręuentio fiat non ſolum ex capite ſolutionis, ſed ex quacūq; alia cauſa. An pendente iudicio præuentionis ſit ſuperſedendū in iudicio exequutiuo vigore apochæ? Si cautio de ſoluendo debitum, & pęnam fuerit præſtita in M.C.V. proficiat, ſi præuentio proſequatur in S. R. C. An ſi cautio prædicta in aliquo

ſit informis, poſſit ſuppleri re non integra, & poſtquam ſcribens fuerit actintus, cum deciſ. S.R.C.

Quaſtio XLVII.

In eadem cauſa Mezomonaci, & Aquini Illuſt. Ducis Caſulę omnia de teſtibus, qui in iudicio liquidationis inſtrumēti recipiūtur ſuper ſatisfactione, Magna Curia pro Tribunali ſedente iuxtà *ritum* 175. ne debitor carceretur. Quot teſtes ſint neceſſarij, an debeant eſſe rogati? Quid ſi inſtrumentum, quod præſentatur, habeat pactum, quod ſolutio non poſſit probari per teſtes, & ſit etiā renunciatum Iuſtinianæ Conſtitutioni *in l. teſtium*; quid ſi pactum ſit iuratum? Aſſeritur Theorica *Speculatoris* à dictis per *Guttierez de iuram. cōfirmatorio par.* 1. *cap.* 66. Ex hoc infertur ad nouiſſimam, & nunquam antea practicatam deciſionem, ſiuè prouiſionem S.R.C. in dicta cauſa, quod mandauit ante terminū recipi teſtes ſupet ſatiſfactione prædictarum triū apocharum. An talis prouiſio fuerit iuridica, & quis in ea fuerit grauatus creditor, an debitor.

Quaſtiuncula.

An fecerit iuridica deciſio, ſiuè prouiſio S.R.C. in cauſa pręſenti, vt poſt onn ſolum didicita teſtificata, ſed poſt concluſionem, & poſt monitum ad dicēdum ſuper expeditione cauſæ; Immò illa relata interrogauit teſtes actoris iam examinatos, vt declararent eorum dicta, & æquiuocam depoſitionem per eos factam, & de declaratione fieri mādauit per actorum Magiſtrum publicum actum, quod licet obtentum ab authore; tamen aperit quid in hoc articulo ſentiat.

Quaſtio XXXXVIII.

Si vnus ex Senatoribus, qui vti Cōmiſſarius proceſſerat in cauſa, fuerit à Principe remotus, & alius Commiſſarius illius loco ſuffectus, & primus vti de eadē aula interuenit poſtea in eadem cauſa in aliquib. actibus poterit ꝑ partem ex eò, quia fuit remotus, formiter ſuſpectus allegari. declaratur *Rouitus conſ.* 9. & *Sanfelic. deciſ.* 79. Refellitur diſcurſus *Thori in ſupplem. verb ſuſpitio notoria*; & quæſeuita deciſio ab eò relata poſſit excuſari, cum deciſ. S.R.C.

Quaſtio

Quæſtio XXXXVIIII.

Senatorem, qui cauſam cum Conſenatoribus iudicauit, translatum à Principe ad aliud Tribunal, vt in eò Regij Fiſci patronū ageret, & facit fidē de re occurſa in Senatu, cum cauſa votaretur: deinde à Principe ad primum Tribunal, & in eadē aula ad idem munus Senatorium reſtitutum: nō poſſe in cauſa prædicta vlterius interuenire; ſed eſſe ſuſpectum, & iure recuſatum. Sententias, etiam Regias probationes, ac vires recipere à teſtimonio Actorum Magiſtri, qui teſtatur, illas fuiſſe latas, lectas, ac promulgatas. Iudicibus teſtantibus de re coram ipſis facta, nullo modo credi etiam ſi ſint ſupremi; quid ſi ſint plures, & in diuerſa cauſa, vel in iudicio appellationis.

Quæſtio L.

Aliqua de decretis Principis, factis ſine probationibus: vt pareant exceptionem rei iudicatæ. De protectione Regia in Eccleſias, & conuentus Regulariū. Quomodo acq ratur talis protectio. De Iure patronatu formali, & honorifico an acquiratur per Principem etiam non conſtituta dote. De Religione Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum; eius antiquitate, & præcedentia. De conuentu S. Mariæ del Pilar Neapolis quid ſit de protectione, & patronatu Regio. De validitate ſui priuilegij tàm quo ad ſcripturā, quàm quoad eſſentiam illius. De Moriacis fugitiuis, ac Girauagis, deq; Inſignis, & Armis, & alia miſcellanea, cum deciſione ſupremi Regij Collateralis Conſilij, cum interuentu Illuſtriſs. & Excellentiſs. Proregis, & S. R. C. Spectabilis Præſidentis adiuncti.

ARGVMENTVM.

An ſicut Iudex dicitur propalaſſe votum verbis, vel ſcriptis, dicatur id fieri potuiſſe, nutu, ſignis, motu corporis, riſu, vel alia geſticulatione, vt proinde poſſit recuſari. Plura curioſa de Iraſcibilitate, promptitudine, vel immobilitate iudicum. An ſicut in libello ciuili, libellans non tenetur declarare locum, & tempus, & corã quibus perſonis, res geſta ſit, ſed ſolùm ad hoc adigitur in libello nouę cõuentionis, & in criminalibus, ſi in iudicio recuſationis Iudicum teneatur recuſans hæc etiam in libello exprimere. Nouus intellectus ad *c. Regni, quod incipit prolixitatem*, an iure, vel æquitate municipales leges de pœnis ſuſpicionum diſponẽtes innitantur, cum *deciſione* S.R.C.

1 *Iudex non debet declarare votum ſuum ante diffinitiuam.*
2 *Doctores ſuccenſent Iudicibus loquacibus.*
3 *Iudex nimis loquens dicitur fatuus.*
4 *Iudex nimis loquens, & aperiens quid ſenſit recuſatur, vt ſuſpectus.*
5 *Viſitator generalis Regni ob id etiam recuſatur.*
6 *Signa, & motus corporis prohibentur Iudicibus per leges Municipales Regni.*
7 *Authoritas ſeniorum Iudicum mouet animos iuniorum.*
8 *Iudices poſt votatam cauſam, non poſſunt vlli vota propalare, niſi Domino Proregi.*
9 *Iudices poſtquam ſurrexerunt à ſede, etiam ſi non exierint à Tribunali, non poſſunt votum mutare, vel corrigere.*
10 *Votum proditur eiſdem modis, quibus proditur ſecretum.*
11 *Declaratio animi, quæ fit verbis, dicitur à priori, quę fit facto à poſteriori.*
12 *Totum ſpiritum profert ſtultus.*
13 *Deciſio S.R.C. in hac cauſa.*
14 *Aduocatus, qui ſuſtinet onus, ſi non ſubſcribit capita depoſitum pœnę eſt duplicatũ. Aduocatus, qui ſuſtinet onus, eſt ille, qui loquitur in aula, & qui in iure ſcribit.*

QVÆSTIO PRIMA.

1 CONSTANTINVS Rom. Imper. ad Maximum Præfectum Vrbis ſcribens in *l. vbi falſi* 22. *C. ad l. C. de fal.* ſilentium, nè mentem ſuam ante diffinitiuam aperiat his verbis admonet. *Sed inter vtramque perſonam ſit Iudex medius, nec vlla interlocutione diuulget, quæ ſentiat. Sed tanquam ad imitationẽ relationis, quæ ſolũ audiẽdi mãdat officiũ, præbeat notionem. Poſtrema ſententia quid ſibi liqueat proditurus.* Per quem *tex.* om-
2 nes *Doctores* ſuccẽſent iudicibus loquacibus, eoſq; aliter ſe gerentes, ſuſpectos dicunt, & à munere iudicãdi in illa cauſa remouent. Vnde Iacob. Butrigar. in eod. *tex.* dicit, *quod per aliquã interlocutoriã voluntatẽ ſuam non declaret, ſed totam reſeruet in diffinitiua.* Petrus ibidem. *quod Iudex ſtabit medius legem, nõ declinans ad alteram partem, nec debet eſſe fatuus quod motum animi ſui detegat, ſicut faciunt aliqui, quando audiunt Aduocatum, dicunt, per Deum iſte habet ius; poſtea quando audiunt alium dicunt idem;* non debet hoc facere; vt *ff. de off. præſid. l. obſeruandũ.*
3 Vides, quod tantus Doctor vocat *fatuũ* Iudicem, taliter ſe gerentem. Cynus in eodem loco dicit. *Tertio nota, quod Iudex debet facere ad inſtar eius, cui eſt commiſſa cauſæ cognitio tantùm.* Ratio eſt, quia nõ eſt conſtantis iudicis motum animi ſui detegere, vt *ff. de off. Præſidis, l. obſeruãdum.* Bal. ibidem. *Tertio inſtruit iudicem, quod taceat, quod ſentit circa diffinitionem cauſæ, donec proferat diffinitiuam*, dicens, quod ſicut auditor, aliud non debet facere, niſi audire, & ita Iudex dum examinat negotium, debet audire, & exa-

minare, nō autem debet proferre,quod intendit finaliter. *Angel. n.2.* item nota *quod Iudex maximè in cauſa capitali, non debet motum animi ſui oſtendere ante diffinitiuam ſententiam*; immò cauti aſſeſſores, etiam à cauſarum notarijs, nihil poſtulant, niſi cum ſunt in puncto ferendi ſententiam, ne forte corrupti pecunia partibus propalarent, ſicut ſemel vidi contingere; & propter hoc fuit vituperatus quidam poteſtas; Vnde faciunt Scribi totam ſententiam, per notarios, vſq; ad illum finem condemnamus, vel abſoluimus; & illum finem faciunt ſcribi tunc, quando vadunt ad ferendam ſententiā; & ita ſemper tu facias, ne quicquam ſiniſtrum tibi poſſit contingi. Obſerua quanti hæc fecit Angel. ita Io.Andreas *in c. irrefragabili, §. exceſſus de off. ordinar.* dicēs id ſępè cōtigere iudicibus *loquacibus*.Et quod talis recuſetur,vt ſu-
4 ſpectus, habet Viuius *deciſ. 36. n. 6. lib.* 1. & *deciſ.* 363. Theſaur. *deciſ.* 1. *n.* 14. Muta *ſuper capitulis Siciliæ c.*71.*n.*44.*fol.* 635. qui ex *Gozad. in rub.* C. *de falſis*, & *ex Prouenzal in d. l. vbi falſi*, dicit non ſolùm poſſe recuſari, vt ſuſpectus, ſed ipſū Iudicem teneri pęna falſi. Alexād. *in l. prætor n.* 17. *ff. de iuriſ. omn. Iudic. Pract.* Conradi *de except.* verſ. 46. *& in tit. de ſent. n.* 39. Iacob. Laurent. *de Iudice ſuſpecto cap.* 11. *poſt n.* 18. verſ. *cuius quidem opinio.*Infœlix Gabriel Bertat. *in ſpecul. viſit. cap. 6. n.* 39. quod ex
5 dicta cauſa etiam Viſitator generalis totius Regni recuſari poteſt,*Seſe deciſ.*415. per totam tom. 4. Nouar. *in prag. 5. de off. Iudicum collect.* 4. *ex n.*6. Thoro *in* 1. *par. compendij in deciſ. cur. Archiepiſcopal.* verbo *votum*, belliſſimè Gerard.Maynar. *deciſ. Tholoſ.* 94. *lib.*2. Menoch. *de arbit. Iudicū caſu* 458. *n.* 14. Coſta *de remed. ſubſidiar. remed.* 123. *n.* 19. concordantes apud Giurbam *deciſ.* 54. *n.* 5. quod iſta inter alias ſuſpicionis cauſas, maximè apud Tribunalia admittitur, Santfelicius *deciſ.* 80. per totam, vbi refert multos caſus deciſos, Gratian. *cap.* 100. *diſcept. forenſ.* & Io. Paulus Xamar de off. Iudic. & Aduocati par. 2. quæſt. 4. n. 7. & 8. nouiſſimè poſt hæc ſcripta ęditus R. Reuert. *deciſ.* 219. & ibi D. R. *de Marinis*; benè Fontanella *d. deciſ. 9. n.* 13. & *n.*19. reliqua valdè eruditè per Bouadill. *lib.* 2. *cap.* 5. *politicæ* per totum. Leges autem noſtræ municipales, hoc ipſum extenderunt, ad ſigna, & motus corpo-
6 ris, vt in *prag.*13. *de off. S.C.* §.9. quæ eſt Regis Ferdinandi primi. In quorū *quidem votorum explicatione, ne dum votantē ab aliquo, interrumpi, modo aliquo nolumus, ſed quod Conſiliarius, quiſq; ac etiam Præſidens, antequam votandi locum ſibi competere ceperit, verbis, ſignis, aut quouis modo, in quam ſit iturus ſententiam ſignificet, omninò prohibemus pęna non leui, noſtro arbitrio reſeruata imminenti.* Hoc etiam eſt ſtatūtum reſpectu Reg. Cameræ per *prag.* Caroli V. Cæſaris, quæ eſt 28. *de off. proc. Cæſ.* Item volumus, & mandamus, *dum cauſa tractantur, Locumtenentem, & Præſidentes, adeo circumſpectè ſe gerere, vt antequam votandi eis locus detur, nec ſignis, nec verbis in quam inclinent ſententiam patefaciant.* Vbi Tapia quondam Senatorum grauiſſimus, ac circumſpectiſſimus Senatorum decanus *lib.* 2. *rub.* 2. *n.* 40. *fol.* 155. dicit;
7 Hæc deberent *ſummo ſtudio* ſeruari, nam & ſi libertas votandi, non aufertur, *vis quodamodo fit* ex *authoritate ſeniorum.* Hoc etiam expreſſius eſt cautum in *prag.* 1. *de cauſ. decidendis*, edita 4. *Iunij* 1574. à Car. Granuela. Che quando *ſe hà da votare alcuna cauſa da quelli officiali c'hanno da votarla, non ſe debbia da neſſuno d'eſſi eſplicar il voto ſuo, auanti, che tocca ad eſſo de votare, nè con parole, nè con ſegni, nè in qualſiuoglia altro modo, che poſſa dimoſtrare doue inclina, & in che modo ſe hauerà à dar la ſentenza*, & infra, *che neſſuno Officiale maggiore, nè minore, il quale hà da interuenire in eſpeditione de cauſe, ardiſca, nè præſuma trattar d'eſſe con altro Officiale, ancorche haueſſe da interuenire nella cauſa in fatto, nè in iure, nè diſcorrere inſieme, mà ſolo lo facciano nelli Tribunali nel tempo opportuno ſedendo in eſſi, all'hore ſolite dell'adminiſtratione della giuſtitia, acciò neſſuno venghi à paleſare il ſuo voto, auanti che le toccarà à dirlo, ſotto pena la prima volta della ſuſpenſione dell'adminiſtratione dell'officio per ſei meſi, e per la ſeconda de priuatione del detto officio.* Hoc etiam eſt prohibitum, poſt votatam cauſam,

Digitized by Google

8 cauſam, ac publicatam ſententiam, vt nulli omninò hominum, poſſint votum iam datum propalare, niſi Illuſtriſs. ac Excellentiſsimo Dom. *Proregi* tantùm, vt in *d. prag. 1. de cauſis decidendis* §. 3. & in alia *prag. 6. de off. Iudic. & de off. S. R.C. prag.* 17. Sicuti poſtquam ſurrexit à ſede,
9 & diuertit ad extraneum actum, eundo in aliam aulam, licet domum non reuertatur, non poteſt ſuum votum mutare, vel corrigere, quantumcunq; ſententia non ſit publicata, Tapia *deciſ.* 12. *ſupr. Senatus*. Denique inducunt Gigantem, *de crimine leſæ maieſtatis q.* 21. *rub.* 1. *n.* 23. *fol.* 53. quod votum proditur eiſdē modis, quibus proditur ſecretum, & quod
10 quo ad pœnam incurrendam nihil refert, an quis *verbo, ſigno, aut alio quouis modo ſecretum nunciet, quocumq; enim caſu dicitur quis ſecretum reuelare*, allegat Abbatem *in c. omnis de pęnit. & remiſſ. in x. not.* Quia declaratio animi, quæ fit verbis, dicitur declaratio à priori, quæ fit facto dicitur à poſteriori, Mantica *deciſ.* 313. *ex n.* 3. Bal. *in l. ſi patronus n.* 14. *in fine*, C. *comm. vtriuſq;* Iudicij inducit tex.
11 *in* §. *ceruos inſtit. de rer. diuiſione* ad probandum, quod non ſolùm in rationalibus, ſed in brutis etiam animātibus, hoc obſeruatur, vt naturalis eorū inſtinctus, ex actibus demonſtretur. Denique per dictos actus, oſtendit ſe impatientē, quo nihil magis vetitum Iudicibus *l. nec quicquam* §. *circa ff. de off. procun. & legati.* circa *Aduocatos patientem eſſe proconſolem oportet*. Exclamare debent Iudices cum Regio Vate. *Pone, Domine, cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis*, pſal. 140. *n.* 3. Et cū Eccleſiaſte *cap.* 22. *Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & lingua mea non perdat me*. In eo enim quod propalans votum, à *Petro*, ſupra Iudex vocatur fatuus, concordat cum Salomone *Prouerb. cap.* 29. *Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus; Sapiens differt, & reſeruat in poſterum*. His (licèt non allegatis) fretus Aloyſius Capycius Minutulus Artaldus Princeps Ruori, in cauſa cū Fratre Gabriele Capycio Minutulo Ordinis Prædicatorum, in banca *Lombardi* recuſauit formiter Regium Conſiliarium *Carolum Brancacium*, ad cuius relationem, idem Aloyſius fuerat condemnatus ad ſoluendum dicto Fratri Gabrieli annuos duc. 500. ſua vita durāte, aduerſus quā ſententiam, cum propoſuiſſet Aloyſius certas *nullitates*, in illarum diſcuſſione, ſedente eodem Carolo in aula Tribunalis, cū *Conſenatoribus*, & ſpectabili Præſidente, cum Dom. Aduocatus Aloyſij loquebatur, aliquādo is *Carolus* naribus, riſu, & alijs manuum, & capitis geſticulationibus, videbatur nihil facere, quæ is Aduocatus pro iuſtificatione nullitatum, contra dictam ſententiam referente eodem Brancatio latam, proferebat; *Prouiſum* ergo per S. R. C. quod idem
13 recuſatus, *deponeret* ſuper capitibus prædictis, iuxtà praxim etiam tradita à Rebuffo de *recuſ. Gloſ.* 3. *num.* 5. *art.* 2. cum negaſſet D. Carolus fuit datus *terminus*, & Aloyſium oportuit facere *duplicatum depoſitum*, ſcilicèt duc. 200.
14 pro pœna dictarum nullitatum (licèt rei veritate debebat eſſe duc. 400. cum capita ſuſpicionis, non fuere ſubſcripta ab eodem Aduocato, qui onus cauſæ ſuſtinebat, quē dicimus *illum eſſe*, qui in aula cauſam *voce defendit*, ſed fuerunt ſubſcripta ab ipſo Aloyſio) receptis probationibus, licet aliquas geſticulationes, muſſitationes, ac modeſtos riſus, probaſſet, tamen 24. *Maij* 1651. *Quinque Senatores, vltra Præſidentem, videlicèt*. DD. *Thomas de Aquino, Gaſpar de Soto*, (hi duo poſtea fuerunt Regentes Collateralis Conſilij, & vterque peſte 1656. extincti) *Antonius Nauarrette Marchio Tertiæ, Ianuarius Pinto, & Io. Baptiſta Muſettula, & cū Spect.* D. *Præſidēte iudicauerūt*. Quod *interueniat, & ſoluat pęnam*, vt ex actis ſuſpicionis penès D. *Mercati S.R.C. Secretarium*. Et fuit iuſtiſſima deciſio.

§. 2.

15 *Albericus de Roſate ſummus practicus, & doctor fundamentalis*.
16 *Iudices debent aperire quid ſentiunt*.
17 *Non tollit Iudicis integritatem ſi propolat*

Digitized by Google

quid de cauſa ſentiat.

18 *Reuerendiſſ. Sacri Palatij Auditores quomodo ſe gerant, cum informantur.*

19 *Tales tendunt ad extremum, & deſtruunt literam tex.*

20 *Author quomodo totam hanc materiã propalationis voti perſtringat.*

21 *An ex ſignis, & corporis motus propalauerit votum* Iudicis *arbitrio remittendum eſt.*

22 *Iudex, qui nõ loquitur, & manet immobilis præſumitur malæ naturæ, & dicitur* Diabolus.

23 *Iram non habent, qui ſenſum non habent.*

24 *Iraſcibilis, ac concupiſcibilis homini ſunt connaturalia.*

25 *Iracundi ſunt fortis, magni, & clari ingenij, & de eorum virtutibus, & n. 26.*

27 *Caſus de Domino Ioſſe Senatore Parlamẽti Toloſani, aſſimilato D. Varele integerrimo Neapolitano Senatori, & n. 28.*

29 *Motus primi non ſunt in noſtra poteſtate.*

30 *Iudex, qui ex profeſſo, & ſedato animo multa, & furioſa loquitur, non excuſatur.*

31 *Hominis voluntas propriè ex verbis cognoſcitur, ſicut facies in ſpeculo.*

32 *Verus intellectus ad l. obſeruandum, ff. de off. præſidis.*

33 *Sanfelicius in deciſ. 80. non recipitur.*

34 *Præceptum de non reuelando voto eſt negatiuum, & obligat ſemper, & ad ſemper.*

35 *Marinus Freccia fuit officio priuatus, quia votum reuelanit.*

QVia contra loca Iac. Petri, Cyni, Angeli, & aliorum, poſui pro Paraſtate ſollemnem doctrinam Alberici
15 de Roſate *ſummi practici, & fundamentalis doctoris in d. l. vbi falſi n. 2.* vbi exponens illum *tex.* ſic dicit. Vltimo notandum, quod Iudex debet eſſe medius inter partes, nec debet plus vni fauere, quam alteri, vt 23. *q.* 4. *eſt iniuſta.* Nec ſua interlocutoria, quid ſentiat declarare *arg. ff. de off. præſidis obſeruandum.* Poteſt tamen partibus opponere, vt *ff. de legat.* 3. *l. Aufidius,* & ſupplere defectũ
16 Aduocatorum, & partium, vt dixi ſupra, *vt quæ deſunt Aduocatis.* De conſuetudine tamen hoc in *multis partibus non ſeruatur,* & maximè Bergomi; Imo Iudices antequam ſententiam diffinitiuam proferant, *expreſſe dicunt partibus, quid ſenſiant de cauſa,* vt poſſint etiã ſi velint alios ſapientes habere eorum expenſis, ſecundum formam ſtatuti dictæ Ciuitatis. QVAM conſuetudinem laudabilẽ puto, & multum exonerare conſultores, & Iudices, ab omni ſuſpicione ſiniſtra, & cũ toto hoc, adhuc partes ſuccũbẽtes de Iudicibus, & cõſultoribus, cõmuniter cõqueruntur, ſed iniuſtè. Hæc Albericus. egregiè Gregor. Lopez *l.* 13. *tit.* 4. *par.* 3. verbo *por palabra,* Burgos de Paz in *proem. ll. Tauri, n.* 286. *fol.* 42. Simanc. *de republ. lib.* 7. *cap.* 13. *pag.* 389. Segura *in direct. Iudic.* 2. *par. cap.* 3. *n.* 6. *f.* 103. Fontanella *d. deciſ.* 9. *n.* 13. nam ſicut iudicem garrulum, & indiſcretum abominatur, ita & mutos, & pernicioſiſſimum, nihil aduocatis reſpondere, ſed obmuteſcere.

17 Adduxi etiam Giurba *deciſ.* 54. *n.* 7. *verſ. cæterum recuſari,* vbi ex Valaſc. dicit. *Quid enim de integritate voti mutas, Iudicem propalare quid ſenſiat antequam ſentẽtiam ferat, certè non video,* niſi ad minuẽ-
18 dã alterius partis iuſtitiam propalaſſe probetur. Et ideo Romæ digniſſimi illi Auditores Rotæ palàm detegunt quid ſentiant in cauſa, & dicunt liberè partibus, tu ius non foues, ſententia contra te ferenda eſt, Rota non benè ſentit de cauſa tua, quia propoſitis minus ſufficienter reſpondiſti, nec propterea ſic liberè loquentes recuſantur, vt ſuſpecti; ſicuti teſtatur de his omnibus illic Valaſc. additq; Corrad. *tit. de ſentent. n.* 39. *verſ. immo etiam,* votum poſſe ſaltem priuatè Iudicem aperire, dummodo Iudex hoc non interloquatur. Hæc Giurba. Subdit etiam idem Giurba *poſt n.* 8. duas ſimiles *deciſiones* factas in Regno Siciliæ, quod Iudices ob id non fuerunt remoti. Si igitur propter verba prolata non fuerunt ſuſpiciones admiſſæ, quomodo erat admictenda, propter motus corporis, & geſticulationes membrorum, & Berart. *loco ſupra citato* ante n. 40. fol. 94. dicit in Cathalonia ex hoc non recuſari Iudices, & ſequitur dictum *locum* Alberici Fontanella dicta *deciſ.* 9. *n.* 4. Sanfelicius etiam dicit *in d. deciſ.* 80. *n.* 2. & 9. fuiſſe promiſum cum adiunctis in Collaterali, non militare ſuſpitionem propoſitam per M. A. Condò, in perſonam Iudicis

Raſſini

Roſſini, qui extra iudiciũ protulerat hęc verba, *che meritta mille morti, per eſſer huomo infame, e che s'era ſolo nella cauſa, lo voleua far trouar appiccato vna mattina.*
19 Ab iſtis non ſolùm non diſcrepat *ſolidus* I.C. Ant. Merenda, ſed eos impensè laudat *lib.* 22. *cap.* 26. *n.* 9. & *n.* 10. vſurpat illud D.N. I.Chriſti, *de Diabolo muto*; ſubditque, *numquam confidas Iudicibus mutis.* Sed hi iudicio meo, tẽdunt *ad extrema*, & nimis largè proloeuntur, & deſtruunt literam dicti *tex.* quæ ſatis plana, & aperta eſt, vltra Ius municipale, dictarum *Regiarum pragmaticarum*. Vnde ſic circunſpecte materia perſtringenda eſt; ſci-
20 licèt ſi Iudex quia natura apertus, ſimplex, ac non ſimulator, & quia ad iram pronus; aliqua verba, non animo deliberato, ſed quaſi *obreptus*; dixerit; vel aliquem motum oculis, naribus, modeſtiſſimo riſu, vel alia corporis geſticulatione fecerit, & non putauerim, ex his, vel ſimilibus eſſe remouendum; licèt videatur ex his animum ſuum, & quid ſenſerit certomodo declaraſſe, maximè ſi
21 certũ ſit, licèt *ingenio velocem, non eſſe tamen manu promptum*, & ob id hoc Iudicis arbitrio totum, committendum, vt dicit Berous *in c. quoniam contra n.* 161. *de probat.* & Giurba *d. deciſ.* 54. *in fine*;
22 Moueor quia oportet vel Iudicem eſſe peſſimæ naturæ, ſimulatorẽ, ac diabolicũ (vt eũ alio propoſito vocauit Rouitus in *prag.* 1. *de ſale vendendo*, & ad noſtrũ Merenda, *ſupra*) qui audiẽs Aduocatum contra terminos, contra regulas, & contra manifeſtum ius loqui; immobilem, & mutum ſtare, & nihil penitùs, ac ſi ſtatua ænea, vel lapidea eſſet non reſpondere. Cor enim apertum, animus verè purus, cum aliquid abſonum, iniuſtum, ac peruerſum audit, continere non valet; vt ſi in verbis, in facie, in oculis, vel alia corporis parte, non commoueatur. Ex Platone habet Petrus Crinitus *de honeſta diſciplina lib.* 1. *cap.* 7. & ex Plutarco ve-
23 tus adagium *iram non habent, qui ſenſum non habent*. Et alterum ex Ariſtophane, Theocrito, & Philone conflatum apud Manutium *fol.* 1949. & apud Alex. Taſſonum *lib.* 6. *quæſ.* 21. *Penſieri*. hoc eſt *Herculis ira*, cum cor integerrimum, nobile, apertum, technis, ac odijs, & malignitate expertẽ, & magnanimum, exprimere volunt, & apud Cœlium Rhodigin. *lib.* 23. *cap.* 25. *antiquar. lectionum fol.* 1305. & apud eundem Taſſonum *d.*
24 *lib.* 6. *q.* 22. *chi non s'adira, non haue il ſangue roſſo*; vbi quod alij ſe non mouentes, vel ſunt ſtupidi, ac ſtolidi, vel magna vitia in pectore fouent. Iraſcibilitas, cõcupiſcibilitas, ac rationabilitas, homini sũt cõnaturales, ira, vt expellat à ſe, & propulſet malas actiones, & opera; cõcupiſcibiliats, vt procuret bona; rationabilitas, vt ſegreget bona à malis, vt defendẽs
25 Alexandrum in occiſione *Cliti*, diſcurrit, & benè idem Alex. Taſſonus *lib.* 9. *queſito* 3. *fol.* 308. & melius Petr. Gregor. *ſyntax. artis mirabilis lib.* 40. *cap.* 21. *fol.* 539. & quod iſti Iudices, qui videtur lapidei, vt non ſe, nec facie, nec alio motu exteriori oſtendant, in corde ſint Lupi, Vrſi, ac Pardi; audiant Omniſcium, ac *doctiſſimum* Oliuetanum Abbatem Lancellotũ *in liberculo delli farfalloni*, qui in *farfallone* 97. *fol.* 477. & *fol.* 478. poſtquam ex
26 *ſacra pagina*, ex Chriſoſtomo, Auguſtino, Bernardo, & alijs, multa in homines ad iram promptos, de eorum ſimplicitate cordis, obliuione de iniurijs, & alia verè Regia deſcripſiſſet; In illos immobiles ſic inuehit. *Gli huomini di grande, forte, e ſodo ingegno, di molta docilità, & apprenſione ſono inclinati all'ira; e per lo contrario certi di natura graue, pigri, negligenti, delle diſcipline poco capeuoli, di memoria debile, e quaſi ſtupidi; che io in vna parola chiamo Serpenti, non così facilmente s'adirano; non auertendo, che differenza ſia frà l'adirarſi, & eſſer iracondo. Non penſando, che moltiſſimi, che ſono facili à commouerſi ad ira con agitarſi di fuori gagliardamente, facilmente ancora, e preſto la depongono, là doue altri, che à gli occhi altrui; non moſtrano alteratione alcuna, e paiono d'animo ſedatiſſimo, bolliſcono, e fremono dentro più che Tigri, e non perdonano quaſi mai l'ingiurie.* Hæc, & alia curioſiſſima Abb. Lãcellotus. Obſerua lector, ſi ex his adeſt hodie aliquis in mundo, & ſi veriſſima ſunt iſta, quæ ex tot ſapientibus conflauit, *conſumatiſs. literatus* Lancellotus.

Luculentum etiam de hoc exemplum eſt in

27 in *deciſione* 94.*lib.*1.*Senatus Toloſani* apud
doctum Gerar. Mayn. quod *Dominus*
Ioſſe Senator Toloſanus integerrimus,
ira percitus, interdum quędam ore pro-
ferebat, quæ corde nunquam cogitarat,
cuius poſtea ſtatim eum pœnitebat, quod
ex iracundiæ calore, nonnullis litiganti-
bus obijcere ſolebat, quod malas cau-
ſas, quarum ipſe referens erat, fouerent,
quod eas perdituri eſſent, quod temere
litigarent, & pœnam mererentur, quod
cum ob id fuiſſet recuſatus, vt ſuſpectus;
Senatus cognita Viri probitate, & quod
non malo animo in id prorumpere ex
naturali animi habitu, & corde aperto,
adigebatur; prouidit, quod interueniat
in illa cauſa. Subdit Maynar. quod de-
inde in aula adſtante toto Senatu, Pręſes
illum correxit, quatenus daret locũ iræ,
quæ tot ſuas virtutes obſcurabat. Et cũ
poſt has admonitiones, id iterũ feciſſet,
Senatus prouidit in alia cauſa, quod nõ
interueniat. Et benè; quia à geſticulatio-
nibus corporis, is deſcendebat ad ver-
28 ba apertiſſima. Et nouimus *Varelam*
integerrimum Conſiliarium Hiſpanum, qui
& S.R.C. in anno 1646. fuit Propræſides,
eſſe alterũ I*oſſe* in dicta *deciſione* deſcrip-
tum. Et quia impauidus, & aperto cor-
de, & pronus ad iram, cum Aduocati
Marchionis Vaſti illum informaſſent, de
cauſa dicti Marchionis, inquiſiti de man-
dato ad homicidium, in perſonam Mar-
chionis Vrie, quod factum occultiſſimè
patratum, dixit, *così hà fatto ammazzare*
il Marcheſe del Vaſto, al Marcheſe d'Oira,
come io ſono il Conſigliero Varela; quæ ver-
ba refert Sanfelicius *d. deciſ.* 80. *n.* 5. fuit
in anno 1624. recuſatus dictus D. *Varela*,
& per quatuor alios Iudices delegatos
prouiſum, quod non interueniat. Siqui-
dem licèt idem Gigas *de crimine læſæ Ma-*
29 *ieſtatis q.* 52. *fol.* 99. per tex. *in l. qui ea*
mente, ff. de pœnis, dicat, primos motus
non eſſe in noſtra poteſtate, & quod lu-
bricum linguę, non facilè ad delictum
eſt imputandum, *l. famoſi, ff. ad l.* I.*ma-*
ieſtatis, allatis ibidem curioſis exemplis,
Tamen in Iudice non cadit excuſatio.
30 cum ex profeſſo, & ſedato animo ad
ſimilia verba prorũpit, à quibus quantũ
in ſe erit debet omnino abſtinere. Dixi,
quantum in ſe erit, quia *Eccleſiaſten cap.*
19. dixit, eſt *qui labitur in lingua ſua, ſed*
non ex animo. Quis eſt enim qui non deli-
querit in lingua ſua? Et ideo omnes do-
ctores contra, allegati, ad verba, non ad
ſigna, & corporis geſticulationes, ſe re-
ſtringunt, vt patet *in Viuio d. deciſ.* 36.
31 initio allegata, ibi. Immo *Si apertè ante*
illam declarauerit, & ſic alij, & ſic locu-
tus fuit *Varela*, Quia hominis voluntas
propriè ex verbis conſiſtit, ſicut facies in
ſpeculo dixit Bal. *in conſ.* 102. col. 3. lib. 2.
& ex eo Menoch. *conſ.* 814. *n.* 21. quod
nedum ex Bal. Rolando, Soccino, Gra-
matico fundat Maſcardus *concluſ.* 94. *n.*
17. & *concluſ.* 95. ſed ex ſententia, & cu-
rioſo facto Socratis, quem refert; & Tu-
ſcus *concluſ.* 336. *n.* 8. & melius S. *An-*
toninus 3. *par. tit.* 9. *cap.* 1. verſ. *quomodo de-*
bet eſſe Iudex tranquillus fol. 89. Ergo re-
ctè D. Carolus non fuit remotus, quia
non fuit locutus; ſed ſolùm caput, nares,
& os modeſtè ridendo, ac manus, ex no-
bilitate aperti animi, & generoſi cordis
non poterat, audiendo Principis Aloyſij
Aduocatum ſe continere; licèt ſi in his
magnus fuerit exceſſus, riſuſq;, & ca-
chinni immoderati, & ſcandaloſi, Iudi-
32 cem non excuſarem. Vnde non ſine
quare *Calliſtratus* d. l. obſeruandum, vſus
eſt verbo *exſcandeſcere*, & verbo *illagri-*
mare, ibi neque *exſcandeſcere aduerſus*
eos, quos malos putat, neque precibus calami-
toſorum illacrimari oportet, id enim non eſt
conſtantis, & recti Iudicis. Excandeſcere
autem exponitur *exardeſco Nizolius fol.*
146. *at. Calepinus* excandeſco eſſer *abru-*
giato, hoc eſt magnus exceſſus in prola-
tione verborum. Prateius, & Briſſon.
verbo *excandeſcere*, vehementius cõmo-
ueri, & iraſci, quod ira velut ignis ani-
mum incendat. Illacrimare, eſt in tota-
lem partis paſſionem ſe inſerere. Rectè
igitur Berous hoc cõmiſit arbitrio prudẽ-
tium, & circumſpectorum Iudicum.
Quæ autem ſubdit Sanfelicius eadem
deciſ. 80. diſtinguens, an Iudex aperiat
33 votum in iudicio, vel extra, vt verum
fatear, non placent. Quia præceptum de
34 nõ reuelando voto, eſt *negatiuum*, obli-
gatq; proinde ſemper, & ad ſemper, ſe-
cus ſi eſſet affirmatiuum, quod obligaret
ſem-

ſemper, ſed non ad ſemper, iuxtà Sanctũ Thomam 2.2. *q.* 3. *art.* 2. & *q.* 33. *art.*2. & Archidiac. *in c. ſi peccauerit* 2. *q.* 1. & Nauarr. *conſ.* 1. *de ſumma Trinitate*; ideo votum nunquam, & in nullo loco po-
35 teſt publicari; & publicatum Iudex debet non ſolùm remoueri à cauſa, vt ſuſpectus, ſed officio priuari, vt priuatum dicit ex *addit.* ad Belluga Theſaurus *deciſ.* 1. *n.* 14. Marinum Frecciam S. R. C. Neapolitani quondam Conſiliariũ nõ vulgariter doctum, atque eruditum.

§. 3.

36 *In libello ciuili non eſt opus declarare locũ, & tẽpus, & corã quibus perſonis res geſta ſit.*
37 *In libello criminali cur talia quis declarare teneatur.*
38 *Libellus nouæ conuentionis qualis debeat eſſe in Regno.*
39 *c. Regni prolixitatem intellectus*
40 *De pęnis impoſitis per leges municipales cõtra recuſantes Iudices.*
41 *Qui auxerunt pœnas prædictas, ipſi primi omnium illas luerunt.*

PRimus, quod ſciam poſui ſuper tabula hunc articulum in hac cauſa, In quocumque libello ciuili, etiã iure commu-
36 ni attento (iure noſtro municipali ſufficit qualiſcumque petitio) ſolùm narrare factum; & concludenter dicere quid petitur; nec oportet narrare locum, tempus, & coram quibus perſonis, res, quæ narratur, geſta, vel occurſa ſit. Solùm in libello criminali quis ad hæc adigitur, vt in *l. libellorum, ff. de accuſat.* vbi neq; diẽ, neq; horam inuitus libellans, tenetur declarare, ſed ſolum menſem, perſonam, & locum. Ex ratione, ne tollatur reo
37 defenſio, vt negatiuam coarctatam, cum ſuis requiſitis probare poſſit, vt poſt omnes in *d. l. libellorum.* Farinacc. Caball. Clar. Boſſ. Guazzin. ſcribit, Spect. Reg. de Marinis ad *deciſ.* 541. *n.*4. Reuert. At inoleuit in omnibus Regijs Tribunalibus Neap. quod vbi in cauſa merè ciuili allegatur noua cõuentio, ſiuè per reum, ſiuè per actorem, talis libellus omninò non admictitur, & admiſſus, ſtatim inſtante altera parte reijcitur, ſi in eo non ſit expreſſus *locus*, & *locus loci*, non ſolum die, ſed *hora*, & coram quibus teſtibus, conuentio facta ſit. De his circunſtantijs, nulla adeſt lex, quæ nuncupatim illas requirat, ſed ſolùm *Reg. prag. Comitis Mirandæ* 21. Martij 1587. quæ eſt 47. *de off. mag. Iuſtit.* §. *item volumus, & mandamus*, quod quando allegantur in Iudicijs nouę cõuentiones, aut ſatisfactiones, comparitiones has continentes, debeant eſſe adeo *lucidè, & clarè, quod nulla penitùs indigeant declaratione, ſed exprimatur ſpecies ipſius nouæ conuentionis, & aliter nõ admictantur, &c.* ecce, quod de loco loci, die, & hora, & coram quibus teſtibus exprimendis per nomina, & cognomina,
39 non loquitur. At *Capitulum Regis Roberti* quod incipit *Prolixitatem*, loquens de libello, quo Iudex ex noua cauſa poſt litẽ conteſtatam recuſatur, dicit ſic. *Exceptionem ſuſpecti Iudicis, &c.* omnino *ceſſare, & à iudice non admitti, niſi dicta emergens ſuſpicio ſic lucidè liqueat, quod euidenter, atq; notoriè, notabilitèr ſe oſtendat.* Ergo debet lucidè, liquidè, euidentèr, notoriè, & notabilitèr, quę verba, ſine comparatione, ſunt magis enixa, & quingeminata, quam appoſita in *d. prag.* nouæ conuentionis, ergo libellus clarior in iſto, quam in illo iudicio deſideratur; quæ neque Campagna *in d. cap. num.* 55. conſiderauit; & licèt *capitulum* loquatur proprie de proceſſu, non de libello, tamen ad libellum extendi debet, cum nõ ſemper, immo raro de ſuſpicione fit proceſſus, & ſępeſępius prouidetur reijciantur capita. Tapia *lib.* 3. *in d. cap. prolixitatem lib.* 3. *fol.* 185. Quod parti oppoſitũ in ſcriptis in hac cauſa, reſpectu aliorum capitum poſuit omnia prædicta in libello, & articulauit, & niſa fuit probare. Annuentibus DD. Aquino, & Soto, huic nouæ obſeruationi, illamq; commendantibus, & dixit *Soto*, quod eadem ratio præſumptæ calumniæ, quę in nouis conuentionibus militat in ſuſpicionibus, vt plurimum concurrit.

Quod ipſe dixerim ſup. n. 14. quod depoſi-
40 tũ debuiſſet fieri per recusãtẽ duc. 400. nõ intelligas me ex hoc pręferre ius municipale, quod cõtra vtriuſq; iuris cenſuram, pęnas tam graues contra recuſantes

tes iudices, inuexit; nam ab experientia edoctus, diuerſum ſentio, & ſentiam. Multi enim, qui pecuniæ numeratę promptitudinem nõ habent, ſuſpectos iudices, alias ſuſpectiſſimos non proponunt; & perdunt cauſas. Cum ergo iure communi, ciuili, ac canonico, ſanctum ſit, proponi hãc vtiliſſimam, ac neceſſariam defenſionis exceptionem (vt eam meritò extollit, & quod ſit fauorabilior appellatione, & quod iure Princeps non poteſt illam tollere habet Petr. de Gregor. *ſynt. iur. lib.* 49. *cap.* 3. *ex n.* 27.) abſque pęna, cur ius municipale illas tam arduas induxit? ad euitandas calumnias dices, ni reus in infinitum cauſas diſtendat. Sed venerandæ Romanorum leges diuinitus per ora principum promulgatę, omnia proſpexerunt; Calumnianti, & cauſam protrahenti, *ſequeſtrum* imponi iuſſerunt. Hęc eſt maior pęna, quæ panẽ calumnioſo litiganti ſenſim tollit. Sed brachia nõ truncat, defenſionem non aufert. Ijs, qui ſexaginta, 120. biſcentum, vel 4. cẽtum aureos, vt ſe in diſcrimen illos perdendi, & irritandi Iudicem, recuſandum (vt agnoſcit D. Capycius latro *deciſ.* 85.) reponant, proferre haud poſſunt. Magis quod non proſpicit vniuerſaliter, vt ſequeſtrum, in cauſis enim grauiſſimis, in quibus calumniæ, & protelationes, frequentiori perfidia videntur, potentes, & diuites, has pęnas non curant, ridentes, & iocantes illas luunt, vt cauſam diſtendãt, vt non etiam Tribunalia, ſed ipſam iuſtitiam ludificent, & actorem ad deſperationem adducant; Sed non riderent vtique de ſequeſtro. Vt nil mirum ſi magni

41 Dei iuſtiſſimo iudicio, huius vltimæ legis conſultores, primi omnium, illas pęnas luere coacti ſint. Impetiti enim à tũc D. Prorege pro prætenſis cauſis capitalibus, vt retulit mihi meus magiſter.

PARERGON,

AD OMNES IVDICES.

42 PEtrus de Palude Patriarcha Hieroſol. 1. 4. *ſentent.* & ex eo S. Antoninus 3. *par. tit.* 9. *cap.* 1. *fol.* 90. *ſummæ* referunt de quodam Iudice pagano, qui fuerat iuſtiſſimus in iudicando; cauens ſibi ab omni iniuſtitia, quod quamuis mortuus fuerit in infidelitate; tamen pręſeruatus fuit per longiſſima tempora à pęna infernali. Demum quodam fodiente in agro ſuo ad puteum, vel aliud faciendum; Audita eſt vox: leuiter percute ne me lędas: Quo interrogãte quis eſſet, reſpondit, ſe fuiſſe gentilem, & Iudicem, & propter iuſtitiam ſuam, à Deo præſeruatum, quouſque baptiſmum reciperet. Rogans, vt pro Epiſcopo mitteret, vel iret, vt baptiſmum ei conferret: quo facto, ſubitò in cinerem diſſolueretur. Caluaria eius integra erat, & lingua in ea viuens, & recens, & loquens. Quibus omnibus peractis, & coram ipſo Clero, & populo per ipſum declaratis, Baptiſmo recepto, in cinerem eſt reſolutus, ad beatitudinem anima eius nulli dubium tendente. Hæc ex Patriarcha Paludano Archiepiſc. S. Antoninus.

ARGV-

ARGVMENTVM.

De officio cuſtodis portus Ciuitatis tempore peſtis. Officialis condemnatus in aliam pœnam pro delicto in officio commiſſo cenſeri, licèt in ſententia non ſit expreſſum, officio ipſo, quaſi per cõcomitantiam, etiam priuatus, ſiuè tale officium gratis, ſiuè pretio obtinuit: Nullum diſcrimen, quo ad pœnas dari inter vtrumque; Nullã dari actionem, ad recuperãdum pretium talis officij. Nullam in officijs dari proprietatem. idem omninò eſſe, ſi ſententia concepta fuerit; Priuetur, deponatur, deſtituatur, vel ſi dixerit nõ exerceat. Multa *de deciſ. Rota* apud Farinac. *in conſ.* 5. & Aymon. *conſ.* 6. *n.* 109. cũ *deciſ. S.R.C.*

1 *Poſſeſſio beneficij, vel officij ſtatim dicitur vacare ſi poſſeſſor ſit priuatus.*
2 *Ementes officia vendunt Iuſtitiam.*
3 *Poſſeſſor officij non poteſt de facto expelli, ſed debet audiri.*
4 *Facta electione, eligentes non poſſunt variare, neque pęnitere.*
5 *Actus publicationis ſcutrinij facit, vt res ampliùs non dicatur integra, etiam ſi electus non ſit confirmatus.*
6 *Eligentes non poſſunt pęnitere, etiam ſi electus ſit abſens, etiam ante acceptationem, quando teneatur eligere de neceſſitate officij non poſſunt variare non ſolùm priuatiuè, ſed neque cumulatiuè.*
7 *Officium gratis datum valdè differt ab officio pretio empto, & infra n.*
8 *Deſtitutus ab officio empto non perdit pretiũ illius, & infra per totum.*
9 *Sententia, quæ dicit non exerceat, valdè differt ab illa, quæ priuat ipſo officio, & infra in numeris ſequentibus per totum.*
10 *Merlinum videtur ſeparaſſe exercitium à proprietate officij, & infra per totum.*
11 *Verba ſententiæ ſunt ſtrictè intelligenda.* 12 *non trahuntur ad non expreſſa.* 13 *non patitur ſubauditum intellectum.* 14 *tacitè proferri non poteſt.*
15 *Condemnatus ex inditijs, & non conuictus non præſumitur niſi exercitio, ſed nõ pretio, priuatus.*
16 *Sententia S. R. C. in cauſa principali.*
17 *Diſcrimen inter officium gratis datum, & venditum ſubhaſta, nullum datur in iure.*
18 *In vtroq; officio intelligitur appoſita clauſula donec benè, & fideliter ſe geſſerit.*
19 *Conſuetudo iudicandi contra emptores officiorum, vt etiam perdant pretium.*
20 *Ementes officia debent peius tractari, quam gratis habentes, & quare.*
21 *Rota coram Cantucio in cauſa Franciſci Burgi, non fuit recepta, & contrariũ deciſũ.*
22 *Ratio Merlini cur debent perdere non ſolum exercitium, ſed etiam pretium.*
23 *Rota coram Cantucio in cauſa Franciſci Burgi notatur à* D. *Merlino, & cũ ratione.*
24 *Aymo malè fuit inductus ad quæſtionem de officio gratis dato.*
25 *eſſentia eſſentialis feudi eſt fides erga dominum. & n.*26
Gloſſ. in Auth. de armis in verbo ſollicitudine, malè inducta ad quæſtionem iſtam.
27 *Delicta commiſſa in officio, quæ ſint.*
28 *Qui furatur in* Regno *ſex ducatos incidit in pœnam mortis naturalis.*
29 *Delinquens in officio, ſtatim illud perdit.*
30 *Non recuperat etiam ex reſcripto* Principis.
31 *Quia delinquens cõtrauenit pacto, & baſi, & fundamento, quibus omnia officia nituntur donec benè, & fidelitèr ſe geſſerit.*
32 *Clauſula prædicta eſt de ſubſtantia, & eſſentia eſſentiali omnium officiorum, quæ ſemper cenſetur appoſita, & n.* 33.
34 *Delicta ſunt vel in ommittendo, vel in cõmittendo; in committendo ſufficit modica fraus; in ommittendo magna negligentia, quod procedit in omni officio vſq; ad Regem incluſiuè, & n.*35.

QVÆSTIO SECVNDA.

OCCVRRIT, non adhuc, totaliter ſtygia, ac rabida peſte ſedata, quæ in anno 1656. Ciuitatem, ac Regnum penè conſumpſit, vt deputati ad portus cuſtodiam, delinquerent in eorum officio. Vnde M.C. V. contra illos protulit diffinitiuum decretum, per hæc formalia verba conceptum. In cauſa Pompei .S. & Ioſephi V. inquiſitorum de concuſſione in officio, vti deputatorum Salutis, ac de extorſione, cum contrauentione ordinis, & banni eiuſdem deputationis, & alijs cauſis, vt in banca Mag. Caliſti. Die 13. Februarij 1657. Neapoli. Facto verbo in Regio Collaterali Cõſilio coram Excellentiſſimo D. Prorege, accedente voto eiuſdem Regij Collateralis Cõſilij. Per Magnam Curiam Vicariæ delegatã fuit prouiſum, & decretum, quod ſupradicti *Pompeius*, & Ioſephus, vt ſupra inquiſiti pro cauſa predicta, condemnentur ad quatruplum ducatorum quinquaginta in beneficium Regij Fiſci, & amplius non exerceant. Hoc ſuum, &c. Don Didacus de Soria. D. Franciſcus Ortiz. D. Aloyſius Xiſtus. Don Thomas Carauita. D. Berardinus Belpratus. Caliſtus Act. Mag.

1 Platea popularis, ad cuius collationem
manebat officium Ioſephi; habens illud
pro legitimè vacante, iuxtà tradita per
Garziam de beneficijs cap. 1. §. 1. *n.* 75.
verſ. *nam ibi dicitur*, & per *Maſtrill. de*
Magiſtr. cap. 26. lib. 1. illud contulit
Fœlici Baſili eiuſdem plateę tunc vigilantiſſ. tribuno. Qui (totalitèr poſtea ſedata peſte) illud (quia adſcitus in Pręſidentem R. Cam. Idiotam) reſignauit in
manus eiuſdem plateę fideliſſ. populi.
Quæ legitimè congregata acceptata reſignatione, illud contulit in ciuem idoneum Io: Baptiſt. Mezomonaco, illum
acceptare coactum; Cõtulitque gratis,
2 ne peccaretur in idem; iuxtà illud,
Emerat ille prius, vendere iure poteſt. Mutatis deinde Superiorum gubernijs, eadem platea, de facto illud *alteri* contulit. Quod ad propulſandam vim, non quia officium affectaret, ſe defendente Mezomonaco non potuit habere effectum. Dixi enim ex ordine, debere poſſeſſorem audiri ſaltim cum termino sũmario, vt de iſthoc officio propriè lo-
3 quentes dicunt Rouitus *deciſ.* 37. &
Dominus Regens, & Marchio Capycelatro quondam meus venerabilis magiſter *conſult.* 62. Et in iuſtitia hæc ſemita nullum exitum erat habitura. Quia electo Mezomonaco, platea non poterat
4 variare, neque pœnitere, neque alium
eligere *c. publicato de elect.* vbi omnes
5 *canoniſtæ. Nauar. conſ.* 7. *n.* 4. *lib.* 1. *de*
elect. Deſinit enim rem eſſe integram ſolum per actum publicationis ſcuttinij, licet non ſit adepta poſſeſſio, neque electus ſit confirmatus Coſta *de reintegra diſtinctio* 107. n. 2. Scayn. *deciſ.* 73. *n.* 24. & in officijs temporalibus hoc eſt expeditum, ſi electores cogantur eligere ex neceſſitatę officij Bart. *in l. abſenti col.* 1. verſ. *pro declaratione ff. de donat. habet* ex noſtris Franchis *deciſ.* 539. & *eſt tex.* ad literam *in c. ſi tibi abſenti de conceſſ. prabẽde in 6. Bal. in l. beneficiũ n.* 15. *de conſtit. in princ.* Alex. de Neuo *in cap.* 2. *n.* 30. *de cõſt.* vbi *Decius in* 1. *lect. n.* 44. & Felyn. *n.* 7. verſ. *tertio limita* Menoch. *caſu* 185. *n.* 46. *de arbitr. Iudicum.* Sanchez. *lib.* 3. *de matr. diſput.* 36. *n.* 4. Suarez. *lib.* 8. *de legibus cap.* 25. *n.* 7. & P. Merolla *de*
6 *Priuileg. cap.* 6. *n.* 100. & ſeq. fol. 134.
& 135. Cum ergo dictum officium neceſſario alicui eſſet conferendum &c. facta electione etiam de abſente, etiam ante acceptationem, res amplius non fuit integra, vt variaretur non dixerim priuatiuè, ſed neque cumulatiuè. Barboſa *de poteſtate Epiſcop. allegat.* 72. *n.* 159. verſ. *unde variatio.* & Garſia dat concordantes loco *citato ex n.* 211. fol. 596. & ex noſtris Riccius *reſolut.* 156. *n.* 2. Vnde Ioſeph relicto hoc itinere inuio, & inaquoſo, diuerſum, & aliud inſtituit iudicium; petendo in S. R. C. condemnari Plateam populi, ad ſibi reſtituẽdum ducatos duos mille, pretium officij prædicti. Instructo proceſſu, eadem platea popularis inſtetit, quatenus veniret condemnanda ad beneficium Ioſephi, vnica ſen-

ſententia, condemnari Mezomonaco, in quem gratis officium prædictum fuerat collatum, ad illud vendendum, vt pretiũ Ioſepho reſtitui poſſet.

7 Et videbatur, pro Ioſepho, eſſe iudicãdum; primo quia valdè differt officium gratis datum, ab officio pecunia coempto. Vt officio deſtitutus, etiam ex delicto in eo patrato, non videatur niſi exercitio, non autem pretio priuatus; vt de feudo gratis conceſſo, vel pecunia comperato, dicit Aymon *conſ. 6. ex num. 99.* quem in puncto ad officia vendibilia traxit Camill. de Medices *conſ.* 143. *n.* 7. *&* 8. Æmil. & Bartolomæus de Franco inter *conſ.* Rouiti *conſ.* 105. *n.* 2. *vol.* 2. quod conſilium fuit *etiam* ſubſcriptum à Io: Camillo Cacacio peſte, extincto, cum Regentem Supremi Collateralis ageret; Ita etiam tenuit Dominus Capycelatro *conſult.* 33. *n.* 36. *& conſult.* 34. *n.* 48. *lib.* 1. quam ſententiam ſecuti ſunt Domini *de Rota* 27. *Ianuarij* 1584. coram *Cantucio*, apud *Farinaccium conſ.* 5. *n.* 42. de qua infra latius dicturi ſumus.

8

9 Addebat talem fuiſſe mentem Iudicum, qui illum condemnauerunt, vt ex formula decreti, quia locuti ſunt non de titulo, vel proprietate officij, vel de pretio, ſed ſolum de exercitio; vt in eadem *Rota deciſione* expreſsè dicitur, quod in tertia difficultate illius cauſæ domini tenuerũt, notarium condemnatum de delicto cõmiſſo in officio, non priuari propriè, ſiuè titulo officij, ſed ſolum exercitio; Vnde ponderabat ex noſtris, Merlinum quon-

10 dam Præſidem S.R.C. incomparabilem *cap.* 30. *cent.* 2. *n.* 9. ex *deciſ.* 28. Ponte certo modo tenuiſſe eſſe quid diuerſum exercitium, à proprietate, ac titulo officij, ibi, *quandoquidem non fuit ipſe damnatus ad officij priuationem, quia potius ex ſuſpenſione per triennium, ſupponitur, radicata in eum proprietas ipſius:* Vnde quia ſententia, quę ſolùm de exercitio loquebatur ad aliud non erat extendenda. *l.* 2. *ff. de*

11 *ord. cognit.* & eius verba ſunt ſtrictæ accipienda Decius *conſ.* 43. Ozaſc. *deciſ.* 63. *n.* 1. Franchis *deciſ.* 172. *n.* 8. vt ex ea

12 plus inferri non poſſit, niſi quod eſt expreſſum *l. ſi quis à liberis* §. *ſi vel parens ff. de lib. agnoſc.* Franchis *deciſ.* 228. nec ſub-

13 auditum patitur intellectum *l.* 1. *C. ſi plures vna ſententia* Giurba *deciſ.* 46. Afflict. *deciſ.* 215. ex ſubauditis enim non oritur ſententia, quæ expreſſim fieri debet Caball. *reſolut. crimin caſu* 297. *n.* 19.

14 nec ratio ſententiæ decidit, quia tacitè proferri non poteſt. Bald. *in l.* 1. *C. ſi aduerſ. rem iudicatam.* Maſtrill. *deciſ.* 241. *n.* 71. Pænę enim ſunt reſtringendæ *c. odia c. in pœnis, c. cum ſunt partium, de regulis in 6.* cum alij apud Barboſam *Axiomate* 166. *&* 181.

Denique exclamabat, ſe condemnatum ex indicijs, non autem conuictum, vnde ſi contrarium forte eſſet attendendum; id

15 in officiali plenè conuicto procedere autumabat, & in primis adducebat *textus* capitalis in hac materia, *literam expreſsã in l. ſi aliquid C. de ſuſceptoribus lib.* 10. ibi *de interuerſione conuictus*: Quam diſtinctionem poſuit Salgad. de Brachio Regio.

16 Tamen Ianuarij 1661. cum pleniſſima cauſę diſcuſſione, per Regiam ſententiã S. R. C. contrarium fuit iudicatum; & prouiſum, *non eſſe locum pro nunc petitis per Ioſephum V.* proceſſus eſt in banca Licti, votantibus quinque RR. CC. DD. Iouino decano, Varaiz Cauſæ relatore, Palma, Iannactaſio, & Roſa. Dixit pro nunc, quia in aula produxit reſcriptum reclamationis decreti eiuſdem M. C. V. quo fuit condemnatus. Quod ſi in reclamatione obtineret, abſq; dubio, officium, vel pretium ei eſſet reſtituendũ. Et fuit iuſtiſſima ſententia, quia

Reſpondi ad primum; diſtinctionem officij empti, ab officio gratis dato, excerptã (&

17 malè iudicio meo, vt infra) à *conſilio* Aymonis, & ex *gloſ. in Auth. de armis* eſſe erroneam; quinimo eximius ille I. C. ac integerrimus miniſter Rouitus cum Fiſcalem aduocatum ageret, & cum illa fuiſset impetitus à fratribus de Franco, & Cacacio, qui Notarium Regię Curiæ coram generali Regni Viſitatore defendebant, non dubitauit hoc epiteto cohoneſtare in *conſ.* 104. *n.* 14. ibi, *allegare, quod hac facultas nominandi non fuit gratioſa, & propterea ceſſet illius ademptio, ex culpa nominantis, Truffa eſt. nã non propterea efficitur alterius natura, quam ſi officiũ*

Conſt. Caſari Spec. Pereg. qq.

gratioſè cõceſſum, vt in ſpecie reprobato
Crauetta conſ. 6. R.de Pont. deciſ.7. n.33.
cum ſeq. poſt Frecc. Auth. 1. q. 57. quem
citat, & ſequitur Muta in prag. Reg. Sici-
liæ tit. 13. num. 12. cum ſeq. Hæc Rouit.
aſſignat rationem infra vberius declarã-
dam, quod in quolibet officio tam emp-
18 to, quam gratis dato, intelligitur ap-
poſita clauſula, donec fidelitèr ſe geſſe-
rit, & vltra Rouitum, & ab eo allega-
tos, ita tenent Franc. de Amicis *de his,*
qui feudum dare poſſunt fol. 6. n. 1. quod
ſi ematur officium, non mutat naturam
illius. Galeota *Reſponſo* 15. *n.* 130. *fol.*
300. dicit *Aymonem eſſe lapſum in conſ.6.*
n. 109. *quod in officio empto ceſſet pœna*
priuationis, alias indicta in officio gratis cõ-
ceſſo, licet eum videatur ſequi D. *meus ſo-*
cer Camill. *de Medic. conſ.* 143. *n.* 7. *con-*
19 *trarium enim paſſim deciſum patet in Re-*
gno in officialibus Dohanæ, *& ſimilibus offi-*
cijs vendibilibus, & paſſim in perceptoribus
Prouinciarum, & alijs officijs vendibilibus
deciſum eſt, & in dies deciditur per Regiam
Cameram, & Regiam Iunctam Iudicum de-
legatorum, & notabiliſſimè ſubdit n. 121.
20 *deterioris conditionis eſſe illum officialem,*
qui emit, quia cum is, qui dat pecuniam pro
officio det malo animo, titulum dicitur ha-
bere lucratiuum, & etiam ſine cauſa poteſt,
à concedẽte reuocari, vt ex Bart: & Guliel.
de Benedict. probat Maſtrill. de Magiſt. lib.
1. cap. 27. n. 14. 15. 16. ita vt deterioris
conditionis ſit emens officium licet à Princi-
pe, quo ad faciliorem remotionem, illo qui
gratis accepit. Hęc D. Galeota hęc omnia
comprobat Merlinus *d. cap.* 20. *cent.* 2.
vbi locutus de Dohanerio Ciuitatis Ca-
ietę, qui emerat officium dicit, quod
cauſam diſceptationi tribuit, ſolemnis
dicta *deciſio* coram *R. Cantucio* in cauſa
Actuarij *Franciſci Burgi*, & n. 4. & ni-
21 hilominus *quod* DD. *Iudices delegati,*
cenſuerunt pœnam priuationis officij, contra
Paulum Oliuam irrogandam, non minus
importare exercitij, quam proprietatis am-
miſſionem, idquè genericè, ſinè gratioſè, ſit
illud conceſſum, ſiuè pretio emptum. Primo
per *Iura* inferiùs alleganda, ſecundo ex
clauſula, donec benè, & fidelitèr ſe geſ-
ſerit, quæ totum officium facit, vt cadat
in commiſſum, cum delinquit in officio,
Tertio exemplo vſufructus, Quarto ex
22 palpabili ratione, quam his verbis ex-
preſſit; Idq; *ipſum confirmat, alia non mi-*
nus euidens, quam viua ratio, nempè ſi pœ-
na ipſa priuationis officij, tantummodo exer-
citij interdictionem contineret, daretur qui-
dem materia delinquendi, & aperiretur
fraudibus via: Et quis enim ſciens ſe nihil
vltra ommiſſurum, niſi adminiſtrationem
officij, ſecurus de proprietate à delinquendo
detraheretur? & is Pręſes Præſidum Mer-
linus ex n. 8. reſpondet ad omnia mo-
tiua *Rotæ* in dicta cauſa *Burgij*, & con-
cludit dictum *cap.* 30. his verbis *ex, qui-*
bus patet non eſſe vndequaq; ſecuram ſen-
tentiam, quam tam audacter, amplexi ſunt
Domini de Rota, vt proinde inſtiſſimè ab ea
diſceſſerunt, Domini *Iudices delegati; etiam*
in caſu relato per Rouitum dicto conſ. 104.
Ioſue etiã, licet prędicta non attinſetit,
in ſuo libro *de regalibus officijs fol.* 121.
verſ. *officia n.* 12. concurrit, & exclamat
fol. 99. verſ. *quibus omnibus.* poſt n. 19.
quod in illa cauſa notarij curiæ, in qua
ſcripſerunt Rouitus, Cacacius, & Franch.
in conſ. 104. 105. *&* 106. *vol.* 2. non exi-
gebantur tot *conſilia & allegationes,* quia
ius fiſci, erat ſatis liquidum (dicit Ioſue)
& apertum, præſuppoſito facto certo
præfatum N. Iulium Cæſarem, deliquiſ-
ſe in officio, quia conceſſio dicebatur
reſoluta, ex illa tacita conditione ſub-
intellecta à principio donec fidelitèr &c.
& ſic *iudicatum* per *quinque Iudices* corã
Viſitatore Regni, vt in d. *conſ.* 106. *Rouiti.*
licet officium Notarij curię pretio eſſet
emptum ſubhaſta. Ita etiam tenent Ca-
bed *deciſ. luſit.* 20. *n.* 4. *par.* 2. Maſtrill.
de Magiſtr. lib. 1. *cap.* 27. *n.* 39. Georgius
allegat. 42. *n.* 7. & alij ab ipſis allegati.
Io: Bapt. Spada *conſ.* 88. Pater Fragoſ.
de regimine Reipubl. Chriſt. quęſt. 1. *lib.* 3.
diſput. 5. *n.* 22. *cum ſeq.*
23 Et licet omnes, huc vſque in Aymo-
nem inuexerint, ego illum bene locu-
tum, ſed male inductum (ſub correctio-
ne) dixerim. loquitur enim, quando
24 feudatarius non delinquit, in eſſentia,
eſſentiali feudi, hoc eſt in fide, ſed quã-
do grauat Vaſſallos, & per *tex. in §. ſed,*
& maior inſtitut. de his, qui sũt ſui, vel alieni
iuris, & nos infra *quęſt.* 33. *&* 34. cogitur
vendere

Digitized by Google

vendere feudum accepto prætio, ſecus vtique ſi felloniam admiſiſſet. Ergo male fuit inductus ad excuſandum officialem, qui in eſſentia eſſentiali, cuiuſcunque(vt infra) officij deliquerit;quique baſim, donec bene, & fideliter ſe geſſerit, euerterit, vel concuſſerit.&hoc quia non viſo in fonte; ſicut illum non vidiſſe Montanum *de regal. offic. ſub n.* 71. verſ. *ego interpetror*, qui reuera ſomniauit in Parnaſo,interpretatus Aymonem de re, de qua omnino non lo-
25 quitur, vt ſupra. Peius fuit ad id inducta Gloſ. *in Auth. de armis* in verbo *ſolicitudine*, quæ nihil prorſus dicit, ſed ſolùm ad *tex.*qui dicit *militia cadent*;gloſſat. Nota, *quod ſi tabellio delinquit in officio, non debet amodo poſſe hoc officium exercere*. Sed non aperit, ſi verbum exercere, ſaluet pretium militiæ; neque ſi ſaluet titulum,& vt *aliqui* impropriè dicũt, proprietatem officij. Et verbum exercere, omnia comprehendere, infra demonſtrabitur.

Secundam obiectionem dixi nullo modo obſtare.Quia delicta, pro quibus Ioſeph fuit condemnatus,fuerunt propriè commiſſa in officio. Siquidem delinquere in officio is dicitur, qui occaſione, autho-
26 ritate, cauſa, colore,ac prætextu officij, quod exercet delinquit, iuxtà exempla tradita per Carauitã *in ritu* 49. per totũ, & præcipuè poſt *n.* 27. & eſt theorica Bal. *in l.* 2. *in fine*, C. *quor. appell. non recipiuntur*, vbi poſt Guliel. de Cuneo *in l. nulli*, C. *quor. appell. non recip.* docet directè officialem delinquere officiũ exercendo, quãdo delinquit fauore, vel prętextu, vel contemplatione, vel colore officij, idẽ habet Paris de Puteo *de ſyndicatu tit.* Iudices, ad *ſyndicatum qui ſint*, *c.* 1. *n.* 8. verſ. *& dixi*, *pag. mihi* 129. & in verbo *officialis offenſa*. verſ. *niſi adulteraſſet fol.* 350. Nouar. *in prag.* 1. *de abolit. n.* 41. *& de offic.* Iud. *prag.* 5. *n.* 5. & credo nullum hoc negare. Taliter deliquit Ioſeph, nam cũ eſſet de licentia in ſcriptis, obtepta à Dominis deputatis Salutis ingreſſus ciuitatẽ cũ ſua familia Auditor Io: Baptiſta de Amore, fuit denunciatus, quod ſine licentia ingreſſus eſſet,& ob id in pœnam mortis naturalis in bã-

Conſt. Caſari Spec.Peregr.qq.

nis contentam, incurſum, & cum ob id tam ipſi, quam Petro Iacobo eius patri, eſſet factum mandatum duc. 30. mille, ne è domo diſcederent, cum ipſe exciperet de licentia prædicta,& quod in officio Ioſephi, & eius collegæ, erat præſentata,& cum pro ea miſiſſet, primo illam denegauit, deinde petijt duc. 500. Poſtea compoſuit pro duc. 50. qui cum in aureis Venetis ei dati fuiſſent,ſub prętextu, quod non erant iuſti ponderis, oportuit in Hiſpanicas duplices illos permutare; & ſic reſtituit licentiam,qua
27 habita Io: Baptiſta fuit liberatus. Hoc delictum eſt merè recactum, & pro ducatis ſex. Si aliquis in Campanea commiſiſſet, eſſet furcis ſuſpendendus, vt in *c. Regni ad hoc*, quanto magis in Ciuitate, & coram Principe, & omnibus Senatoribus,& peſte adhuc efferueſcẽte, fuit enim menſe Auguſti 1656.

Secundo extorſit, & concuſſit ab eodẽ I. B. Mezomonaco aliquas pecuniarum ſummas,ne mergeret piperis ingentem quãtitatem, & ea à Purgatorio publico, in quo merces,quæ ex locis ſuſpectis adueniunt, per 40. dies expurgantur, eleuaretur. Tertio introduxit, abſq; licentia Deputationis, ſub colore, quod habuiſſet mandatum à D. Prorege, in Ciuitate plures perſonas, contra formam bannorum, & ordinum vix ſedata peſte.

Primum eſt falſitas, negando habuiſſe licentiam. Exhibendo illam mediante pecunia eſt recaptum. Secundum eſt cõcuſſio; Tertium eſt contrauentio ordinũ, & bannorum, ſunt ergo omnia peccata propriè in officio.

Vnde ſtante quod deliquit propriè in offi-
28 cio,ſtatim illud perdidit in totum, vt eſt tex.in capitalis *in l.ſi aliquid*, C.*de ſuſcept. lib.* 10. *l.* Iudices, C. *de dignit.lib.*12. *l. ordinariorum*, C. *de cohartal. lib.*12. *l. ſi quis*, C. *de off. præf. prat.*Giurba dat omnes concordantes *in conſ.*44. *ex n.*1. Farinacc. *de delictis*, *& pœnis quæſt.* 18. *ex n.* 42. verſ. *pœna priuat. offic.* & apud nos eſt deciſio Afflict. *in conſtit. Regni offic. Reipubl. n.*1. verſ. *caueant etiam, ne committant aliquam*
29 *fraudem in eorum officio*, *quia ſunt priuãdi officio*, *& ad illud redire non poſſunt*, *etiã reſcripto Principis*, ſequitur Capycius *deciſ.*

ciſ. 121.*n.* 17. Loffredo *conſ.* 21. *n.* 11.
Lanar. *conſ.* 22. *n.* 20. Conſtantius *in l.*
1. *ſub n.* 108. *C. pœnis fiſcal.* Ponte *conſ.*
133, *lib.* 2. *& deciſ.* 7. 16. 28. & *de poteſt.*
proreg. & alibi Sanfelic. *deciſ.* 61. in princ.
Galeota *reſponſo fiſcali* 15. *n.* 100. & ante
n. 124. Merolla *de priuileg. diſput. 6. cap.*
8. *ex n.* 548. vſq; in finem, & Ioſue *de re-*
gal. officys, quibus modis officia extinguan-
tur, n. 10. verſ. *Sed inter cæteros,* fol. 120.
Montanus *de regal. offic. n.* 70. verſ. *ad-*
uerte tamen, & in toto iure non eſse Do-
ctorem, qui hoc negauerit, in delicto cō-
miſso in officio, patet ex dictis per Fari-
nace. nedum in loco ſupra allegato, ſed
in conſ. 5. *ex n.* 23. & in d. *conſ.* Giurbæ,
& in *deciſ.* Rotæ in cauſa *Burgij d. conſ.* 5.
ex n. 36.

Ratio eſt, quia in omni officiorũ cōceſſione
30 apponitur expreſsè, & ſi nō apponatur,
ſubintelligitur clauſula, vt tamdiu offi-
cium duret penès cōceſſionarium, donec
in illo benè, & fideliter ſe geſſerit. Vnde
cum in eo decoquit (verba *tex. in d. l. ſi*
aliquid) *in quo ante decoxit,* ſtatim incidit
in commiſſum, & officium ad conceden-
tem deuoluitur; ita Loffred. *d. conſ.* 21.
n. 11. Franchis *deciſ.* 457. *in fine* Ponte
deciſ. 28. In fine, Rouitus *conſ.* 104. *n.* 14.
lib. 2. ſtrenuè Galeota *reſponſo* 15. *n.* 122.
ſub his verbis. *Sexta ſubnectitur ratio;*
quia officij conceſſio habet tanquam pactum
ſubſtantiale, ſub conditione reſolutiua, in ſui
31 *eſſentia intrinſecè, & naturalitèr annexam*
clauſulam, donec officialis benè, & fideliter
ſe geſſerit, ut poſt alios de hac obſeruantia
teſtis eſt Surgens de Neap. Illuſtrata lib. 1.
cap. 17. *poſt n.* 36. Hæc Galeota, qui n.
124. Subdit hęc alia notabilia verba. *Se-*
quitur propterea, ut ſtatim ac officialis non
32 *ſernat, ſed contrauenit pacto ſubſtantiali,*
quod baſis eſt, fundamentum, & ſubſtantia
officij debet ab ipſo officio remoueri, quia per
prouiſionem officij videtur ſuas operas locaſ-
ſe, & ideo tenetur obſeruare illum contractũ,
& ideo poſſunt expelli durante tempore. Ita
Merlinus d. *cap.* 30. *n.* 5. verſ. *confert,* &
Ioſue *loco citato eod. n.* 10. Franchis *deciſ.*
457. *in fine,* Montan. *de regal. offic. ſub*
n. 69.

Delictum autem vel eſt in ommittendo, vel
33 in committendo. In committendo mo-
dica fraus, eſt cauſa ſufficiens, vt perda-
tur officium, Lucas *in d. l. ſi aliquid, C. de*
ſuſcept. Ioſue *loco citato ex n.* 11. Immo ſo-
la magna negligentia, ſufficit, vt quis of-
ficio priuetur, vt habetur ex littera d.
tex. in *d. l. ſi quis, C. de off. præf. præt.* ibi,
vel propter negligentiam, latiſſimè Giurba
34 *d. conſ.* 44. *ex n.* 14. quod dicit proce-
dere in omni adminiſtratore, officiali, iu-
dice, prælato, Principe, & omni alia per-
ſona exercente, Lanar. *conſ.* 22. *n.* 20.
Ioſue *loco citato n.* 13. & de Regibus eſt
tex. vulgar. *in c. grandi de ſupplenda ne-*
glig. prælat. in 6.

§. ſecundus.

36 *An requiratur ſententia, quæ priuet offi-*
cialem officio, an ſufficiat ſententia condē-
natoria delicti.

37 *Rouitus in ſecunda impreſſione mutauit*
ſententiam.

38 *Requiritur ſententia quando officialis de-*
liquit extra officium.

39 *Sententia condemnatoria delicti in officio*
commiſſi, per concomitantiam includit pri-
uationem officij, etiā ſi illud nō ſit expreſſū.

40 *Licèt non adſit ſententia hominis, adeſt ſen-*
tentia legis.

41 *Officialis delinquens in officio eſt peior quo-*
cunque publico latrone.

42 *Sententia extenditur ad nō expreſſum quā-*
do id, ſuper quo eſt lata, remaneret vacuum,
vel inutile. Exemplo prodigi, & aliorum.

43 *Officium cuſtodis ſanitatis eſt principalius,*
& recenſentur mala peſtis anni 1656.

44 *Cuſtos ſanitatis delinquens, debet puniri, ut*
rebellis, & proditor patriæ.

45 *Rouitus non cautè induxit Innocentium ad*
ſuam ſententiam adſtruendam.

46 *Acceptans ſententiam non poteſt appellare,*
neq; reclamare. Et ſententia facit ens de nō
ente, & de albo nigrum, & quando.

47 *Sentētia facta ſine probationibus nō eſt nul-*
la, quādo eſt facta coram Principe, & quare
& n. 48.

49 *D. Capyc. latro in conſult.* 33. *&* 34. *non*
fuit receptus, & quare.

50 *c. Regni vulgaris famæ, procedit quando*
agitur ciuiliter contra officialem.

Sed

Digitized by Google

SED difficultas eſt, an requiratur ſentẽtia, quæ officialem ſuſpendat, vel priuet expreſsè, vel quæ eum deponat, vel deſtituat ab officio, an ſufficiat ſi fuit cõdemnatus pro delicto in officio commiſ-
35 ſo, & Rouitus *in pragm.3. de militibus* in fine, ſecutus Innoc. *in c.qualiter lo 2.n.10. de accuſ.* dicit, quod quando Iudex non declarat reum commiſiſſe delictum, licèt imponat aliquam pœnam pro delicto, de quo inquiritur, ſtandum eſt pœnæ ab eo expreſſę, & ideo ſi beneficiatus fuerit condemnatus pro delicto, pro quo eſſet priuandus beneficio non eſt priuatus, niſi expreſsè dicatur in ſententia,

36 Sed duplicetur reſpondetur. Primo, quod idem Rouitus *in ſecũda impreſſione* mutauit ſententiam. Dicit enim in fine, *Eſt tamẽ vidẽdus Farinacc. poſt hæc impreſſa ęditus cõſ. 5.n.37.& 38.* At *Farinaccius in cõſ. 5.n. 37. & 38.* eſt dicta *deciſio Rotę* in cauſa *Frãciſci Burgi*, de qua ſupra, & quæ in Regno, quo ad diſcrimen inter officium emptum, & officium gratis datum non fuit recepta, ſed contrarium ſemper deciſum. Quæque deciſio in hoc articulo, quod non requiratur ſententia priuatoria officij, decidit ſic, n. 37. *Secũda an ad priuandum Notarium officio. propter delictum in eo commiſſum requiratur ſententia priuatoria officij, vel ſufficit ſentẽtia condemnatoria delicti in eo commiſſi, ex n.37.* dicit quo ad ſecundam difficultatẽ, Odofred. ſenſit, *requiri ſententiam priuatoriam officij, & ad id allegat* Specul. Bal. Paul. de Caſtr. Nellum, & Follerium, & n. 37. qui eſt numerus, in quo reſidet Rouitus, dicit, *His tamẽ nõ obſtãtibus Domini, firmarũt communem opinionem, quod ſufficit ſentẽtia cõdemnatoria; cum qua opinione, etiam tranſiuerunt, eamq; tenuerunt* Bart. Angel. Io:de Platea, Iacob. Rabuff, Angelus, Alex. Iacobinus de S. Georgio, Dec. Afflict. Tiraquell. Aluar. Iul. Clar.
37 Franc. Marc. *dicens requiri ſentẽtiam priuatoriam officij, quando officialis deliquit extra officium; at ſecùs, quãdo in officio* Hęc Rota in *loco* à Rouito allegato. Et eſt aduertendum, quod in reclamatione eiuſdẽ cauſæ 15. Octobris 1584. coram eodem R.P. Cantucio, hic articulus indiuidualiter fuit *cõfirmatus*, vt in eod. *cõſ.5.n.46.* ibi, *quo ad ſecundam difficultatem Domini pariter ſtabãt in deciſis, nempè ad priuãdum Notarium officio, propter delictum in eo cõmiſſum, nõ requiri ſententiam priuatoriam officij, ſed ſufficere ſentẽtiam cõdemnatoriã, delicti in officio commiſſi, ſiuè ſit delictum falſitatis, ſiuè quodcũq; aliud, dummodò ſit in officio commiſſum.* Hæc Rota. Et vltra dicta loca Rotæ, eſt ſollemne *conſilium* ſupra allegatum Giurbæ 44. qui ex n. 13. verſ. *cęterum*, concludit, & deciſum in fine refert per Tribunal patrimonij, quod
38 ſententia cõdemnatoria delicti in officio commiſſi, per concomitantiam ſecũ affert, vt quis cenſeatur ſimul ab officio priuatus, licèt in ſentẽtia nõ ſit expreſſũ.

Primo, quia non ſolùm delinquens, ſed ne-
39 gligens, intelligitur priuatus, & licèt nõ adſit ſententia hominis, adeſt ſententia legis.

Secundo, quod longè grauius delinquit
40 officialis barattariam, vel concuſſionẽ committens, quam latro, vt ante n. 17. & ſtatim cenſetur deletus à matricula, vt n.29.& 30.& quod nõ obſtat, quod ſẽtẽtia ſit ſtricti Iuris, vt n. 32. quia extenditur ad ea per modum conſequentis, & antecedentis neceſſarij, & addit ex Af-
41 flict. *deciſ.* 157. quod ſentẽtia ſuper vno lata, ad aliud extẽditur, ſine quo illud, ſuper quo lata eſt, nullius eſſet effectus. Exemplum in eo. qui declaratur prodigus, licèt in ſententia bonorum adminiſtratio non ſit interdicta, & alia, vt ibi per eũ n.32.& 33. reſoluit difficultatẽ, quod impoſita vna pęna, ab alia cenſetur abſolutus, vel remiſſa, vſq; ad n. 36. & n. 39. dicit, quod priuatio officij, ſi non vt pęna in ſententia enunciatur, cum tamen infamis iam ſit ratione famoſi, & publici criminis, pro quo fuit condemnatus, ideo priuatus fuerit officio, vt illud aſſequi nõ poſſit, & ita *iuris eſſe concludo.* Hęc Giurba, & ita *iudicatum* refert in anno 1606. Quod Fabritius Percolla abſoluatur, & manuteneatur in poſſeſſione officij contra Marſilium nõ priuatũ officio, ſed ſolùm condemnatũ ad ſeruiendum militariter in Regijs Triremibus. Et re vera hoc dicit Bal. ad literam, ex mente Bart. in *l. in exercẽdis n.22. C.de fide inſtr.*

Tunc *perdit authoritatem tabellionatus, etiã ſi hoc non ſit expreſſum in ſententia iudicis, quia adeſt ſententia legis, ſecùs ſi ex delicto commiſſo extra officiũ.* Hęc Bal. ex mente Bartoli.

Quid dicendum, Domini? Ioſeph V. officio priuatus cenſebetur, etiam ſi nihil de priuatione in ſententia eſſet dictum, ſolùm quia condemnatus in quatruplum, pro vno ex delictis in officio commiſſis, quanto magis, quod decretum vlterius progreſſum eſt, addens .ſ. *amplius non exerceat*. Et ſi iſta in quocunque officio
42 procedunt tam rigoroſè; Quid in confidentiori officio totius Reipublicæ, vt eſt Cuſtos Sanitatis? Quid in delinquẽte in illo adhuc durante clade, & quæ cladis? ex horribili peſte, noſtræ patriæ inflictæ, quæ vltra mortem tot ciuium, qui nec denumerari, nec ſepeliri potuere, extimatio cuius damni, omnẽ humanam extimationem tranſcendit. Damnum autem in ſuppellectili deperdita, & combuſta, pecunijs ſubtractis, & occultatis, non erit hyperbolis, ſi biscẽtũ myriadas ducatorũ trãſcendere dixerim, vt de peſte in patria ſua deplorat infelix Berart. in *Specul. Viſitat. cap. 23. n. 63.* Vnde nil mirum ſi iſti officiales in hoc officio delinquentes, vti proditores patriæ, & ac ſi inimicam gentem in illam introduxiſſent, Doctores puniendos eſſe cen-
43 ſuerint, Ripa *in tract. de peſte n.* 294. Hieron. Preuedell. eod. *tract. de peſte, & eius priuileg. cap. optimum*, D. Marchio Capyc. latro *meus præceptor d. conſult.* 62. *n.* 17. Et vt hic punctus vndequaque abſolutus remaneat, etiã ſi Rouitus à pri-
44 meua ſententia non diſceuiſſet in 2. impreſſione, adhuc (ſalua eius reuerentia) non rectè locum Innocentij ad ſuam cõcluſionem adſtruendam induxiſſet. Innocentius enim non loquitur in delicto commiſſo in officio, vel beneficio, ſed extra; quod euincitur ex exemplis per eum adductis, ibi, *quid ſi Iudex efficiatur infamis ex cauſa mandati, vel depoſiti*, &c. quod non ſolùm non negamus, ſed concedimus expreſsè; vt ſupra cũ Giurba, & Rota, & alijs dictum eſt; & ſic doctrina Innocentij non applicatur,

Ad illud autem, quod dicit, ſe fuiſſe inditiatum, non autem conuictum, & ideo niſi expreſsè dicatur in ſentẽtia, nunquã cenſeri officio priuatus, vt ſupra n. 15. nam quicquid ſit de huius articuli veri-
45 tate, & in baractaria, & delictis, quæ clam committuntur indicia indubitata, ſunt ad formam *l. fin. C. de probat.* vt ibi notant *omnes*, & Farinacc. *q. 86. n. 55. verſ. limita* 7. quomodo poſtquam proceſſus fuit legitimè compilatus, is habuit ſuas defenſiones orta fuit ſentẽtia condemnationis, ipſi intimata, non ſolùm non reclamauit, ſed petijt illius executionẽ, vt è carceribus exiret paratus ſoluere quatruplum, prout ſoluit; Nonnè nunc dicere, quod non fuit cõuictus eſt prot-
46 ſus deſipere? Sententia enim, quæ trãſiuit in iudicatum habetur pro veritate; ſemper præſumitur pro illa, facit de albo nigrum, & ens de non ente; & quod maius eſt, etiam ſi ſit facta ſine probationibus, vel quæ in proceſſu ſint, non videantur ſufficientia, modo ex alijs nõ
47 ſit nulla; quia lata contra ius litigatoris debet appellare; & non verbo, & facto acceptare petendo executionem. Maximè quando eſt facta corã Principe; quia poterat ei conſtare aliunde. Afflict. *deciſ.* 28. 39. & 47. Tuſcus *lit. S. concluſ.* 149. & licèt in deciſione huius cauſę fuit
48 dictum, Viſo exitu reclamationis; non reclamauit Ioſeph, ſed eius collega Põpeius; & prætendit hic reclamationem conſortis ſibi etiam prodeſſe.

Denique de *cõſultationibus* Regentis Capyc. latro 33. & 34. fundatis principaliter in
49 *conſ.* Aymonis, & in dictis *deciſionibus* Rotæ in cauſa Franciſci Burgij, vt n. 53. nulla, & merito fuit habita ratio. Quia vt morem gereret clientibus ita ſcripſit, & initio videtur, quod Camera contrarium, iudicauerat, vt n. 1. *conſult.* 33. ipſeque Capyc. latro cõtrariũ iudicaturus; *ſi deciſionem illam Rotæ* contrarijs iudicatutis euacuatam poſtea vidiſſet; & reſpõſiones ad *c. Regni Vulgaris famæ proloquiũ*; quod procedit quando ciuiliter agitur, non quando criminaliter, vt declarat
50 Ponte in *deciſ.* 7. 16. 28. *& de poteſtate Proregis* in pluribus locis.

§. 3.

§. 3.

50 *Idem eſt eſſentialiter ſi ſententia dicat, non exerceat, vel priuetur, deponatur, deſtituatur.*

51 *Officium cuſtodis Ciuitatis non eſt propriè, & formaliter officium.*

52 *Officium Notarij Regiæ Curiæ non eſt propriè officium, & quare.*

52 *Officia aliqua dicuntur recta, aliqua alijs modis, & de his differentijs remiſſiuè.*

53 *Tutor, de quo prætor dixit, non exerceat, non dicitur amplius tutor.*

54 *Intellige ſi id fuit interlocutus ob delictum.*

55 *Procedit argumentum à tutore ad officialẽ.*

56 *Tex. in l. ſi aliquid declaratur.*

57 *Gerere idem eſt quod exercere.*

58 *Tex. in l. ſi aliquis, C. de off. præfecti pretorio declaratur.*

59 *Speculator æquiparat Interdictionem cum priuatione.*

60 *I. C. non debent ſectare verba legum, ſed mentem, & intentionem, ac voluntatem, & n. 61.*

62 *In officijs nullum transfertur dominium, ſicut in feudis.*

63 *Proprietas in officijs nulla datur.*

64 *Datur ſolum quidem Titulus.*

75 *Datur ſolum exercitium, & notatur Montanus.*

66 *Si beneficium conſiſtat ſolum in diſtributionibus quotidianis, & beneficiatus ſit ſuſpenſus, dicitur priuatus beneficio.*

67 *Galeota prudens locutus eſt per verbum forte, vt ſolent prudentes, ſecùs Giurba, & n. 68.*

69 *Merlinus declaratur in c. 30. vol. 2.*

70 *Priuatus exercitio nullo modo poteſt alium ſubſtituere.*

71 *Officialis abſq; Principis voluntate non poteſt ſubſtituere nec per momentum.*

72 *Quæ pendent ex voluntate Principis ſunt impoſſibilia de Iure.*

73 *Cum alteri officium alterius à Principe cõceditur, cenſetur alterum voluiſſe priuare.*

DEnique nihil facit, quod ſententia, non dixit priuetur Ioſeph V. officio, vel ab eo deponatur, vel deſtituatur, ſed dixit amplius non *exerceat*, nam
50 idem eſt, non ſolùm *denominatiuè*, hoc eſt attenta ſuperficie, vel cortice verborum, ſed etiam *eſſentialitèr*, idem omninò importat, ac ſi expreſsè dixiſſet priuetur.

Et primò ſciendum eſt, illud cuſtodis ſanitatis, non eſſe officium rectum, ſiuè propriè officium, ſed officium irregularè, &
51 largiſſimò modò vocari poſſe officium, & certum eſt, officia eſſe in diuerſis, & pluribus differentijs, vt poſt alios, licet ſatis ieiunè, tractat Ioſuè *de regal. off. q.* 4. vbi ponit 15. differentias. Sed quia bre-
52 uitati ſtudendum; dico cum Lanario *conſ.* 22. quod officium rectum eſt illud, quod à Principe creatur; ita vt Notariũ Regiæ Curiæ Regni Neapolis, creatum à D. Prorege, dicit Lanar. non habere officium, quia dicitur ſeruitium, & miniſterium dictandi, componendi, & ſcribẽdi, vt dicit n. 9. & 10. & allegat Andr. & plura *iura*. Sic in caſu noſtro cuſtos portus, non habet officium, ſed exercitium, & miniſterium cuſtodiendi ianuas Ciuitatis, recognoſcendi bollettina ſalutis, & merces omnes, quæ appulunt Neapolim, & alia ſimilia, quæ in nudo miniſterio, ac perſonali exercitio conſiſtunt. Ergo cum iſtud exercitium ei interdicitur, nihil aliud remanet.

Sed eſto eſſemus in officio rectò, & ſtrictè ſumpto, adhuc attendendo verba, amplius non exerceat proprietate (ſi datur in officijs) cenſetur priuatus.

Primò adduco *tex. in l. hæ enim* 4. §. *prætor*
53 *ff. de ſuſpect. tutor.* dicit ſic *ſi Prætor ſententia ſua non remouerit à tutela* (non priuauerit) *ſed gerere prohibuerit* (non exerceat) *dicendum eſt magis eſſe, vt hic deſinat tutor eſſe.* (non eſt amplius officialis) neque conturbat intellectum vltimum gloſſæ, vt deſinat, quo ad adminiſtrationem, non quo ad alia; nam hæc procedunt reſpectu tutoris, qui etiam ſi ſit honorarius, & non exerceat tenetur in ſubſidium, *vt in l.* 3. §. 1. *& fin. ff. de adminiſtrat. tutor.* Vltra quod ſecundus intelle-
54 ctus gloſſæ, ſcilicet, quando remouetur per delictum, quod tunc omninò deſinat eſſe tutor, approbatur ab Odofred. Bart. & Alber. qui allegat Dynum. Iura autem loquentia de Tutoribus, quadra-

tè, & iuridicè ad officiales inducere, di-
55 xerunt Ponte *deciſ.* 25. *n.* 3. & Galeota *reſponſ.* 15. *n.* 45. Et ſi vltimus intellectus gloſſ. eſſet attendendus contra Odofred. Bart. & Alber. adhuc nihil obſtat, quia vt infra dicetur nihil remanet huic officiali ſublato exercitio.

Secundò adduco litteram eiuſdem tex. ca-
56 pitalis in d. *l. ſi aliquid*, quę dat formã ſententiæ priuationis, dicit ſic *Nemo eorum ſemel de interuerſione conuictus, id rurſus officium gerat, in quo ante decoxit.* ecce Cæſares, cum velint officialem priuare, dicunt, non *gerat.* Gerere autem idem eſt, quod *exercere.* non dicunt Cęſares, priuetur, ſed *non gerat,* non exerceat. Gerere autem idem eſt, quod
57 exercere Nizzol. *Theſaur. Cic. in verbo Gero fol.* 174. Gero, hoc eſt *adminiſtro, tracto, facio, tucor* idem in verbo *exerceo* fol. 109. inter alia dicit, *facio, factito, tracto, exercitatione vtor;* Calepinus *verbo Gero* exponit, *portare, hauere* fol. 185. Exerceo fol. 159. dicit quandoque *habere, quandoque facere, quandoque lucrari*, & ſic per omnia ferè eſt.

Tertiò adduco *tex. in l. ſi aliquis C. de off. præfecti pratorio,* vbi Imperatores deſcri-
58 bentes pœnam, contra officialem, ſtrictè ſumptũ, qui proptèr ſupinam negligentiam, barattariam, furtum, vel ſimile aliquod vitium, mandant præfecto prętorio, vt illum remoueat ab adminiſtratione; ibi, *ijs ab adminiſtratione remotis.* ecce, quod remotus ab adminiſtratione, dicitur remotus ab officio. Adminiſtrare idem eſt, quod gerere Calepin. fol. 13. Nizzolius fol. 11. à ter. *adminiſtro, gero, obeo, guberno*, ergo vt.

Quarto Speculat. *de inſtr. aditione* §. *reſtat n.* 33. verſ. *nam, qui ſemel*, æquiparat
59 priuationem, cum interdictione, vt quis vtatur officio. Hæc ſectando litteram. Sed ſi eſſentiam, & ſubſtantiam, & mentẽ non corticem verborum, vt decet Iure-
60 conſultos, iuxta illud, *ſcire, leges, non eſt verba earum tenere, ſed vim, & poteſtatem l. ſcire ff. de leg.* & iuxtà illud *certum eſt, quod is committit, in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem c. certũ de regul. iur. in 6.* & verba debent inſeruirę intentioni, & non intẽtio verbis, *l. non aliter, ff. de legat. c. ſecundo requiris de appellat. c. intelligentia de verbor. ſignific.* quia verba pendent à mente, non autem mens à verbis Menoch. *conſ.* 97. *n.* 44. *l. labeo* §. *idem Tubero ff. delegat. cum* vulgar.

Sectando ergo mentem, & rei ſubſtantiam, dicendum eſt, cum Franciſco de Amicis
61 *de his, qui feud. dare poſſunt* fol. 62. ex mente Iſernię, quem allegat *in c.* 1. *de feud. Marchia* poſt *n.* 2. *& in cap.* 1. *quis dicatur* Dux *poſt n.* 2. *& n.* 4. quod natura officij (recti) *eſt vt ſola adminiſtratio* detur, & transferatur, non ſic in feudo, in quibus *vtile dominium transfertur;*
62 ſed in officijs omne dominium remanet penès Regem, & ſola adminiſtratio conceditur. Hæc Amicis, Galeota *reſponſo* 12. ſub *n.* 94. cum ſeq. fundat, quod
63 datur ſolùm exercitium. Lanarius *conſ.* 22. *num.* 17. *&* 18. quod proprietas officiorum, non conſideratur in officialibus Ponte *deciſ.* 28. *n.* 7. in officijs
64 nullum tranſit dominium, ſed tantùm quidam titulus, ad finem, vtendi, adminiſtrandi, & exercendi. Si ergo in officio recto, non datur dominium, niſi ſola adminiſtratio cum Iſernia, & Amicis, cum dicit non exerceat, nihil ſupereſt officiali; quia totum auertit. Si datur ſolum
65 exercitium cum Galeota; cum illud inhibetur, quid aliud remanet officiali? Si non datur proprietas cum Lanario, non eſt priuandus illa, cum non adſit potentia. Si titulus cum Ponte, & ad finem vtendi, adminiſtrandi, & exercendi, iſtis ſublatis, cum verbo, non *exerceat*, quid aliud agendum reſtat? licet Montanus his non viſis, ex alio concurrat de *regal. offic.* ante n. 3. verſ. *ex conceſſione,* & malè diſtinguat eod. *loco n.* 20. quia ſi primum cõceſſionarium concedit non habere dominium, ſed exercitium tantùm, cur, & vnde in ſequentes, & cęteros hęredes transfundetur, ſed hic non eſt locus ſuis inuentis, obuiare.

Verùm enim verò, ante me hanc ratiocinationem in puncto reperi, apud quinque (quos viderim) Doctores. Primo An-
66 tonium de Butrio *in c. paſtoralis* §. *verũ col. fin. de appellat.* dicit, quod ſi beneficium ſit tantùm in quotidianis diſtributionibus,

tionibus, ſuſpenſus ab officio, dicitur ſuſpenſus à beneficio, quia beneficium ſolùm annectitur officio, & non poteſt in alio vetificari.

Idem dicit Imola in *eodem loco*. idem Ponte in *conſ.* 133. *vol.* 2. vbi laudat doctrinam Ant. de Butr. ſed clariùs Giurba in *d. conſ.* 44. *n.* 37. dicit ſic *reſpondeo ſecundo, notarium ob infamiam priuari officij exercitio*, non eius proprietate, ex notatis in *l. ſi quis ex argentarijs §. cogentur. ff. de edendo.* vbi Alex. n. 7. Gabriel *conſ.* 171. *n.* 4. in 2. & *n.* 38. ſed officialis, cum officij proprietatem non habeat, ſi ob infamiam, officij exercitio priuetur nullam retinet proprietatem. Idem habet Galeota *reſponſo* 15. *n.* 102. verſ. vel etiam ſi aliter eſſet in notario. & Galeota loquitur in dohanerio, qui emerat officium duc. quinquaginta mille.

Et aduertatur quod Galeota, vti prudens, iuxtà ſolemnem gloſſ. in l. *mutus*, verbo
67 *forſitan ff. de procur.* & Alex. *coſ.* 19. *num.* 11. *lib.* 5. locutus eſt per verbum fortè, ideſt dubitatiuè, Giurba autem affirmatiuè; aliud eſſe in notario. Sed ſi Giurba, non intelligatur, de inſtrumentis,
68 ante delictum rogatis, quorum regiſtra, ſiuè protocolla ſua ſunt; non benè iudicio meo loquitur, cum nulla ſublatò exercitio, rerum natura proprietas in notario pro futuris inſtrumentis conſcribendis, remanere poſſit, vt de ſe patet.

Ex his colligitur, quod illud, quod obiter
69 dicit quondam magnus Præſes Merlinus ante finem *c.* 30. ne corrigat totam ratiocinationem, & totum diſcurſum ab eo factum, & concluſionem illius capitis, & quod magis eſt *deciſionem* illius cauſæ, intelligendus eſt in concreto, reſpectu cauſæ Dohanerij Fogiæ, non priuati exercitio in perpetuum, ſed per triennium, quo elapſo, non rediret ad exercitium. Sicquè cum ſententia, illum officialem priuauerat ad tempus exercitio, & expreſſum erat, quid faciendum elapſo illo triennio, de ipſo officio, non poteſt applicari. Quod etiam ex verbis, eiuſdem Merlini, in eadem periodo colligitur. dicit: *quandoquidem, non fuit ipſe damnatus ad officij priuationem, quia potius ex ſuſpenſione per triennium ſuppo-*

nitur potiùs radicata in eum proprietas ipſius, ex regula illa vulgata quod ea, quæ ſunt intra certum tempus prohibita, poſt ipſum cenſentur permiſſa. Et ſic loquitur iuxtà Theſim illius cauſę. & vtcunque ſit, cui nam ſit potius defendendum Andreę de Iſern. Franciſco de Amicis, Lanario, Loffredo, Ponte, Galeotę, & Giurbę, qui mordicùs negant dari proprietatem in officijs, an Merlino, qui illam videtur concedere, & ſeparare ab exercitio, credo, quod facillimum ſit omniū iudicium, licet meum ex modeſtia non interponerim.

Nec dicendum eſt, priuatum exercitio poſſe alium ſubſtituere de conſenſu ſupe-
70 rioris: nām vltra innumera, quæ contra hoc adduci poſſent, & pręcipuè quod eſſet legem verbis imponere, & vltra qualitatem huius officij valdè periculoſam, in quo exercendo, ſanctior perſona ciuitatis ſeligenda eſt. Reſpondendo chategoricè, dico, quod poteſtas ſubſtituendi, eſt omni iure prohibita, maximè in illis, in quibus eſt electa induſtria perſonę, vt *ex l. inter artifices de ſolut.* Capyc. *deciſ.* 151. probat Ponte *conſ.* 137.
71 *n.* 1. *vol.* 2. vbi quod neque per momentum, à ſubſtituto exerceri poſſunt abſq; Regis licētia; ſequitur Follerius *in pragm. crim. verbo officia n.* 26. *fol.* 53. vbi Iudex B. *de* Angelis, & Galeota dicit hoc in mille locis. Ioſue *de regal. offic. q.* 22. *n.* 1. & adeſt tex. *in l. nullus, qui nexu C. de decurion. lib.* 10. vbi latiſſimè *Reg. Cōſtantius eo fol.* 143. *Ritus M. C. V. ſecundus, & R. pragm.* 2. *de adminiſtr.* & quod perſonaliter ſeruiant Montanus *de regal. officijs n.* 3. benè P. Merolla *de priuileg. cap.* 8. *in* 9. *difficultate fol.* 251. per totā, aſſignat rationes, & allegat concordantes. Cum ergo hāc poteſtatē ſubſtituendi Ioſephus V. non habeat (dato, quod illam non amiſiſſet per delictum, quod dicere eſſet abſurdum per omnia ſupradicta) & pendebat ex gratia, poteſtate,
72 & voluntate Principis, reputabatur impoſſibilis de iure, *l. apud Iulianum, §. conſtat, ff. de legat.* 1. *l. continuus §. cum quis*, & ibi *gloſſa* verbo *reliſte*, *ff. de verbor. obligat.* Rebuffus *ad l.* 143. verſ. *limitatur etiam, ff. de verbor. ſignificat.*

Digitized by Google

Mandoſ. *ad reg. Cãcellar. quæſt.* 31. *n.* 11. *&* 12. Sãch. *de matr. lib.* 5. *diſp.* 5. *n.* 4. (quicquid dicat Caſtill.) Eo magis, quod Princeps tãtũ abfuit, vt voluerit homini cõdẽnato; & adhuc declinãte peſte in officio peccanti, talem gratiam ſubſtituendi facere, vt alteri conceſſionem eiuſdem officij factam à Platea Nobiliſs. populi Neapolitani, approbauerit, & Regio priuilegio confirmauerit; & ob hoc ſolùm viſus eſt Ioſephum velle priuare, vt
73 in puncto dicit Lanarius *conſ.* 22. *n.* 19. & Giurba *d. conſ.* 44. *n.* 33. ibi *ſatiſquè eſt eum officio priuaſſe Proregem quod in eius locum Fabritium ſubrogauit.* idem habet Galeota *reſponſo* 15. *n.* 125.

Et licet Fideliſs. populus, cum conceſſit Fœlici Baſili officium addidit poteſtatem ſubſtituendi, fol 21. expreſsè proteſtatus fuit id concedere perſonæ, & meritis dicti Fœlicis tantùm, & quod nullo futuro tempore, adduci poſſet in exemplum cũ alia perſona, quia Fœlix tunc, non etiam tribunus Nobiliſs. populi, ſed etiam Camarę Præſes idiota erat renunciatus, & tempore peſtis ſupra modum pro bono Ciuitatis elaborauerat.

PARERGON,

AD omnes, qui in Suetia, (patria Sãctæ Birgittæ) Ghotlandia Perſide, & Lapponia, officia publica exercent, & nuncupatim ad Supremos, & Infimos Iudices illorum Regnorum (de alijs alibi exiſtentibus profiteor me nõ loqui) quos impensè rogo, vt ſi quando, quæ mox legent, in alio mundo, aliquando amariſſimè guſtabunt, (quod Dom. Ieſus ſuo pretioſo Sanguine interpoſito auertat) mei qui hęc eis legenda propoſui, inaniter, & infructuosè recordentur.

EX

Intima Dei Chriſti, Redemptoris Noſtri, quæ eius Cœleſtia arcana, præclarè nouit, & ęgregię intellexit S. BIRGITTA, cuius indubitate reuelationes, fuerunt in generali Oecumenica Conſtantienſi Synodo, cum rigoroſo examine approbatæ *lib.* 1. *cap.* 56.

Iudices, verò ardebunt *igne ardentiſſimo*; nullus autem ignis eſt ardentior, quam qui nutritur aliqua pinguedine: iſti Iudices pingues fuerunt, quia plus occaſionem habuerunt complendi voluntatem ſuam: Plus alijs excedebant honore, & abundantia temporalium, plus alijs abundabant malitia, & iniquitate, ideò in *ſartagine feruentiſſima* ardebunt. Hæc Sanctiſſima Chriſti Ancilla; cũ qua quaſi concordat altiſs. Vates Etruſcus *Cantica* 2. *Inferni*, verſ. *Qual nel Arzanà*, &c.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Magiſtro nauis, qui in nauem inuexit merces tranſuehendas de loco ad locum,& dedit oneranti apodixam, quam vocant *de Carrico*, in qua ſe ſe obſtrinxit conſignare illas merces in certo loco, & certæ perſonæ. An liceat ei nō reſtituta *prima*, facere eidem oneranti *ſecundā* apodixam,conſignandi eaſdem merces in alio loco, & alteri perſonæ. Quæ cōſuetudo ſit attendenda in hoc, loci, unde ſoluit; an loci,in quo appulit?Quomodo probetur talis cōſuetudo. Quæ actio quęratur primo, Cui merces ex prima apodixa erāt cōſignandæ ex eadem per onerantem ipſi tranſmiſſa, aduerſus nauis Magiſtrum, & quid ſi merces eſſent emptę de pecunia primi. Plura curioſa de Cōſtituto promiſſorio,& poſſeſſorio. *Caſus nūquam quod ſciatur antea occurſus*,& ſolēniter diſcuſſus, ac deciſus per S. R.C.

1 *Apocha, ſiuè littera de Carrico, quā dat nauis magiſter, quæ continere debent.*

2 *Datis literis, & tranſmiſſis illi, cui merces in eis contentæ conſignandę ſunt, non poteſt variare, & dare alias, vt alteri eadē merces, & in alio loco tradantur, & n.3. & 4.*

5 *Bancum tenetur ſemper ſoluere, quando ei fides crediti exibetur,& non excuſatur ſi alteri ſoluerit de mandato Iudicis. & quare.*

6 *Conſtitutum promiſſorium contrahitur inter magiſtrum nauis, cum domino mercium.*

7 *Conſtitutum ſit etiam abſenti, & quomodo hoc fingatur, n. 8.*

Conſt.Caſari Spec.Peregr.qq.

9 *Angelus duxit miraculosè Aſperum per paludem Rauennæ.*

10 *Sententia S.R.C. in hac cauſa.*

11 *Teſtes numero plures magis probant cæteris paribus.*

12 *Onerans nauem poteſt conficere plures literas carrichi, pro pluribus locis,& vna adimpleta ad aliud non tenetur, & quando hoc ſit verum per totam quaſtionem, & n. 13. ex ſtatuto Ianuæ.*

14 *Statutum, licèt non liget extra territorium ſtatuentium, valet tamen vt exemplum, & opinio vnius doctoris, in ſimilibus.*

15 *Cōſtitutum nihil operatur quando de debito non conſtat euidenter. & quando principalis eſt ſoluendo n. 16.*

17 *Conſtitutarius eſt ad inſtar fideiuſſoris.*

18 *Exceptio ordinis, & diſcuſſionis quando nō admittitur.*

19 *Conſtitutum ex equitate dat actionem ex nudo pacto, ceſſat quando concurrit cum remedio ordinario n. 20.*

21 & 22, *& actio furti,& mandati datur cōtra nauis magiſtrum.*

23 *Conſtitutum re integra reuocatū nihil operatur, & quando dicatur reintegra n. 24.*

25 *Iura quod ſeruus,& ſic notarius poſſint alteri ſtipulari id non probant.*

26 *Conſtitutum quibus verbis factum dicatur & n. 27. & 28. & 29.*

30 & 31. *diſcrimen inter fidem crediti bancorum, & apochas, ſiuè literas de carrico, & n.31. et 32.*

33. & 34. *an iuramentum ſuppleat præſentiā abſentis.*

35. & 36 *antidata eſt delictum,& non præſumitur niſi probetur.*

39 & 40 *Teſtimonium conſcientiæ propriæ, & vltronea præſentatio inquiſiti, ſunt indicium innocentiæ.*

41 *Mādatum nutu etiā mutatur re integra, & per ſecundum reuocatum cenſetur. n.42.*

43 *Votum authoris in hoc articulo.*

44 *Merces illius præſumuntur, cuius ſigno, ſiuè marca ſignatæ ſunt.*

QVÆ-

QVÆSTIO TERTIA.

1 NAVIS Magiſtrum poſtquam confecit literas carrichi (in quibus quãtitas, qualitas, numerus, pondus, ac menſura cuiuſcunq; rei in ſua naui inuectæ deſcribũtur, vt dicitur in *libro Conſulatus Maris cap.* 75. fol. 230. & in *deciſ.* 174. *&* 182. Rotæ Ianuæ, & apud Euiam Volagn. *in laberint. Commerc. Naual. lib.* 3. *cap.* 44. *Panther. Panthera in eius armata Naual. lib.* 1. *cap.* 12. & D. Conſ. Rocc. huius cauſæ integerrimus auditor, *tom.* 2. *de nauib. & naulo notab.* 9. *&* 52.) & illas Domino mercium, ſiuè rerum inuectarum conſignauerit, obligari præciſè ad tradendũ res inuectas perſonis in ipſis literis deſcriptis ab vtraque parte non negabatur.

Contendebat tamen ille, cui merces erant conſignandæ non potuiſſe *nauis magiſtrum* poſtquam datis primis literis, oneranti merces, in quibus ſe obligatũ profitebatur, eas in vno loco Titio cõſignare, eadem die dare ſecundas literas, in quibus in alio, & lõgè diuerſo loco eaſdam merces Caio tradere pariformiter ſe obſtringebat.

Maximè quia Titius confiſus in literis prędictis ad eum tranſmiſſis ab onerãte nauem pretium illarum ipſi exoluerat. Vnde cum poſtea vigore *ſecundarum* literarum merces illas in ſecundo loco, Caio is magiſter, conſignauerat, Primus *deluſus, ac fraudatus*, & manibus vacuis remanſerat. Dicebat enim in culpa, ac dolo nauis magiſtrũ procul dubio fuiſſe, cum non debebat dare ſecundas literas, niſi ei primis reſtitutis, ac laceratis, vt ſecurus primus, cui literæ erant tranſmiſſæ, ad ſe peruenturas merces, remaneret.

Contra verò nauis magiſtrum ex ſuæ volũtatis libito pendere omnino affirmabat non ſolum duas, ſed plures alias ex his literis, conficere pro diuerſis locis, & pro diuerſis perſonis, quarum ſi vna *per rerum traditionem* fuerit adimpleta, ſuæ obligationi ſatisfactum, & ab alijs moleſtari, minimè poſſe, iure, cõſuetudine, ratione, & æquitate affirmabat.

2 Allegabat cõtra nauis magiſtrum, primo *notab.* 10. *de mand. & cõplem. n.* 20. *tom.* 1. eiuſdẽ D. Rocci, Auditoris eiuſdẽ cauſæ, vt ſup. in quo firmat, quod cõſignata aliqua re Titio pro illa deferenda, ſeù conſignanda Sempronio, & ſuper hoc confecta apodixa, ſeù alia ſcriptura, ſtatim acquiſitum eſt ius Sempronio, cui res ſunt deferendæ, & conſignandæ, nec poſſunt amplius reſtitui dictæ res illi, qui primo loco conſignauit, niſi accedente conſenſu Sempronij, cui erat facienda dicta conſignatio, cum non poſſet dictum cõſignantem pænitere, re non integra, *l. ſi pecuniam*, *ff. de condit. cauſ. data.* Alber. *in l. in totum*, *ff. de impenſ. in reb. dotal.* qui videbatur caſus literalis.

Bartiroctus enim in anno 1650. *Aſtolodami* inuexit merces diuerſi generis in Nauim *Propheta Ionam* nuncupatam, cuius erat magiſter *Aſper Cornelifen*, qui die 15. Maij dedit Bartirotto literas, in quibus non ſolùm de receptione quantitatis, ac qualitatis mercium conſtabat, ſed illas Neapolim Hieronymo Carro Mercatori conſignari promittebat.

Eadem die *Aſperus* dedit alias literas eidẽ Bartirotto de eiſdẽ mercibus, vt in *Hetruria Orlandino Liburni* degenti cõſignaret: Cumq; ſoluiſſet *Aſtolodami*, appulit *Liburnum*, & mercibus *Orlandino* cõſignatis, venit Neapolim alias merces exoneraturus, vbi attintus, & carcerari iuſſus ad inſtantiam *Carri* vigore primarum literarum. Res fuit in forma iudicij redacta, compilatus contra *Aſperum* proceſſus, & inſtatum condemnari ad traditionem mercium, vel ad pretium illarũ tùm ex dicto *notab. Cauſæ Commiſſarij*, cũ

3 Secundò ex doctrina *Benuenuti Stracc.* in *tract. de adiect.* verſ. *decimoquarto quæro.* vbi ſi mercator dixerit mãdo tibi vt merces, quas apud te habes, tradas pro me Aloyſio, vel eius filio, ſeù illi, vel illis, Quibus ordinatum fuerit ab eiſdem, & & ſequimini eius ordinẽ, videtur Aloyſius conſtitutus procurator in rem propriam ad recipiendum merces, neque poſſe reuocari, allegat Pariſ. *in conſ.* 107. *quæritur*, &c. vol. 3. ſed dicit propter *ſtylum*,

lum, & ſubtilitatem ſe credere illud conſilium eſſe Caroli Ruini,& reperiri inter eius *conſ.* 209. de pluribus queritur *vol.* 1. & quod ſic fuit iudicatum per *Dominos de Rota* cum mercatoribus Anconitanis.

4 Tertio ex doctrina Theodor. *in allegat.* 76. quā inducebant,quod cum illę merces Aſtolodami eſſent emptæ de pecunia Hieronymi Carri ad Bartiroctū peruenta pro tractis factis ab eo mercatoribus Venetijs, & ab illis Neapolim in Carrum, qui eas in parte compleuerat, ipſius Carri eſſe videbantur, Vnde ius ei erat quęſitum, vt in eius præiudicium alteri tradendas Liburni ordinare nō poterat, arguendo à contrario ſenſu pecuniæ datæ,nō in ſacculo ſignatæ,vt Theodor. dicit *n.* 18. verſ. *ſecundo quęritur.*

5 Quarto adducebat Rouitum in *deciſ.* 13. in qua fuit deciſum contra bancū, quod facta fide crediti in beneficium Ianuarij, *&* per eum girata Iacobo pro pretio certæ rei, ſi Ianuarius coegerit bancum ad ſoluendū ſub falſo ſuppoſito perdidiſſe fidem; & Iacobus deinde adiuit bancū, vt illi ſoluat eandem fidem; Bancum tenetur iterum ſoluere, licèt Ianuario antea ſoluiſſet, quia Bancū ex vi *Conſtituti* fuit effectum debitor Iacobi, & per traditionem fidei, ei fuit translatum dominium, & quod giratarius ſecutus fuit fidem non girātis, ſed Banci. Et quod ſine dicta fide nullus contraheret, & quod ſuper dicta fide publica eſt fundatū cōmercium totius Regni, per quod paſſim tales fides tranſmittūtur cōmercij cauſa, & propterea bancum teneatur omnino, numerato ſoluere pecuniam deſcriptam in fide, illam exibenti, cum girata ad ſui beneficium. Sic Carrus confiſus in fide Aſperi nauis magiſtri, cuius apocam cū eius obligatione de tradendis ipſi Carro mercibus ab Aſtolodamo Bartiroctus ei tranſmiſerat cōfiſus in fide magiſtri nauis, cuius apocam prius receperat, quod merces iam in Naue erant inuectæ, compleuit tractas factas à Bartirocto, alioquin non completurus, niſi cèrtus ex fide data per Aſperū in ſuis literis de carrico.

6 Quinto adducebant *textus* loquentes de conſtituto promiſſorio, quod per illa verba adiectiua in literis, *Me obligo per voi Guglielmo Bartirotto cōſignarle in Napoli à Pier Geronimo Carro*, & quod licèt Aſperus cū Carro non cōtraxiſſet, erat ei ius quæſitum, taliter, quod ab eo ipſo inuito diuelli non poſſet. Conſtitutum enim ſicut poteſt fieri præſenti, ita etiam abſenti, *l. eum* 5. *§. Iulianus, & l. quidam* 36. *ff. de conſtit. pecun.* Et per epiſtolam

7 *d. §. Iulianus.* Fingitur enim ex æquitatę Prætoris, quod cum epiſtola peruenit ad manus illius, ad cuius beneficium fit conſtitutum, illud acceptet. Vndè cum Carrus acceperit, & legerit apocam ab Aſpero ſcriptam,& ei à Bartirocto tranſmiſſam, fingitur Aſperum ſcribentem allocutum eſſe Carrum, illiquè ſe obligaſſe, & Carrum acceptaſſe obligationem,

8 vt declarat Rota *Ianua deciſ.* 45. & Cartar. *ead.* Rota *deciſ.* 51. Ant. Merenda *lib.* 3. *cap.* 21. quod litera lecta, & acceptata ab abſente, habet vim promiſſionis factę de facie ad faciem à ſcribente.

Sexto, fundabant ſe *in conſuetudine*, in termino enim adduxerunt nouē teſtes, quibus probauerunt ad euitandas fraudes pro libertate, & ſecuritate commercij publici nullo modo poſſe nauis magiſtrū poſt datis primis literis, darę ſecundas, in quibus illam met rem in altero loco, & alteri dare promittit, niſi primæ ſint ſibi reſtitutæ, vel coram laceratæ.

Sed omnibus prædictis fuit per me occur-

9 ſum, qui partes Aſperi tuebar, & illum, vt *Gaudent. merula in ſylua var. lect. lib.* 1. *cap.* 9. fol. 97. vt illum alterum *Aſperum* incolumem adduxi. Siquidem referente D. *Rocco* 21. Februarij 1660. fuit *abſo-*

10 *lutus*,& iuſſum caſſari fideiuſſionē. Saluis IuribusCarro cōtra Bartirottū ſi quę cōpetunt Votantibus DD. Iouino Varaiz, Boliaga, dicto D. Rocco, & Iannectaſio RR. CC. Martino Actuario.

11 Occurri ad quintum, quia per *teſtes numero plures,quibus potius lux Veritatis aſſiſtit* verba tex. in *c. licet cauſā,quæ de probat.* probauimus, quod nedum *Neapoli*, ſed quod *totum* faciebat in *loco contractus*, ſcilicèt, *Aſtolodami* ante annū 1650.& 1651. & eodem anno, & nunc vigere conſuetudinem, quod magiſter nauis petente illo, qui inuehit merces, Il *Carricante*, poteſt

Conſ. Caſari Spec. Pereg. qq.

poteſt cõficere quot apocas vult, per diuerſa loca, ſibi bene viſa, & pluribus tradenda perſonis, quarum, ſi *vnam* adimpleuerit conſignando merces, remanet
12 *liberatus*. Hi teſtes literis hortatorialibus datis Senatui Belgarum, erant in ipſo *Aſtolodamo* ſolemniter recepti, in lingua Belgica, & ibi iuſſu eiuſdem Magiſtratus in *Italam* tranſlati, & tranſmiſſi *vtroque* idiomate ad S. C. & cum eſſent omnes mercatores, optimè de dicta conſuetudine, tam in Oceano, quam in Mediterraneo, teſtabantur. Neapoli etiam erant recepti alij ſeptem teſtes pariformiter mercatores, qui in mari Mediterraneo de eadem conſuetudine faciebant fidem, neque perſonis horum teſtiũ aliquid fuit obiectum, erant enim omni exceptione maiores, ſicuti nos cõtra teſtes partis faceramus; quorum perſonæ erãt ex varijs cauſis ferè repulſatæ.
13 Adduxi etiam ad fundandam dictã conſuetudinem *ſtatutum Genuæ lib. 4. cap. 14. delle compenſationi* fol. 136. ater. in impreſſis apud Pauonem anno 1613. vbi ſic dicit, *Chi dà commiſſione, ordine, per ragione d'alcune merci, ò coſe mobili, ò chi fà poliza di carrico di dette merci, ò coſe, acciò che di quelle ſi ſerui la voluntà d'alcuno, ò di quelle faccia la conſegna ad alcuno in qualſiuoglia luogo, poſſa non obſtante che ſia ſtata data là commiſſione, ò ordine, ò fatta la poliza, variar il mandato, ordine, ò poliza; pur che ciò faccia prima, che eſſe coſe, e merci, ſiano ſtate ſcarricate in terra à nome del mandatario, ò di quelle ſia ſtata facta manifeſtatione in Dohana, ò uelle gabelle in nome del detto mandatario*, & infra. *e queſte coſe s'intendano ſenza preiudicio delle raggioni di quello, al cui comodo foſſe ſtata data la prima commiſſione, ò dato l'ordine primieramente, ò fatto poliza di carrico cõtro quello, che haueſſe così variato, ò mutato, e parimente ſenza preiudicio delle raggioni di quello, al quale era ſtato dato tal'ordine, ò commiſſione per ſua cautela*. Et licèt dictũ ſtatutum ſit *locale*, tamen quia non diſcrepat à iure communi, & quia eſt conformis conſuetudini à nobis probatæ, valdè facere ad cauſam noſtram dixi,
14 quia declarat, quando res dicatur integra, & quod reſeruat iura, non contra magiſtrum nauis, ſed contra *variantem* mandatum, cum quo cõformis fuit dicta *ſententia*, quæ iura Carri reſeruauit contra Bartiroctum.

Dixi malè applicari leges de conſtituto loquentes, quia non plenè conſtabat Carrum eſſe liquidũ creditorem Bartirotti, licèt enim tractæ eſſent in parte completæ, tamen in ſpacchijs tranſmiſſis ex Aſtolodamo Neapolim, dicebat, *Ve n'hò dato debito al Corrente*. Vnde dicta ſpacchia, Carrus præſentauerat in Iudicio cũ cauthela Si, & in quantum, Vnde erant facienda computa inter Bartiroctũ, & Carrũ, & euenire poterat, vt illis diſpunctis, Bartiroctus non remaneret debitor, is enim in Belgio degens, nõ fuerat in hoc Iudicio Neapoli, inter Capitaneũ nauis, & Carrum vocatus.

At conſtitutum nihil operatur, quando de debito per principalem non conſtat euidenter, vt habetur *tex. in l. fin. C. de cõ-*
15 *ſtit. pecun. Franch. deciſ.* 343. Oportet creditum eſſe liquidum, & non turbidum, vt erat iſtud, ſi quod erat. Item non ope-
16 ratur conſtitutum in debito etiam vero, quando principalis debitor eſt ſoluendo,
17 cõſtitutarius enim ad inſtar fideiuſſoris, habet exceptionem ordinis, Guid. Papa *deciſ.* 94. *& ſingul.* 611. & eſt communis Coſta in *praxi conuentionali n.* 178. Bartirottus de Ciuitate Lucę *ad Nouatores* in Belgio tranſlatus, habet centum aureorum myriadas (licèt hoc non ſubſiſteret; quia exceptio ordinis, & diſcuſſio, non
18 releuant, quando principalis eſt in loco valdè longinquo) Dixi etiam nihil operari, quia conſtitutum eſt remedium extraordinariũ introductũ de iure gentiũ ex ęquitate Prætoris, qui accommodat
19 actionem ex nudo pacto, quod ceſſat ex concurſu remedij Ordinarij iure ciuili introducti, vt ex tex. *inſtit. de action.* §. *de conſtit. pecun.* vbi *gloſ.* Io: Faber, *& omnes*, & Iaſon *de action. in* §. *in perſonam*. Coſta in *praxi conuention. n.* 190. vbi loquitur de cõſtituto promiſſorio. Hic duo reme-
20 dia ordinaria concurrũt, actio mandati, actio locati, quæ sũt ciuilia *toto titulo mãdati*, vel contra, locati contra conductorem, ſi re conducta abutatur, ſimiliter ciuilis. Carocius *de locat. par.* 6. *q.* 1. etiã

furti

furti certis caſibus in materia locati dari dixit Caroc. *de locat. ſeptimo gradu acci-*
21 *dentium* tit. de furto fol. 259. Vtramq; actionem dari in mercium receptione, & tranſmiſſione concordamus cum Dominis Aduocatis partis aduerſæ; & infra fundabimus. Præterea id quod dicebat Conſtitutum fieri abſenti,& poſt receptã literam haberi, ac ſi eſſet acceptatam,
22 & factum præſenti procedere dicebam *re integra*, ſi literæ eſſent receptæ antequam fuerit à Conſtituente reuocatum. At eadem die, qua fecit primas literas, fecit & ſecundas, & in illis dixit, *ſe il Capitano darà le robbe in vigor di queſte seconde, le prime reſtino nulle*; ergo reuocatum, re integra antequam per rerum naturã, neque per mare, neq; per terram, etiam volantes poſſunt primæ literæ ab Aſtolodamo Neapolim in manibus Carri de-
23 ferri. Conſtitutum autem, ſiuè promiſſorium, ſiuè poſſeſſorium, poſſe re integra reuocari habent omnes, vt per Tiraquell. *par. 3. de Iure conſtit. limit.* 30. per totam, Theſaur. *deciſ.* 70.*n.*7. Merlin. *cap.* 35.*n.*36.*centur.* 1. Quinimò Tiraquell. di-
24 xit poſt acceptationem à Notario ſtipulante pro abſente factam, reuocari poſſe, quia ſolùm de conſuetudine Italiæ, pro-
25 cedit, quod Notarius ſtipuletur abſenti, qui in hoc reputetur ſeruus publicus, nõ autem de iure, quia *tex.* vulgares in *l.* 1. *et ſequent. ff. re pupill. ſalu. fore*, id non probant, vt ibi per eum, Accinit ſtrenuè *Ganauerro deciſ.* 55. & contractus iſte non fuit factus in Italia, ſed in Hollandia ſuper Oceano; ergo etiam ſi literæ fuiſſent Inſtrumentũ ſtipulatum, potuiſſent re integra reuocari. Neque pars erat audienda in id, quod aduerſus ſecundas literas dicebat eſſe tecnas, ac trigas Imbroglia, quia hoc non fundabat, immo excludebantur ab alijs violentis præſumptionibus, de quibus infra.
26 Deniq; negabam adeſſe conſtitutum, nam licèt concederem conſtitutum fieri poſſe quibuſcunq; verbis, *l. qui autem*, §. *fin. ff. de conſtit. pecun.* tamen iſta verba non debent peccare in forma, vt magiſtraliter aduertit *gloſſa*, nam in verbo *quibuſcunque verbis* gloſſat, *idoneis tamen.*
27 Quod illa verba non ſint idonea probatur ex *l. quidem* 26. & *l. eum, qui Epheſi* 5. §. *item Simili, ff. de conſtit. pecun.* Dicit *tex.* conſtitutũ poteſt fieri per epiſtolam, ſed epiſtola debet loqui cum *debitore*, & non cũ *creditore*. Verba *tex.* quidam *ad creditorem literas eiuſmodi fecit: Decem quæ Lucius Titius ex arca tua mutuo acceperat, domine penès me habes, reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur actione de conſtituta pecunia eum teneri*: Et ſic tertius eſt ille,
28 qui ſe conſtituit ſcribit creditori, quod pecuniã, quam ſibi debet Lucius, Titius penès ſe habet, legit creditor literã, fingit Prætor eum facie ad faciem alloqui. Remanet perfectum conſtitutum. Caſus
29 noſter non ſic. *Capitaneus* non loquitur, neq; Scribit *Carro*, qui eſt *creditor*, ſed ſcribit ipſi *Bartirotto*, qui eſt debitor; ergo non adeſt forma Conſtituti. Alter *tex.* eſt clarior. *Item Si mihi conſtituas te ſoluturum, teneberis, quod ſi mihi conſtitueris Sempronio te ſoluturum, NON teneberis.* Ecce caſum. Aſperus ſe conſtituit Bartirotto tradendi merces Carro, non recta via ſe conſtituit Carro. *NON teneberis*, dicit *textus*, & *gloſ.* dat *Concordantes* in verbo *Non teneberis*, non adeſt ergo conſtitutũ.
30 Neq; *deciſionem* Rouiti applicari diximus ex pluribus, & vt breuitati ſtudeam, ſolum ex ratione eiuſdem *Rouiti* n. 33. verſ. *reſpectu banci*, qui dicit, quod cum giratarius recipit ſatisfactionem, cũ fide girata, non ſequitur fidem girantis, ſed eiuſdem banci, qui ſe conſtituit, nedum
31 illi, cui dat fidem, *facemo fede tener creditore Titio in noſtro banco in duc.* 100. ſed quia ſubdit, *delli quali potrà diſponere con reſtitutione della preſente ad ogni ſuo piacere*, ex tunc bancũ ſe *conſtituit* illi, in quẽ diſpoſuerit, & ideo giratarius ſequitur fidẽ banci. Dicat Carrus quãdo compleuit tractas Bartirotti, Cuius fidẽ eſt ſecutus, Capitanei Aſperi, an eius correſpondentis Bartirotti? Certè Bartirotti, cum quo negotiabatur, non Aſperi, quẽ nũquam vidit, neq, antea nouit; Caſualiter autẽ Bartirottus nauem Aſperi conduxit, poterat enim aliam quamcũq; & quæ ei primo occurrerat conducere pro tranſmiſſione mercium, abſq; eo quod Carrus haberet vllam notitiam.
32 Neq, *allegatio* Theod. quæ ſi benè per-

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq. D penda-

pendatur dicit totum contrarium, quia Sarcine, ſeù Balle, non fuerunt ſignatæ ſigno Carri, ſed ſigno Bartirotti, vt in proceſſu conſtat, & ſic nullo modo ſcire poterat Capitaneus, illas coemptas fuiſſe à Bartirotto pecunia Carri: Theodorus verò dicit, quod illę pecuniæ nō fuerunt datæ ſacculo ſignatæ, & ſic confuſę, & translatum dominium.

33 Neq; locus Caroli Ruini à Stracc. allegato facit ad rem, nam Stracc. non legit totū *conſilium* Ruini, nam dixit, quod eſt *valdè prolixum*, & ſubdit poſt n. 5. *tu videberis an in omnibus probãdum ſit reſpōſum*, & lecto toto *conſilio*, quod eſt 209. *ſub n. 9. col. 2.* fol. mihi 279. apparet adfuiſſe ſtipulationem, & iuramentū, & licèt ille Alexander non fuerit præſens,

34 ſubdit, quod iuramētū intelligitur preſtitū Deo, qui ſupplet præſentiam abſē-

35 tis, & pro illo recipit, & ſtipulatio alteri de Iure Canonico valet, ſi ſuper ea ſit præſtitū iuramentū. Hæc Ruinus. Quomodo ergo iſta applicari poſsūt litere de Carrico, quæ eſt ſcriptura priuata, abſq; iuramento, abſq; ſtipulatione.

36 Deniq; nō obſtat primū, Domini Cauſæ Commiſſarij in eius *notabili* 10. nam ipſemet ſe declarauit, id procedere re nō integra, neq; erat audienda pars rem non eſſe integrā, quia ſecūdæ erant factę cū antidata, nam cū hoc fuiſſet delictū

37 non præſumitur, niſi probetur, *l. meritò, ff. pro ſocio, l. fin. C. de probat.* cū vulgaribus, & in termino nihil deduxit de hoc; & licèt reſpectū Bartirotti, qui erat Italus poſſet aliqua præſumptio exoriri, tamen hoc excludebatur reſpèctū Aſperi,

38 qui *corde Belgico* negotiabatur, erat .n. probata eius bona fama, & fidelitas, quod per triginta annos munus Capitanei nauis exercuerat, & nihil probroſū de eo, fuerat exauditum. Deniq; dicebam, quod ſi hic in aliquo deliquiſſet, & in prætenſam fraudem Bartirotti cooperaſſet, exoneratis mercibus Liburni, non aduentaſſet cū ſua Naui, eodem itinere Neapolim, ſed alio diuertiſſet; quod quia tutus in conſcientia, vltro venit ſecurus ſuæ conſcientię teſtimonio, iuxtà *Apoſt. 2. Corinth. 12. Hæc eſt gloria noſtra*

39 *teſtimonium conſcientiæ noſtræ*, & iuxtà illud Ouid. *Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa*, ad inſtar illius, qui impetitur de delicto, & vltro ſe præſentat Iudici, qui ideo præſumitur innocens, Cepoll. *conſ. 31. incipiente ſuper homicidio*, 4. *col.* verſ.

40 *decimo, & vltimo*, Marſil. *in praxi*, §. *diligenter n.* 104. Foller. *in praxi* verb. *et ſi comparent ante*, n. 1. & ibi *Baldaſſar* latiſſimè *n.* 1. *ſol.* 227. cū cętera turba Criminaliſtarum.

Cum ergo magiſter nauis inuehens in naui merces mandatum ſuſcipere dicatur, & actione mandati tenetur, *Rota Genuæ deciſ.* 58. *n.* 5. quæ ad hoc inducit tex. in

41 *l. ſi remunerandi*, §. 1. *ff. mandati*. Alteratio mutatio, immo deſtructio mandati pendere à *nutu* mandantis omnes ſciūt *inſtit. mandati*, §. *rectè*, *l. ante litem cum ſeq. ff. de procur.* & ſufficit iniungi ſecundum mandatū diuerſum, vt primū reuocatū cēſeatur, Bal. *in l. ſi cū procuratorio*, §. *vltimo, in finem de procur.* cū vulgaribus, & habetur in *l. ſi cū Cornelius*, 82. *ff. de ſolut.* D. Rocc. *de mand. & complem. notab.* 9. *n.* 18. & hoc eſt indubitatū iuris principiū,

42 modo fiat omnia re integra, ſiuè ſimus in cōtractu, ſiuè in iudicijs, & licèt fortè res, non eſt integra, inter Bartirottū, & Carrū, Sufficit eſſe integrā inter Carrū, & Aſperū, qui illū nūquā nouit, & cū illo nunquam contraxit.

43 Cū verò caſus occurrerit *ipſe*; conſtito de *ſcientia* in magiſtro nauis, quod res inuectæ *non eſſent onerātis*, ſed *propriæ illius*, ad quē erant tranſuehendæ, vel eius pecunia coemptę, vt in *l.* 1. *& in l. cōmunis*, §. *procurator, ff. de acquir. poſſeſſ.* pro quo dedit primā apodixā, illū *non excuſarem* ſi ipſe non *reſtituta prima* daret *ſecundam*, in qua *alteri*, & in *alio loco* illamet bona conſignare ſe obligaret, propter *præſumptā*, cū *onerante* participationē *doli mali*, & ſic intelligenda eſt *altera* conſuetudo, de qua teſtes partis loquuti ſunt, quod in caſu iſto tantū abfuit quod bona Aſpero in Belgio conſignata, fuerunt ſigno Bartirotti, hoc eſt G.B. nō ſigno Carri; Vnde

44 ipſius eſſe præſumebātur, *l. quod ſi ſine*, & ibi Bart. *ff. de peric. & comod. rei vendit.* idē Bar. *in tract. de inſignib. & arm.* Caſſan. *in tract. de glor. mundi par.* 1. *concluſ.* 55.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Capſarius alicuius Banci publici, qui pecuniam bãci in eius vſus conuertit, & fuit tranſactus pro intereſſe ciuili, an poſſit de illo delicto criminaliter accuſari; Delictum in genere cõtra Capſarium quomodo probetur; An detur reuiſio reſtæ, ſiuè computorum ipſius Capſarij, ſi criminaliter pulſetur. Libri, & Scripturæ bancorum, quam fidem faciant pro ipſo banco, an debeat puniri, ſi poſt litem conteſtatam, reſtituat pecuniam acceptam. Vtrum falſitas cõmittatur in non faciendo. Cum deciſione DD. *Iudicum delegatorum*.

1 *Bancũ Sãctiſſimæ Annunciatæ celeberrimũ.*
2 *Bancorum celebritas conſiſtit, vt non permittatur, quod non creditor expendat nec quid minimum de illo.*
3 *Falco, auis rapaciſſima.*
4 *Oeconomi ſi tranſigunt, poſſunt ſucceſſores, tranſigentem criminaliter accuſare.*
5. *Oeconomi ſucceſſores A.G.P. quando poſſint impugnare factum prædeceſſorum.*
6 *Diſcrimen inter ſententiã, & tranſactionẽ.*
7 *Tranſactio partis nõ impedit vt fiſcus proſequatur iudicium.*
8 *Abolitio generalis non extenditur ad delicta habentia tractum ſucceſſiuum, & an comprehendant capſarios à n.*
9 *Delictum in genere contra capſarium banci quomodo probetur.*
10 *Reſta, quæ eſt quantitas, quæ remanet in arca, deducto id, quod expenditur ab eo, quod introÿbatur quotidiè in banco; an in actione criminali reuideri debeat, & n. 11.*
11 *Significatoriæ per bilancium habent paratã executionem, ſecùs ſi ob cauthelas non productas.*
12 *Dictio circa in computis capſarij quid importet.*
13 *In criminalibus non datur reuiſio reſtæ, ſi quantitas eſt exceſſiua, & quare.*
14 *Deciſio dicti articuli.*
15 *Capſarius tenetur de culpis eius ſubſtituti. Sed an criminaliter non fuit animaduerſum pro Fuluio. Ego crederem quod non; & quia non oppoſitum, non diſcuſſum, non deciſum.*
16 *Manus comparatio licèt ſit facienda parte citata, fallit in informatiuo, ſed poſtea eſt repetenda.*
17 *Scriptura informis probat contra illam producentem ſine cauthela.*
18 *Reſta extracta ex libris banci eſt probatio probata.*
19 *Bancum A. G. P. eſt publicum, & omnes eius libri, ſcripturæ, & filſiæ ſunt publici, & ideò conſeruantur in Archiuio publico.*
20 *Omnes eius ſcripturæ probant pro, & contra bancum, & pro tertio contra tertium.*
21 *Arca quomodo numeretur.*
22 *Clauium cuſtodia quid importet.*
23 *Capſarius accipiens pignus à Guardarobba committit furtum, & non excuſatur ſi re non integra illud reſtituat.*
24 *Capſarius ſubſcribèns fidem crediti, cuius ſummam nõ ſcripſit in libro introytus, falſum committit.*
25 *Falſitas committitur nõ ſolum in faciendo, ſed etiam in non faciendo.*
26 *Inſolito delinquere non præſumitur error, ſed dolus, et fraus.*

QVÆSTIO QVARTA.

SCELEROSI, nõ fulgidi hominis, fuluij Capſarij Bãci Sanctiſsimæ Annunciatæ Neap. famigerabilem cauſam, coram Illuſtriſs. & Excellentiſs. Domino *Prorege* diligenter diſcuſſam (in qua curioſi iuris articuli fuere deciſi) quam inuitus, & verè coactus defendi, enarrare incipio. Et vltra ea, quæ cordatus, & immobilis patritius *Frãciſcus de Summa*, *Collis Princeps, et Circelli Marchio*, vnus ex Hoſpitalis, & Banci *Oeconomis*, vna charitate ſuccenſus, in facto ſcripſit contra Fuluiũ capſarium: Ipſe, qui inſtante eodem Ill. Prin-

Principe Collis, fui datus Aduocatus contra Fuluium, non etiam ab Excell. D. Prorege, ſed ab ipſiſmet DD. Iudicibus delegatis hęc diebus canicularibus, (quibus cauſa ſedulò tractabatur) ſcripſi. Quæ quia noua, & non etiam cum factis pluribus, ſed cum Arithmeticis ſupputationibus immixta; Quia ex his facti obſeruationibus, aliquando in ſimilibus præſtantem fructũ capies. Ideo, vel non demireris (Lector) ſi illa ad formã quęſtionũ nõ redegi, ſed provt tunc Dom. Iudicibus data, Do, & Tibi. Vel ſi iſthæc purgatio nõ arridet, da veniam iſta vice.

1 Bancum Sanctiſſimæ Annunciatę merito ſuper omnia, quæ in Vniuerſo Orbe Chriſtiano celebrantur excellere, erat in confeſſo, non ſolùm in Vrbe, & toto Regno Neapolitano, ſed etiam apud exteras nationes. Vt de illo, quod ſit iuris publici, quod celeberrimum, quod tutiſſimum, quod omnia antecellat, pleno ore concedit *Raphael de Turri de cambijs diſput.2. q.17. ex n.44.* Quare alia excel-

2 lere? Audite, Iudices, audite, Domini, cauſam talis excellentiæ; quæ in tota Italia honorecentiſſimè diſſeminatã, ad talis fidei columen, & exiſtimationis ſpecimen, Bancum iſtud extollerat. *Sed, & multo* (inquit *Raphael*) *maximè quia ſiuè ex illius inſtitutione, ſiuè ex laudabili,* ET RETINENDA *conſuetudine, non conſentiunt, nec permittunt, vt quiuis cuiuſcumq; ſtatus, & conditionis exiſtãt, expendat quãtumuis leuem, pecuniarum quãtitatem, quin prius eam habuerit in banco. Qua ex re, pendet ſecuritas deponentium, qui ſciant ex illa inſtitutione pecunias depoſitas, ad neminem ipſis renuentibus deuenturam.* Hæc *Raphael*. Conferte nunc verba iſta, cũ ſtatu præſenti, quondam banci celeber-

3 rimi, conferte ſi quantumuis leuis quãtitas fuit expenſa? Quin (vltra alia dãna) ſi quindecim planè aureorum myriadas ab infanda omnium auium rapinę, rapaciſſima aue, (vt *Carolus Stephanus lib. 6. c. 46.* ſcribit) *Falcone* inquam, rapta, abligurita, atq; decocta, bancum ipſũ eiuſq; creditores deplorant; Infantuli è mammis nutricium ægroti ex Xenodochio, Virgines ex Gyneceo, Aeditui ex templo; ipſa Deipara, de ſummo Cęlo repoſcunt. Quin vniuerſum Regnũ, niſi detecto, reciſoq; furto, ſolęrtia, atq; zelo Gubernatorum, ingentem cladẽ (quod abſit) ex tali banci caſu, ſubiturũ eſſet.

Die 7. Decembris 1624. Is *Falco* in capſarium banci A. G. P. fuit adſcitus, *& ſe obligauit penès acta M. C. V.* vt patet ex dicta *obligatione fol.265. caſu quo committeret dolum, fraudem, vel mancamentum in dicto officio Capſarij, omnino ſtare ſignificatorijs, quæ contra ipſum expedirentur à Dominis Gubernatoribus eiuſdẽ Sacræ Domus, & banci:* & ab illis *non appellare, neq; reclamare, nec de nullitate dicere, quin, neq; potere illas reduci ad arbitriũ boni viri, renuncians proinde omni iuris, & legum auxilio.* (& hoc planè ſumma ratione, atq; æquitate. Satis enim eſſet abſurdum, vt Gubernatores; credant vni eorum miniſtro, ingentem Theſaurum pecuniæ numeratæ, & in recipiendo computa ab illo, tenerentur alios Rationales, atq; cõputiſtas, non illos, quos perpetuo bancum ſtipẽdiatos habet, quærere, vt Capſarium ſignificarent)

Die 25. Iunij 1648. cum ijdem DD. Gubernatores pręſentijſſent furta dicti Fuluij, eum carcerari fecerunt, & numerata capſa compertum fuit ex *reſtis, et bilãcijs* per officiales eiuſdem banci factis, remanere liquidum debitorem, & deficere in capſa duc. 110883. vt ex *fide credenzerij* dictæ capſæ paruæ fol. 148.

In cuius ingentis quantitatis computũ idẽ Fuluius aſſignauit *duas liſtas* effectuum, ac nominum debitorum fol.154. & fol. 156. quas poſt aſſignationem in maiori parte exegit idem Fuluius.

Et pro ducatis 86819. publico *Inſtrumento* rogato die 28. Iulij 1648. ſe conſtituit debitorem eidem banco ex cauſa *Introytus ſuperantis exitũ,* vt patet fol. 49. quod inſtrumẽtum fuit ab eo *extra carceres* ratificatum die 17. Auguſti ſequentis fol. 49. in margine.

Expertus eſt idẽ Fuluius, coram Ill. Marchione D. *Reg. Caracciolo*, pro *annullatione* dictorum inſtrumentorũ, & compilato proceſſu, fuerunt DD. Gubernatores *abſoluti ab impetitione eiuſdem Fuluij,* & declarata valida inſtrumenta prędicta, & condemnatus Fuluius *ad illorum ob-*

ſeruan-

ſeruantiam, vt ex decreto fol. 203. Tametſi in eodē decreto domi lato fuit factum excomputū eidem Fuluio duc.25. mille,ſub colore monetarū *iniuſti ponderis, et malæ ligę* (quod eſt de directo cōtra dictam obligationem penès acta fol. 265. quæ nec tunc fuit præſentata, neq; viſa) Quod excomputū fuit factū, quia non ſolum bancū *non fuit defenſum*, ſed ſcripturas pro Fuluio, procurator banci præſentauit in proceſſu, ſicuti ſcriptū in iure pro Fuluio ab eodem procuratore præſentatū fuit. Vnde nil mirū, ſi tale decretū excomputi fuit prolatū, dū tūc res tali ordine agebantur, vnde ex capite excomputi pendet *appellatio*, &c. Sed quicquid ſit de excomputo, ſubtrahendo duc.25, à duc. 86819.remanet *liquidus debitor* in duc.63419.vltra alios duc. 20. mille, & plus effectuum, quos dedit in liſtis, & nominibus debitorum ab eodem exactis. Vnde de excomputo loqui non oportet, quia remanet debitor irrefragabilis, *etiam illo admiſſo*,in vno monte auri.

Facta ratificatione per Fuluium die 17.Auguſti vt ſupra,pręfati inſtrumenti, viſum fuit Gubernatoribus illius tēporis, eum excarcerare, moti à ſponſionibus, & iuramentis illius, ſe ſoluturum, & effectus, & nomina debitorū recuperaturū, quinimo indicare promiſit,quibus nam tam magnam auri vim,quę deficiebat in arca tradiderat. Et ideo benignè cū eo agentes,viſum etiā fuit ei non tollere officiū, ſed in illo eum continuare facere, dato tamen exercitio *Franciſco de Falco eius fratri carnali, et ſocio*. Vnde die 22. Auguſti 1648.ſtipulatū fuit aliud inſtrumētum inter dictos DD. Gubernatores, & Fuluiū,vt Franciſcus de Falco exerceat, officium capſarij in omnibus caſibus abſentiæ, infirmitatis, vel cuiuſuis impedimenti eiuſdē Fuluij, ſed Fuluius ſe obligauit ſpeciali pacto ſoluere de proprio omnes quantitates, quas *Franciſcus* in illo exercitio, ſiuè per dolum, ſiuè per fraudem, vel per aliam cauſam ſurriperet, vt ex inſtrumento cum pactis executiuis in ampliori forma fol. 335. & per extenſum fol.380

Vnde licèt dictus *Franciſcus* exercuerit arcā, attamen *Fuluius* ſemper retinuit nomen, atq;Capſarij officium;quia introytus facti fuere ſuo nomine,& exitus ſuo nomine, & omnes alię functiones, quæ à Capſario explicandę erant ſub nomine Fuluij de Falco Capſarij à die 28. Auguſti 1648. vſq; ad diem 9.eiuſdem mēſis 1649. qua die Fuluius ad attuale exercitium officij repoſitus fuit, explicatæ fuerunt.

Quæ veritas apparet ex *libris* publicis banci, & ab introitibus, & exitis, *per conto à longo* extractis à *libro maiori* à 7. Maij 1648. fol. 345. vſq; ad diem 27. Maij 1651. fol. 363. vbi *il dare, et hauere*, ſtat pro cōputo *Fuluij Capſarij*, licet per totam diem 8. Auguſti 1648. exercuiſſet *Franciſcus de Falco*.

Et licèt dicta euidentia ex libro maiori extracta, iuncta cum dicto inſtrumento,ex ſe ſint ſufficientiſſima,attamen attulimus bollectina originalia, extracta à filſia, & iam ſoluta, tempore quo *Frāciſcus exercebat*; in quibus dicitur, vt ſoluatur Fuluio Capſario fol. 344. f. 345. & ſeq.

Vnde nūquam ſubſcripſit fides crediti *Frāciſcus*, ſed loco Fuluij Capſarij,ſubſcripſerunt Pandectarius, ac Liber maior,vt ex omnibus fidibus conſtat, ex quibus de ordine Cauſę Commiſſarij quatuor originales, extractæ à filſis, in quatuor temporibus prēſētatæ ſunt,fol.338. fol. 339. fol.341. fol.342. f.343.

Qua de cauſa die 9.Auguſti 1649.qua Fuluius fuit repoſitus, non fuit de illo reponendo facta *noua concluſio*, neq; nouā *cautionem præſtitit*, neq; fuit facta noua *reſta*, & per conſequens non ſibi introytauit duc. 36672. quos *Frāciſcus* Veſpere 8. Auguſti *reliquit in arca*: Quia dum totū computū cucurrerat nomine eiuſdem Fuluij, & iam dicti duc.36672.erāt ſcripti *al ſuo dare*, ſicuti in pluribus partitis introytati fuerant *à Franciſco*; ſi iterū illos ſibi in vnū introytaſſet; duplicauiſſet in ſui damnū dictā partitam, vt in loco dicemus.

Reſtituto ad exercitiū Fuluio, non mutauit vitam, ſed veteribus delictis,noua ſcelera cumulauit. Vnde de illis certioratus *Ill. Princeps Collis* Gubernator, communicato negotio cū *Excellentiſſimo* D. *Prorege*,

rege, habito mandato, vt illum carcerari faceret, & ei iterum 12. Februarij 1652. numerata arca, compertum fuit in illa deficere duc. 38942.

Vnde à confluentium creditorum multitudine, iterum fere banco collapſo, miraculoſæ tamen, & ingenti damno Sacræ Domus illo ſuſtento. Iterum Fuluio carcerato, poſt multas calumnioſas dilationes cum reuerentia non *cõgruentes planè officio tantæ confidentiæ, in quo veritas, atq; bona fides exuberari debent.* Vnde debebat in menſe Februarij vel ſoluere quod potuerat, vel tunc reuiſionem (licèt inanẽ) petere, & non repoſitionem ad Eccleſiã.

Dato pluries termino dicto Fuluio, ad ſe defendẽdum, & legitimè compilato proceſſu.

Domini Gubernatores fecerunt inſtantiam fol. 206. & fol. 207. qua quærelauerũt Fuluium non ſolùm de iſto nouo furto duc. 38942. ſed etiã de alio duc. 110883 de quo *remanet conuictus cum duobus publicis inſtrumentis* (vltra bilancium, quod ſolum ſufficeret, vt infra) in quibus *inſtrumentis ſe fatetur* debitorem per *introytum exitum ſuperantem*, cui inſtantiæ, vt pro primo furto puniatur *Regius Fiſcus* inheſit, vt ex eius inſtantia fol. 207.

Exceptiones Fuluij contra inſtantiam, vt pro primo furto puniatur.

PRIMA.

QVod de dicto furto eſt inita concordia ciuiliter cum DD. Gubernatoribus, vt ex dictis tribus inſtrumẽtis, vnde obſtat agentibus, *Tex. in l. poſt deciſionem, C. de furtis* cũ cõcordantibus.

SECVNDA.

ET ſi dicta concordia non adeſſet, gauderet *generali abolitione* pro quiete Regni omnium criminum elargita menſe Aprilis 1648. per Sereniſs. Celſitudinẽ D. *Ioannis ab Auſtria.*

TERTIA.

QVod iam paruit, atque *ſoluit* debitum in dictis inſtrumentis contentum.

REPLICATIONES.

SEd prima ex pluribus non obſtat. Quia ab illis Gubernatoribus, cum quibus confecit inſtrumenta, non fuit quęrelatus, nec criminaliter actinctus, ſed ſolũ ciuiliter, & ad proſequtionem rei familiaris, vnde benè poterit accuſari, & puniri, vt in puncto probat *Iul. Clarus* §. *fin. quæſt.* 2. *n.* 7. verſ. *vlterius quæro*, & *Farinacc.* qui allegat concordantes de *inquiſitione q.* 4. *ex n.*40. verſ. *limita octauo.* & ex noſtris id dixit Reg. Sanfelic. *deciſ.* 42. ante *n.*6. ibi *vnde in actu ceſſionis, &c.*

Secundo conuentio facta cum primis Gubernatoribus, non pręiudicat iſtis, qui illi, tanquam pernicioſæ, nolunt ſtare, & aduerſus illam petierunt *in integrum re-*
5 *ſtitutionem*, D. *Roccus* poſt hæc ſcripta æditus *reſponſo* 99. *lib.* 1. vnde non obſtante conuentione habita cum illis, benè potuit ab iſtis etiam petita in integrũ reſtitutione accuſari, vt relatis multis probat *Farinacc. d. quæſt.*4. *de inquiſit. limit.* 6. *n.* 31. Et in hoc eſt differentia inter ſententiam, & tranſactionem, quia
6 ſententia facit ius quo ad omnes, tranſactiò autem non facit ius, niſi quo ad tranſigentem; Bal. *in l. tranſigere in* 4. & 5. *oppoſit. C. de tranſact.* Tanto magis, quod, vt dixi, ab illis Gubernatoribus neq; fuit accuſatus, neq; cogitatum trãſigere ſuper crimine.

Tertio, (& hoc iudicio meo nullum habet ſcrupulum) etiam ſi illi Gubernatores tranſegiſſent ſuper crimine, non impediret iudicem, ad Fiſci inſtantiam, ex offi-
7 cio inquirentem, qui non obſtante tranſactione facta cum accuſatore, & remiſſione ab eodem habita, poterit nihilominus reum accuſatum condemnare, per inde, ac ſi nulla remiſſio, & tranſactio ſecuta eſſet ex *Felyn. in c. null. col.*2. verſ. *iterum in quantum de accuſat. Carauita ſuper ritu* 272. *n.* 2. cum mille concordãt. per Farinacc. *d. q.* 4. *ampliat.* 1. *n.*32. & & ſic pluries deciſum, propriæ in *furto* refert Sanfelic. *d. deciſ.* 42. *n.* 7. Vnde ſtante inſtantia Reg. Fiſci pro primo furto d. f. 207. in hoc vlterius non inſiſto.

Replicatio ad ſecundam.

ABolitiones, quantumcunq; generales, non extenduntur ad delicta futura, 8 ſcilicèt committenda poſt publicationẽ ipſius decreti, vel quæ habent tractum ſucceſſiuum, quæ poſt publicationẽ cõtinuantur. *Clarus lib.* 5. §. *fin.q.*59.*n.*11. verſ. *ſucceſſiuè.* Maſtrillus *de Indulto capite* 6. per totum, *Marta deciſ. Rotæ Piſanæ* 143. *Peguera deciſ.*64. *Franch. deciſ.* 360. *&* 433. At Fuluius furta *cõtinuauit ferè* tres menſes *poſt indultum*, vt patet ex fide carcerationis, quæ fuit die 25. Iunij, qua fuit arca numerata, *& illa die* repertum furtum perenni nequitia, ſceleſte continuatũ. Et in iſtis, vltimus actus attenditur. Vltra quod, vt infra dicemus, Indultũ fortè non cõprehenderet Capſarios, vt q.8.

Replicatio ad tertiam.

VEllet Deus, vellet Beata Virgo, & ſoluiſſet, vel aliquam partẽ nunc conſcientia motus ſolueret. Partita banci fol. 325. duc. 47. mille eſt duc. 25. mille pro *excomputo* (inanis ſolutio) duc. 22. mille ſunt duc. 2000. quos ſoluit ipſe in pecunia, alij duc. 20. mille ſunt ex *effectibus recuperatis* per Gubernat. de nominibus debitorum Fuluij, de pecunia eiuſdem banci contra Deum ab eo rapta. Qui duc. 20. mille non ſunt deducendi à ſumma in inſtrumento contenta, ſed à toto debito duc. 110883. vnde verè realiter, & effectiuè debet nunc vltra intereſſe pro primo furto ſupra *duc. nonaginta mille*, vt patet ex *Bilancijs Rationalium.*

De *ſecundo furto duc.* 38942. 3. 18. *& alijs delictis nouiſſimè patratis.*

NEceſſe eſt ante omnia fundare delictum in genere, ſecundo inquirendũ de qualitate huiuſmodi delicti, tertio de pęna illius.

De *delicto in genere.*

9 HOc conſtat euidentiſſimè ex *reſta* fol. 3. die 12. Februarij 1652. per *Magnificum Librum Maiorem, & Reuiſorẽ banci*, ex *libris publicis* eiuſdẽ *banci*, ritè, & *Conſt. Caſuri Spec. Peregr. qq.*

rectè extractã, quę eſt duc. 172999.2.17.

Vt *extingueret* dictam reſtam Fuluius exhibuit ſequentia diſcarrica.

Apocas præteritorum Gubernatorum ducat. 43702.0.15.

Apocas Guberhij Ill. Principis Collis duc. 3208.2. 4.

Bollectina expenſa pro ſeruitijs banci duc. 15.3.15.

Aurum repertum in Arca.

AVreos Venetos, vulgo zecchini duc. 20490.

Duplices, & ſemiduplices, & ſcuta duc. 2000.

Alias magnas duplices duc. 1330.

Diuerſas alias aureas monetas duc. 3337.

Argentum.

VIginti aſſes, ſiuè tarì duc. 12400.

Duodecim aſſes, & ſemis, ſiuè cinque cinquini duc. 1700.

Quindecim aſſes duc. 6000.

Septem aſſes, & ſemis trè cinquini duc. 18270.

Monetæ diuerſæ duc. 2100.

Argentum, & aurum duc. 776.0. 5.

Raudis, et Aeris.

Canalli duc. 5000.

Fides crediti diuerſorum bãcorum duc. 4334.

Apochæ diuerſorum bancorum notate in fidibus duc. 1798.0.12.

Aliæ fides, & apochæ duc. 632.3. 8.

Aliæ apochæ ſolutæ per Fuluium anticipatę abſq; ordine Gubernatorum diuerſis creditoribus banci duc. 2536.

Bollectina arcę fori magni duc. 558.1.15.

Fides domus in caput Fuluij, quę remanent pènes Rationalem banci duc. 3878.

Quę omnes partitę sũt duc. 134056.3.19.

Quos deducẽdo à dictis du. 172999.2.17.

Deficiunt in capſa duc. 38942.3.18.

iuxtà

juxtà bilanciū factū per Magnificū Rationalem eiuſdem banci fol.4. quod patet Arithmeticè abſq; bilancio vnicuiq; artem Arithmeticè mediocriter callēti. *Impoſſibile* eſt enim *ſecundum naturam*, quin deducendo à duc. 172999. 3. 18. dictos duc. 134056.3.19.nō remaneant duc. 38942.3.18.quantitas ſecundi furti, & *delictum in genere*, quia debebant eſſe effectiui in arca;ab eo iam introytati, & cum arca non fuerit effracta, & ipſe illius claues pro ſuo munere tenuit, in illa non fuerunt reperti, *Maſcard. concluſ.*289. *Cephal.conſ.*225. *n.* 26. *Dec.cōſ.* 29.*n.*2.*Tuſc.lit.*C. *concluſ.* 288.

Exceptiones Fuluij aduerſus prędicta.

PRIMA.

PRima, quod *reſta* calculata à *reuiſore* banci, & *libro maiori* in duc. 172999. 2. 10. non eſt *certiſſima*, & debebat re-
10 uideri per *Rationales Regiæ Cameræ Summariæ*, cum in illa calculanda de facili potuerit errari.

SECVNDA

QVod in dicta reſta fuit incluſa partita duc. 36672. 1. 5. infra ſummam dictorum duc. 172999. 2. 10. quę ei aggregari, ſiuè carricari, non debuit; qua deducta nō remaneret debitor, ſicq; non onerata iſta partita, nullum adeſſet delictum.

TERTIA.

QVod in numeratione pecuniæ repertę in arca, magna indiſcretio, & fortè dolus, adhibitus fuit, cum non circumſpectè,& attentè numeratam fuiſſe contendit.

REPLICATIONES.

11 SEd prima iam reiecta per *bina decreta* conformia,tanquam manifeſtè calumnioſa; & nuncupatim *contra pactum iuratum*, & obligationem penès acta M. C. V. vt ſupra, qua ſe adſtrinxit *omnino ſtare ſignificatoriæ*, contra eum faciendæ per Gubernatores banci. Et contra illam non *debere audiri*, *niſi facta reali ſolutione*. Vnde cum *liber maior Reuiſor*,*duo Rationales*,tot *alij* banci *officiales*, confecerint *illam reſtam*, atq; *bilancium*, contra iuramentum petijt illius reuiſionem vt in puncto cōſiderat *Seſe deciſ.*38. *n.* 3. tom. 1. Et in odium iſtorum capſariorum nullam dari reuiſionem; adeſt *tex.* fortiſſimus, & reuidendus in *l.* 2. §. *quod de frumentaria*, *ff. de adminiſtr. rer. ad ciuitatem pertinent*. Nec eſt nouum in *ſignificatorijs per bilancium*,quem non audiri, niſi facta prius reali ſolutione,vt in *fiſco* eſt ſtatutum per *Reg. Prag.*38. *de off. proc. Ceſar.* & fauore vniuerſitatum,vt in *prag.* 5. §. 2. *de adminiſtr. Vniuerſ.* & in *prag.*5.*de appell.Franchis deciſ.*347.*Tapia, Rouit. Nouar. & Capibl.* ſuper *d. prag. vbi ſignificatoria* per *bilancium* exequitur abſque ſpe reuiſionis,neq; auditur,niſi prius ſoluat. Et ſignificatoriæ Cameræ,& Vniuerſitatum fiunt per *vnum ſolum Rationalem*. Hic fuerunt *quatuor*, vel *quinque computiſtę* expertiſſimi, & quibus per *pactum iuratum*, vt ſupra Fuluius ſe ſubmiſit; Quod ergo fecit *lex* pro fiſco, & Vniuerſitatibus, fecit pro banco *pactum iureiurando vallatum*, *& in ſtipulationem penès acta M. C. V. redactum*. Secùs eſſet, ſi ſignificatoria non eſſet per bilancium, ſed ob cauthelas non productas.

Magis, quod is auditus eſſet, & nunc fortè audiretur, ſi non totū debitū, *ſed tertiam partem illius* obtuliſſet. Et inſtantiam reuiſionis cū fide crediti, aſſociaſſet;Quod cū cauſam defendens dixiſſem. *Illuſtriſ. et Excell.* D*Prorex Pro Tribunali*,*ſub Vraniſco in Regali ſolio ſedens*, *nō ſolū cū quinque* DD. I*ndicibus delegatis huius cauſæ*, *et Aduocato Fiſci*,*et toto ſupremo* R*egio Senatu* (qui tamen non votabat in hac cauſa) *Sed infinito planè populo circumſtātibus*,*nihil planè dixit*. *Poſtquam ipſe tacui*; Exorſus Domin.Aduocatus Fuluij, *cum vehementiſſimè pro reuiſione prædicta*, *ad capiendum tempus*, *inſtaret*, *et multa doctè*, *et eruditè pro more dixiſſet* (*quæ habes lector in eius elimatis reſponſis crim.*19. *vſq;ad* 20.) *Sua Excellentia*, *illum interfatus* (*licet* Hiſpanus Toparcha)*Etruſco tamen idiomate hæc verba protulit*. Voi, che defendete vn Caſciero latro, haucreſti meglio indriz-

zata

zata queſta difeſa, ſe queſta inſtāza per la reuiſione, haureſti accompagnata cō due fedi di credito (*ipſe dixeram vnam*) à conto del conto vecchio vna; & à conto del conto nuouo l'altra. *Però* ſenza queſta cōpagnia, dubito molto del buon eſito di queſta voſtra pretenſione.

12 Demum Reuiſor, Liber maior, Rationales, & alij officiales, interrogati; illud *circa*, quod depoſuerunt, ad quam ſummam aſcendere poſſet, depoſuerunt cū iuramento, non poſſe excedere duc. mille, plus, vel minus, vt deponunt ex fol. 21. ater. *Camill. Borrell. conſ. 77.*

Vnde cū criminaliter agatur, iſta mille, vel
13 duo mille, vel quatuor, vel ſex mille, parum refert, vel ad augendum, vel ad minuendum delictum; nam ſic eſt furtum, ſi ſint 38. mille, ac ſi ſint 30. vel 40. mille. Secùs in cauſa ciuili, vbi, cum quantitas, vel ſoluenda, vel recuperanda eſt, non ſolum ducati, ſed oboli numerandi, & ſummandi ſunt, vnde nec mirū, ſi in cauſa ciuili paſſim cōceditur reuiſio, quæ vniuerſim negari ſolet in criminalibus; ſed de his hactenus.

14 *Et ſic de menſe Iulij 1652. coram Excellētiſs. Prorege fuit denegata reuiſio, & iuſſum procedi ad vlteriora oppoſitis nō obſtantibus;* licèt Dom. Aduocatus Fuluij multa in contrarium adduxiſſet.

Secunda replicatio.

SEd nec ipſe Fuluius tam ingentē ſummam auſus eſt negare, vt patet ex eius depoſitione fol. 199. ater. cum dixerit *apocam de recepto*, non ſibi videri eſſe ſua manu. *Et ſe pure fuſſe mano ſua, ſono conti trà lui, e Franceſco de Falco ſuo fratello, che ſe fuſſe ſcrittura di banco, e che ne haueſſe da dar conto à detto banco, ne haueria fatto introito.* Et benè dixit, in partem; Pro cuius rei intelligentia, præſciendum eſt, quod Domini Gubernatores illius tem-
15 poris, fecerunt cum Fuluio illud inſtrumentum die 22. Auguſti 1648. de quo ſupra n. 7. in quo *arce exercitium* fuit de *voluntate Fuluij* datum *Franciſco de Falco eius fratri*, Officium, & nomen Capſarij *remanſit* ipſi *Fuluio*, qui omninò pro omnibus culpis, & mancamentis Franciſci

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

teneri voluit de ꝓprio. Vnde, vt euidētiſſimè patet ex f. 345. vſq; ad fol. 363. à die 7. Maij 1648. per totam diem 27. Maij 1651. *Omnes partitæ* libri maioris, & libri Capſarij, ſub *nomine Fuluij de Falco Capſarij deſcripta ſunt.* Quapropter, cū dicti duc. 36672. 1. 5. eſſent deſcripti, tam in libro introituum Capſarij, quam in libro maiori, & in alijs libris banci, nō debuit eum ad exercitium dicti officij die 9. Auguſti fuit reſtitutus, illos ſibi introitare, cum proculdubio in ſui damnum *partitam prædictam duplicaſſet.* Stante quod banco iam erat cautum, per introitus factos illius partitæ, infra ſummam quamplurium partitarum.

Et quod ſit ſcripta, atq; comprehenſa in introitibus, patet ex reſtis, vltimo loco (*vt dicitur*) per *conto à lungo* præſentatis fol. 370. nam à die 7. Maij 1548. per totā die 12. Februarij 1652. qua fuit Fuluius carceratus, remanet debitor in duc. 277370. 4. 1. dicto fol. 370. A quibus demptis duc. 99861. 2. 4. expenſis de libro nouo, & ſolutis créditoribus libri veteris ad rationem duc. 5. pro centenario, iuxtà ordinem S. E. fol. 48. & bilancium Reuiſoris fol. 50. remanet debitor Fuluius in ducatis 177509. 1. 17. Ecce tibi ſi adeſt error, vel diſcrimen? *Adeſt quidem*, ſed contra *bancum*, & in fauorē *Fuluij* cū *reſta ei* onerata, ſiuè caricata fuerit ducator. 172999. 2. 17. & ſic duc. 4509. 4. contra bancum, & ad fauorem Fuluij.

Sed neq; is error adeſt, ſed omnia iuſto numero adęquata ſūt, vt in *particulari ſcripto concinnè* oſtenſum eſt. In quo videre licet dictam partitam duc. 3667. infra ſummam aliarum partitarum adeſſe in omnibus libris.

1 Adaugent iſthanc euidentiam, illaq; antequam inſtrumentum inter Fuluium, & Gubernaotres factum die 22. Auguſti, eſſet inuentum, & antequam Fuluium ſemper fuiſſe Capſarium (etſi exercitiū remanſiſſet penès eius fratrē) eſſet animaduerſum, probaueramus: quæ apud Chriſtianos oculos, ipſam veritatem volentes inſpicere, ſatis ſuperq; ſufficiebāt, atq; ſufficiunt.

Et primo fundatum fuerat, quod veſpere

8. Auguſti 648. qua hora Franciſcus de Falco depoſuit exercitium, *remanſerunt* in arca duc. 36672. vt ex *bilancio* f. 185. & deponunt teſtes fol 221. ſuper primo f. 223. ater. fol. 226. f. 228. f. 230. f. 232. f. 233. ſuper primo *de viſu*, quod ipſis corã fuit arca numerata, & reperti duc. 36672.

Cumq; omnes dies à prima per totam octauam *Auguſti* ſint *feſtini*, & ſic non fiunt introitus, & *Fuluius* cœperit exitare, & ſoluere die 9. eiuſdem, cum qua pecunia ſoluit, *cum ſua ne*? an cum illa, qua *Frãciſcus* Veſpere antea in arca reliquerat?

Sed quia Gubernatores noluerunt tam ingentem pecuniæ vim homini, tunc dubiæ, nũc perditæ fidei confidere, cõſtat ei dediſſe duc. 8694. reliquos duc. 28018. 1. ad complementum duc. 36672. fuiſſe cuſtoditos in theca, *ſiue guarda robba* pignorum, eiq; Fuluio poſtea conſignatos die 9. Iunij 1650.

Cuius rei adſunt ſequentes euidentiæ.

Primo, *actus in ſcriptis* factus à *Rationali bãci* de ordine D. Marchionis Terrecuſij tunc Gubernatoris, omnia prædicta atteſtans; & *ſpeciem* monetarum per *numerũ* diſtinguens fol. 185.

In dorſo cuius actus eſt *receptio* Fuluij ſua *manu ſcripta*, atq; *ſubſcripta*; vbi confitetur ſe dictos duc. 36672. recepiſſe dicto fol. 185. ater.

Quæ receptio eſt *verificata* per *vnum teſtem de viſu*, qui illam ſcribere *vidit* fol. 219. ſuper *quinto*, & per quam plures alios teſtes officiales eiuſdem banci, rem veróſimillimam deponentes, habere ſcilicèt notam manũ Capſarij, quem *quotidiè* per tot annos ſcribere viderunt, vt fol. 227. fol. 229. f. 231. f. 234. & alij omnes ſuper quinto.

Rurſus fuit commiſſa fol. 213. Actorũ magiſtris *Seraphino, & Vulturali*, & facta manus cõparatione cum publicis ſcripturis,
16 vt fieri docet Dominus *Conſ. Statban. reſolut. 2. num. 24.* retulerunt ſibi videri eſſe manu Fuluij ſcriptam, & ſubſcriptã. Nec valet vno obolo aduerſarij ponderatio, quòd comparatio non fuit facta *requiſito* Fuluio. Siquidem facta fuit ante defenſiones, & *Fiſco* ſuas probationes *informatiuè* recipiente, vnde in termino debebat aduerſus illam ſe defendere, ſi fortè poterat.

Item recepti fuerunt *quatuor teſtes* de viſu, qui viderunt die 9. Auguſti conſignare Fuluio duc. 8654 f. 218. f. 224. f. 228. & f. 236. omnes ſuper ſecundo articulo, vltra alios teſtes de auditu deponentes ab eodem Fuluio, & ab alijs ſuper dicto ſecundo articulo, & pro reliquis ducat. 28018. 15. eidem conſignatis die 9. Iunij 1650. ſimiliter de viſu deponunt f. 219. fol. 224. f. 226. ater. f. 228. fol. 230. ſuper tertio, cũ alijs de auditu, vt ſupra.

Præterea conſtat, quod quando dicta arca anno præcedenti fuit numerata, gubernante Sacrã Domũ, & Bancũ D. Ioanne Capycio Latro aggregata, ſiuè onerata fuit eidẽ Fuluio dicta partita duc. 36672. & fuit factum bilancium, & ipſi cõſignatum fol. 219. ſuper ſeptimo fol. 222. & patet ex ipſomet bilancio f. 190.

Nec contradixit Fuluius, cum ei aggregata fuit in vltimo bilancio menſe Februarij 1652. vt deponunt teſtes fol. 222. ſuper octauo, & fol. 220. ſuper eodem.

Et miror quomodo in re tam clara, ac in tam grandi *partita* inueniatur, qui hæc neget, vel videre nolit; cum & ipſe *Fuluius* illam non auſus ſit clarè negare; Quinimò in ſcripturis per eum nuper præſentatis *abſq; cauthela* f. 328 lit. A adeſt *apoca* facta per *Franciſcum* ipſi Fuluio, in qua ſic legitur, *& altri ducati 36672. 1. 5. per me ſi conſignorno al detto Fuluio Caſſiero di cõtanti in diuerſe monete nel dì 9. di Agóſto 1649 ſatietà la recenutasche ne tengo dal detto Fuluio*; quæ ſcriptura licèt informis, *probat* contra præſentantem abſque *cauthela*, vt ſupra, *Decian. conſ. 20. num. 9. lib. 2. Crauetta conſ. 911. n. 23 Signorol. conſ. 145. in quæſt. n. 9. verſ. præterea.*

17 Et ad ſatturitatem dicimus, quod ſcitur quid de iſtis duc. 38942. fecerit Fuluius, & in quid illos dilapidauerit duc. 8853. depoſuit diuerſis perſonis mutuaſſe, vt f. 6. in fine, duc. 15000. apocarum in ipſa arca repertarum fol. 25. & fol. 26. & ſeq. & ab eodem Fuluio exhibitarũ, vt deponunt teſtes fol. 30. in fine, & fol. 32. in fine, & alibi, alios duc. 12500. quos aſſerit ſibi deberi à quodam titulato, & iam preſentauit bollettina, quæ ſunt origina-

lia

Digitized by Google

lia penès d.cauſæ Commiſſarium;quibus ſi annectantur pignora reperta in theca, *ſeù guarda robba*, ſunt iuſte duc.38. mille, vel circa, qui in arca deficiunt. Dicenti autem dictos duc.30.mille, qui bāco deficiunt eſſe proprios Fuluij,tamquam verè *hallucinato* non reſpondeo.

Omnes prædictæ probationes teſtiū,& aliarum ſcripturarum,cumulatę per nos fuere, ad *bene eſſe*, cum ad conuincendum

18 Fuluium, ſufficiat omninò *bilancium*,ſufficiant omninò *reſta à publicis libris* eiuſdē banci exſtractæ,quibus debitorem in tam ingenti ſumma eſſe conſtat.

Quia bancum Sanctiſſimæ Annuntiatæ eſt publicum publica, atq; regia authoritate erectum, vt nuncupatim de illo loquens ſcribit *Raphael de Turri de cambijs diſp.* 2. *quæſt.* 17. *ex n.* 35. *vſq; ad n.* 46. (ex cuius elegantiſſimis conſiderationibus, nō eſſet forte adeo abſonum tribuere huic *furto* etiā *qualitatem peculatus*) quod etiā affirmat *Tapia de iure Regni lib.* 7. *tit.* 16. *de nummularijs*, vnde ex hoc infert cōſeruari hos libros,cum libris publicis in Archiuio R.C.Summariæ:ideò *partitis reſtis*, atq; *bilancijs* ab eius *libris per officiales extractis*, illa fides adhibetur, quæ *publicis inſtrumentis adhiberi ſolet*, vt probat *Fontanell. de pactis nupt. clauſ.* 14. *& fin. gloſſ.*

19 *vnica n.* 16. *verſ. aliquando venit mulier*, *fol. mihi* 630. vbi dicit, quod *iſta probatio eſt melior de mundo*,contra quam nihil *omninò poteſt opponi*,& quod ęquiparatur *publico inſtrumento*, ſic etiam dicit *Camill. Borell. in ſumma dec. tit.* 22. *de libris*,*& eorum fide*, locutus de bancis Neapolitanis ex *n.* 29. *verſ. Argentarij libri*, alios concordantes allegat. *Scacc. de iudicijs lib.* 2. *cap.* 11. *reſtrict.*2. *nu.* 3. cum pluribus ſequentibus, & de *commercijs*, *& cambijs* §. 1. *q.* 5. *n.* 17. verſ. *tertio addo*, vbi quod fides dictorum librorum eſt *inuiolabilis*, atque *inconcuſſa de conſuetudine*, & de iure, & melius *Gait.* de iſtis noſtris bancis locutus *de credito cap.* 2. *tit.* 1. *ex n.* 54. cū ſequentibus, quod omninò probant pleniſſimè tam pro, quam contra bancum, & pro tertio, & contra tertium,quod re-

20 petit eodem *tract. cap.* 2. *tit.* 9. *n.* 3216. Sic etiam vno ore ſcribunt omnes *Doctores*, vt per *Menoch. de arbitrar. iudic. caſ.*9. *Conſt.Caſari Spec.Peregr.q*2.

*n.*15. & *Genua de ſcript.priuat.lib.* 4. *tit. de libr. rationum* fol. 217. cum *tit.* ſequenti fol. 221. & cum *tit.* fol. 24. *& Maſcard. de probat. concl.* 976. *ex n.*87. *verſ. ſeptimo principaliter*, maximè *accedente ſtipulatione*, *& pacto*, quibus Fuluius ſe *obſtrinxit*, vt ſupra explicuimus. Vnde remanet delictum tali euidentia probatum, & de illo Fuluium taliter conuictum, vt euidentior probatio excogitari vix poſſit.

Tertia Replicatio.

ADeò attentè, ac circumſpectè arca numerata fuit, vt omnes boni credere debent *aſſiſtente*, maximè in numeratione prædicta *D. Principe Collis*, Equite talis qualitatis notoriæ, vt *omnem calumniam*, *emulationemq;*, vel ſolum eius nomen *ſuperet*. Ecquis niſi *hallucinatus* credere poſſet,actionem coram tota Ci-

21 uitate, & de mandato *Excellentiſſimi D. Proregis* confusè, & inordinatè (*& quod exhorret animus*) ſordibus,& fraude fuiſſe explicatam?

Sed in lectura Teſtium viſum fuit non fuiſſe quatuor,qui in quatuor locis numerauerunt pecuniam, ſed in vna, & eadem mēſa duo numerabant, & duo trahebāt. Numeratores fuerunt *idem Fuluius*, *& eius frater carnalis*; qui trahebant porterij eiuſdem banci,& alij officiales ipſius, quando vnus, quando alius ſemper tamen *aſſiſtente*, ac coram *Fuluio*, vt ipſemet deponit f.158. in fin.

Et quid aliud facere poterant Gubernatores, niſi adire Prætorem, qui ſeligeret perſonam, vt arcæ numerationi aſſiſteret, vt fol. 1. fuitque ſelectus *Viola Cauſæ Actuarius*, quo coram, & Capitaneo Iuſtitiæ numeratą fuit, maxima cum attentione, diligentią, & integritate, vt deponunt teſtes fol. 21. fol. 23. fol. 55. f.56. ater. f.60.f.62. & f.64. vbi cōſtat *Fuluium* ipſum demiratum diligentiam, qua arca numerabatur dixiſſe. *Hor queſto è modo di contar la Caſſia*, *non comę ſi contò à tempo di D. Gio: Capecelatro.*

Quid plura? Conſtat ipſam raudis pecuniā numeratam fuiſſe, & ſummam ducator. 5000. cępiſſe, deponunt teſtes f.29. & à ter. f. 35. & f.36. & ſic alia nō occurrūt

 circa

circa prædicta. O' Deus vellet, & iſta ſic verè non ſe haberent, nam hoc *quondam* bãcum celeberrimum ob furta præfati Capſarij non fuiſſet decoctũ, & hac ſecunda ferè lapſum, & cum ingenti dãno, & mutuo duc. 60. mille ab *altero bãco*, vt ex inſtrumẽto f.54. die 25. Februarij 1652. factũ, ſuſtentatum; Quia arca non fuit effracta, pecunia in illam introi-
22 uit, Fuluius cuſtodiuit claues, quomodo ergo euolauit? & iam compertum eſt per acceſſum factum per Dominos delegatos Benedictum Alferium poſt diem 9. Auguſti 1649. ſolum per decem, vel per quindecim dies tenuiſſe alterã clauem, altera penès Fuluium remanente, qui ſolus dein vſquè ad 12. Februarij 1652. vtramque clauem tenuit, & vnus fides crediti ſubſcripſit.

Sed quid mirum ſi per iſta mẽdicata ſuffragia miſer iſte tranſcurrit, cum negauerit etiam ſe vnquam fuiſſe Capſarium, vt in eius depoſitione fol. 150. ſed *ementitur* de more cum reuerentia, *ementitur à libro maiori, à libro introituum, à diario, ſeù giornale, à decẽ mille fidibus* crediti ab eo ſubſcriptis, à quamplurimis alijs publicis banci ſcripturis ab *inſtrumentis ſupra refertis*; à ſalario vti Capſario *ei ſoluto* fol. 108. vbi eſt rollus etiam omnium officialium banci, quos inter eſt ipſe vti Capſarius cum agumento ſalarij ex concluſione fol. 112.

Furtum Pignoris, ſiuè Pinne Smaragdorum valoris ducatorum 800. *in circa*.

IN quodam pignore Ferdinandi Caraccioli aderat dicta Pinna Smaragdorum, vt conſtat ex fide *libri Pignorum* fol. 330. quæ fuerat pignorata cum alijs gemmis die 19. Iunij 1646. & quod non fuit reperta dicta pinna, conſtat ex alia *partita eiuſdem libri fol.* 334. & in loco, vbi erat dicta pinna, fuit reperta apoca *Io: Baptiſtæ Santullo* duc. 800. *per altri tanti*, ipſi Fuluio directa, quod ipſe Fuluius etiam depoſuit, vt in eius depoſitione fol. 159. à ter. & patet euidentius in bilancio fol. 5. verſ. *ſe declara*.

Et deponunt teſtes. quod aderat dicta pinna, & loco illius reperta fuit apoca Io: Baptiſtæ Santullo duc. 800. fol. 227. à ter. f. 237. f. 239. ſuper decimo, & vndecimo articulis, carceratus poſtea Ioannes Baptiſta Santullus pro dicta apoca ordine Domini mei Cauſæ Cõmiſſarij, fecit depoſitum duc. 800. & negauit illos debere, ex cauſa dictæ pinnæ, quinimò neque etiam eſſe debitorem; & facto depoſito petijt audiri, prout fuit ei *impartitus terminus* per vos met Dominos Iudices huius Cauſæ. Vndè abſq; vllo ſcrupulo Sole clariori euidẽtia remanet Fuluius conuictus dictas Smaragdos tam ingẽtis valoris *à theca pignorũ ſuffuratus eſſe*, & in hoc *furto* nullã penitùs habet reſponſionem etiam ſi nunc èxhiberet pinnam, vt eſt *tex. in l. qui ea mente ff. de fur-*
23 *tis*, ibi, *Qui ea mente alienum, quid contrectauit, vt lucri faceret, tametſi mutato conſilio, id domino poſtea reſtituit, fur eſt, nemo enim tali peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſit.* Vnde *Caſtrutius, Caſtra***anis, Coſmus Medices, Henricus quartus Galliæ Rex* ſimillimos iſti Fuluio, mercatores doloſè, & fraudulenter decoctos poſtquam ſe *concordauerant pauca quantitate ſoluta* cum creditoribus, eos *laqueo ſuſpendi*, vti peſſimos latrones publicam fidem fallẽtes, pro bono publico, & ad aliorum exemplũ mandarũt, vt habẽt *Io: Villan. Hering. Taſſ. Petr. Tuanus Mathe.* & alij allegati infra n.68. & Fuluius *adhuc viuit*? q. obſecratus à Gubernatoribus præteritis, & præſentibus, vt vel aliquam particulam ſolueret, obſtinatè, & pertinaciter negauit, & negat.

Fides Crediti, de quibus Fuluius non fecit introitus.

ANtonius Græcus, Andreas Amatotius, ac Doctor Ferdinandus Lucia-
24 nus conſignauerunt dicto Fuluio notabiles pecuniarum ſummas, vt de illis introitum faceret in arca, quarum quantitatum, etſi dictus Fuluius cõfecerit fides crediti in *capita prædictorum*, vt ex dictis fidibus originalibus fol. 102. f. 194. cũ ſequentibus, & f. 201. attamen de illis non *dedit creditum in introitu* in beneficium dictorum negotiatorum, ſed illos ſibi applicauit, vnde bancum, vt *ſeruaret*

fidem

fidem publicam (& quia de iure erat obligatum, vt in terminis terminantibus, de introitu non facto à Capſario *iudicatum* dicit *Giurba deciſ.*88.reuidēdus) coactum fuit dictas fides ſoluere; vt ex fidibus libri maioris f. 102. & Reuiſoris,& officialis regiſtri fol. 194. & 201. & conſtat ex eorum depoſitionibus fol. 230. cum ſequenti ſuper *decimo, & vndecimo articulis*, quæ eſt falſitas omninò, vt in Capſario probat *Farinac. conſ.* 91. licèt *D. Vincentius ex num.* 17. verſ. *& licet promiſſa lib.*1. vbi allegat *Bart. Bald. Gandin. Iaſ. Socc.*
25 *Roland. & Borgnin.* & aſſignat rationem, quia falſitas commictitur non ſolùm in dicendo, ſeù ſcribendo falſum, ſed etiam *ommictēdo dicere, vel ſcribere verum*, quod ſcribi,& exprimi debebat, *c.* 1. *de crim. falſi Hoſtienſ. in ſumm. eod. tit. qualiter cōmictit Bart. in l. ſi quis obrepſerit n.* 3. *verſ. quæro cum pars, ff. de falſis, Marſil. in rubr. ff. ad legem Corneliam de falſis n.*8. *&* 9. *Giurba dicta deciſ.* 88. *n.*6. *&* 11. nec valet excuſatio, id contingi potuiſſe per errorem, nàm hæc præſumptio non iuuat homini perdito, & ſolito in eodem exercitio peiora facere, & continuò delinquere. Quia contra iſtum omnia iura clamant; vt *in l.* 3. §. *his ergo*, vbi *DD.* per illum *tex. C. de Epiſcopal. Aud. c. mandata de præſumpt.* cum mille ſimilibus per *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 32. *per totam.*

ARGVMENTVM.

Quiſnā titulus ſit apponēdus proceſſui contra Capſarios aliqua de titulis proceſſuum. Quodnā delictū ſit capere pecunias banci publici, an peculatus, an *l. Iuliæ*, oſtenditur eſſe merum furtum? An fideiuſſio pręſtita per Capſarium initio ſuæ adminiſtrationis, tollat actionem criminalem? De pœnis apud omnes gentes, Capſariorum, & doloſè decoquentium; de pœna huiuſmodi furti, cum deciſione facta per quinque DD. Iudices Delegatos.

1 *De titulis proceſſuum criminalium.*
2 *Quod delictum ſit, quando Capſarius capit pecuniam banci? & probatur eſſe furtū n.*3.
4 *Furtum quid ſit, & quomodo committatur.*
5 *Furtum eſt ſi quis pecunia ad alterum ferendam datam, in ſuos vſus conuertat.*
6 *Tutor, Curator, Adminiſtrator furtum committunt appropriando ſibi pecuniam.*
7 *Depoſitarius conuertens in vſus proprios depoſitum furtum committit.*
8 *Artifices conuertentes materiam ipſis datam in proprios vſus, furtum committunt.*
9 *Idiotæ vocantur qui dicunt non eſſe furtum, ſi Capſarius auferat pecuniam à capſa, licèt illam reponat.*
10 *Eſt furtum in Capſario, licèt pecunia ſit cōfuſa, & ei non data in ſacculo, ſed numerata.*
11 *Capſarius non eſt ipſe depoſitarius, ſed miniſter depoſitarÿ.*
12 *Oeconomi banci ſunt propriè depoſitarÿ.*
13 *Depoſitum factum ad certum vſum nō poteſt moueri, licèt pecunia detur numerata.*
14 *In Capſarios nunquam trāsfertur dominiū pecuniarum, quia illas habent in cuſtodiam.*
15 *Cautio fideiuſſoria præſtita per Capſarios, non præſtatur, niſi pro intereſſe burſali, nō vt illum excuſet à pœna corporali, & quare: & is Conſiliarius fuit D. Aloyſius Gamboa.*
16 *De pœna furti de Iure communi.*
17 *Magnum furtum quodnam ſit.*
18 *c. ad hoc Regis Caroli Primi declaratur, & de pœna furti in Regno.*
19 *Maximum, & inexplicabile delictum eſt bancum publicum expilare.*
De pœnis Capſariorum apud omnes gentes.
Non gaudent indulto generali, neq; Eccleſiaſtica Immunitate.
22 *Eſt fauor Eccleſiæ, ne iſti publici latrones gaudeant Immunitate.*
23 *Bulla Pÿ V. contra iſtos balatrones.*
24 *Conſtitutio Cæſaris in Germania; & eiuſdē in Sicilia.*

Conſt.Cæſari Spec.Peregr.qq.

25 *Eiuſ-*

25 *Eiuſdem Cæſaris Conſtitutio contra Capſarios, Librum maiorem; & Pandectarium in Regno.*

26 *Conſtitutiones loquẽtes contra Capſarium, & Officiales banci ſe abſentantes, vt foriudicentur infra ſex dies habet locum cõtra præſentes, ſi non ſoluant, quod ſuffurati ſunt.*

27 *Aedicta in Gallia contra decoctores, & capſarios.*

28 *Hiſtoria ad propoſitum libri Machabæorum.*

29 *Exortatio ad Iudices huius cauſæ.*

30 *Pœna magis pertinet ad exemplum, quam ad delictum.*

31 *Delicta debent ſtatim commiſſa puniri.*

33 *Quid accidit coram Prorege cum hac cauſa tractabatur.*

34 *Sanctus Ludouicus nonus Galliarum Rex reuocauit gratiam factã cuidam delinquenti, & quare.*

35 *Deciſio cauſæ.*

QVÆSTIO QVINTA.

TVENDO Fuluium *Dominus Frãciſcus Maria Pratus*, nunc Iudex Vtriuſq; aulæ M.C.V. dixit corã Excellentiſsimo Comite Ognate Regni Prorege; illud quod Fuluius patrauit, non eſſe delictũ, ſed actionem merè ciuilem, & inter alia quæ ad id aſtruẽdum adduxit, exclamauit, proceſſum, qui tam rigidè contra Fuluium tunc fabricabatur, nullum tunc habere titulum. Dicebat *enim proceſſus contra Fuluium de Falco inquiſitus de .....* concludens, quod quia non habebat titulum nullum aderat crimen non hercle oblitus, ſed diſſimulatus, quæ ipſemet doctiſſimè quidem pro more, & elegan-
1 ter ſcribit, *obſeruationũ Iuris cap.* 79. quod non ſit conſiderandus titulus inquiſitionis, ſed qualitas delicti, ex probationibus reſultans, nunc autem quod proceſſus habet titulum Furti maximarũ quãtitatũ falſitatibus, ac fraudibus, &c. quid dicet? ſed tunc titulus non aderat, non quia aberant delicta, ſed quia delicta sũt adeò enormia, magna, ac horrenda, vt de magnis paſſionibus dicebat omniſcius *Barclaius in Argenid. lib.* 3. vt vix illis excogitari poſſit nomen, quod ſit magnitudini rei conſequens, immò propter magnitudinem nomen non habent. In ſimili Galeota appoſitiſſimè pro more *reſponſ.* 22. verſ. *quod crimen fol.* 368. Dubitabatur tunc, an eſſet peculatus, an eſſet ſacrilegium, an quid maius, an furtum.
2 & omnia iſta, & peiora eſſe in *Capſario* dicit *Petr. Caball. caſ.* 99. *ex n.* 49. cum ſeq. vbi dicit, quod non ſunt vnum, vel tria furta, ſed centum, & mille, & vltra, habito reſpectu ad totum tempus eius officij, quod ab initio vſque ad finem non ceſſauit *furari*, vt ibi per eum.

Ipſe verò ſecutus cõſilium *Maſtrill.* in pulcherrima, ac punctuali *deciſ.* 238. (quæ loqtur in *Capſario banci Ciuitatis Panor-*
3 *mi*) omninò reuidendi n. 2. vbi dicit nõ eſſe *opus diſputare*, an ſimus *in crimine peculatus, vel legis Iuliæ de reſiduis*, vbi allegat *Menoch. Caball. Decian. Molin. Ponte deciſ.* 7. *Farinac.* quia habemus vltra Regias pragmaticas euidentiam claram eſſe merum furtum, & pro furto certam pœnam, ideò dico eſſe furtum, & pœna furti puniendum.

Quod ſit furtum, patet primo ex regula,
5 quod vbicumq; quis rem alienam contrectat inuito Domino furtum facit: Fuluius contrectauit pecuniam banci inuitis Gubernatoribus, ergo furtum commiſit. Maior probatur ex §. *furtum* il primo, & ibi *gloſſ.* in verbo *fraudulosa*, & in verb. *rei*, & communiter *Doctores inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur*, & in *l.* 1. §. *furtum*, vbi pariter *gloſſ. ff. de furtis, Iulius Clar. in* §. *furtum in principio* cum mille concordantibus per *Farinacc. q.* 165. *tit. de furtis n.* 5. verſ. *præmitto ſecundo*.

Secũdo probatur per *Tex.* claros in *l. ſi quis*
6 *vxoris* 53. §. *Iulianus, ff. de furtis*, vbi Vlpianus dicit, quod ſi quis pecuniam à me accipiet, vt creditori meo ſoluat; & is eidem creditori ſoluat, *ſed non nomine meo*, ſed nomine ſuo, furtum facit.

Secundo ex *tex. in l. ſi is, cui* 7. *C. de furtis*, vbi ſi quis pecuniam alteri perferendam in ſuos vſus conuertat, furtum facere conſtat; per quæ iura *Iaſ. in l. eius, qui in prouincia*, §. *quas verò n.* 7. *ff. ſi cert. petet*, tradit, quod fuit *ſuſpenſus* quidam iuuenis, per quem quidam mercator exercebat menſam, & bancum, & ei dederat ſe-

mel centum ducatos, vt eos daret Sempronio, & non dedit, ſed per ſe retinuit, & in ſuos vſus conuertit, quia dicitur cõmiſiſſe furtum per illam contrectationẽ pecuniæ, & ſubdit *Iaſon.* quod illum defendere non potuerunt *Florian. & Imola.*

6 Tertio facit *tex. in l. tutor 33. ff. de furtis* cum *gloſſ.* vbi Tutores, Curatores, Procuratores, & ſimiles rerum alienarum adminiſtrationem habentes, ſi quid furandi animo ammouerint, furti tenentur.

7 Quarto facit *tex.* inſignis in *cap. 1. de depoſito*, vbi Summus Pontifex loquendo de quodam, qui pecuniam penès ſe depoſitam ab Epiſcopo Lundonenſi denegabat, appellat illum *furem*, ibi *Iudicibus dedimus in mandatis, vt illum iniquum ſub quæſtionibus ad rationem ponant*, &c. & infra *quo circa ſuademus, vt contra illum furem*, &c. expendit *Excobar de ratiocinijs cap. 20.*

8 Quinto Iulius *Clar. in §. furtũ n. 22. verſ. poſſet etiam allegare*, relato illo iuuene ſuſpenſo, qui illa centum in vſus ſuos conuertit, refert plures *caſus deciſos*, quibus fuerunt ſuſpenſi, qui pecuniam ſibi traditam in proprios vſus conuerterunt, vt *Reg. Sanfelicius in, deciſ. 42.* per *tex.* in d. *§. Iulianus* fuiſſe tortos, & ad triremes tranſmiſſos per M.C.V. & S. R.C. Fullones Textores, & Filatorarios, qui ſericũ ipſis ad tingendum, texendum, & ad elaborandum traditum in proprios vſus cõuerterunt.

9 Sexto *Petrus Caballus* in caſu minus furti loquitur enim in Capſario, qui clanculũ circa mille ſurripiebat ab arca, & tempore reuiſionis capſæ, ne illa res detegeretur, ab amicis, & coniunctis pecuniam, capiebat in ea quantitate, qua ſurripiebat, & in capſa reponebat tanquam pecunias menſæ (*quod vellet Deus, & feciſſet Fuluius, quia ſi repoſuiſſet, vel dimidiam, vel tertiam partem, nunquam de furto, & de pœna eſſent Gubernatores locuturi*) dicit *Caballus* hæc formalia verba. *In qua quæſtione homines vulgares, & Idiotæ tenent tales miniſtros nõ teneri furti, nec criminaliter poſſe puniri*, & infra; *& quia in magno ſunt errore, opere pretium duxi, afferre in mediũ iura, rationes, & authoritates, ex quibus dictam errorem agnoſcant, vt ab ea diſcedentes iuſtitiæ locum dare poſſint contra tales Capſarios iudicio criminali conuentos.* Hæc *Caballus*, q per nouem rationes fundat eſſe *propriè furtum*, & furti pœna puniẽdum. Vnde cum tam *egregius Criminaliſta* dicat eſſe homines *vulgares, & idiotas*, & viuere in *magno errore*, qui dicunt *nõ eſſe furtum*, aliud dicere non operteret. Hũc locum Caballi laudat, & ſequitur *Farinacc. conſ. criminal. 207. n. 48. & in conſ. 96. ante n. 21.*

Conſt. Caſari Spec. Peregr. q. q

10 Septimo licet, quia tantus *Doctor* vocat idiotas iſtam veritatem negantes, tamen nolui inter alios ommictere *Maſtrill. in deciſ. 238.* vbi ponit caſum in Capſario Panormi, qui à capſa *quinque mille ducatos ſurripuerat*, & quod condemnatus per *Magnam Regiam Curiam ad mortem* exiſtens in *manibus Confortatorũ*, Dux Oſſunæ tunc Prorex illius Regni conceſſit reclamationem ad inſtantiam patris, & commiſſa reclamatione *D. Petro Corſetto Antonio Ferrer*, ipſi *Maſtrillo*, & alijs *Iudicibus* fuerunt plura pro Capſario ponderata, de quibus ſeligam ea, quibus pro Coronide huius ſcripturæ mihi reſpondendum reſtat.

Primo, quod depoſitarius vtens depoſito, non commictit furtum, quando depoſitum conſiſtit in pecunia numerata, quia ex ea transfertur dominium, vt per *Capell. Toloſan. deciſ. 168.* & per *Carecium de depoſit. par. 1. cauſa 2. tit. vſus*; & per *Farinacc. quæſt. 169. par. 1. limit. 1. n. 4.* qui allegat *Tuſcum, & Bonacoſſ.*

11 Quia reſponſiones ſunt infinitæ, orientes ex eiſdem locis; primo, quod Capſarius, non eſt ipſe depoſitarius, *Depoſitarius eſt ipſum bancum*, ipſi Gubernatores, *noi Gouernatori facemo fede tenere creditore &c.* Quis enim de populo ſecutus eſſet fidem Fuluij? ipſe eſt *ſeruus* depoſitarij, nudus miniſter ad cuſtodiẽdam pecuniã.

12 Secundo non locuntur in illis depoſitis deſtinatis ad *certum vſum*, & ad *certum finem*, vt ſunt iſtæ pecuniæ, quæ ſemper, & *ſingulis horis* paratæ debent eſſe in arca, pro illis reſtituendis creditoribus banci,

13 vt declarant *Tuſc. Bonacoſſ. & Farinacc. & Carocius* in eiſdem *locis* allegatis dicẽtes, quod eſt furtum, & melius omnibus *Caballus dicto caſu 99.* per *totum*, & *Maſtrill.*

25 *Eiuſdem Cæſaris Conſtitutio contra Capſarios, Librum maiorem; & Pandectarium in Regno.*
26 *Conſtitutiones loquẽtes contra Capſarium, & Officiales banci ſe abſentantes, vt forinudicentur infra ſex dies habet locum cõtra præſentes, ſi non ſoluant, quod ſuffurati ſunt.*
27 *Aedicta in Gallia contra decoctores, & capſarios.*
28 *Hiſtoria ad propoſitum libri Machabæorum.*
29 *Exortatio ad Iudices huius cauſæ.*
30 *Pœna magis pertinet ad exemplum, quam ad delictum.*
31 *Delicta debent ſtatim commiſſa puniri.*
33 *Quid accidit coram Prorege cum hæc cauſa tractabatur.*
34 *Sanctus Ludouicus nonus Galliarum Rex reuocauit gratiam factã cuidam delinquenti, & quare.*
35 *Deciſio cauſæ.*

QVÆSTIO QVINTA.

TVENDO Fuluium *Dominus Frãciſcus Maria Pratus*, nunc Iudex Vtriuſq; aulæ M.C.V. dixit corã Excellentiſsimo Comite Ognate Regni Prorege; illud quod Fuluius patrauit, non eſſe delictũ, ſed actionem merè ciuilem, & inter alia quæ ad id aſtruendum adduxit, exclamauit, proceſſum, qui tam rigidè contra Fuluium tunc fabricabatur, nullum tunc habere titulum. Dicebat *enim proceſſus contra Fuluium de Falco inquiſitus de*..... concludens, quod quia non habebat titulum nullum aderat crimen non hercle oblitus, ſed diſſimulatus, quæ ipſemet doctiſſimè quidem pro more, & elegan-
4 ter ſcribit, *obſeruationũ Iuris cap.* 79. quod non ſit conſiderandus titulus inquiſitionis, ſed qualitas delicti, ex probationibus reſultans, nunc autem quod proceſſus habet titulum Furti maximarũ quãtitatũ falſitatibus, ac fraudibus, &c. quid dicet? ſed tunc titulus non aderat, non quia aberant delicta, ſed quia delicta sũt adeò enormia, magna, ac horrenda, vt de magnis paſſionibus dicebat omniſcius *Barclaius in Argenid. lib.* 3. vt vix illis excogitari poſſit nomen, quod ſit magnitudini rei conſequens, immò propter magnitudinem nomen non habent. In ſimili Galeota appoſitiſſimè pro more *reſponſ.* 22. verſ. *quod crimen fol.* 368. Dubitabatur tunc, an eſſet peculatus, an eſſet ſacrilegium, an quid maius, an furtum.
2 & omnia iſta, & peiora eſſe in *Capſario* dicit *Petr. Caball. caſ.* 99. *ex n.* 49. cum ſeq. vbi dicit, quod non ſunt vnum, vel tria furta, ſed centum, & mille, & vltra, habito reſpectu ad totum tempus eius officij, quod ab initio vſque ad finem non ceſſauit *furari*, vt ibi per eum.

Ipſe verò ſecutus cõſilium *Maſtrill.* in pulcherrima, ac punctuali *deciſ.* 238. (quæ loqtur in *Capſario banci Ciuitatis Panor-*
3 *mi*) omninò reuidendi n. 2. vbi dicit nõ eſſe *opus diſputare*, an ſimus *in crimine peculatus, vel legis Iuliæ de reſiduis*, vbi allegat *Menoch. Caball. Decian. Molin. Ponte deciſ.* 7. *Farinac.* quia habemus vltra Regias pragmaticas euidentiam claram eſſe merum furtum, & pro furto certam pœnam, ideò dico eſſe furtum, & pœna furti puniendum.

Quod ſit furtum, patet primo ex regula,
5 quod vbicumq; quis rem alienam contrectat inuito Domino furtum facit: Fuluius contrectauit pecuniam banci inuitis Gubernatoribus, ergo furtum commiſit. Maior probatur ex §. *furtum* il primo, & ibi *gloſſ.* in verbo *frauduloſa*, & in verb. *rei*, & communiter *Doctores inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur*, & in *l.* 1. §. *furtum*, vbi pariter *gloſſ. ff. de furtis, Iulius Clar. in §. furtum in principio* cum mille concordantibus per *Farinacc. q.* 165. *tit. de furtis n.* 5. verſ. *præmitto ſecundo*.

Secũdo probatur per *Tex.* claros in *l. ſi quis*
6 *vxoris* 53. §. *Iulianus, ff. de furtis*, vbi Vlpianus dicit, quod ſi quis pecuniam à me accipiet, vt creditori meo ſoluat; & is eidem creditori ſoluat, *ſed non nomine meo*, ſed nomine ſuo, furtum facit.

Secundo ex *tex. in l. ſi is, cui* 7. *C. de furtis*, vbi ſi quis pecuniam alteri perferendam in ſuos vſus conuertat, furtum facere conſtat; per quæ iura *Iaſ. in l. eius, qui in prouincia*, §. *quas verò n.* 7. *ff. ſi cert. petet*, tradit, quod fuit *ſuſpenſus* quidam iuuenis, per quem quidam mercator exercebat menſam, & bancum, & ei dederat ſe-

mel

mel centum ducatos, vt eos daret Sempronio, & non dedit, ſed per ſe retinuit, & in ſuos vſus conuertit, quia dicitur cõmiſiſſe furtum per illam contrectationẽ pecuniæ, & ſubdit *Iaſon.* quod illum defendere non potuerunt *Florian. & Imola.*

6 Tertio facit *tex. in l. tutor 33. ff. de furtis* cum *gloſſ.* vbi Tutores, Curatores, Procuratores, & ſimiles rerum alienarum adminiſtrationem habentes, ſi quid furandi animo ammouerint, furti tenentur.

7 Quarto facit *tex.* inſignis in *cap. 1. de depoſito*, vbi Summus Pontifex loquendo de quodam, qui pecuniam penès ſe depoſitam ab Epiſcopo Lundonenſi denegabat, appellat illum *furem*, ibi *Iudicibus dedimus in mandatis, vt illum iniquum ſub quæſtionibus ad rationem ponant*, &c. & infra *quo circa ſuademus, vt contra illum furem*, &c. expendit *Excobar de ratiocinijs cap. 20.*

8 Quinto Iulius *Clar. in §. furtũ n. 22. verſ. poſſet etiam allegare*, relato illo iuuene ſuſpenſo, qui illa centum in vſus ſuos conuertit, refert plures *caſus deciſos*, quibus fuerunt ſuſpenſi, qui pecuniam ſibi traditam in proprios vſus conuerterunt, vt *Reg. Sanfelicius in, deciſ. 42.* per *tex.* in d. *§. Iulianus* fuiſſe tortos, & ad triremes tranſmiſſos per M.C.V. & S. R.C. Fullones Textores, & Filatorarios, qui ſericũ ipſis ad tingendum, texendum, & ad elaborandum traditum in proprios vſus cõuerterunt.

9 Sexto *Petrus Caballus* in caſu minus furti loquitur enim in Capſario, qui clanculũ circa mille ſurripiebat ab arca, & tempore reuiſionis capſæ, ne illa res detegeretur, ab amicis, & coniunctis pecuniam capiebat in ea quantitate, qua ſurripiebat, & in capſa reponebat tanquam pecunias menſæ (*quod vellet Deus, & feciſſet Fuluius, quia ſi repoſuiſſet, vel dimidiam, vel tertiam partem, nunquam de furto, & de pæna eſſent Gubernatores locuturi*) dicit Caballus hæc formalia verba. *In qua quæſtione homines vulgares, & Idiotæ tenent tales miniſtros nõ teneri furti, nec criminaliter poſſe puniri*, & infra, *& quia in magno ſunt errore, opere pretium duxi, afferre in mediũ iura, rationes, & authoritates, ex quibus dictum errorem agnoſcant, vt ab ea diſcedentes*

Conſt.Caſari Spec.Peregr.q.q

iuſtitiæ locum dare poſſint contra tales Capſarios iudicio criminali conuentos. Hæc *Caballus*, q per nouem rationes fundat eſſe *propriè furtum*, & furti pœna puniẽdum. Vnde cum tam *egregius Criminaliſta* dicat eſſe homines *vulgares, & idiotas*, & viuere in *magno errore*, qui dicunt *nõ eſſe furtum*, aliud dicere non operteret. Hũc locum Caballi laudat, & ſequitur *Farinacc. conſ. criminal. 207. n. 48. & in conſ. 96. ante n. 21.*

10 Septimo licet, quia tantus *Doctor* vocat idiotas iſtam veritatem negantes, tamen nolui inter alios ommictere *Maſtrill. in deciſ. 238.* vbi ponit caſum in Capſario Panormi, qui à capſa *quinque mille ducatos ſurripuerat*, & quod condemnatus per *Magnam Regiam Curiam ad mortem* exiſtens in *manibus Confortatorũ*, Dux Oſſunæ tunc Prorex illius Regni conceſſit reclamationem ad inſtantiam patris, & commiſſa reclamatione *D. Petro Corſetto Antonio Ferrer*, ipſi *Maſtrillo*, & alijs *Iudicibus* fuerunt plura pro Capſario ponderata, de quibus ſeligam ea, quibus pro Coronide huius ſcripturæ mihi reſpondendum reſtat.

Primo, quod depoſitarius vtens depoſito, non commictit furtum, quando depoſitum conſiſtit in pecunia numerata, quia ex ea transfertur dominium, vt per *Capell. Toloſan. deciſ. 168.* & per *Carocium de depoſit. par. 1. cauſa 2. tit. vſus*; & per *Farinacc. quæſt. 169. par. 1. limit. 1. n. 4.* qui allegat *Tuſcum, & Bonacoſſ.*

11. Quia reſponſiones ſunt infinitæ, orientes ex eiſdem locis; primo, quod Capſarius, non eſt ipſe depoſitarius, *Depoſitarius eſt ipſum bancum*, ipſi Gubernatores, *noi Gouernatori facemo fede tenere creditore &c.* Quis enim de populo ſecutus eſſet fidem Fuluij? ipſe eſt *ſeruus* depoſitarij, nudus miniſter ad cuſtodiẽdam pecuniã.

12 Secundo non locuntur in illis depoſitis deſtinatis ad *certum vſum*, & ad *certum finem*, vt ſunt iſtæ pecuniæ, quæ ſemper, & *ſingulis horis* paratæ debent eſſe in arca, pro illis reſtituendis creditoribus banci,
13 vt declarant *Tuſc. Bonacoſſ. & Farinacc. & Carocius* in eiſdem *locis* allegatis dicẽtes, quod eſt furtum, & melius omnibus *Caballus dicto caſu 99.* per *totum*, & *Maſtrill.*

Digitized by Google

ſtrill. reſpondens contrarijs ex n.63. vbi
quod eſt *ridiculum* dicere, quod in Cap-
ſarium traſferatur dominium pecuniarũ;
quia quantumcumq; recipiunt ad nume-
rum illam dicuntur recipere *in cuſtodiam,*
14 non *in dominium, Surd.conſ.* 391. *nu.* 19.
optimè *Caball. caſ.* 99. *n.*45.*Maſtrill.dicta*
*deciſ.n.*68.maximè attenta *Regia pragma-*
tica, qua cauetur, vt quolibet die, Cap-
ſarius *reddat computum,* vt petet ex *reſta,*
quæ qualibet die, qua tenetur bancum
fit, per particularem officialem.

Vnde ſomniare de trãslatione dominij iſto
caſu,vt dicit *Decius* in famigerato *conſ.*6.
& Alciat. conſ. 100. & *Caball. d. caſ.*99. *n.*
78. quia ſunt rogati reſtituere pecuniam
non *in genere,* ſed *in ſpecie,* prout illam
introitant, nequè illam ab arca amouere
poſſunt, vt *Caball. ex n.*74. cum pluribus
ſequẽtibus fundat, & *Maſtrill.* & alij per
eum allegati, & patet ex Regijs pragma-
ticis,& ex *fideiuſſione* per eundem Fuluiũ
præſtita, quod nec *obolũ* ab arca amouere
poteſt, abſquè ordine Gubernatorum
eſſet ignorare terminos cum reuerentia;
vt dicit *Caball.* Et ſi fuit trãslatum domi-
nium, cur Sacra Domus, & Bancum cœ-
perunt mutuo ab alia banco duc.60. mil.
vt ſoluerent *furta* Fuluij? Inuerecundũ
planè eſt in iſtis vlterius inſiſtere.

Verùm enim verò, quia vnus ex Dominis
Regijs Conſiliarijs, non tamen de cętu
Iudicantium in hac cauſa motiuauit mihi
pro Fuluio,quod is pręſtiterat fideiuſſio-
15 nem,& ſic quod actio erat ciuilis (magis
quod fideiuſſio eſt ſolum pro duc.6000.
& is ſuffuratus eſt duc. 110000.) audiat
hic Dominus, *Maſtrill. in d. deciſ. n.* 59.
ſicut nec fideiuſſio præſtita, nec contractus
ceſſare faciebat, actionem criminalem, nec
aliquid concedere videbatur contra capitula
tabulæ,& naturam officij, ſed tantum opera-
ri ne Ciuitas remaneret deluſa; caſu quo
Capſarius aufugeret cum pecunijs tabulæ, vt
iſte fecerat,vel quãdo Capſarius vltimo ſup-
plicio puniretur, quia etiam iſto caſu tabula
non debebat remanere in damno. Item etiã
vbi ex errore,& ſine fraude capſerius rema-
neret debitor, vel incautè falſam apodixam
ſolueret, & in omni caſu; quo actio ciuilis
exercenda eſſet. Hæc *Maſtrill.* ecce reſpõ-
ſionem ad fideiuſſionem, quæ ex facto
æquè benè reſultat, cũ fuerit duc.6000.
vt ſupra.

De pœna huius furti.

IVre cõmuni pro *tribus* furtis paruis quis
puniri debet pœna *mortis,*vt dicũt *Odo-*
fred. Bart.Bald.Salyc.& alij *in auth. ſed no-*
16 *uo iure, C. de ſeruis fugit.* dicitur enim
fur famoſus, qui tria furta commiſit,*Pe-*
guer. deciſ. 27. *Farinacc. quæſt.* 166. *n.* 5.
Caball. caſu 19. *per tot.*

Si verò furtum fuerit magnæ quantitatis,
licet vnicum punitur *pœna mortis,* eſt ori-
ginale dictum *Bald.* in dicta *auth.ſed nouo*
*iure, n.*5. vbi aſſignat rationẽ, quod vnũ
furtum magnum, & enorme ęquiparatur
tribus paruis, & theoricam *Bald.* eſſe ab
omnibus receptã, teſtatur *Caball. caſ.*18.
n. 8. *& caſ.* 99. *n.* 48. *& n.* 52. *&* 59. cũ
infinitis per *Farinacc. q.* 167. *Peguer.* dat
17 concordantes dicta *deciſ.* 27. magnum
autem furtum eſſe centum librarum de-
ciſum refert *Peguer. d. deciſ.* 27. quem
ſequitur *Farinacc.q.*165 *n.*19.*& Menoch.*
de arbitr. caſu 295. *nu.* 10. *& Caball.dicto*
caſ. 18. qui licèt dicant id eſſe Iudici ar-
bitrarium concludunt tamen arbitrium
eſſe regulandum circa dictam quantita-
tem, vel ſi furtum habeat alias circum-
ſtantias aggrauantes, vt infra dicemus.
18 De iure autẽ Regni noſtri ſufficit iuxtà
Capitulum ad hoc Regis Caroli Primi; ſi fur-
tum *ſex* ducatos excedat, & licèt non me
lateat dictum *Capitulum* non eſſe in ob-
ſeruantia,niſi concurrat qualitas, vel cir-
cumſtantia aggrauans,vel inſolito furari,
vel quod furtum ſit centum ducatorum,
vt dicunt *Gizzarell. deciſ.* 13. *num.* 7. &
ibi lepidiſsimus Dom. meus Iudex, &
acerrimus huius cauſæ fiſcalis Aduoca-
tus *Baldaxar de Angelis in addit. & Tapia*
ſuper d. Capitulo n. 13. *&* 14. ſub *titulo de*
furtis, & rapinis lib. 5. *Iur.Regn. Sanfelic.*
deciſ. 36. *n.* 4. *& deciſ.* 39. *n.* 5. *& deciſ.*
156. & alibi ſępè, & *D. Præſes Merlinus*
illuſtris memoriæ cap. 17. *n.* 15. *vol.*1. qui
dant concordantes, vndè iuxtà iſtud cõ-
potum deberet Fuluius nõ ſemel,ſed de-
cem millies, & centies laqueo ſuſpendi,
quia decem millies, & centies centum
aureos ſuffuratus eſt;Sin autem conſide-

remus

remus qualitates aggrauantes, mors corporis, non ſufficeret, ſed ex Deo, & Beata Maria Virgine, cuius mantum ſubſtulit in alio mundo (quod per ſuam miſerationem auertat) pœna apud manes ei infligenda eſſet, quia omnē puniendi modum, omnemq; pœnam excedit, id quod fecit Banco ſua cauſa, prima vice decoctum, & hac ſecunda miraculosè, & cum infinito damno Sacræ Domus iam labenti ſuſtentatū, vt conſiderat *Raphael de Turri de cambijs diſp.2. q. 17. poſt n.46.* verſ. *& alia pia Collegia quamplurima*, & patet ex *proœmio Caroli V. Cæſaris Auguſtiſſ. in prag. de nummular.* ex verbis *totius Regni* in parlamentis ſupplicantis in ſequentibus *pragmaticis de nummular.* inſertis, vbi de *grauitate huius delicti*, & ꝙ vix aliud grauius excogitari poſſit, vt in loco dicemus.

De pœnis peculiaribus Capſariorum, nummulariorum, & doloſe decoquentium.

20 **P**Etrus *de Gregorio ſyntagm. iur. lib.39. c. 12.* ſcribit ex lege *Exodi*, quod iſti tales lapidibus obruebātur, Lege 12. *tab.* dabātur creditoribus laniandi, & interim ordeo ſicut beſtiæ veſcebantur, & compedibus quindecim pondo affligebantur, vt poſt *Gellium Noctium Acticarū lib.1. cap.* 10. habet doctiſs. *Cęlius Rodigin. antiquar. lection. lib.* 10. *cap.* 20. vbi allegat inſignem locum *Ciceronis*, vbi *labefactionem fundamentorum rei publica vocat cum pecuniæ creditæ oberatis cōdonantur* habet multa *Gizzarell. deciſ.* 80. *n.*4. & egregiè *Taſſon. de antefat. verſ.*12. *obſeruat.* 2. *ex n.* 15. quod Principes deberēt *acriter* tales deceptores publicę fidei punire, vt res publica ſit magis in tuto, & commercia non deperirent, ac ſubditi in negotiationibus acquieſcerent, *eodemque modo acquieſcerent Principes inquiete ſubditorum*, plura alia *Petrus de Gregorio lib.*22. *cap.*7. *n.* 6. quod puniuntur tanquam *latrones* non debent gaudere ſaluo conductu, neq; poſſunt cedere bonis, nec debent gaudere Indultu generali, vt dicit *Maſtrill. cap.* 30. *n.* 5. *& n.* 7. *de Indultu, Hering. de fideiuſſ. cap.* 5. *ex n.* 104. neq; immunitate Eccleſiaſtica, vt nouiſſimè .. *Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.* tractat P. *Thom. del Bene eodem tractatu cap.* 16. *dubitat.* 11. *ſect.* 6. *nu.* 3. allegat *Boer. Couarr. Farinacc. Guttierez, Decian. Gambacurt. Rodriquez, Fagundez, Ioannes de la Crux, Bouadil. Villadieg. Sarpum Germonium Tander. Peregrin.* & licèt ipſe cōtrarium teneat attenta Conſtitutione *Gregorij XIV.* tamen non eſt recedendū à
22 dicta æquiſſima opinione, quæ ipſis Eccleſijs, monaſterijs, & pijs locis fauet, & vltra allegatos per dictum del *Bene*, addo *Carolum Tapiam in dicta rubr. de nummularijs*, qui id dicit expreſſiſſimè, & nouiſſimè *Danza de pugn. DD. tom.* 3. *cap.* 11. *fol.* 515.

23 Lege Romanorum Imperatoris *Theodoſij* plumbatarum ictibus occidebantur *l. quilibet. C. de decurionib. lib.* 10. *Adrian.* verò iuſſit eos *catamidiari* in amphiteatro, vt dicit *Petr. de Gregor. d. lib.* 39. *c.* 12. *& Tiraquell. in Alex. ab Alex. lib.* 5. *cap.* 16. verſ. *qua etiam Octonis lege*.

Pius V. Sanctæ Memoriæ Pontifex iuſſit in ſtatu Eccleſiaſtico puniri iſtos *tamquam latrones publicarum viarum*, vt habet *Farinacc. de delict. & pœn. q.* 26. *n.*29. *& Gratian. cap.* 380. per totum *diſcept. forenſ.* & *Thom. del Bene de immunitate Eccleſiaſt. cap.* 16. *dubit.* 11. *ſect.* 6. *n.* 3.

Carolus V. Auguſtiſs. Cæſar ſua *conſtitutione* edita Auguſtæ Vendelicorum, iuſſit in toto Imperio iſtos pœna vltimi ſupplicij puniri, & nullo gaudere ſaluo conductu, vt referunt *Petr. de Gregor. lib.* 22. *cap.* 7. *n.* 6. *& Farinacc. loc. proximo cit.*

24 Is etiam Cæſar Inuictiſs. in *Sicilia* pari pęna banchariοs, & Capſarios puniri iuſſit particulari *lege edita*, vt in *prag. ſub tit. de bancharijs*, vt dicit *Maſtrill. de indult. cap.*30. vbi refert alias *conſtitutiones diuerſorum Regnorum*, omnes pęna mortis tales banchariοs, & nummularios puniētes, vt etiam dicit *Tapia* loco *cit. in tit. de nummular.*

Idem Cęſar in Regno noſtro edidit *prag.* 1. *de nummular.* contra banchariοs ſe abſentantes, vt niſi *infra ſex dies comparue-*
25 *rint foriudicentur, & pęna vltimi ſupplicij puniantur.*, quę pęna ad *petitionem totius Regni* ampliata fuit per Excellentiſſimū Ducem Oſſunæ veterem, contra *Librum maiorem*, *Pandectarium*, atquè *Capſarios*,

vt patet in *prag.5. de nummular.* & refert *Maſtrill. dicto cap. 30. & Maxill. ſuper cõſuetud. Bari ſub rubr. de ceſſion. bon. n.34. & Nouar. de grauam. vaſſall. tom.3. grau. 9. num. 26. & 27.* & nouiſſimè *Danza d. tom. 3. cap. 15. fol.515. de pugna Doctorum.*

Nec dicatur *Cæſarem* loqui contra bancharios ſe abſentantes, & in fugæ odium; quia bifariam reſpondeo. Primo ex *contextu* eiuſdem *prag.* quæ duo copulatiue
26 requirit ad effugiendam pęnam, dicit enim ſic: *Et ſi citati per alios ſex dies non compăruerint, ET SVIS CREDITORIBVS non ſatisfecerint, in pænam mortis naturalis incurrãt.* Nõ ergo ſufficit cõparere, *ſed cõparere, & ſoluere,* vt pœna ordinaria mortis euitetur; ſic in puncto declarat ſimile ſtatutũ cõtra banchrios Florentiæ editum *Petr. Caballus caſu 99. nu.92.* dicit hæc formalia verba: *Et ſi diceretur caſum hunc non eſſe comprehenſum à dicto ſtatuto, cum Camerarius non arripuerit fugam, reſpondetur, quod parum differet, & virtualiter, & quo ad effectum ſimilis eſt, cum iſte, qui malè vſus eſt pecunia publica, non poſſit de ea reſpondere communi.* Hæc *ille.* Quid plura? dies deficeret, ſi omnia, quæ contra tales ſtatuta ſunt, referre vellem; Libet tamen concludere ne vlterius digrediamur cum ſtatuto Florentino relato p eũdem *Petr. Caball. d. caſu 99. n.89.* quod tales condemnentur *in hauere, & perſona, & ſi quo tempore infortiam communis deuenerit trahatur ad caudam aſini ſine aſſidibus per Ciuitatem Florentiæ vſq; ac locũ iuſtitiæ, & ibi pro dimidia plantetur, & pro alia dimidia comburatur, & omnia ſua bona deſtruantur, & deuaſtentur, & deuaſtata deueniant in communi prædicto, & pingatur in palatio D. Poteſtatis.* Hæc Caball. alias pœnas acriores piget referre. *Mementote tantum Domini,* hoc eodem anno fuiſſe laqueo ſuſpenſum pauperem iuuenem, qui nullum aliud delictum antea commiſerat, ex eo ſolum, quod *tentauit* committere falſum in vna partita huius met banci, nempè tentauit ex 50. addito o efficere 500. quæ tamen falſitas non habuit effectũ; & qa infœlix ille erat groſſolanus, ſpontè confeſſus fuit, & tamen morte naturali punitus per Tribunal M. C.V. communicato negotio cum ſupremo Collaterali, ac cum Excellentiſſimo Prorege. Totum quia ſalus totius Regni in eo conſiſtit, vt gubernium, ac regimen horum bancorum, per quam ſan-
27 ctè, ac inuiolatè tractetur, per officiales illorum.

Denique in Francogallia adeſt edictum Caroli noni, renouatum ab Henrico IV. quod ponit Continuator Hiſtor. Iacobi Auguſti Thuani *lib.2. fol.41.* anno *1609. lit. B.* dignum ſedula relectione; mandat enim, vt iſti puniantur tanquam publici Impoſtores, & Latrones pœna ſupremi ſupplicij; & omnes donationes, renunciationes, translationes, in ſuos coniunctos, amicos, confidentes, nullas ipſo Iure declarat; & idem Continuator *lib. 4. fol. 190. anno 1611.* ponit arreſtum Parlamenti Pariſ. contra vnum ex iſtis valdè curioſum.

Seueriùs Venetijs puniuntur, & venit ad manus ſententia Excelſi Conſilij Decẽ Virorum lata poſt hæc ſcripta 25. Maij 1662. contra Iacobum Bandinum primũ Giornaliſta in banco del Giro, quam ponam infra poſt quæſt. 8.

28 Inſtitutæ orationi finem imponat *ſancta hiſtoria,* non etiam horribilis, & per quam tremenda, ſed omninò ad propoſitum, & planè mihi, ex corde cauſam *Beatæ Virginis* defendere volenti; ab ea ſua miſeratione mihi, vt reor indicata. Eſt in *c. 3. lib.2. Machabęorum.* Vbi Sacer *textus* loquitur de loco Sacro propè Tẽplum in Hieruſalem, in quo *depoſita* cõſeruabantur, ibi, n. 10. *Tunc ſummus Sacerdos oſtendit DEPOSITA eſſe hæc, & victualia viduarum, & pupillorum, &c.* & infra: *Decipi eos, qui CREDIDISSENT loco, & templo;* & infra n.15. *Sacerdotes autem ante Altare, cum ſtolis Sacerdotalibus, iactauerunt ſe, & inuocabant de Cælo eum, qui de DEPOSITIS legem poſuit, vt his, qui DEPOSVERANT, ea SALVA cuſtodiret, &c.* & euidentius n. 22. *Et hi quidem inuocabant omnipotentem Deum, vt CREDITA ſibi, his qui CREDIDERANT, cum omni integritate conſeruarentur.* Ecce tibi, ſi nomen banci noſtri, hoc in per quam inſigni loco ſolùm deſideratur, quod ex *gloſ. Nicolai de Lyra,* hic in verbo *oſtendit depoſita,*

ſita, & *Vgon. Card. Abulenſ. & Simonis Angli* patet euidentius. Erant iſta depoſita talenta argenti 400. auri 200. monetę noſtri temporis ducatorũ 1444000. vel circa. Nunciatum fuit *Seleuco Aſiæ Regi*, qui tunc Hieroſolymis potiebatur, huius pecuniæ vim, in loco templi aſſeruari, inſtigatus à quodam diabolico *Simone* miſit *Heliodorum*, vt illa depoſita acciperet, & ad ſe aſportaret. Exceptus benignè à ſummo Sacerdote *Onia*, *oſtẽdit eſſe hæc depoſita*, &c. vt ſupra, Conteſtatus eum nè depoſita acciperet; ſed ingreſſus *Heliodorus* cum ſatellitibus *in banco*, *non modica* (Sacer Textus) *verò per vniuerſam ciuitatem erat trepidatio, Sacerdotes autem ante Altare*, vt ſupra, *iam verò, qui videbant ſummi Sacerdotis vultũ mẽte vulnerabatur, facies enim, & color immutatus declarabant internũ animi dolorẽ, &c. alij etiã gregatim de domibus, confluebant publica ſupplicatione obſecrantes, pro eo, quod in cõtemptũ locus eſſet venturus, accinctæq; mulieres cilicijs, pectus per plateas confluebant*, &c. *Vniuerſæ autem protendentes manus in Cælum deprecabantur, erat enim miſera, commiſtæ multitudinis, &c. & magni Sacerdotis, in agone cõſtituti, expectatio, & hi quidem inuocabant omnipotentem Deum, vt* CREDITA *ſibi, his qui* CREDIDERANT, *cum omni integritate conſeruarentur, &c.* Dum Heliodorus, cum ſuis ſatellitibus accipiebat DEPOSITA ſubdit Sacer Textus: *Sed Spiritus omnipotentis Dei, magnã fecit ſuæ oſtenſionis euidẽtiam, ita vt omnes, qui auſi fuerunt parere ei, ruentes Dei virtute, in diſſolutionem, & formidinem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens ſeſſorem, optimis operimẽtis adornatus; iſque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit: qui autem ei ſedebat videbatur arma habere aurea. Alij etiã apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique amictu, qui circumſteterunt eum, & ex vtraq; parte flagellabant ſine intermiſſione multis plagis verberantes. Subitò autem Heliodorus concidit in terram, eumq; multa caligine circumfuſũ rapuerũt, atq; in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt.* Et reliqua terribilia, quę in *textu* videri poſſunt. Si hęc fecit *Deus* ei, qui pecuniam
29 *creditam*, atq; *depoſitam* Regis authorita-

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

te ſumere nitebatur per eius *Angelos* tam ſeuerè multato. Quid facere debetis *quinque Iudices Dei, & vos adminiſtri*, non miſſo à Rege, ſed Reo à Diabolo inſtigato, qui tanta mala fecit, depoſitam pecuniam ſurripuit, & bancum *per vniuerſum mundum honoratum, in contẽptum venire*. Et ſi omnis pœna non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum, ſi
30 plectuntur quidam, quò cęteri corrigantur, ſi exempla ſunt omnium tormenta paucorum, vt fulmina paucorum periculo cadunt omnium metu; vt ex *Quintiliano Diuo Cipriano*; & *Seneca* ſcribit omniſcius *Anneus, Robert. rerũ iudic. lib. 1. cap. 4.* quod exemplum eſt *Capſarijs* aliorum bãcorũ *tam diù* diſtẽtam eſſe punitionem iſtius? contra ea, quæ doctiſſimè ſcribit *Regens Conſtant. in ſupplicat. ad Paulum V. ex n. 62. quod intereſt reipublicæ, non ſolùm pœnas delictorum exigere, ſed etiam ad improborum terrorem, atq; exemplum id celer-*
31 *rimè fieri, vt eodem fere tempore, & ſcelus, & ſceleris vindicta, ac pœna innoteſcat.* Quodquè erit (ſi quod abſit) ex tam grandi protectione, qua nititur, vt inſons euaſerit? Sufficit me mandatis Principis pro viribus paruiſſe; cætera ſuppleat Deus, ac Beata Virgo, cuius cauſa agitur. Neapoli Kalendis Auguſti 1652.
32 Accidit dum hæc cauſa ſedulò tractaretur, vt tota ferè Ciuitas aduẽtaret in palatium, vt illam exaudiret. Apparitores videntes tantum populum, arcere ab ingreſſu aulæ pro ianua cępere. Sed Prorex ex eius throno annuit, ne aduentantibus ingreſſum impedirent, quod Fuluio nõ nihil obfuit. Excluſis enim omnibus, hinc Prorex exorſus ſumpſit argumentũ (vt reſcitum fuit) vt qui ſtabant à Fuluio erubeſcerent. Tanta multitudine coram cum Dominus *Pratus* ſuam diſertam, ac excultam orationem clauderet; ſupplicauit Principi, vt exemplo *Tyberij* allegato *Tacito*, vteretur clementia, atq; miſeri-
33 cordia. Ipſe, qui vti actor iam meum ſermonem antè abſolueram, ſubitò ei, his formalibus verbis replicaui. Supplico Excellentiæ Veſtræ, dignetur minimè *Tyberium Imperatorem Etnicum*, ac maximis vitijs luridum, ac perfuſum, imitare, ſed ęquè *Sanctiſſimum, ac Chriſtianiſſimũ Lu-*

34 *donicum nonum Galliarum Regem*, Hiſpa-
na magna matre natum. Is enim cum fa-
cinoroſo gratiam feciſſet, eodem inſtãti,
vt recitaret Horas Canonicas, cępit Bre-
uiarium, & dedit in illud *Pſal.* 105. *Faci-
te indicium, & iuſtitiam in omni tempore*;
& ſtatim reuocauit gratiam, vt habet Io:
Boterus *lib.* 1. *fol.* 11. *Ration. ſtat.* & P.
Mathęi *in eius vita*: & facta reuerentia,
exiui ab aula. Hæc viuax, & adęquata
reſponſio retulit D. Antonius Barilius
Dux Caiuani à Secretis Regis Domini
noſtri in hoc Regno, ſuo patruo Principi
Collis, quod non mediocriter animũ D.
Proregis compleuit, illamquè non vul-
gariter commendauit.

2. *Decembris* 1652.

Fuit Capſarius condemnatus ad pœnam
35 *triremium ſua vita durante, & ad intereſ-
ſe partis*. Iudices fuere DD. Hierony-
mus Garzia de Benauarre Regens Reg.
Cancell. Reg. Collateralis Conſ. & Ma-
gni Camerarij Locumtenens, I. C. Cæ-
ſar Auguſtanus. Gaſpar Soto, & Acugna,
tunc Reg. Conſ. dein Regens Cancell.
hoc anno 1656. vterq; hac lethea peſte
extincti, Paulus Staibanus Reg. Conſ.
Blaſius Boliaga, & Philippus Martuſcella
Iudices M.C.V. pro Aduocato Fiſci, in-
teruenit Baldaſſar de Angelis Iudex M.
C.V. Actuarius Anellus Viola, ſimiliter
cũ Martuſcella, & Angelis peſte extintus.

ARGVMENTVM.

An ſi is Capſarius, de quo in præcedentibus qq. habeat filium Doctorem artis medicinæ, nobilitas doctoratus filij porrigatur ad patrẽ, ita vt pœnis, quibus plebei plectũtur, ipſe Capſarius plecti non debeat, cum deciſione Spectab. Iudicum delegatorũ. An è contra ob enorme delictum patris filius exutus dicatur magna nobilitate per patrem acquiſita. Multa de Medicis, & eorum arte. Sententia Parlamenti Pariſienſis, in Galliæ Seianum; Ancoritanum Mareſcallum aliqua de nobilitate, Muſicis, Eunuchis, & Iberiæ Hydalghis.

1 *Sententia DD. Regentium Soti, & Miraballi, & Spectabilis D. Fiſci Patroni in Supremo Conſ. Italiæ tunc Regij Conſiliarij, cõtra capſarium, & pandectarium banci S. Eligij.*

2 *Præſidentes Laici Regiæ Cameræ non votant vbi eſt Iuris articulus.*

3 *Cauſæ Neapolitanorum non poſſunt niſi quatuor Iudicibus Doctoribus delegari per D. Proregem.*

4 *Peſtis carnificis officio perfuncta occidit Fraiam, & Bracciolinum, quos non valuit occidere Iuſtitia.*

5 *Doctor medicinæ eſt nobilis. & in numeris ſequentibus.*

6 *Inſulæ Neapolitani Gulphi ſunt optimi cæli.*

7 *Medicus retinet ſi habet ex natura, non tamen acquirit nobilitatem per doctoratum.*

8 *Iuris doctores acquirunt, & retinent nobilitatem.*

9 *Acquirunt etiam dignitatem, & dignitatem dicuntur habere.*

10 *Iudæi, Turcæ, & Pagani poſſunt doctorari in medicina, ſed non in Iure.*

11 *Iudæi, Turcæ, Pagani, & infames ſunt incapaces dignitatum.*

12 *Imperator vocat doctores Iuris Ciuilis dominos, aliarum facultatum magiſtros.*

13 *Opinio Io: Garziæ contra doctores medicinę.*

14 *Medici deguſtantur turpiora, & dicuntur ſordidi, & viliſſimi.*

15 *Cur medici, & vnde dicantur.*

16 *Author reprehendit Io: Garziam.*

17 *Iudicium authoris ad fauorem medicorum, & medicinæ.*

18 *Filius medici etiam eſt nobilis.*

19 *Nobilitas deſcendit, non aſcendit, ſed quid in doctore Iuris n. 6.*

20 *Cauſa*

20 *Cauſa irrogat infamiam, non delictum, & ob id furcis altis ſuſpendendi ſunt.*
21 *Milites pœnis plebeiorum non puniuntur, & qui milites.*
22 *Niſi propter cauſam delicti; nam tunc puniuntur vt plebei.*
23 *Delicta atrocia debent ad aliorum exemplum abſq; clementia puniri.*
24 *Refertur deciſio cauſę Conchini Principis, vt Seianus in Gallia.*
25 *Filius Conchini fuit priuatus nobilitate ob patris delicta.*
26 *Qua nobilitate priuari potuit, acquiſita, nõ autem ſanguinis, & in iſta ſolùm priuilegijs.*
27 *Muſici, ſine teſtibus, an ſint nobiles, & an ſint homines.*
28 *Enigma Platonis.*
29 *Hydalgus quid ſit. reprobato Io: Garzia de nobilitate.*

QVÆSTIO SEXTA.

ADVERSVS dictam ſen-
tentiam DD. Iudicum de-
legatorum, qua pœna tri-
remiũ, & ſic ignobiliũ Ful-
uius fuerat punitus, oppo-
ſuit exceptionem nobili-
tatis, vt iuxtà praxim Regni, de qua *Frã-
chis deciſ. 569.* pœnam in relegationem
eſſe commutandam, enixius ſui Domini
Aduocati poſtulabant. Quibus reſpondi
quod alta furca (vt Baldus, & Neotheri-
ci dicunt) Iuſtitia, ratione, æquitate, ac
omnium mundi rationum commendabi-
li conſuetudine, furcifer ille ſuſpenden-
dus erat. Sed furta leuia, & mediocria
puniuntur; magna quandoque caſtigan-
tur; Sed de maximis, in quibus ......
nulla lex loquitur. Immò legem diſrum-
punt. Si ille punctum percuſſit, cum
araneam eam vocauit; vt reſcitum fuit
ex vnius voti deficientia Fuluius furcam
euaſit. Vnde Bracciolinus Liber maior,
& Fraia Capſarius Banci S. Eligij ex pœ-
næ leuitate, in Fuluium inflictæ, & ipſi
eorum bancum ſuffodere cęperunt. In
carcerẽ Gurguliones iſti in anno 1655.
coniecti, proceſſati, & conuicti, ab In-
trepido Miraballo cum duobus alijs Iu-
1 dicibus togatis, *furcis more latronũ adin-
dicati*; non fuit ſententia execeuta, ſiquidẽ
pro computis, & ſcriptura horum latro-
num, fuit datus cum tribus prædictis Iu-
dicibus I. CC. ad ſupplendum numerũ,
etiam Pręſidens Cameræ Sanchez, vnus
ex laicis illius Tribunalis: hic quia *laicus*
2 *ſe abſtinuit à votando.* Vnde ſententia ex
defectu iuriſdictionis fuit nulla, quia cõ-
tra *capitulum* Ciuitati cõceſſum in anno
1617. per Diuum Philippum Regẽ no-
3 ſtrum; quo cautum eſt ne cauſæ Neapo-
litanorum poſſint minori numero, quam
quatuor Iudicũ Doctorũ definiri. Quod
13. Ianuarij 1621. per Cardinalem San-
ctæ Crucis Ant. Zapata extenſum fuit
fauore omnium Regnicolarum, vt in
prag. 1. de delegat. Conceſſa proinde re-
clamatione, datiſquè adiunctis, freti in-
genti pecuniarum vi, ac pregrandi pro-
tectione, de cauſa vlterius non fuit locu-
tum. Vnde tot loca pia, tot viduæ, pu-
pilli, & pauperes, totuſquè populus, qui
banci publicam fidem erant ſecuti, luxu-
rianti vita, immaniſſimorum balatro-
num abliguritas pecunias ſuas ridenti-
bus multis, inaniter deplorarunt. Vt nil
mirum, ſi tantam iuſtitiæ oſcitantiam, di-
ra peſtis ſubſecuta fuerit: Quæ omnium
4 primos, eoſdem Nebulones Fraiam, ac
Bracciolinum, identidem in carcerẽ tunc
detentos, & ex ratione huius capitis ini-
tio ſignata mox liberandos, occidit. Pe-
ſtis ipſa iuſtitiam zelata, *carnificis officio*
ſanctiſſimè perfuncta.
Et redeundo ad cauſam Fuluij, hęc blanda
ſententia dedit ei anſam opponendi, ſe
eſſe nobilem, quia habebat filium artis
5 medicinæ Doctorem. Quem eſſe nobi-
lem ex *Tiraquello de nobilitate cap. 31.* qui
medicos (quia ex medico genitus, &
medici frater) magnoperè, & doctiſſimè
extollit. Et ex traditis per *Bonum de
Curtili de nobilitate n.* 198. per *tex.* in §.
hæc quoque in Auth. *de conſul.* & in *l. fin.
C. de priuileg. Scholar. lib.* 12. & *Bart. in
l. 1. ff. de Senat.* latiſſimè Tiraquell. *de no-
bilit. cap.* 16. & 17. Franchis *deciſ.* 564.
Gizzarell. deciſ. 10. qui loquitur in patre
6 habente filium V. I. D. quod nobilitas
acquiſita ex doctoratu per filium porri-
gatur ad patrem, ſe pœna nobilium, non
autem triremium, eſſe puniendum, Dom.
Pratus eius Aduocatus, contendebat. Vt

in aliquam ex propinquis inſulis optimi
7 cœli (*vt ſunt omnes in Neapolitano ſinu*)
ad fruendum tam prægrandi furto, eſſet
relegandus. Tamen ijdem quinque DD.
Iudices delegati, annuente etiam Excel-
lentiſs. D. Prorege Comite Ognate *iu-*
8 *dicauerunt* nõ debere gaudere nobilita-
te 5. Decembris 1652. penès Violam
Actuarium aſſumptum; & die 9. De-
cembris æternam ignominiæ labem ſu-
biens; fuit executa ſententia; ligatus ſu-
per ſella portatili vndiq; detecta exiuit
è carceribus palatij M. C. V. & vt duce-
retur ad domos omnium bancorum, nẽ-
pè Montis Pauperum, Annunciatæ, San-
cti Eligij, Montis Pietatis, Santiſs. Sal-
uatoris, Sanctæ Mariæ de Populo, Spiri-
tus Sancti, & S. Iacobi, circuiuit totam
Ciuitatem, infinita plebe circumfuſus, &
exinde ad ſuum ſtallum, cum alij rei, nõ
circuunt, ſed recto tramite à palatio M.
C.V. ducantur ad Regias triremes. Ipſe
enim, vt à prætenſione nobilitatis eum
excluderem, dixi, quod nec medicus ip-
9 ſe eſt nobilis, quia per doctoratum in
medicina nobilitatem non acquirit, re-
tinet tamen ſi ex natalibus habeat. Ità
benè diſtinguit Faber *definit.* 10. C. *de*
dignitat. Et in hoc (dicit) eſt melior cõ-
ditio Aduocatorum, & Doctorum Iuris,
quàm medicorum. Illi enim per docto-
10 ratum, non tantum nobilitatem acqui-
runt, perinde ac qui in Caſtris militant;
ſed etiam dignitatem habere exiſtiman-
tur. Vnde illud ſcitum eſt, poſſe Iudeos,
Turcas, Paganos doctorari in medicina,
ſed non in Iure Ciuili, vel Canonico.
11 Bart. in *l. fin. C. de Iudęis, & in l. fin. C.*
de poſtul. Caſſaneus *in catal. glor. mundi*
par. 10. *concluſ.* 25. *n.* 19. Quia doctoratus
in Iure dignitatem tribuit; Iudęi autem,
Turcæ, ac Pagani ſunt incapaces digni-
tatum, vt Bart. & prædicti, & Dynus. Et
Franch. in *c. infamibus de regul. in 6.* Qui-
nimò ipſe Imperator nõ dedignatur vo-
care Doctores Iuris Ciuilis Dominos, vt
12 in *Auth. habita, §. Verumtamen, C. ne fi-*
lius pro patre, ibi *coram Domino*, vel *Ma-*
giſtro, gloſſat Accurſ. *Domino legum, &*
Magiſtro alterius facultatis. Et ſic Docto-
res legum vocantur *Domini* alterius fa-
cultatis magiſtri. Ita Iſernia *in §. & ite-*
rum col. fin. de capit. Corradi, & Carneual
de iudicijs tom. 1. *tit. de foro Scholar. in prin.*
Addidi ex Ioanne Garzia de *Hiſpan. no-*
bilitate gloſſ. 48. §. 4. *n.* 12. *fol.* 394. quod
non ſolùm non acquirunt, ſed perdunt,
13 ſi quam habent nobilitatem ex ſanguine
dicit enim reputari inter viliſſimos arti-
fices, ob multa, & quod deguſtent ſępè
turpiora; quæ non ſolùm non negauit,
ſed ingenuè fatetur doctiſs. Tiraquellus
14 nobilitatis medicorum, per quam ſtre-
nuus aſſertor eodem *cap.* 31. *n.* 411. &
ſeq. vbi ex Hipocrate medicorum anti-
ſtite *in lib. de flatib.* ex Galeno *lib. de ſim-*
plicibus medicamentis decimo cap. 1. 8. 9.
10. & 11. & *lib.* 10. *ſimplicium in* 10. *c.* 4.
cui titulus eſt ſtercus, Serapione *ſimpli-*
cium cap. 453. & 456. Paulo Ægineta
lib. 7. & alijs probat medicos denomina-
ri à Merda, quaſi merdicos, teneri ex
legibus ſuæ artis illam cum lotio degu-
ſtare; quæ omiſit Santorell. ſuam artẽ ſine
15 fundamentis extollens *in lib. de ſanitate*
natur. c. 8. *in apparatu f.* 11. Sed quicquid ſit
de Tiraquello, qui omnia p̄dicta p̄ modũ
dubitandi adducit, illaq; poſtea reſoluit.
16 Ego puto Garziam *lubrice* cõtra perquã
dignam, ac neceſſariam, ac difficillimam
artem oblocutum; & ſentio, quod Do-
ctor medicinæ, & retineat ſi alias habet,
17 & acquirat ſi non habet nobilitatem per
Doctoratũ in arte ſua, per latiſſimè tra-
dita per *Tiraquell. capite citato* per totum,
& per Franchis d. *deciſ.* 564. & etiam
18 deciſum filium medici gaudere nobili-
tate patris. Anna in *Conſtit. Regni Termi-*
num vitæ n. 25.
19 Sed non ex hoc conceſſerim, quod no-
bilitas medici aſcendat ad patrem medi-
ci; Siquidem, licèt Lucas de Penna in *l.*
mulieres col. 2. verſ. *tertio ex dignitate*, C.
de dignit. lib. 12. Gizzarell. *deciſ.* 10. Ricc.
to. 1. *praxis fori Eccleſiaſt. in* 2. *addittione*
reſol. 467. Taſſ. ſuper *pragm. de ante-*
fato verſ. 10. *obſer.* 2. *n.* 14. cum alijs al-
legatis per Angelis ad dictam *deciſ.* 10.
Gizzarelli concedant nobilitatem aſcẽ-
dere de filio ad patrem, & ad id indu-
cunt varia iura in *l.* 2. §. *in filijs, ff. de de-*
cur. & in l. moris, §. ſed enim, verſ. *parẽtes*
ff. de pœnis, l. in ſacris la 3. *C. de prox. ſacr.*
ſcri. lib. 11. & *in Auth. conſt. quæ de dignit.*
§. *gene-*

§. *generaliter*. Tamen quamuis parentes ex nobilitate filiorũ quodamodo cohoneſtẽtur, vt colligitur ex *textibus* pro dicta ſententia allegatis,præſertim ex dicto §.*generaliter*. Nihilominus pro cõſtãti tenendum eſt nobilitatem filiorum non aſcendere ad parentes,aut alios ſuperiores, quod expreſsè probatur ex *l. 1. ff. de Senatoribus*, cuius verba hæc ſunt: *Conſulares fœminas dicimus conſularium vxores adijcit Saturninus. Matres, quod nuſquam relatum eſt, neq; repertum*; vbi *Gloſſ.*& poſt eam Bart. notat, quod dignitas inferiorum regularitèr non tranſit ad ſuperiores, niſi in aliquo caſu ſpeciali, alitèr in iure reperiatur ſtatutum, vt dicunt etiã *gloſſ. in auth. de conſul.* Petr. de Anchar. *in c. 1. notab. 2. de cogn. ſpirit.* & Io: de Plat. *in l. in ſacris, & in l. vlt. C. de incol. lib.* 10. & hãc opinionem ſecuntur Rayner. in *tract. de nobil. quæſt. 13. q. 5. princ. Maſuer. tit. de tallijs, ſeu collectis, §. vxor militis* in fin. Boer. *de auth. Mag. Conſil.* Tiraquel. *de nobil. cap.* 126. Antonius Gama *in deciſ. Luſitana* 112. Ricc. ſibi contrarius *collect.*733. Ioſeph Seſſe *deciſ.* 4. *Aragoniæ*. Paſcal. *de virib.patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 2. *n.* 28. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. par.*2.*n.*21. P. Merolla *de priuileg. diſp.*6. *cap.*8. *dubio* 31.*ex n.*198.*vſq.in fin.* Hinc infert Seſſe ſentẽtiam latam in fauorem filij in cauſa nobilitatis,non prodeſſe patri; & dicit ſic fuiſſe deciſum.

Subiunxi etiam, quod ſi cauſa irrogat infamiam, & per magnam infamiam nobilitas etiam ſanguinis amittitur, & pœnis
20 plebeiorum, quis puniri debet, & furcis ſuſpendi; & fauore nobilitatis, *altior* debet eſſe furca. Ita *Ponte conſ.*136.*vol.* 2. *Taſſon. de antefato* verſ. 10. *obſer.*2.*ſub* 26. & meus præceptor *D.Capyc. latro deciſ.* 183. *in* 2.*vol.* & ante eos *Gramat.deciſ.*34. *n.* 4.& 5. qui ad id allegat Bal. *in c. quidam in fine ff. de iure iurãdo*; & ita etiam habet Iulius Clarus §.*fin.quæſt.*60. *n.* 24. verſ. *dicis tamen*; ita etiam Paris de Puteo *de re militari lib.* 7. *tit. de pœna nobilium n.*24. & in *tit. quod in pœnis dignitas attenditur n.* 10. & Tiraquell. *cap.* 34. & *cap.* 35. de qua te eſt tex. capitalis *in l.* 3. *ff. de re militari*; nam cum milites non puniantur pœnis plebeiorum, ſed

Conſt.Caſari Spec.Peregr.qq.

vti nobiles omninò reputantur, vt in d.
21 *l.3.§. pœna militum*, cum *gloſſa* in verbo *torquentur* (quod hodie ſolùm reſpectu ſuperiorum eſt in obſeruantia, ſcilicèt in
22 Tribuno, Maiore inſtructore, (Sargente maggiore) Centurione,ac Signifero, nã ſimplices milites multoties vidi furca ſuſpendi) Tamen ſi miles efficiatur proditor, vel ad hoſtes confugiat, amittit propter cauſam delicti, quæ infamiam irrogat, nobilitatem ſuã, & punitur tanquam plebeius,vt in *d. l.3.§.hijs,qui ad hoſtes cõfugit, & redijt torquebitur,ad beſtiaſque, vel in furcam damnabitur, quãuis milites nihil eorum patiantur*. Iſta enim ſunt ſcelera peſſimi exempli, in quorum præſẽti,& citata animaduerſione, vna totius Reipubl. ſubſtentatio conſiſtit. In quibus miſericordia, clementia,ſuperiorũq; conniuentia, vocatur impia, crudelis, &
23 inhumana vecordia, vt 23.*q.*8. *c.legi, & c. occidit, &* 23. *q.* 4. *c. ipſa, &* 24. *q.* 5. *c. non eſt crudelis Iudex*; & 5. *q.*5. *c. non vos.* Hinc eſt, quod occiſo annuẽte Rege *Ludouico XIII.* Conchino Cõchini Marchione Anchoritano, qui ſub Regẽtia Mariæ Medicis fuit pluſquam *Seianus* in Gallia *Parlamentum Pariſienſe*. Diſrepto, ac cõbuſto cadauere decapitata Elionora Galgai coniuge; datis domibus in ruinã, diſrepta pluſquã Regia ſuppellectili,confiſcatis feudis, ac bonis omnibus; Poſuit
24 etiam in ſententia hæc verba formalia: *Inſuper declarauit, & declarat, filiũ ex matrimonio Conchini,& Galgai prognatũ Ignobilem, qui honorũ officiorum, & dignitatum in hoc Regno non ſit capax.* Legitur apud Continuat. Hiſtoriæ Thuani *lib.*10. *anno* 1617.*fol.*752.Cõchinus enim erat ignobilis Florentinus, ignobilis Galgai eius vxor. Ipſa cum viro ad faſtigium immediatum poſt coronam à Regina Regente
25 euecti iſta nobilitate per parentes acquiſita filius ſpoliari potuit, in Nobilitate autem ſanguinis, ſolùm priuilegijs nobilitatis ſpoliari potuiſſet. Ita Bart.
26 Bal. Alber.& alij apud Tiraquell.*cap.*25. & 26. Garzia, Bono de Curtili, Otolora, P. Merolla,& alijs.

PARER-

dicatur ab Italico. Italici namquè immunes erant à tributis, & quia Hiſpania capta fuit à Romanis, eiſque ſubdita, multæ coloniæ Italicorum in ea venerunt, & pluribus ciuitatibus Hiſpaniæ ius Italicum conceſſum fuit, circa immunitatem tributorum, & immunes à tributis dicebantur iuris Italici. Inde ergo corrupto vocabulo, dictum fuit Hydalgo ab Italico. Hæc Lopez. Dat manus Epiſcop. Sarmiento *lib. 1. cap. 15. fol. 42. ſelect. quæſt.* ibi: nã *lex noſtra Hiſpana* (prędicta) *licèt Etymologiam quandam huius verbi ponat, quæ reſpicit effectum rei, nõ tamen omninò veram huius nominis originem explicat.* & infra. *Vera igitur huius verbi Hydalgo Etymologia eſt, vt Hydalgo quaſi Italicus dicatur, &c.* elegantèr, & doctè. Concurrit tertius Doctor æquè doctus Hiſpanus, Baeça *de inope debitore cap. 16. n. 45.* qui addit, quod ſi nomen *algo*, ſignificaret diuitias, & ex diuitijs oriretur nobilitas, potius diceretur *padre algo*, ꝙ Hyjo de algo, vel *Señor de algo.* Cum iſtis etiã ſtat alter Hiſpanus Gineſius Sepulueda, quem allegat Io: Arce Otolora *de nobilit. lib. 2. cap. 3. fol.* 218. & ipſe quoquè Otolora, licèt ſubdubius. Contradicit prædictis Gutierez *lib. 3. & 4. quæſt.* 13. qui ad hæc effugiẽda; (quæ ex *l. 1. ff. de cẽſ.* indubitata videntur) neſcio quo ſpiritu, quoue prouentu, hoc trahat ad Gotos, vt d. *quæſt.* 13. *ſub n.* 79. *fol.* 52. nempè, quod fidalgo dicatur, quaſi filius Gotis ideſt *fidalgod*. Ipſe, ſi ſententia trium inſignium Doctorum (vltra Sepuluede, & Otolora) nõ arrideret, dixerim, non diſcedendũ à *littera legis*, cum propter authoritatem Dom. Regis Alphonſi, qui in re tam ardua, cum conſilio Sapientum in dubium eſt, proceſſiſſe, tũ quia eſt antiquior omnibus prædictis. Quod ſi hæc Hiſpanis ipſis, videntur extranea; mihi Italo, illa Gutierez, & Ioannis Garziæ videtur non etiam inſipida; ſed ingrata: Quod ad Gentem exlegem, & omninò Barbaram (Paul. Diacon. *lib. 16. & omnes* Hiſtorici) antequam in Hiſpaniã deflueret; & poſitã ferè extra mũdũ (*Boterus f.* 277.) quã ad maieſtatẽ Romani Imperij, (à Chriſto D. N. approbati. *Reddite quæ ſunt Cæſaris;* &c. Cuius immenſam magnitudinem, S. Auguſtinus, cum Chriſto in humana carne, & Paulo concionante; ſolum videre voluiſſe ſæpius dicere auditus fuit, vt Io: Baptiſta Caſalius *de Rom. Imperio ſcribit*) in cuius mundi Imperij throno elucere maximi, & incomparabiles Hiſpani Cæſares, Traianus, Thedoſius, & Adrianus, aliquando viſi ſunt; Dignitatem, ac nobilitatem præclariſſimæ gentis ſuæ, potius relatam eſſe maluerint.

ARGVMENTVM.

An renunciatio futuris probationibus, quæ fit antequam videatur examen teſtium Fiſci, vel partis poſt didicita teſtificata, comprehendat etiam probationes, quæ fiunt per ſcripturas publicas, iuramentum, & rei euidentiam, cum deciſione eorundem DD. quinque Iudicum in eadem cauſa Capſarij.

1 *Non videtur examen teſtium in criminalibus, niſi quis renunciet futuris probationibus.*
2 *Renunciatio omnium probationum poſt didicita teſtificata, an excludat probationes per ſcripturas, quibus dicta teſtium proſternātur.*
3 *In probatione per ſcripturas ceſſat ratio legis*
4 *Deciſio huius articuli.*
5 *Lex, quę excludit probationes per teſtes, & ſcripturas an excludat probationes per Ius Iurandum?*
6 *In literis cambij, quæ omnem exceptionem, & probationem excludunt, an ſit excluſum iuramentum, quod debitor petat à creditore, cum deciſione delegati.*
7 *Probatio per rei euidētiam vincit omnes probationes, & nunquam cenſetur excluſa, etiā poſt ſententiam, vbi deciſio.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

NE detur anſa ſuburnationis in teſtibus recipiendis, oportet, vt quærelans, vel accuſans, renunciet futuris probationibus, quæ vniuerſim prohibitę ſunt poſt
1 didicita teſtificata, per tex. in *c. fraternitatis, c. intimauit, c. cauſam de teſtibus*; vbi notant vterq; Abbas, Henric. Felyn. Imola & Barboſa: & eſt praxis notoria in M. C. V. Dicebat Fuluij Dom. Aduocatus renunciationem factam per procurato-
2 rem banci futuris probationibus comprehendere quamcumque probationem, quia generaliter, & indiſtinctè renunciauerat omnibus futuris probationibus; ergo per ſcripturas, per iuramentum, per rei euidentiam, & quocumquè alio modo *vulgatis Iuribus*. Ego ſtatim
3 allegaui Abbatem *in c. paſtoralis n. 7.* verſ. *nota quod renunciare, vel concludere in cauſa*, extra *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* qui dicit, quod talis renunciatio quantumcumquè generalis, non comprehendit probationem per ſcripturas ex ceſſante ratione legis, *expreſſa* in dictis *Iuribus*, ſcilicèt præſumpta teſtium falſa depoſitio, propter ſuburnationem. Domini ſubirò accerſito libro, ac viſa doctrina Ab-
4 batis, corā omnibus 10. Octobris 1652. ſic *iudicauerunt*; Actuario eodem Viola. Er pręſentauit Arneſius procurator banci ſcripturas incumbentes, quibus pro maiori parte teſtes Fuluij fuerunt proſtrati. Reperi poſtea, cum domum rediui, quod eſt communis, vt per Monricul. *rub. teſtium productioni quomodo renuncietur* fol. 117. col. 2. Farinacc. *quaſt. 75. cap. 6.* per rorum *n. 300. & 301.* fol. 442. Aliqua per Maſcardum *de probat. q. 5.* ex *n. 131.* Sed an lex, quæ excludit om-
5 nem probationē per teſtes, & per ſcripturas, excludat etiam probationem per *Iuramentū*, vide Maynard. *deciſ. 80. lib. 6.* Quod nota ad *pragmat. 6. de lit. cambij*, quæ omnem probationem excludit, quod non excludit, ſi *debitor* petat ſolum
6 iuramentum *creditoris*, ſcilicèt, vt creditor ipſe ſit Iudex in cauſa propria; vt in cauſa Conforti de Alferio, vidi prouiſum per quond. Regentem *Caſanate* delegatum cambiorum, penès Figliolam Actuarium. Sed has omnes vincit probatio per *rei euidentiam*, ideòquè nunquam cenſetur excluſa, neque reiecta, neq; renunciata; *Bal. in l. ſi quis teſtibus, in fine*, C. *de teſtibus*. Iaſ. *in l. de periurio, n. 4. ff. de in litē iurando*, cum concordantibus per Maſcardum *de probat. q. 8. per tot.* etiam poſt ſententiam, quæ nunquā tranſit in iudicatum, nec opus eſt appellatione, quando *oculis* ex loci inſpectione apparet de illius iniquitate, Innoc. Abb. Imola, & omnes *in c. fraternitatis, de frigidis*, Maſcard. *loco citato n. 6.* & adeſt curioſum exemplū apud Tapiam *de Iure Regni lib. 3. rub. 36. fol. 206.*

ARGVMENTVM.

Rationalis alicuius Banci publici, ſi ſciēter effecit, vt ſoluta fuerit procuratori iam reuocato pecunia debita creditori eiuſdem banci, quod nam delictum commiſiſſe dicatur, an furtum, an falſitatē, an vtrumque: Quid si incidat apocham, iam ſolutā, & propterea positam in filſia; & aliā repoſuit ſcripturam in eadem filsia: quid si abrasit aliquem ex banci libris, puta diariū, il giornale; de pœna huius delicti, ductis argumentis ex conſtit. Regni *Iudices, §. de notariorum*. An Abolitio generalis, quæ excludit notarios, excludat etiam Rationalē, & Miniſtrum banci publici committentis falsitatē. Cum ſententia Venetijs lata cōtra Diarij Scriptorem Giornaliſta vnius banci publici.

1 *Caballus, & Maſtrillus vocant Idiotas Iuris Doctores excuſantes à criminalitate capſarios, & miniſtros bancorum.*
2 *Falſitates ſunt abraſio, & inciſio apocæ ex vitio viſibili.*
3 *Falſus procurator exigens pecunias alienas furtum facit.*
4 *Furtum eſt, cum quis abradit ſcripturam, vel delet, & quando.*
5 *Falſitas eſt maius delictum, quàm homicidiū, vel veneficium.*
6 *Maximum delictum eſt in officiali banci publici.*
7 *Falſarius vna vice occiditur, quia natura non patitur, vt pluries occidatur, ex Philone.*
8 *De pœna furti de Iure communi.*
9 *De pœna furti de Iure Regni.*
10 *Quies publica totius Italiæ conſiſtit in con-* *Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.*
ſeruatione banci A. G. P. & n. 13.
11 *Falſarius dicitur homo homini lupus.*
12 *Notarius in Regno committens falſitatem punitur pœna mortis.*
13 *Præſentans apochas falſas in banco etiam ſi pecuniam non acceperit, incurrit in pœnā mortis.*
14 *Probatio falſitatis apocharū priuilegiatur, & incurrūt in pœnam mortis omnes cōplices.*
16 *Bancarij, Pandectarij, & alij officiales bācorum ſe abſentantes, niſi comparuerint infra ſex dies, forindicentur, & idem eſt de Rationali n. 17.*
18 *In pœnis fit extenſio quando lex pœnalis eſt ordinata ad obuiandas fraudes, & n. 21.*
19 *Extenditur lex pœnalis quando ratio legis eſt expreſſa, & eſt vnica.*
20 *Non dicitur extenſio, ſed comprehenſio in mente legislatoris.*
22 *Deciſio M. C. V. contra falſarium apochæ banci A.G.P.*
23 *Rationalis non poteſt gaudere indultu, licèt de illo expreſsè non loquatur, & quare.*
24 *Noua ratio Authoris, cur Indultus, licèt ſint Principis beneficia, ſtrictè interpretādi ſint.*
25 *Sentententia Senatus Veneti in Cōſilio Decem contra Giornaliſtam banci prolata inſeritur.*

QVÆSTIO OCTAVA.

TESTIMONIO doctiſſimorum Petri Caballi, & Garſiæ Maſtrilli probaui ſupra q. 5. ex n. 9. vocari Idiotas illos Doctores, qui dicunt Capſarios, ac alios bancorum publicorum adminiſtros in
1 ſuis officijs decoquentes, criminaliter non teneri, ſed vel quia vt plurimum ſūt cōputa, vel quod fideiuſſionū præſtitarū de bene, & fideliter adminiſtrando commiſſa ſtipulatio, ſit ciuilis actio, idcircò criminaliter non poſſe procedi. Nequè rationes per Caballum, ac Maſtrillum adductæ, neq; cauſa contra Fuluium deciſa, neq; mortis ſententia, de qua ſupra q. 6. n. 3. contra Fraiam, & Bracciolinum prolata, illos ab eorum opinione remouit; quin in cauſa Rationalis eiuſdem Hoſpitalis, & banci Caroli Andreæ; id etiam non ſolùm in paginis, ſed in corde impreſſum oſtendere conati

ſint, ſed quam male, cum reuerentia. Oſtendi ad fauorem Hoſpitalis,& banci, dictum Carolum Andream inſimul cum Franciſco plures falſitates cum magno furto admixtas commiſiſſe.

Primo ſoluendo ſcienter 23.vel 24.vicibus procuratori non vero, ſed reuocato. teſtificans ipſe 23. vel 24. vices in 24. mandatis generalibus Euſtachium eſſe procuratorem cum ipſe *phyſicè* ſciebat eſſe reuocatum.

2 Abradendo librum publicum banci publici, & per totum Orbem celeberrimi, vt de illo nuncupatim ſcribit *Raphael de Turri de cambijs diſp. 2. quæſt. 17. ex n. 44.*

3 Incidendo *apocham* iam effectam publicam, quia in banco iam ſolutam; & quia ſolutam, poſitam in filſia publica.

4 Extrahendo à dicta filſia etiam publica verum mandatum,& reponendo in illam mandatum, licèt verum quoad creditorem, tamen falſiſſimum quoad ipſum *Carolum Andream*.

5 Surripiendo magnam pecuniẹ vim,nempè duc. 2800. & plus, & cõtinuò ſurrepturus, niſi ſors fuiſſet depoſitata, & ex Panormo creditor Neapolim appuliſſet.

2 Quod iſtæ ſint falſitates, & furta, ipſis lippis,& tonſoribus eſt peruium non ſolum ex inciſione, & abraſione,quæ vitia ſunt *viſibilia*, ex quibus poteſt talia perpetrans in pœnam ordinariam condemnari; *Al a conſ. 99. n. 2. lib. 1. & conſ. 26. n. 20. lib. 2. Farinac. conſ. 109. n. 2. & 10. Gothofred. abano* in tractatu *reatuum q. 18. n. 60.* verùm quia iam Sacrum Hoſpitale paſſum eſt damnum, cum ſemel ſoluit dictis furibus duc. 2800. & iterum,vt fidem publicam banci celeberrimi ſeruaret, vero creditori ſoluere coactũ fuit,vt re vera ſoluit, & conſtat ex dicta transfactione fol. 81. & ex partita ſolutionis fol. 80.

Sunt ergo ſcandaloſiſſimẹ falſitates, cum magno furto admiſtæ; & nõ vna,vel duæ, ſed 23. vel 24. habito reſpectu ad totidẽ mandata, quibus fuerunt factæ ſolutiones, vt in puncto docet *Petr. Caball. caſu 99. ex n. 49. cum ſeq.* Probantur ex dictis ſupra *q. 5. ex n. 5. cum ſeq.*

Ex *l. tutor, ff. de furtis*, cum gloſſ. vbi tutor rerum pupillarium adminiſtrationem habens, ſi quid furandi animo amouerit, furtum facit; vbi *Vlpianus* ſubdit, quod in tutore ſcriptum eſt, idẽ erit in *curatore adoleſcentis, cæteriſq; curatoribus*, & talis abſq; dubio eſt *Rationalis* curationem habens de creditoribus Sacri Hoſpitalis.

3 Probatur itidem, quia falſus procurator exigens pecunias alienas, furti tenetur, tex. in *l. falſus procurator, C. de furtis*, vbi dicitur falſus procurator, depoſitum recipiendo, vel æs alienum exigendo,citra domini voluntatem furtum facit,contex. in *l. falſus creditor, ff. de furt. Farinac. q. 170 par. 1. Reg. Reuert. deciſ. 303. n. 2.* dicit, quod cum falſa ſcriptura accipiens pecuniam alienam furtum committit.

4 Furtum committit non ſolùm, qui ſcripturas, & inſtrumenta ſurripuit, ſed qui illas deleuit, vel abraſit, *l. qui tabulas, §. fin.* & ibi *gloſſ.* & communiter *DD. ff. de furtis*; & idem ſtatuitur in *l. ſequenti, & in l. ſi imaginem* voluit *gloſſ. in §. furtum*, in primo in verbo *factum*, verſ. *quandoque tamen inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* quando deletio ſcripturæ tendit ad cõmodum delentis, *Farinac. q. 168. de furtis num. 26.*

Eſt ergo falſitas cum furto magnæ quanti-

5 tatis admixta: vnde cum ex ſe falſitas in quacunq; perſona ſit maximum, & horribile delictum, ità vt deſtabilius, homicidio, & veneficio, vt dicit *Ang. in Auth. de nuptijs, & Gramat. conſ. 109. n. 11. & Menoch. conſ. 422. n. 1. & conſ. 538. n. 1. & Gotofred. abano in praxi, & theor. crim. lib. 2. §. falſum n. 37. & 38. fol. 339. Farinac. q. 150. n. 15.* quia falſarius dicitur homo ſine fide, & conſcientia, *Gotofred. d. q. 18. n. 46.* & hominem ad nihilum reducit, & dicitur nihil eſſe, vt ex *Cyno*,

6 & alijs probat *Gramat.* loco citato. Si hæc ſunt in qualibet perſona committẽte falſitate, quid erit in officiali publico, ſtipendiato, vt fidem, & rationes, loci pij ità celeberrimi, recta ratione,& bona fide adminiſtret? certè, vt nouiſſimè conſiderat *D. Reg. de Marinis ad Reuert. deciſ. 302.* Si pena falſi eſt arbitraria, & quandoq; poteſt eſſe maior, quandoq; minor, iuxtà caſuum diuerſitatem, ita vt ſi falſitas eſſet grauis, etiam pœna mortis practicari poſſet. Hic, vt Sapientiſs. *Philo*

Iudæus

7 *Iudæus lib. de ſpecialibus legibus* f. mihi 609. deberet toties mori, quoties tot delicta commiſit. *Meritus* (verba Philonis) *enim plurimas mortes exoluit ſe vnica, quia natura non fert eum aſſici pluribus ſupplicijs*; quæ in puncto (non tamen actincto *Philone*) in capſario banci ſcripſit *Caballus d. caſu* 99. & ille capſarius abſtulerat ſolum duc. 1200.

8 Et ſi Iure cõmuni pro tribus furtis paruis quis puniri debet pœna mortis, vt dicunt *Odofr. Bart. Bal. & Salyl.* & alii in *auth. ſed nouo iure, C. de ſer. fugit.* dicitur enim *fur famoſus*, qui tria furta commiſit, *Peguera deciſ.* 27. *Farinac. q.* 166. *n.* 5. *Caball. caſu* 19. per totũ; idem erit ſi vnũ *furtum magnum* ſemel commiſerit, originale dictum, *Bal. in d. Auth. ſed nouo Iure*; vbi aſſignat rationem, quod vnum furtũ magnum, & enorme æquiparatur tribus paruis, & *Bal.* eſt ab omnibus receptus, *Caball. caſ.* 18. *n.* 8. *& caſu* 99. *n.* 48. *& n.* 52. *& n.* 59. cum infinitis per *Farinac. q.* 167. *Peguer. dicta deciſ.* 27. magnum autem furtum eſſe centum librarum, deciſum refert *Peguer. d. deciſ.* 27. quem ſequitur *Farinac. q.* 165. *n.* 9. & *Menoch. de arbitr. Iudic. caſ.* 295. *n.* 10. Centum au-

9 tem libræ Imperiales ſunt duc. 20. Neapolitani. De Iure autem Regni, iuxtà *capitulum ad hoc Regis Caroli primi*, ſi furtũ *ſex ducatos* excedat, punitur *pœna mortis*; & licèt dictum capitulum non ſit in obſeruantia, niſi concurrat qualitas, & circumſtantia aggrauans, vel inſolito furari, vel quãdo furtum ſit duc. 100. *Gizzarell. deciſ.* 13. *n.* 7. *Tapia ſuper dicto capitulo n.* 13. *&* 14. *ſub tit. de furtis, & rapinis lib.* 5. *Sanfelic. deciſ.* 36. *n.* 4. *& deciſ.* 39. *n.* 5. *& deciſ.* 156. *Merl. cap.* 17. *n.* 15. *vol.* 2. nos ſupra d. q. 5. Hic adſunt qualitates aggrauãtes in *ſuperlatiuo*, quia tra-

10 ctatur de quiete publica, non vnius domus, vel perſonæ priuatæ, ſed totius Regni, totius Italiæ, & extra, quæ cum banco A.G.P. negotiantur, & quantitas non eſt ſex, vel centum, ſed 28. vices centũ ducati; vnde deberet totidem furcis ſuſpendi ſi eſſet poſſibile, cum talis pœna ſit minor illa, quæ in Sabaudia, & Gallia falſarijs datur, vbi viui comburuntur, *Gotofred. ab auo in* §. *falſum, n.* 54. *lib.* 2. *Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.*

Vt talis pœna (inquit *Godofred.*) quæ grauiſſima eſt, metus ſit multorum, & deterreat homines à tali crimine, cum fal-

11 ſarius dicatur homo homini lupus, idem *lib.* 2. §. *falſum, n.* 37. *& n.* 38. Quid dicturus, ſi non homini, ſed Domui Beatiſſimæ Virginis Dominæ Noſtræ, quæ infantes nutrit, infirmos curat, Virgines alit, ipſas maritat, & omnia cuiuſuis generis opera impendit; queq; cum pecunia, quæ penès ſe ſub cenſu retinet non exiguam Regni partem alit.

Et vltra quod Iure communi ſola falſitas, etiam quando magnum furtum non habet admixtum, ſit pœna mortis, *l. vbi falſi in fine, C. ad l. Corn. de falſ. Capyc. deciſ.* 130. *in* 3. *dubio ſub n.* 11. verſ. *ſed altius*; *Aſſlict. deciſ.* 404. *n.* 17. verſ. *ſecundo reſpondetur.* Tamen de Iure Regni hoc eſt indubitantèr verum, etiam nullo furto admixto, quod ſi illud habeat, quæſtio eſt indiſputabilis.

12 Probo primo per *conſtit. Regni Iudices,* §. *de notariorum, & Iudicum*, in qua Cæſar expreſſa *VNICA ratione*, quod ſi veritas in faciendis publicis documentis non intemerata proceſſerit, ſed falſitas fuerit, vel corruptela probata, non mutilationis manus, vt olim, ſed decapitationis ſupplicium vltimum incurrit, vbi id notant *Iſer. Bartol. de Capua, Ioannes Grillus, Capyc. deciſ.* 153. *Gramat. deciſ.* 27. *Foller. in praxi crim.* verbo *quod commiſit falſitatem n.* 70. qui meritò reprehendit *Aſſlictũ* qui intellexit dictam *conſtitutionem n.* 9. de actis, quæ fiunt in iudicijs tantum, vt notat *Tapia lib.* 5. *tit.* 27. *fol.* 393.

Si ergo notarius conficiens inſtrumentum falſum non punitur pœna mutilationis manus, ſed pœna mortis, ex quo vnum inſtrumentum falſauit, & non diſtinguitur, an ex tali falſitate furtũ, vel aliquod damnum fuit in eſſe productum: Quid faciendum de iſto, qui falſauit librum publicum banci famoſiſſimi, inciſit apocham iam repoſitam in loco publico; vt auferret, prout abſtulit fidem ab eo factam, & non vnum inſtrumẽtum, ſed 23. vel 24. inſtrumenta falſa ſcientèr, appenſatè, & doloſè confecit, vt patet ex fol. 62. ad fol. 68. Quoties enim ſcripſit, & ſua manu ſubſcripſit, in mandatis generalibus,

ralibus, omnium creditorum dicti ſacri Hoſpitalis *ad Antonio Maria de Frãciſco, e per eſſo ad Euſtachio Mirabile ſuo procuratore*, toties confecit vnum inſtrumentum falſum,& ſicut falſauit partitam Antonij Mariæ, potuiſſet vna die falſare decem, vel viginti alias,& auferre à banco duas, vel tres aureorum myriadas;Eſt ergo caſus abſquè vlla comparatione durior, ac fortior illo, de quo *conſtitutio Regni* lo-
13 quitur: cum in ſecuritate bancorũ,quies, ac tranquillitas publica conquieſcat.

14 Arguo 2. *ex prag*.5. 8. *& 9. de falſis*,vbi infertur pœna mortis naturalis præſentantibus apochas falſas in publicis bancis, etiam ſi furtũ annexum non habeãt, vt in *prag*.5. 22. Octobris 1567. quæ eſt *D. Ducis Alcalà*; ibi: *Senza timor di Dio, e della giuſtitia, con polize falſe vanno nelli banchi, rubando li denari alli banchi predetti ingannandoli con dette polize falſe, che non ponno detti banchi ſecuramente negotiare, ſenza grandiſſimo pericolo, e danno loro*; & infra: *Hauemo deliberato con voto, &c. alterar le pene contro quelli, che portano dette polize per pigliar con quelle denari alli detti banchi, accioche per timore della pena s'aſtẽgano gli huomini di commettere detto delitto*; & infra: *Ancorche non haueſſero pigliati li denari, mà ſolo preſentate dette polize falſe in detti banchi, incorrano, e ciaſcheduno d'eſſi incorra in pena di morte naturale, che s'habbia da eſequire inuiolabilmente; & in prag*.8. 23 *Septembris* 1597. quæ eſt D. Comitis Oliuares fauore publici commercij totius Regni; quinimò totius Italiæ, quod in conſeruatione fide, & ſecuritate bancorum totaliter conſiſtit, vltra quod quo ad probationes tale delictum priuilegiatur.Addit,quod illa priuilegiatiſſima probatio ſit depoſitio creditoris,
15 & manus comparatio: *Volemo, che ſi habbia per piena, e ſufficiente proua à poſſere punire, e condennare li delinquenti predetti di detta pena di morte naturale*; ſubdit: *E così ancora incorrano, e s'intendano incorſi in la detta pena di morte naturale non ſolo quelli, che preſenteranno in li banchi predetti le dette polize falſe, ancorche non habbiano pigliato li denari, mà anco tutte quelle perſone, che l'haueranno ſcritte, dettate, e conſignate ad altri, che le preſentaſſero, ò in qualſiuoglia modo haueſſero participato, e participaſſero al concerto delle falſità*; & in *prag*. 9. 22. *Septembris* 1598. eiuſdem D.Comitis Oliuares ampliatur *in giratis,& ad bollettina*, quæ in bancis falſa præſentatur, quantũcũque non habuerint effectum, quia pecunia non fuit capta à banchis, imponitur pœna mortis, licèt pecunia non ſit capta.

Applicãdo ad caſum. Falſitates iſtæ non habent annexum furtum duc.ſex,de quo loquitur *Capitulum Regni ad hoc*.Sed duc. 2800. iam conſummatum per receptionem pecuniæ.

2 Hæc falſitas cum furto conſumato non fuit facta vna vice, ſed 24. vicibus.

3 Non fuit facta ab aliquo extraneo, ſed ab illo, qui edebat panem banci, cum ſtipendio duc. 25. quolibet menſe.Vndè exclamandum cum Propheta in perſona D. N. Ieſu Chriſti: *Qui edebat panem meum,magnificauit contra me ſupplantationem*. Et quis cuſtodiet bancum, ſi ipſi cuſtodes principaliores effodiunt, & ſuffurantur?

16 Arguo tertio ex alijs particularibus legibus, editis contra iſtos bancorum officiales; ſiquidem Carolus V. Cæſar conſtitutionẽ edita in Regno Siciliæ, *ſub tit. de bancharijs*, vt refert *Maſtrill. de indultu cap*.30. iuſſit hos pœna mortis puniri ſi in eorum officijs deliquerint, quam *conſtit*. refert etiam *Tupia in lib*. 5. *iur. Regni tit. de nummular*. qui etiam *Cæſar* in hoc Regno edidit *prag*. 1. *de nummular*. contra bãncharios ſe abſentantes, vt niſi infra *ſex* dies comparuerint, foriudicentur, & pœna vltimi ſupplicij puniãtur, quę pœna ad petitionem *totius Regni* ampliata fuit per Excell. Ducem Oſſunæ Veterem contra *librum maiorem, pandectarium,atq; capſarium*, vt *in prag*. 5. *de nummul*. & refert *Maſtrill. d. cap*. 30. *& Maxill. ſuper conſuet. Bari ſub tit. de ceſſ. bonor. n*.34. *& Nouar. de grauam. vaxall. tom*. 3. *grau*. 9. *n*. 26. *& 27*. & nouiſſimè *Danza tom*. 3. *cap*.13. *fol*. 515. *de pugna Doctorum*.

Nec dicatur Cæſarem loqui cõtra banchairos ſe abſentantes, & in fugæ odium: quia reſponſiones ſunt ſupra q. 5. n. 26.

17 Quid intereſt, quęſo, inter pandectariũ, librum maiorem, & Rationalem? nihil

equidem

equidem, immò maior ratio viget in iſto, quam in illis.

Nec dicatur in *pœnis* non fieri extenſionem nedum ex identitate, ſed neque ex *maioritate rationis*, quia fallit hęc regula, quãdo ex extẽſione fraudibus obuiatur, quia talis diſpoſitio reputatur fauorabilis, nõ
18 odioſa, *c. quanto de priuileg. c. ſi Ciuitas de ſent. excommunic. in 6. l. 1. §. pecuniam, ff. de calumn. l. ſed, & Iulianus, in princ. & in l. mutui datio, ff. ad Maced. Decius in regul. factũ, §. in peculibus n. 11. ff. de regul. iur.* Item quando ratio legis eſt *expreſſa*, & eſt *vnica*, & non poteſt niſi illa vnica ratio afferri, extenſio ſemper fit, non ex longa,
19 ac longiſſima maioritate rationis, prout eſt caſus noſter, ſed ſolùm ex *paritate*, vel *identitate*, vt probat *Abbas Villagut in tract. de extenſ. legum rubr. de extenſ. l. correct. & pœnalis ſimul n. 63. & ſeq. & in rub. de extenſ. l. pæn. reſpectu mere pœna n. 23.* & melius *Pater Merolla de legibus cap. 9. dubio 5. ex n. 73.* quia recepit extenſionẽ comprehenſiuam, & ſic non eſt extenſio, ſed comprehenſio, declaratio, & incluſio,
20 quia per talem extenſionem declaratur talem caſum, vel perſonam comprehenſam fuiſſe in mẽte legiſlatoris, licèt verbis non ſatis eam declarauerit arg. *c. ſi poſtquam §. ſi verò de elect. in 6.* & licèt aliqui dicant, hãc extenſionem fieri quo ad obligationem, non quo ad pœnam; quia pœna non pendet (dicunt ipſi) à ratione, ſed à voluntate legiſlatoris, talem pœnam imponentis. Hoc fortè procederet in *l. pœnali odioſa*, ſecùs verò in fauorabili, niſi lata ſit principaliter fauore Religionis, vel pię cauſæ, vel ad obuiandum fraudibus, vel pro quiete, & ſecuritate
21 publica; *Marſ. in pract. crim. §. aggredior, n. 58. & ſeq. Abbas Villagut de extenſ. legũ rub. de extenſ. l. corr. & pœnali ſimul n. 90. & in rub. de extenſ. leg. exorb. n. 6. & n. 2.* verſ. *limita 2.* Sed ego nihil hæſitans, dico, quod ſumus in longe maiori ratione, & cauſa, fauore publico vniuerſali, & ſic niſi per conniuentiam poſſet extenſio etiam in pœna denegari; *l. qui indignos, ff. de ſenat. l. qui pacto ff. de ſeruis exportandis; l. relegator. §. poteſt, ff. de interdict. & relegat. Ripa in rub. extra de Iudicijs n. 22.* verſ. *non obſtat ſecundo. Villa-*

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

gut in d. tractatu rub. de extenſ. legis pœnal. tantum ſub n. 1. Caſtill. quotidian. cõtrouerſ. lib. 5. cap. 170. ex n. 14. vſq; in finem.

Vnde hæc eadẽ Magna Curia referente D. Portio, furcis ſuſpendi fecit Ioannem Baptiſtam Lilla, officialem minimum
22 eiuſdem banci A.G.P. qui in libro addiderat ad 50. vnum o *zero*, & ex hoc illud 50. euaſerat 500. & fuit furcis ſuſpenſus ante portã Banci prędicti de anno 1650. licèt eſſet quidam iuuenis valdè groſſolanus, & ſpontè confeſſus. Scriba Rallo.

Quid dicendum in homine prouecto? quid in principaliori miniſtro? cui incumbentia totius patrimonij præclariſſimæ Domus credita eſt, qui vltra gagia, tam pingui prouiſione anticipatè ei ſoluta fruebatur.

Hæc cauſa non fuit expedita, licèt excluſus ab indultu generali, & dum hæc imprimuntur, adhuc dictus inquiſitus in carceribus M.C.V. detinetur; & Vice ſentẽtię, quę contra eum deberet eſſe prolata per Iudices Regni, ponam ſequentem eodem ferè tempore Venetijs latam cõtra Giornaliſtam alterius banci; Vt hinc addiſcant alij quomodo ſuper recta adminiſtratione bancorum inuigilandum ſit. Si iſti, qui hæc irrident, haberent pecuniã in bancis, & illam ictu oculi perderent, ex roſione horum Gurgulionũ; Herclè aliter iudicarent, aliter ſe haberent. Sed de his hactenus.

23 Nec eſt locus generali Indultui, nuper publicato ob natalem fœliciſſimũ Principis Dom. Noſtri, non ſolum ex ratione tradita per Maſtrillum *de Indultu cap. 41. n. 9.* quod littera indultus excludit Notarios falſantes inſtrumenta; & alias publicas ſcr.pturas; ne dicta verba publicæ ſcripturæ ſtent otioſa; & librum abraſum, apocham repoſitam in filſia inciſam, eſſe publicas, probatum eſt ſupra quæſt. 4. n. 18. 19. & ideo ſumus in caſu poſito per Maſtrillum; Verùm ex rationibus comprehenſionis ductis argumentis ex longe maiori ratione ex notario ad Rationalẽ, vt ſupra ex n. 12. quod etiam conſiderauit idem Maſtrill. quod ſit comprehenſio, non extenſio, eodem n. 9. Nec vnquam perſuaſum habui in-
24 dultum tanquam Principis beneficium,

quam

quam latiſſimè eſſe interpetrãdum. Quia cum indultus conceduntur:Boni, & qui ex eorum vultus ſudore ſuo pane veſcũtur,& Principi auri ingentẽ vim (vt par eſt) ſiuè pro nuptijs,ſiuè pro faſcijs,exoluunt, & nihil ex indultu habent, quia illo non indigent: otioſi verò, & qui eorũ delictis bonos inſectãtur, & nihil deſuo in donatiuo ponũt indultus beneficio,vt peiora (vti lupi faciunt)ſoli perfruuntur. Sicquè ſtrictiſſimè interpetrandum, & cũ caſus occurrerit, circa falſarios clarius, (vt vniuerſim cunctos excludat) declarandum.

Et quia ſupra memini de ſententia lata Venetijs contra Giornaliſtam vnius banci illius Ciuitatis, vt ſupra quæſt.*6.* vt erubeſcant, qui ſcribunt, eſſe actionẽ ciuilẽ, & me cum ſeueritate ſcripſiſſe, viſum eſt illam hic inſerere, prout iacet.

1662. *Adì* 25. *Maggio In Conſeglio di* X.

CHE Giacomo Bandini primo Giornaliſta nel Banco del Giro abſente, mà legitimamente citato, ſia, e s'intenda Bandito da queſta Città di Venetia, e Dogado, e da tutte l'altre Città, Terre, e Luoghi del Dominio Noſtro, Terreſtri, e Maritimi, Nauilij armati, e diſarmati in perpetuo. Rompendo il confin, eſſendo preſo, ſia condotto in queſta Città, doue all'hora ſolita gli ſia prima trà le due colonne di S. Marco, dal Miniſtro di Giuſtitia tagliata la mano più valida, ſi che ſi ſepari dal braccio, e cõ quella appeſa al collo, ſia poſto in vna Piata, e condotto à Rialto dirimpetto al Banco del Ziro, doue dal Miniſtro ſopradetto ſopra vn paro d'eminenti forche ſia impiccato per la gola, ſi che muora, douẽdo nel viaggio da vn Commandador eſſere publicate le ſue colpe. Con taglia alli Captori, ouero Interfettori, fatta legitima fede dell'interfettione, di ducati quattro mille entro lo Stato, e ſei mille in Terre aliene de' ſuoi Beni, ſe ne ſaranno, ſe non, de i denari della Signoria Noſtra, da eſſere immediate esborſati a' Captori, ò Interfettori, ò ſuoi legitimi Commeſſi, ò che haueſſe cauſa da loro ſenza alcuna contradittione, non oſtante antianità, ò altro in contrario da quella Caſſa, ò Camera, che ſarà di più ſodisfattione de' ſteſſi Captori, ò Interfettori. Conſeguirãno in appreſſo voce, e facoltà, oltre la taglia predetta, di liberar vn confinato in priggione, ò Relegato, ouero Bandito per qualſiuoglia caſo, e di qualſiuoglia conditione, niuna eccettuata, benche haueſſe più Bandi, e Condanne da queſto, ò da altri Conſegli, ò con l'autorità d'eſſo, ancorche non haueſſe adempiti li requiſiti delle Leggi, e non oſtante, che nella ſua ſentenza vi fuſſe qualſiſia conditione di tempo, ſtrettezza di Ballotte, lettura di Proceſſo, fuorche quelli per materia di Stato, ò intacco di Caſſa; E ſe occorreſſe, che in tal Captura, ò Interfettione reſtaſſe morto il Captore, ò Interfettore, habbiano li ſuoi legitimi heredi li ſopradetti beneſitij, e Taglie intieramente, da eſſere in ogni caſo conceſſi cõ la metà delle Balle del medeſimo Conſeglio, non oſtante qualſiſia prouiſione, ò Parte, così generale, come particolare in cõtrario, à quali in queſto ſolo caſo ſia in tutto, e per tutto derogato.

Tutti li ſuoi beni mobili, ſtabili, preſenti, e futuri di qualſiuoglia ſorte, ragioni, & attioni in qualunque luogo eſiſtenti, denari di Cecca, e Banco, & ogn'altro, niun'eccettuato, ſiano, e s'intendano cõfiſcati, & applicati alla redintegratione del publico denaro da lui eſpillato, e robbato, giuſta la liquidatione, che douerà eſſere fatta dalli Capi di queſto Conſeglio, & Auogadore del Caſo, detratto ſolamente l'ordinario, che ſi ſpendeſſe all'Auogaria di Comun, e quello ſopraũzaſſe, ſia applicato giuſta le leggi, & all'ordinario dell'Officio dell'Auogaria predetta.

Tutti li contratti di cadauna ſorte fatti da eſſo Bandini da due anni in quà reſtino tagliati, & annullati, come ſe fatti nõ foſſero, douendo cadauno venirli à dar in nota nel termine di giorni quindici, e quello, cha ſi cauarà delli medeſimi, ſia pure confiſcato, come ſopra, ſotto le pene, così pecuniarie, che afflittiue, à quelli, che occultaſſero alcuno d'eſſi Contratti, e che in altra via ſe ne veniſſe in

lume,

lume, che più pareranno a' Capi di queſto Cōſeglio, che pro tempore ſaranno, & all'Auogador del caſo, ò ſucceſſori, a' quali s'intendi rimeſſo l'affare, e l'inquiſitione, per indagare li contratti medeſimi, e li veri debitori del ſudetto Bandini di qualunque ragione, ò cauſa per farli intieramente ſodisfare, e contare in fiſco gl'effetti, che haueſſero di detta ragione.

Se alcuna perſona di queſto Stato di qual grado, ò cōditione ſi voglia, & anco che foſſe congiunta con eſſo in qualunque grado di parentela, li darà in alcun tēpo mai in queſta Città, ò altro luogo dello Stato, ò fuori d'eſſo, fauore, indrizzo, corriſpondenza, denari, ò ricapito, lo accetterà in Caſa ſua, caminarà con eſſo, gli ſcriuerà, auiſarà, li ſomminiſtrarà aiuto di qualunque ſorte, ouero hauerà qualſiuoglia prattica, ò intelligenza, cada in pena di bando perpetuo di tutte Terre, e luoghi, e capitando nelle forze ſtar debba anni dieci in prigione de condannati ſerrata alla luce, ouero condennato anni cinqne in Galera con ferri a' piedi giuſto gli ordini della Camera dell'Armamento, riſpetto alla qualità delle perſone da eſſere conoſciuta da' Capi di queſto Conſeglio, nel tempo de' quali veniſſe il caſo.

Li Communi delle Ville, e luoghi del Dominio Noſtro, doue il detto Bandini capitaſſe, ſiano tenuti ſonar Cāpana martella, & vſar ogni poſſibile diligenza per prenderlo, ò viuo, ò morto, & in caſo di preſa, ò d'Interfettione d'eſſo, hauer debbano li beneficij promeſſi in tutto, e per tutto per la preſente Sentenza, e mancādo eſſi di quanto li viene con queſta cōmeſſo hauuta che s'habbi notitia, ch'eſſo ſia ſtato nelli luoghi loro, li Menghi, Degani, Maſſari, & altri ſimili deputati; ſia cadaun di loro, che hauerà mancato eſſendo ritento, cōndannato al remo in Galera per anni cinque con tutti gli ordini della Camera dell' Armamento; & in caſo d'inhabilità à ſtar per altrettanto tempo in vna prigion ſerrata, e non eſſendo ritenti, reſtino banditi in perpetuo di tutte le Terre, e luoghi, e ſiano puniti d'altre pene, ſecondo la qualità delle tranſgreſſioni.

Non poſſa mai dal preſente Bando liberarſi per gratia, voce, facoltà, che alcuno haueſſe, ò foſſe per hauere, nè in virtù di Parte General de Banditi, nella qual ſempre s'intēdi eſcluſa la perſona del ſudetto *Bandini*, nè per via di raccordi, ò denontie anco cōcernenti materia di Stato, nè ad inſtanza de Principi, a' quali anzi in efficaciſſima maniera ſia continuato à ricercarlo, nè per l'interfettione, ò conſegna, che faceſſe fare di qualſiuoglia altro Bandito di Bando vguale, ò ſuperiore niun'eccettuato, nè ſotto preteſto di militar in publico ſeruitio, nè per altro eſcogitato modo, ſe non paſſati anni trenta, e che nella voce ſia eſpreſſamente nominato la perſona di detto *Bandini*, e ſe prima non ſarà ſtato *riſſarcito l'intacco* predetto, & in ogni tempo, e caſo, con parte poſta dal Sereniſſimo Principe, e da tutti ſei li Conſeglieri, e Capi, preſa poi con le noue, e poi cō tutti li voti di queſto Conſeglio ridotto al perfetto numero di 17. e letto prima intieramente tutto il Proceſſo, quale nō poſſi eſſer cauato di Caſſon, nè meno poſſa eſſer preſo, e deliberato, che ſia letto, ſe non per parte poſta, e preſa come ſopra, e letta prima la ſentenza preſente, & il Proclama.

Nè poſſa eſſere poſta parte alcuna in ſuo ſolleuo cō qualſiuoglia preteſto, nè meno di diſpenſar il numero ſopradetto, prima che ſiano ſpirati gli Anni trenta predetti, ſe non con le medeſime ſtrettezze delle noue, e tutte le diſiſette, e ſuccedēdo per qualunque accidente la ſua liberatione, non poſſa mai per qualſiſia gratia, niuna eccettuata, ò ſotto preteſto di qualunque eſcogitato mezzo eſſercitar più Carico publico d'alcuna ſorte.

Sia la preſente Sentenza publicata ſopra le Scale di San Marco, e Rialto, e ſtampata.

1662. 26. Maggio. *Publicata ſopra le Scale di S. Marco, e Rialto.*

ARGVMENTVM.

De liberãtijs,quæ ex officio Scribę portionis emanantur quid ſint, quomodo ritè expediantur. An *pragm.* 4. *de empt. & vendit.* quę ſub pœna amiſſionis crediti, & alia corporali prohibet illarum venditionem,niſi in duobus caſibus,fuerit vnquã obſeruata,quãdo lex poſitiua obligeț ſi non recipiatur, quid ſi iuit in deſuetudinẽ, vt exinde nõ obliget cõtrauenicẽtes,An in lege diuina naturali detur Epikia,quid in lege poſitiua , quomodo , & quibus caſibus. An comprehẽdat caſum neceſſitatis ; in quem vendens fuerit facto ipſius Legiſlatoris coniectus . Quid ſi liberantia non cõtineat debitum ex gratia , vel ex ſtipendijs , ſed debitum ipſius Legiſlatoris , ex contractu nominato, & iurato, An valeat lex, qua Princeps, ob cõtrauentionem creditoris ſuæ legi poſitiuæ, declaret ſemetipſum abſolutum à tali ingẽti debito: cum ſolemni *deciſione* nouem Spectabilium Iudicum delegatorum per Suã Sacram Regiam Maieſtatem .

1 *Liberantiæ quid ſint , & quomodo rite expediantur .*
2 *Mandatum pro ſolutionibus per D. Proregẽ quomodo expediatur .*
3 *Prag.* 1. *de mercatura officialibus prohibita declaratur, & n.* 12. *& n.*4. *prag. de empt. & vendit.*
5 *Inſtantia Regÿ Fiſci in hac quaſtione.*
6 *Falſitas in duplicatione exitus , qua inuẽtione commiſſa, & n.* 7.
8 *Paritas votorum facta in cauſa prædicta.*
10 *Adiuncti ad dirimendam paritatem dati à Rege, & non à Prorege, & quare .*
11 *Diremptio paritatis pro cliente.*

QVÆSTIO NONA.

IN Regno mandata, quæ ab officio ſpectabilis Scribæ portionis in dies emanãtur directa ſpectabili generali Theſaurario Regni , vel Quæſtoribus Prouinciarũ, quos Perceptores, vel Theſaurarios appellant, vt ſoluant omnibus armatæ terreſtris, & maritimæ,& etiam inermis militiæ,publica ſtipendia, ac quibuſcũque, qui cum Regia Curia negoriantur quocumquę modo eorum credira, vocantur
1 liberantiæ; vt habetur in *Prag.* 1. *de off. Scribæ Portionis,* Tapia *de Iure Regni lib.*2. *rub.* 11. & eodem *lib. de off. quæſtoris generalis rub.* 10. Taſſon. *de antephato,* qui refert loca Frecciæ , & Surgentis , *verſ.* 3. *obſer.*3. *ex n.* 348. *Trib.*21. *& Trib.*23. *ex n.* 351. Carlenal, *tom.* 2. *diſp.* 6. *num.* 20. Præcedir neceſſariò liberantiã mandatũ
2 Illuſtriſs. & Excellentiſs.Domini Proregis ſubſcriptum nõ ſolùm manu ſua, ſed viſum ab omnibus Dominis Regentibus Regiam Cancellariam , ac etiam à Spectabili Locumtenente Magni Camerarij; ſed non ſubſcribitur à Secretario Regni, ſed à Secretario Status, & belli eiuſdem Excellentiſs. D, Proregis, eo quod non emanatur per Cancellariã, ſed per Scrinium , ſiuè Scriptorium belli , & ſtatus eiuſdem D. Proregis, quod mandatum taliter expedirum, ac ſignatum de verbo ad verbum inſeritur in liberantia, quæ remanet originalis penès Theſaurarium generalem Regni, qui eſt etiam gubernaror arcę militaris , pro eius cautela, vt iuſtificet ſoluriones, & compura, quæ ſingulis ſemeſtribus de neceſſitate ſui officij tenetur præſenrare in Regia Camara Summariæ ; quę vocantur cedula, & penès ipſum Theſaurarium,ſiuè in ſuo officio remanet contra cedula, cum alijs

libris

uoris,& regiſtris. Deinde in Camera ipſa per Magnificos Rationales cedula, & computa ipſa diſcutiuntur.

Ob ingentes ſumptus, qui Reipubl. Gubernium ſequuntur, ſolutio liberãtiarum nõ etiam non eſt prompta, & præſens, ſed valdè difficilis: Vnde cęptũ fuit ſuper his liberantijs negotiari, & ab illis, qui illarum exolutionem conſequi non poſſent, eas vendi viliſſimo pretio, vt emptores ſua potentia, fauore, & quandoque authoritate propria, integraliter illas ſibi perſoluant pro centum, quod decem redemerunt. Huic ſceleſti negotiationi, vt obuiaretur, duæ leges municipales hoc in Regno latæ ſunt. Altera eſt *prag.*
3 Cæſaris Caroli V. emanata de anno 1536. inſerta in *prag. ſub tit. de mercatura officialibus prohibita* ſub die vltimo Iulij 1566. hæc vetuit Regijs adminiſtris participare per ſe, vel per interpoſitas perſonas, in cambijs, ſeù in alijs contractibus faciendis per Regiam Curiam, ſub pœna priuationis officiorũ ipſo facto, & alia reſeruata arbitrio Viceregis, neque etiã ſub dicta pœna emere debita Curię, ſeù Chirographa, vulgo dicta liberãtias, neq; ſuper illis contractus aliquos facere, & qui contra fecerint, vltra dictas pœnas perdant ipſo iure dictas liberantias, & nihil petere poſſint à Curia, neq; ab ijs, cum quibus contraxerunt, &c.
4 Altera lex eſt *pragm. 4. de empt. & vendit.* data Mantuæ Carpetanorum 6. Nouembris 1575. publicata gubernante Regno eodem anno, & menſe Ill. Duce Alcala Peraſanio Ribera. Dicit ſic. *Qualquier perſona, &c. non pueda vender, dar, nè ceder libranzas à ninguna perſona por qualquier titulo, ò razon, que ſea ſi no fuera dãdo las tales liberanzas en dote para la collocaçion de ſus hijas, hermanas, ſobrinas, ò otras pſonas, que eſten a ſu cargo, ò las queſieren beneficiar con ellas; eccetto tambien dandolas, ò cediendolas à Tgleſias, y Hoſpitales, ò otros lugares pi os, &c, y el que fuera de los dichos caſos vẽdiere &c. y el que la acceptare ſea priuado del credito en ellos contenido; de manera que ni l'vno, ni l'otro puedan pedir el dicho credito à la Regia Corte antes en tal caſo las liberanzas ſean nullas, y de ningun valor, y efecto.* Inſtabat ex his Fi-

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

ſcus; quatenus *Ioannes de Zeuallos Dux Oſtuni*, qui fuerat aſſientiſta (de hoc recenti vocabulo vide Raphaelẽ de Turri *de cambys* verbo *aſſientiſta in prologomen. lib. 1.*) & negotiatus fuerat cum Regia Curia ſupra mille myriadas aureorum, & qui 20. Iulij 1651. de ordine Didaci de Vzeda M. C. L. & ſex aliorum Iudicũ delegatorum per Regem D. N. in cauſis Theſaurariæ, & militaris arcę; quique ſe vendidiſſe de liberantia duc. 100000. ad ſui fauorem expedita ducat. 25. mille Io: Nicola Cocchi confeſſus erat, declararetur amiſiſſe non ſolum duc. 25. mille venditos, ſed alios ducat. 75. m. mille, & etiã puniretur pœna corporali. Quia
5 ſciebat (dicit Fiſcus) *emptionem prædictã fieri à d. Nicolao Caſcerio Arce militaris, & Theſaurariæ generalis delirquenti, & profugo, & propter falſitates, & furta in officio commiſſa, vt cum dicta liberantia poſſet cooperire aliquas ex partitis duplicatis, & falſis, propter quod vltra amiſſionem totius crediti in liberantia contenti, dictus Ioannes tenetur, & puniri debet grauiſſima pœna corporali, tanquam conſulens adiuuans, & miniſterium preſtans dictis furtis, & falſitatibus, quas nõ ignorabat eſſe committendas, prout commiſſa fuerunt, & præſertim cum dicta partita per eum vendita.*
6 Cumulabat prædictis, ꝙ in alia liberantia eiuſdem Ducis duc. 34. mille exitus in dorſo illius erant vitiati. Siquidem vt appareret, quod Theſaurarius prædeceſſor non perſoluerat totam ſummam, ſed partẽ illius, abraſerunt miniſtri Theſaurarij ſucceſſoris, numerum, qui ſignabat 30. mille, vt remanerẽt ſolũ quatuor mille, ad finem vt Theſaurarius præſens exitaret illos 30. mille, quos prædeceſſor ſoluerat. Et ſic duplicarẽt exitũ; ob quod delictum patrandũ neceſſum fuit vitiare non ſolum exitus in dorſo liberantiæ, ſed qa vna trahit aliã, ſicut abyſſus, oportuit etiam vitiare cedulam contra cedulam, librũ Theſaurarię, & alias publicas ſcripturas. Cum enim prædeceſſor Theſaurarius erat mortuus, & nil in bonis reliquerat; parum referebat; vt remaneret debitor in illa ſumma; dummodò officiales præſentis Theſaurarij ſibi ſecundum exitum appropriarent. Fingendo à pri-

H 2 mo

mo non eſſe Ioanni Zeuallo ſolutum, vt poſſent effingere ipſos complementum ipſi Ioanni ſoluiſſe, & ſibi dictũ complementum appropriarent; quæ vitia, abraſiones, mutationes non ſolùm in dicta, ſed in alijs multis liberãtijs, diuerſorum militum, miniſtrorum, & aliorum aſſentiſtarum admiſſæ fuerunt.

7 Tertio in alia liberantia duc. 20000. mille, id etiam fuit perpetratum, nam cum prædeceſſor Theſaurarius integram illã ſoluiſſet, apparebat abraſo vno o *zero*, ſoluiſſe ſolũ duc. 2000. & Pręsẽs *Theſaurarius* duc. 18. mille. Vndè abraſis libris, mutatis paginis, vitiatis cedulis cõtracedulis, de quibus officiales Theſaurariæ erant conuicti, & ob id torti, decapitati, & foriudicati, dicebat Fiſcus Ioannem Ducem Hoſtuni eſſe complicem. Et ſaltim in iſta duc. 20000. excuſari nullo modo poſſe. Siquidẽ computũ per eum, vt moris eſt, in Regia Camera præſentatum non correſpondebat veritati, ſed mendacijs, ſed falſitatibus. Siquidem cũille ſub gubernio prædeceſſoris Theſaurarij recepiſſet duc. 20000. in vna vice; præſentauit computũ, quo fatebatur recepiſſe 2000. à *Prædeceſſore*, & duc. 18000. ſub gubernio *Præſentis*, qui etiam ſuum compatrem eſſe fiſcus exclamabat.

8 Vnde datis defenſionibus, & diſcuſſa cauſa die 5. Octobris 1652. votantibus quatuor Iudicibus, (alij enim erant mortui) fuit Dux à partita duc. 34. mille liberatus in forma cũ cautione duc. 150. nouis ſuperuenientibus inditijs. In partita duc. 100000. fuit facta paritas, duo enim dixerunt, vt perderet totam ſummã, & deportaretur in Inſulam; alij duo vt liberaretur in forma. In partita duc. 20000. fuerũt ipſi Duci date deféſiones

9 intus carceres; Iudices fuerunt quatuor, tres Conſiliarij, Soto, Burgos, & Vlloa, omnes poſtea ad Regentiam Cancellariæ adſciti, & Simon Vaaz, Præſidens Regiæ Cameræ decanus. Penès Ianuarium Caſollam Reg. Cameræ Actorum Magiſtrum.

Ipſe, qui pertinaciſſimè obſtaui, ne pro dirimenda paritate, adiretur Prorex tunc Ognate Comes, vt daret ipſe adiunctos, ex hoc aſſerui vitam, honorem, & ſubſtantiã Ducis Hoſtuni ex profundo malorum; Et oſtenſo ei loco apud *Guicciardinum lib.* 18. *fol.* 53. dixi, expedire non ſolum detineri in carcerem, ſed potius mori, quam in diſcrimine omnia prædicta certiſſimè reponere; vt experientia tunc cum alijs inquiſitis comprobabat. Sed poſt multam contentionem cum eo habitam, vici, vt contentaretur interim manere in carcerem, & adiuncti peterẽtur à Domino noſtro Rege, de Duce ipſo optimè meritò; Qui poſt annum datis tribus Regijs Conſiliarijs adiuntis, Ioannem Baptiſtam Amendolam, Thomam Martinez de Vidaureta Cæſar Auguſte natum, hominem apertum, pium, limpidum, ac doctum, dominum, & amicum meum, qui paulò poſt, ad ſupremi Collateralis, & Cancellariæ Regentiam adſcitus, hoc diro contagio malo omnium extincto, & Ioannem Baptiſtam Piſanellum *Præſidentem* Regiæ Camerę, ſimiliter eadem peſte defunctum, coram quibus, & alijs Iudicibus, pluries, & pluries cauſa acerrimè diſcuſſa poſt multa (quæ infra reperies) pro præcedentijs Iudicum occurſa, fuit paritas pro Duce

11 dirempta, & abſolutus Dux, vt in calce quæſtionis ſequentis reperies.

§. 2.

12 *Pragm.* 3. *de empt. & vendit. loquitur contra emptorem.*

13 *prag. de venditione liberãtiarum ſunt correctoriæ.*

14 *Lex non recepta à populo non ligat.*

15 *Quare requiratur acceptatio populi.*

16 *Deſuetudo non ignorata à legislatore tollit legem.*

17 *Venditio liberantiarum publica, & notoria ſicut vẽditio apocharum ante reuolutionem, & n.* 19.

18 *Conſenſus perſonalis, & legati Principis qualis eſt.*

19 *Adeula, & aſſiento noua nomina.*

20 *EpyKia an detur in lege naturali, & quomodo.*

21 *Lex naturalis cur dicitur lex diuina.*

22 *EpyKiam etiã Etnici cognouerunt lumine*

naturæ

naturæ, & quid ſit ex Ariſtotile n. 23. & 24.

25 *Defectus non eſt in lege, ſed in natura, vnde oportet dari EpyKia, & datur in Iure ciuili.*

26 *Quando excuſatur quis ſequens EpyKiam & n. 27.*

29 *Hiſtoria de neceſſitate Dauid, & Clementis 7. n. 30.*

31 *Liberantiæ poſſunt vendi ex cauſa dotis, & n. 32*

33 *Dos prohibita alienari, alienatur ne vir carceretur. Ergo fortius venduntur liberantiæ, quæ venduntur licitè pro conſtituendis dotibus.*

34 *Prag. 4. intelligi debet de liberantijs gratiæ, non Iuſtitiæ.*

35 *Poteſtas abſoluta non datur in Principe Chriſtiano.*

36 *Sũmus Põtifex an poſſit abſoluere ſemetipſum à Iure iurando.*

37 *Imperator eſt ſupra caput Iuris Ciuilis, & ſub pedibus Iuris gentium.*

38 *Teſtator licèt diſponendo faciat legem, non procedit vbi eſt debitor, vel quaſi debitor.*

DIxi enim, quamplurimis Scriptis exaratis, primam *pragmaticam* Cæſaris non facere ad cauſam; loqui enim cõtra Regios Cõſiliarios, & Officiales Regios
12 ementes liberantias, & ſic loqui contra emptores, non contra venditores, vt eſt clara littera illius, & patet ex eo, quod concludit: *Nihil petere poſſint à Curia, neque ab his, cum quibus contraxerunt.* Quaſi dicat, non habet actionem petendi à Curia, neque repetendi pretium à venditore, ſtante quod Curia non debet ſoluere. Vltra quod tãquã exorbitans, & correctoria, iuris diuini, & humani, non poteſt extendi vltra emptorem, de quo expreſsè loquitur. Quod autem ſit correctoria, nõ poteſt heſitari, quia ſicut vnuſquiſque poteſt vendere ſuum pallium, ſuã domũ, ſuũ equum, ita & liberantiã; vnuſquiſq; poteſt bona ſua in mare proij-
13 cere. M. Tull. *in oratione pro* L. C. *Cor. balbo, & pro Roſcio Americo Comedo*, ſic & iure Ciuili *in l. in re mandata C. mandati, & in l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. cum vulgar.* Secundam verò nunquam fuiſſe acceptatã, & ideò nunquã habuiſſe ſtatum, & legis efficaciam, vt eſt communis ſententia *Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.* omnium DD. *in c. 1. extra de tregua, & pace*, vbi ſignantèr Felyn. Nauarr. *conſ. 1. de conſtit. q. 5. n. 23. & 24.* & melius in
14 *ſumma cap. 23. n. 41.* vbi ſic ait: *Lex antequam recipiatur per maiorem partem ciuitatis, cuius pars eſt tranſgreſſor, non ligat, quoniam promulgari videtur, cum conditione, ſi recipiatur ſaltem per maiorem partem.* Sequitur Leſſius *lib. 2. cap. 22. dubit. 13. n. 98.* Diana *in tract. de legibus reſol. 1.* & eſt *tex.* ad literam *in l. de quibus ff. de legibus.* Ipſe *leges nulla alia cauſa nos tenẽt, quam quod iudicio populi receptæ ſunt.* Et ex hoc Gratian. 4. *diſtinct. c. in iſtis §. leges. Leges inſtituuntur cum promulgantur, firmantur cũ moribus vtẽtium approbantur.* Ita ex *Alex. ab Alex. lib. 6. dier. gen. cap. 23.*
15 quod hic eſt mos antiquiſſimus ferendi leges, quod ita eſt conueniens ad commune bonum, quia ex acceptatione populi demonſtratur legem eſſe verè pro communi bono promulgatam: Et ſi cõſuetudo poteſt abrogare legẽ iam receptam, & obligantem, multo magis poteſt præuenire nè obliget. Quod ſi iſta, omnibus non probantur; Non inuenietur Doctor, qui neget, hæc omninò procedere, quoties non receptio legis, tranſijt
16 in conſuetudinem à legiſlatore nõ ignoratam, & eo fortius ſi fuerit aliquando certo modo approbata. Ita Cardin. in *proœm. Clement.* in verbo *Vniuerſitate, quæſt.* 2. cum concord. per *Suarez de legibus lib. 3. cap. 19. ex n. 10. Merolla diſput. 5. de conſuet. dub. 3. ex n. 33.* cum ſequẽt. Quod nunquam fuerit à Principe igno-
17 rata venditio liberantiarum, tum palam, & publicè, vti triticũ in mercato, vt apochæ arrẽdamentorum in apotechis proxenetarum in regione Nidi ante annum 1647. (de quo ſceleſtiſſimo commercio, vnica materies reuolutionum Galeota *reſponſo* 22. & Sanfelic. *deciſ.* 285.) probatione non indiget; & hic conſenſus Principis vocatur legalis, ſeù Iuridicus, quia non datur perſonaliter à Principe, ſed videndo, & non contradicendo, nec impediendo. Conſenſus perſonalis Principis expreſsè conſentientis, habetur ex
18 aſſentis (nouum nomen fœneratorum, vt de adeala dicit *Galeota reſponſ. 29. n. 70.*) Partitis à quindecim annis citra

factis

factis in hoc Regno, inſtrumenta illorũ
producuntur, ſtipulata cum Principe,
Camera, & Fiſco; In quibus aſſientiſta
ſe obligat ſoluere tot in Belgio, tot Me-
diolani, & tot in diuerſis mũdi partibus,
in pecunia numerata, & tot in *liberãtijs*,
ſtipendiorum, vel penſionum, vel ſimiliũ.
Hæ liberantiæ vel donatæ, vel emptæ à
creditoribus illorum per aſſiẽtiſtam; ſed
donatio non præſumitur, neque in his
præſumi poteſt. Ergo emptę, ſi emptę, ad-
19 miſſæ in contractibus; ſi admiſſæ, quid
amplius quærimus de lege hæc vetante,
quid vexatur tam ſeuerè infœlix Dux
Hoſtuni?

Dixi, quod etiam ſi eſſet acceptata à popu-
lo, ac in viridi obſeruantia, & non eſſet
exorbitans à Iure; ſed eſſet lex Diuina
naturalis, Dux vendendo partem liberã-
20 tiæ, nempè duc. viginti quinque mille
ex ea; adhuc eſſet excuſatus, & deberet
abſolui propter *EpyKiam*, quæ etiam in
lege naturali dari probatur ex Felyn. *in
c. quæ in Eccleſiarum n. 26. de conſtit. Soto
lib. 1. de Iuſtitia q. 7. art. 7. & lib. 10. q.
3. art. 4. Nauarrus conſ. 4. de deſponſal.
Impub. Salas de legibus diſput. 5. ſect. 10.*
21 non quod lex naturalis, quæ eſt lex di-
uina, quia includit voluntatem ſaltem
Dei permittentis, vel præcipientis indi-
geat emendatione, ſed per modũ expli-
cationis veri ſenſus legis, rationes alicu-
ius actus particularis, cum aliqua circũ-
ſtantia, ob quod non comprehendatur
22 ſub lege naturali. Et inter circũſtãtias,
ſemper, vt ſit locus EpyKiæ, eminet ne-
ceſſitas ineuitabilis, vt habent omnes, &
S. Thomas 2. 2. q. 66. art. 7. Sed nos non
ſumus in lege diuina, naturali, ſed in lege
humana poſitiua contra Ius commune
23 promulgata, vt ſupra dictum eſt. In qua
negare EpyKiam, eſt negare ipſam veri-
tatem, quam tanquam euidentem lumi-
ne naturę tradidit *Ariſt. 5. Ethicorum c. 10.*
vbi hac ratione inter partes Iuſtitiæ pò-
24 nit æquitatem, ſeù EpyKiam, quam de-
finit eſſe emendationem legis, & ex par-
te, qua deficit propter vniuerſale, hoc eſt
quia eſt vniuerſaliter lata: quia neceſſa-
rium eſt, vt lex humana deſinat obligare
in aliquo particulari euentu, & vt vni-
uerſalis diſpoſitio in omnibus particula-
ribus caſibus ita ſit recta, quin aliquando
deficiat. Ergo ex his, & alijs, inquit Ari-
ſtotiles, neceſſe eſt, vt lex humana gene-
raliter lata in aliquibus caſibus nõ obli-
get, quia defectus non eſt ex lege, vel
legiſlatore, ſed in natura, ſeù in materia
mutabili. Quod ſequuti Ariſtotilẽ dixerũt
25 I.CC. *in l. 4. ff. de legibus, & in l. 5. ff. eod.* &
melius Iulianus in *l. neque leges 5. ff. eod.*
Vnde ex his dictus caſus particularis,
etiam lege vigente, etiam ſi non ſit in il-
lo diſpenſatum, ex EpyKia, in lege non
comprehenditur, etiam ſi in nulla alia
lege exceptus ſit. Ita S. Thomas 1. 2. *q.
96. art. 6. & 2. 2. q. 60. art. 5. ad 2. & q.*
120. per totam, vbi Caiet. Soto *lib. 1. de
Iuſtitia q. 6. art.* 8. Medina 1. 2. *quæſt. 96.
art. 6.* Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa n.*
13. Merolla *de legibus cap. 8. dubit. 1. n. 2.
& 3.* Et hoc eſt non ſolum quando lex in
27 tali particulari caſu redigeretur ad ini-
quitatem, ſed quando eſſet acerba, & ni-
mis difficilis, & afferret nocumentum
graue contra bonum particularis perſo-
næ, & nulla alia ratio communis boni
obligaret ad illud inferendum, vel per-
mittendum, nõ ſolum in bonis acquiſitis,
ſed etiam acquirendis, S. Thomas 2. 2. *q.*
120. art. 1. & alij per P. Merolla *diſp. 4.
cap. 8. ex n. 21. ad n. 30.* vbi concordantes.
EpyKia eſt. Primo, quia *pragmatica* non
28 loquitur in toto Regno reuoluto, in ho-
mine Neapoli, & Hoſtuni, omnibus bo-
nis crudelibus incendijs (ſolũ quia Hi-
ſpanus Regique fideliſſimus) ſpoliato,
quique vltra incendia pretioſiſſimæ ſup-
pellectilis, perdidit annuos duc. ſexagin-
ta mille, quorum in arrendamentis, ga-
bellis, & fiſcalibus functionibus potie-
batur, omnibus ſuſpenſis, ac ſublatis, ad
ſedandas reuolutiones; & in tali tempore
non etiam liberantias, ſed filios vendi-
diſſet, vt ſuæ neceſſitati ſuccurreret.
Nonnè Dauid ex cauſa famis, ſanctifica-
29 tos panes propoſitionis de templo Dei,
cum à Saulo inſequeretur Sanctè ſurri-
puit Samuelis *c. 21.* Quid quod ſimonia,
omni iure diuino prohibita eſt; *c. tanta,
§. omnis peccator, extra de ſimonia*; & tamen
notoria neceſſitate compulſus Summus
Pontifex Clemens VII. iuſtè licitari fecit
30 aliquod galera Cardinalium. *Propoſitis*

venali-

venalibus Senatorijs aliquod galeris, qui cõſenſu militum non obſcura licitatione venderentur. Iouius *lib.* 25. *Guicciard. lib.* 8. Panuiu us, Ciacc. & alij in vita Clementis.

31 Secundo *pragmatica* permittit vẽditionem liberantiæ ſi fiat ex cauſa dotis, & non ſolùm pro dotanda filia, ſed nepte, ſorore conſobrina, vel altera, *que eſtè a ſu cargo.* Item ſi donantur Hoſpitali. Deus immortalis! quod eſt plus, dotare filiã, vel hominem negotiatorem complere, & *ſatisfacere vnam tractam*? Teſtor Deum, Ducem ipſum pro ſatisfaciendis creditoribus, adhuc proprias filias in monaſterijs educandi cauſa detemptas, nubilẽ ætatẽ exceſſiſſe, & eas adhuc nõ maritaſſe. Quid inde? quia magis cordi ſibi eſt, dimittere creditores, & ſuam æxtimationem punctualis negotiatoris conſeruare, quam dotem proprijs filiabus conſtituere.

32 Dotem etiam ab omnibus legibus priuilegiatam, & vendere ſemper prohibitam iure omnium gentium, *l.* 1. *ff. ad l. Iul. de fund. dotal.* & tamen mulier licitè illam vendit non ſolum pro excarcerando marito, *ſed ne carceretur*; quicquid diſtinxerit Faber C. *ad Velleian. difinit.* 26. Ergo ſi venditur dos pro ſuccurrendo viro, eo fortius poſſunt vendi liberãtiæ, quæ pro danda dote, & ipſe vendi poſſunt cum potentior ſit cauſa in cauſante, quam in cauſato. Caſtrenſ. *conſ.* 421. *quod renunciatur, verſ. non obſtat, lib.* 2. Et ſi quilibet ex iſtis caſibus excuſat ab om-

33 ni pœna, & ab omni lege, quia legẽ nõ habet, *cap. ſicut de cõſecr.* 1. *diſtinct. & gloſſ.* quæ ad hoc multa allegat *in l.* 1. *in verbo expedire, ff. de offiç. conſul. & gloſ. in l. itẽ quamuis,* in verbo *neceſſitatem* in fine, *ff. comm. diuidundo*; idque eſt, quod alibi dicitur, quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitum; *cap. quod non eſt de regul. iuris,* & inculpabile eſt indicandũ, quod neceſſitas intulit; *cap. ad limina* 30. *q.* 1. *& cap.* 1. 34. *q.* 1. & paupertas à multis, alioquin prohibitis excuſat, multa, quæ contra regulas iuris inducit *gloſ. in cap. vltimo* 34. *q.* 1. & Archidiac. *in cap. pauper* 11. *q.* 3. & *Simonidis* ſententia eſt, ex arcanis Homericis, quo loco de morte Sarpedonis loquitur, ni fallor, de-

Conſi. Caſar. Spec. Peregr. qq.

prompta. *Neceſſitati, ne Deos quidem reſiſtere.* Eamque expreſſiſſe videtur Liuiu *lib. ab vrbe condita* 9. cũ ſcribit: *Parcatur neceſſitati, quam ne Dij quidem ſuperant.* Et ſi hæc in omni neceſſitate dicta ſunt, quid erit de illa, in qua cauſa eiuſdem *legislatoris,* & pro illi inſeruiendo in maiori neceſſitate, quis eſt redactus. Rex enim, ob aſſerẽdo *Orbatello* ingenti exercitu Terra, Mariq; obſeſſo, mutuatus à Duce Hoſtuni de ſummis immenſis (vt in alijs *quæſtionibus* dicetur) & creditor ex alijs cauſis, illi non ſolutis; ob alias vrgentiores neceſſitates, quibus & ipſe præmitur; vnde iniquiſſima, & peccato magno reſperſa eſſet lex generalis, ſi hunc caſum particularem complectere diceretur. Quando non eſſet exoleta, & nunquam obſeruata.

34 Denique dicta *pragmatica,* vt quanto minus eſt poſſibile lędat ius commune, intelligenda eſt de illis liberantijs, quæ ob ſtipendijs inſeruientium Suę Maieſtati, vel ex ſua munificentia expediuntur. In iſtis Sua Maieſtas poteſt illas conditiones, & leges benè ſibi viſas imponere. In liberantijs autem pro ſatisfactione *mutui* ipſi Regi D. N. factis ad quod per inſtrumẽtum iureiurando vallatũ (prout eſt præſens, de qua agimus)

35 non credo poſſe de poteſtate ordinaria (*abſoluta autem nõ datur in Principe Chriſtiano,* D. Galeota *controuerſ.* 51. *nu.* 57. Cancer, *de priuilegijs num.* 114.) talem legem condere; vt quod ſi quis vendit Chirographum ſui crediti perdat, & ipſum creditum, & ipſe debitor contra iuſiurandum declaret ſemetipſum abſolutum, ac liberatum. Cum valdè in iure controuerſum ſit, an Summus Pontifex poſſit abſoluere ſemetipſum à iuramen-

36 to, & negarunt Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynut.* in verbo *duas habens filias ex n.* 269. Barbat. *conſ.* 1. in fine, *vol.* 1. Iacobat. *de concilio lib.* 9. *art.* 10. tractat meus Magiſter D. Capyc. latr. *conſult.* 75. *ex num.* 202. & quod iure naturali nobis debetur, vel quod noſtrum eſt a nobis ſine facto noſtro tollatur, contra *l. id quod*

37 *noſtrum,* vbi Dec. & Cagnol. *ff. de reg. iur.* & licèt Imperator ſit ſupra capus iuris ciuilis, eſt tamen *ſub pedibus iuris gentium,*

tium, & eò fortius *iuris naturalis*, verba Bal. *in c. 1. §. notandum n. 2. qui feudum dare poſſunt*; & magnum quid eſſet, ſi creditor ex cauſa inſtrumẽti mutui ſumma tam immenſa ex eo, quod vendidit partem crediti, ex illa vẽditione ex cauſa pœnę eſſet priuatus. Et debitor declararet ſemetipſum liberatum. Exemplo teſtatoris, qui diſponendo condit legem. *Auth. de nuptijs, §. diſponat*; & tamen in legitima nullam legem imponit, neque grauamen, quia debitum, *Auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam.* certè, iudicio meo, quia, vt ait Celſus, *ex eis, quæ fortuito aliquo caſu accidere poſſunt iura,*
38 *non conſtituuntur l. 4. ff. de legibus*, nam ad ea (inquit idem Celſus) *potius debet aptari ius, quæ, & frequentius, & facilè quã ad ea, quæ perraro eueniunt, l. 5. ff. eodem; & ea, quæ raro accidunt prætermittunt legiſlatores, l. 6. ff. eodem*; cum de decem mille liberantijs, quæ in anno ab officio Scribæ portionis emanantur nõ ſint *duæ*, vel *tres*, & tempore pacis ferè nulla, quæ pro ſatisfaciendis creditis inſtrumẽtarijs emanentur, ſed omnes pro ſtipendijs, gratijs, penſionibus, & ſalarijs, quæ ex Regis munificentia proficiſcuntur, de illis, & non de iſtis pragmatica intelligenda eſt, vt quanto minus lędat, non ſolùm ius humanum, ſed & ipſum ius diuinum, quo vnuſquiſque eſt rei ſuæ arbiter, & moderator.

Formam deciſionis vide in ſequenti.

ARGVMENTVM.

Continet materiam præcedentis quæſtionis. An perdat venditor liberantiæ totam ſummam, in ea contenta, ſi vendiderit ſolùm partem illius. Et quid ſi pretium non fuerit ab emptore venditori ſolutum. Quid in alienante partem feudi, domino non aſſentiente, an perdat totum. Quid in mercibus partim profeſſatis, & partim non. Tex. *in l. vulgaris, ff. de furtis expenditur*. Aliqua de antidata, de libris Theſaurariæ, & arcæ militaris, cedulis contra cedulis forma computorum, aliqua de crimine peculatus, & de auxilio, ad maleficia, cum deciſione reſpectu venditionis, & falſitatis in prima liberantia eorundem nouem Spectabilium DD. Iudicum delegatorum per Sacram Regiam Maieſtatem. Et reſpectu falſitatis in tertia liberantia admiſſæ, cum deciſione totius Regiæ Cameræ Summariæ.

1 *Pragmatica 4. de empt. & vendit. loquitur de venditione totius ſummæ, & n. 2.*

3 *Tex. in l. vulgaris, ff. de furtis declaratur.*

4 *Merces profeſſatæ immiſtæ cum non profeſſatis non perduntur.*

5 *Alienans abſq; aſſenſu domini partem feudi, perdit etiam partem non venditam, & n. 6. & quid in emphyteuſi n. 7.*

8 *Venditio non dicitur perfecta, neq; vllum transfert dominium, niſi pretium ſit ſolutum, & n. ....*

9 *Nunquam imponitur pœna, niſi expreſsè lege caueatur, vbi non adeſt delictum, non cadit pœna.*

10 *Non omnis iniuſta hominis actio eſt delictũ, & n. 11.*

12 *Auxilium ad maleficium quando ſit puniẽdum, & ad peculatum n. 13.*

14 *Maius delictum obſcurat minorem, ex Hippocrate.*

15 *Antidata quando ſit delictum, & n. 16. & 17.*

18 *Scriptura quæ ſit falſa, quæ ſimulata ex Bal.*

19 *Data*

19 *Data quid operatur in ſcripturis priuatis.*

20 *Si liberantiæ, vel libri, vel cedulę, vel contra cedulę poſtquam romanent in Theſauraria, abradantur, vel vitientur nihil ad creditorem iam dimiſſum.*

21 *Creditor ſolùm in his dolinquere poteſt ſi exitus eſſent duplicati.*

22 *Ditiſſimi, ac nobiles non præſumuntur cõmiſiſſe falſitates, & n. 25.*

23 *Quod eſt inuериſimile reputatur falſum, & impoſſibile, & n. 24. & 25.*

26 *Cum interrogatur inquiſitus, non debet cõfundi, vt capiatur in ſermone, neque ſimul interrogari à pluribus, & n. 27.*

28 *Confeſſio Iudicialis docto de errore quomodo, & quando poſſit declarari, vel reuocari, & n. 29. & 30.*

31 *Aſſientiſte non recipiunt ſimul, & vna vice totam ſummam aſſienti.*

32 *Computa ex quibus, & quomodo formentur ab aſſientiſtis*

33 *Carceratio, quando, & quomodo, & quibus caſibus cedere debent in pænam.*

34 *Merita publica delinquentis mitigant, vel tollunt pænam delicti, & n. 35.*

QVÆSTIO DECIMA.

NON eſſet neceſſarium ad hanc diuiſionem ſummæ deſcẽdere, quia nullo modo credimus, Ducem incurriſſe in pœnam dictæ Regię pragm. neq; pro ducatis triginta quinque mille debitis ex tot cauſis in præcedenti demonſtratis, & ex alijs forte fortioribus, quas Domini adiuncti pro more de ſuo ſupplebunt. Attamen ſecutus cõſilium Sancti Antonini in *in ſumma tot. 3. tit. 6. cap. 2.* gradatim, conditionaliter, & ſucceſſiuè, & magis diſputãdi ergò, quàm, vt vllo modo timeam, Dominos adiunctos, in fiſci partem deflectendos, & Ducem in tota ſumma aliorum duc. ſeptuaginta mille non venditorum, etiam mulctandum, & ꝙ peſſimũ eſſet, etiã corporaliter puniẽ-
1 dum. Dico, quod *pragmatica* loquitur quando venditur *liberantia*, & ſic tota *ſumma, & tota quantitas in liberantia contenta*, ibi, *las fraudes, que reſultan de que algunos, que tienen libranzas, las venden, ò ceden à otros, &c. ſea priuado del credito en ellas contenido, de manera, que ni el vno, ni el otro puedan pedir el dicho credito à la Regia Corte.* Ergo non loquitur, ſi venditur vna pars *quotatiua* ſummæ *crediti*, quod in liberantia *continetur*, quod debeat amictere etiam ſummam, ac quãtitatem non venditam, non ſolùm quia
2 eſt lex *pœnalis*, & in pœnis, quod *minimũ eſt* debetur, & in eis ſemper *mitior interpetratio ſumenda eſt, l. ſi præſes, ff. de pœnis: l. ſemper, ff. de regul. iur. cap. in pœnis, cap. cum ſunt partium, de reg. iur. in 6.* & ibi communiter DD. *Farinac. de delict. & pœnis q. 19. n. 13.*

Sed etiam propter *textum* Iudicio meo *inſignem*, qui non in venditore rei ſuæ (*quod iure diuino, & humano eſt licitum*) ſed in
3 *furto* loquitur, & tamen non punitur, niſi pro *parte*, & pro *ſumma furata*, non pro *tota attincta*. Eſt *l. vulgaris 21. ff. de furtis. Vulgaris eſt quæſtio, an is, qui ex acerno frumenti, modium ſuſtulerit, totius rei furtum faciat, an verò eius tantùm, quod abſtulit,* & in *§. & ſi de naui onerata furto, quis ſextarium frumenti ſuſtuleris, vtrum totius oneris, an verò ſextarij tantùm furtum fecerit facilius hoc quæritur in* horreo pleno. Offilius *totius acerui furem eſſe putat, nam & qui aurem alicuius tetigit, inquit Trebatius, totum eum videtur tetigiſſe. Proinde, & qui dolium aperuit, & inde parum vini abſtulit, non tantum eius, quod abſtulit. verùm totius videtur fur eſſe.* Hæc eſt prætenſio Fiſci; Decidit contra *Vlpianus* his verbis: *Et durum eſt dicere totius furtum fieri;* & inde; *ſed verum eſt, in tantum eum furti actione teneri, quantum abſtulerit,* & licèt hic *tex.* iudicio meo, omnem animum ſedare, & debet, & poteſt. Tamen quia, vel iniqua Ducis ſors, vel aliquod ſydus huius cauſæ facit, vt etiam in plano ceſpitemus, addo ad ſaturitatem omnia iſta, quæ poſt paritatem prædictam conſideraui.

4 Primò, quia ſi cum mercibus profeſſatis ſint immiſtæ merces non profeſſatæ, & ſimul ſint captæ, profeſſatæ non perduntur, propter non profeſſatas; *l. ſi publicanus, §. de rebus,* ibi: *Et ſi quid amplius, ff. de publicanis; Guid. Pap. deciſ. 572. Boer. deciſ. 178. & 3*[illegible]. Sic eò fortius in venditione partis ſummæ in liberantia contentæ.

5 Secundo, *Baldus* dixit, quod qui alienat *partem* feudi non ſolùm cadit à *parte alienata*, ſed à *toto feudo*, quia feudũ eſt quid *indiuiduũ* (qui non eſt caſus noſter, quia licet liberantia ſit indiuidua, tamen *ſumma in ea contenta eſt diuidua*; & vt ſit diuidua ſufficit eſſe ſummam; *Puteus deciſ.* 323.*lib.*1. & numerum pecuniæ, & patet, quia in computum duc. 103250. ipſe receperat partẽ à Regia Curia, ſcilicèt duc. 30. mille in circa in pluribus vicibus, ergo ſumus in re diuidua.

6 *Baldus* eſt reprobatus à *toto mundo*, & primo ab *Iſernia* noſtro in *cap.*1. *de vaſſallo, qui contra conſtitutionem Lotharij feudum alienauit*; vbi expreſsè dicit: *Qui ergo contra illam conſtitutionem alienauit feudum perdidit totum, ſi totum alienauit*; ſi partem ſciens, partem, ſecùs ſi ignorans, aſſignat cauſam *n.*4.*quia tantum punitur, quantum deliquit*, ſic *Aluarotus* in eodem loco. Ita *Afflict.* ſuper eod. *tex.* num. 14. vbi dicit; *Nota, quod pœna non egreditur delictum, & Liparulus ad Andream* in eodem loco allegat concordantes, & ex noſtris *Capyciũ in inueſtit. feudali*, in verbo *feuda amittũtur*, *verſ.* 37. ibi *limita prima*.

7 Et ſic in emphyteuſi, ducto argumento à feudo, deciſum per noſtrum S.R.C. habet *Grammat. deciſ.* 49. & quod hoc ſit ipſa veritas contra *Baldum* (vltra quod in Regno ſufficeret vnus *Andreas*, qui in pluribus locis hoc tenuit, vt ibi per *Liparulum*, ità etiam tenet *Aroſental. de feudis membr.* 1.*c.*9. *concluſ. prima*; vbi in lit. C. & D. allegantur contra *Baldum* ſexaginta Doctores. Sic & *Schraderus de feudis par.*9. *cap.*1.*n.*55. *verſ. ſexto ſi vaſſallus*, qui allegat infinitos, reprobato *Baldo*, vt ibi per eum reuidendus, ſic & *Iulius Clarus lib.*4.*§. feudum q.* 31. verſ. *ſed pone*, *n.* 7. vbi plena *additio n.* 9. verſ. *an cadere*, vbi quod totus mundus tenet contra *Baldum*, ea ratione, quia vbi non adeſt delictum non poteſt dari pœna. Si ergo hoc procedit cum venditur pars rei indiuiduæ; quid erit quando venditur res diuidua, prout eſt ſumma, & quantitas, & numerus, qui diuiſionem recipiunt, vt de facto diuiſi fuerunt.

Item re vera, neq; Dux dictam partem, & ſummã; vendidit ſed neceſſitate coactus fecit *cartam de recepto capſariæ*: qui liberantiam ſoluere tenebatur ex officio, ſub ſpe *futuræ numerationis*, nam vt Dux depoſuit (iam quod in proceſſu de hoc nil omninò aliud eſt, niſi ipſius Ducis depoſitio) pmiſit Io: Nicolaus Cochi ſoluere in computum infra menſem duc. 6000. in pecunia pro reliqua quantitate dare Duci aliquas domos, vt illas venderet. Quod ob ipſius fugam non potuit contingere, & Dux manibus vacuis remãſit; & ſic non fuit venditio propriè, quia ſolùm *confeſſio* de recepto ab eo, qui ex officio liberantiam ſoluere tenebatur cũ relaxatione duc. decem mille.

8 Et ex hoc etiam inferri poſſet Ducem non incurriſſe, quia venditio nõ fuit perfecta, quia pretium non ſolutum, & ſic venditio imaginaria: *l. imaginaria*; *ff. de verbor. ſignific. Imaginaria venditio nõ eſt pretio accedente*. Ergo pretio *non accedẽte dicitur imaginaria*; *l. quod vendidi ff. de contrah. empt.* Gratian. *cap.* 730. *n.*23. *& cap.*723. *ex n.*1. *& cap.*354. *in fine*; Salgad. *in laberynth. par.*1. *cap.* 25. *n.* 9. Capyc. latro *deciſ.* 196. *n.*2. Carleual. *diſput.* 8. *ſect.*5. *ante n.*62. neque reſeruatio dominij eſt neceſſaria, quia talis reſeruatio nihil addit contractui, quia eſt cõnaturalis, cum etiã ſine dicto pacto nunquam dominium tranſit, niſi pretium verè, & realitèr fuerit ſolutum; itaut neque ſufficiat illud pro parte ſolui, cum etiam pro rata eiuſdem pretij ſoluti, dominium nõ ſit acquiſitum; Bart. *in l. fiſtulas* 78. *§. qui fundum*; *ff. de contrah. empt.* cõcordantes apud Gratian. loco citato. Et ad incurrendam pœnam oportet, vt venditio ſit vndique perfecta, vt habent omnes in *d. cap. primo de vaſſallo, qui contra prohibit. Corrad.*

Si ergo ex iam dictis, & in alijs; quæ pro more Domini mei ſupplere dignabũtur, Dux nullam *pœnam* pecuniariam incurrit; ergo neq; *corporalem*, quia nulla omninò alia pœna in dicta *pragmatica* imponitur, niſi crediti amiſſionis.

9 Et cum pœna vnquam imponitur, niſi expreſsè *lege caueatur*; *§. cum igitur*; verſ. *optimum itaque*; *in auth. de non eligend. ſec. Nub.* latè *Petr. Caball. cent.* 1. *caſu* 1. *n.*11. *Menoch. de arbitr. Iudic. caſu* 276. per totũ,

Deciàn.

Decian. tract. criminal. lib. 1. cap. 7. n. 3. & plur. *ſeq.* verſ. *ſed non ſpernenda.* Farinac. *de delictis, & pœnis q.* 18. *n.* 6. *&* 7. verſ. *aduerte 3. lib. primo.* Guazzin. *defenſ. 2. cap.* 1. & ſicut vbi non adeſt delictum, ibi non cadit pœna, nec inquiſitio formatur, *Bart. in l. vbi pactum, n.* 10. verſ. *& ideò, C. de tranſact.* Farinac. *q.* 17. *in princ. num.* 1. Cabal. *caſu 1. num.* 13. ità paritèr, vbi nō eſt pœna à iure expreſſa, ibi non dicitur delictum, etiam quod ſit quid illicitum, & *contra bonos mores*, vt ſupra probatum eſt ex pluribus, quoniam non quælibet iniuſta hominis *actio* ſapit delictum pœna dignum, ſed ea tantùm, quæ lex de-
10 lictum eſſe voluit, puniendumq; expreſſè ſtatuit; *l. & ſi quis; §. Diuus; ff. de religioſ. & ſumpt. funer. l. 3. §. Diuus, ff. de ſepulchr. violato; l. hæres, ff. vſufruct. Farinac. Caball. Guazzin. locis cit.*

Niſi fortè propter auxilium præſtitum (dicit Reg. Fiſcus) Io: Nicolao Dux puniendus eſſet. Dicunt enim Io: Nicolaũ iam incurſum eſſe in crimen peculatus, & quod Dux vendidit partem ſummæ prædictæ, & ob emptionem facta à Duce Io: Nicolao euaſit pœnam peculatus.

11 Reſpondetur primo non conſtare Regiã Curiam *bonificaſſe* Ioanni Nicolao dictã *ſolutionem*, ſiuè dictum exitum, quia Dux contradixit in ſua depoſitione, vt ſupra q. præc. dicens: *che è vna gran furberia metterſi in exito quello, che non hà pagato*, & ſic, ſi vt dicit Regius Fiſcus, hoc eſſet delictum, adhuc non *caderet pœna*, quia non conſummatum, quia non habuit effectum. Et in criminalibus *votum pro opere non reputatur, niſi in crimine læſæ Maieſtatis*, DD. *in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſc. & Cler.* ad latiſſimè tradita per *Gramm. deciſ.* 2.

Sed ipſe dico, quod ideò Fiſcus debet dicere delictum. immò magnũ damnum pro ſe; quia non conſummatum, quia ſi conſummatum, non delictum, *ſed Theſaurus magnus pro ipſo extitiſſet*. Duplex *Theſaurus*; vnus quod pro ducatis *trigintaquinque mille dimiſiſſet Ducem ſuum verũ, & indubitatum creditorem ex inſtrumento iureiurando* vallatum, alter, quia *vnico actu* recuperaſſet à Ioanne Nicolao Cochi ſuo debitore *fallito*, ac *Venetijs re-*

fugiato dictos duc. 35. mille. Hoc eſt (*Iudices*) delictum? pro hoc fuit Dux carceratus? Quid potius Fiſco expediret recuperare à ſuo debitore duc. 35. mille, an illum peculatus pœna punire?

12 Tria tempora Doctores diſtinguunt cōtra auxiliantes in maleficijs, vt per *Bar. in l. in furti, §. ope, ff. de furtis*, tractat poſt alios *Farinacc. de furt. q.* 168. *Menoch. de arbitr. Iudic. caſu* 549. *Clarus lib.* 5. §. *fin. q.* 90. per totam, hoc eſt ante delictum, tempore delicti, & poſt delictum, & ſemper (cum diſtinctionibus tamen traditis à Doctoribus in locis citatis) Auxilium præſtitum poſt, vel non *punitur*, vel ſemper *mitius*. In caſu noſtro illam pœnam meretur Dux, quam mereretur aliquis, qui latroni non habenti modum rem furatam Domiuo reſtituendi, quia conſumpſerat, daret illam rem de ſuo latroni, vt Domino reſtitueret. Si iſte talis meretur pœnam, videat *Deus*, ante cuius tremendum Tribunal omnes (*neſcientes* tamen quando) infallibiliter ſiſtendi ſumus.

13 Io: Nicolaus (dicit Fiſcus) furatus eſt 35. mille, nō habet vnde reſtituat, & ideò *fur*, quia non habet, ideò in *peculatum* incidiſſe dicit, quia non habet quomodo reſtituat, ſi haberet non eſſet *peculatus*, quia non *remanſiſſet debitor* ſuæ adminiſtrationis Dux de ſuo dat illi 35. mille, vt *reſtituat*, vt *ſoluat*, hoc eſt delictum? maius delictum eſſet medici, qui facit vt malum non ſit malum, & morbus non ſit morbus, vt fecit Dux ſua propria ſubſtantia, vt peculatus non eſſet peculatus, & delictum cum tam ingenti Burſali Fiſci compendio non eſſet delictum. Sanè quadratè poſui in alio ſcripto, quod Dominis Regentibus dedi pro eodem Duce, quæ *Apoſtolus 2. Hebr. 4.* dixit *Tentatus per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato.*

Quidquod erubeſco in re tã clara amplius loqui, quam notitiam conſtat in actis, quod Dux habebat, quod Io: Nicolaus in peculatus crimē inciderat? nulla omninò nullum indicium: quid ergo attingitur Dux, qui non ob ſaluandũ Io: Nicolaũ à peculatu, ſed vt è ſuprema neceſſitate ſe eximeret, illam vendidit, vt ſupra, & actus agentium nō debent ope-

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

tari vltra eorum intentionem; *l. non om-
nis, ff. ſi cert. petat. l. in agris, ff. de acquir.
rer. dom.* quod benè intelligitur de inten-
tione principali agentium, non ſecunda-
ria. Principalis intentio Ducis fuit ven-
dere, vt ſubueniret ſibi, vt rabiem credi-
torum Fiſci, cum aliqua ſumma diſtine-
ret, non adiuuandi, vel auxiliandi, Io:
Nicolai, homini alioquin ſibi inuiſo, &
illi vendidit, quia erat impoſſibile alium
inuenire in illo tempore, & rerum ſtatu,
emptorem liberantiarum.

Deniq; & tandem (vt nec hoc reticeam)
Io: Nicolaũ actinctum de furtis, & falſi-
tatibus quamplurimis (vt Fiſcus dicit)
quid oportet eum de peculatu punire?
Immò de illo puniri non poterat, iuxtà
14 Hypocratis aphoriſma 12. *Duobus dolo-
ribus, ſimul non eundem locum infeſtanti-
bus, vehementior alterum obſcurat*, quod
dicunt omnes Doctores de mundo, quod
minus confunditur cum maiori, & atro-
ciori delicto; *Bartaz.* poſt alios *conſ. 24.
& 25. Farinacc. quaeſt. 22. n. 26. Guazzin.
ad reor. defenſ. cap. 21. defenſ. 33. & eſt
vulgatum.*

15 Dux vltro depoſuit feciſſe illam cartã
de recepto Io: Nicolai cum antidata. Sed
vbi eſt iſta carta de recepto? quomodo
antidata, reſpectu cuius temporis dicitur
ante? ante *ſolutionem*, cum adhuc *non
ſoluit* Io: Nicolaus, nec ſoluiſſe ſperatur?
an ſi forte illa cõtrectatio fuit facta mẽſe
Aprilis, fecit datam in præcedenti menſe
Martij? Hoc non conſtat iſtam *cartam*
non habemus, deficeret (ſi hoc eſſet de-
lictum) corpus illius, & ſic non obſtaret
confeſſio partis, per terminos vulgares,
de quibus per omnes in *l. 1. §. itẽ illud, ff
16 ad Syllan. Foller. in praxi*, in verbo *& ſi cõ-
fitebuntur n. 34. Boſs. tit. de delicto n. 15.*
cum mille per *Farinacc. de inquiſit. q. 2.
n. 8.* verſ. *amplia 6.* & melius per erudi-
tiſſimum *Anneum Robertum* (quem Cri-
minaliſtæ non allegant) *rerum iudicatarũ
lib. 1. cap. 4.* vbi caſus curioſus. Si ergo
cartam non habemus, non eſt curandum
de confeſſione *nullo omninò indicio praece-
dente vltroneè, & ſimplici corde facta.*

Sed ſi haberemus; quid inde? eſſet hoc *deli-
ctũ*? nullo modo: Ipſemet Dux depoſuit,
che la fece come ce la cercò Gio: Cola; quia
tunc antidata in ſcriptura publica, & etiã
priuata eſt falſitas quando hoc fit in præ-
iudicium tertij, cui ſit per veram datam
jus quæſitum; Io: de Platea *in §. item lex
Cornelia de falſ. col. 4.* ante med. verſ. *vel
in ſecundo inſtrumẽto inſtit. de public. Iudic.*
Hier. Giaccar. *in addit. ad Clarum in §.
falſum in prima additione in fine, & lit. B.
la 2.* in verbo *alij caſus* in princ. & Baiard.
in eod. loco n. 85. & 86. Franc. Marc. *deciſ.
673. 671. & 739.* Farinac. *de falſit. & ſi-
17 mulat. q. 150. n. 99.* verſ. *amplia 21.* Sed
in hac aſſerta receptione nũquam adfuit
altera data; ergo eſt impoſſibile, quod ſit
antidata.

Niſi dicatur reſpectu datæ, ſiuè diei cele-
bratæ venditionis; & hæc non eſſet fal-
ſitas in ſcriptura; ſed alteratio temporis;
quod ex nullo capite caſu iſto poſſet eſ-
ſe delictum.

18 Sed etiam quod eſſet mutata vera data
in ſcriptura, adhuc non eſſet falſitas, ſed
ſimulatio; Et in hoc rogo nè æquiuoce-
tur. Baldus enim in *l. ſi ex cautione n. 9.*
verſ. *modo quaero; C. de non numerata pecu-
nia*, ab omnibus receptus, vt per Farinac.
*de falſit. & ſimulat. quaeſt. 161. par. prima
n. 2. verſ. praemittendum.* Deſcribens quæ
ſit falſa ſcriptura, vel falſum inſtrumen-
tum. Dicit ſic: *Eſt illud, à quo remouentur
verba, & mens contrahentium, ſi autem re-
mouetur mens, ſed non verba, iſtud eſt ſimu-
latum, & non falſum: Si autem remouentur
verba, ſed non mens, iſtud non eſt ſimulatũ,
nec falſum, quia ſubſtantiatur in radice ve-
ritatis, & eius ſubiectum eſt veritas.* Et ſic
nullo modo eſt falſitas, ſed eſſet *ſimula-
tio*, & nec *ſimulatio*, quia nullius præiudi-
cium. Vltra quod ſi haberemus dictam
cartã ex alio nõ noceret; quia ſcriptura
priuata; & in ſcripturis priuatis data nõ
19 eſt de eſſentia niſi ſint *trino teſte ſignatae*;
quæ dare poſſent *hypothecam* propter *le-
gem ſcripturas; C. qui potior. in pignor. ha-
beantur*; vt per *Decium in cap. 2. n. 24.
de fid. inſtr. Pariſ. conſ. 68. n. 31. lib. 3. Soc.
iun. conſ. 111. n. 19. lib. 3. & alij* paſſim
apud *Gennam de ſcriptura priuata lib. 1.
quaeſt. 3. fol. 29.* licèt alij contra, ſed hoc
non ad cauſam.

De partita ducatorum viginti mille, pro qua fuerunt Duci date defenſiones 5. Octobris 1652. & illis ſecundo renunciauit.

80 PRo iſta partita cum proteſtationibus, & conditionibus ſupra memoratis Dux petijt gaudere *indulto*, & ſuper tali exceptione fuit datus *terminus*, & *compilatus*; vnde illo gaudere debet.

Tamen vt totus mundus videat, nullum peccatum, neque minimum, Ducem in hac *partita* admiſiſſe, & moraliter nullũ admictere potuiſſe. Factum tale eſt.

Die 29. Nouembris 1634. fuit expedita *liberantia* ad beneficiũ Ducis ab Officio Scribæ portionis ducatorum *viginti mille* pro totidem; quorum erat creditor *Regiæ Curiæ ſolutis* in Vrbe *Florentiæ*, pro *ſtipendijs militum* præſidiorum, quæ Sua Catholica Maieſtas tenet in *Etruria*.

A tergo in eadem liberantia notata eſt ſolutio ipſius pro ducatis *bis mille* ad computum duc. *viginti mille* die 29. Nouembris 1634.

Notatur etiam in eodem loco die 31. Iulij 1637. *recepiſſe alios duc. 18. mille* pro cõplemento *duc. viginti mille*, quantitas in liberantia contenta.

Interrogatus Dux à dd. DD. delegatis (*antequam ei oſtenderetur liberantia, cum dictis exitis in eius dorſo notatis*) ſi dictæ ſolutiones eſſent veræ; & ſi in dictis temporibus, & vicibus ei fuerunt factæ, dixit: *Queſto appunto è vno delli trè libri delle declaratorie, c'hò conſignate à V. S. Sig. Luogotenente, e la ſudetta partita, c'hò riconoſciuta è vera, e reale; atteſo così come ſtà notato in detta declaratoria così l'hò riceuuta in detti tempi; & apparirà anco dalla liberanza, che me fù ſpedita per detto effetto, in dorſo della quale pure deueno ſtar notati li detti eſiti fatti à beneficio della Regia Corte; & eſſendoſi ſaldata la detta liberanza, e reſtate in detta caſſa militare, conforme il ſolito, fol. 114. à ter.* in copia repertorum.

Rurſus interrogatus ſi ex cauſa dicti eius crediti receperit forte aliam ſummam, in alia vice, & in alio tempore præter expreſſam, vt ſupra; nempè duc. 2000. in vna vice, & duc. 18000. in altera; dixit: *Non hò receuuto altro, che detti duc. 20000. nel modo, e tempo detto di ſopra, conforme apparirà in detta liberanza ſaldata; nè altra coſa hò receuuto, nè poſſea riceuerla. f. 115.*

Deinde fuit ei oſtenſus liber cõputorum in Regia Camera præſentatorũ per Cõputantem eiuſdem Ducis; in quo ſunt computa partitorum, ſiuè aſſientorum factorum per eundem Ducem cũ Regia Curia, fuitq; interrogatus ſuper dicta liberantia duc. 20000. ſi ſolutio illius poſita in duabus vicibus, vt ſupra; altera duc. 2000. altera duc. 18000. erant veræ, & factæ in modis, & temporibus, prout in dicto cõputo notatæ ſunt. Dixit: *Che tutto è vero, conforme ſtà ſcritto, e notato in detto conto, hauendo receuuti detti ducati 20000. in dette due partite, vt ſupra.*

Denique fuit ei oſtenſa *liberantia* continens creditum prędictorum ducat. 20000. & monitus fol. 117. *che veda, e riconoſca detta liberanza; e che veda le dette due partite de deductioni* (vuol dire exiti) *che ſono in eſſa, e ſe l'hà riceuuto dette due partite.* Dixit: *Che la predetta è la liberanza ſpedita à ſuo fauore; e che receuè li ducati* 20000. *notati in eſſa a' 29. di Decembre 1634. duc. 2000. & a' 31. di Luglio 1637. altri duc. 18000. e le dette due partite ſtanno boniſſime, & non c'è falſità.*

Et iterum dettoli, come *vuol dire*, che in dorſo di detta liberanza *non ce ſia falſità* mentre le dette due partite *d'eſiti* ſono *falſificate*, & mutate le lettere, perche diceua venti milia, e s'è accomodato per ducati due milia, e poi aggiunto l'altro eſito di duc. 18000.

Reſpondit fol. 118. in fine, & à ter. dixit: *Hauendo riconoſciuto attentamente quanto me ſi dimanda, ſi vede la vitiatura del due, e raſo la tirata del v. & vltima lettera del C. pure pare accomodata, &c. e me pare, che ſia falſo tanto l'vno, quanto l'altro con detta raſura, & vitiatura, perche io tengo per fermo, che diceſſe venti milia tanto nel corpo della ſcrittura, quanto nell'abaco.*

Denique interrogatus *cur depoſuit*, che receuè detti duc. 20000. *in dette due partite*

Digitized by Google

ſe per la detta liberanza appare hauerle receuute *intieramente in vna volta* il detto giorno 29. di Decembre 1634. conforme ſtaua ſcritto in detta prima partita, prima di vitiarſi, così come appare ancora ſcritto nel libro del Rationale Semmaniero in vna ſola volta.

Reſpondit: *Mi riferiſco à quello verificarò con le declaratorie; perche quando hò preſentato il conto nella Regia Camera ſi ſono portati in eſſi l'introiti, & eſiti; e che io non poſſo ſtar ſopra quello, che ſcriueno gli officiali, nè eſſer tenuto à loro colpe, ò mancamenti; e me pare coſa molto ſtrana, che me ſiano pagati dalla Caſſa militare duc. 20000. in vna volta; e che poi le moderano in duc. 2000. Il miſterio di queſto non poſſo penetrarlo à che fine l'habbiano fatto.*

Verificauit etiam Regius Fiſcus cedulam, ac *contracedulam dictæ partitæ eſſe falſificatas*, & etiam mutatum eſſe, & diſſutũ librum maiorem, accommodãdi cauſa dictam falſitatem. Hoc eſt illud, quod in ſummarum reſultat ex dictis probationibus Regiĩ Fiſci, quo ad dictam partitam duc. 20000.

Sed contra Ducem Hoſtuni nihil omninò adeſt in proceſſu, & ſcimus authores dictarum falſitatum fuiſſe tortos, & vnum ex eis decapitatum; & tamen contra Ducem Hoſtuni nihil *omninò* depoſuerunt.

Sed proprius accedendo ad cauſam, vel Fiſcus prætendit aliquid contra Ducem, quia *falſificauit ipſe dictos exitus, dictas cedulam, & contracedulam, & dictum librum maiorem*.

Vel quia pro dictis duc. 20000. exegit duc. 38000. hoc eſt in vna vice duc. 20000. & in alia vice duc. 18000.

In vtroque Dux non peccauit neq; *venialiter*. & audacter dixerim, *quod neq; peccare poterat*.

Quo ad primam, vt dixi, contra Ducem nulla *probatio*, & nulla *omninò*; & ſic debet abſolui, ſed quid probatio, *neque inditiũ, neque coniectura, nec vmbra penitùs*.

Immò phyſicè probationes in contrarium; quia poſtquam Dux exegit liberantiam, *remanet in arca militari penès officiales illius pro cautela ſoluentis*, ſicuti apocæ, & fides crediti remanent in Banco poſtquã ſolutæ ſunt; Si ergo remanent *penès officiales Arcę militaris*, quod illæ poſtea *abradantur, deleantur, falſificentur*, quid ad *Ducem*, quid ad *omnem aliũ*, qui liberãtias poſtquam recepit ſolutionem relinquit in manu Capſarij ſoluentis?

Sic in quamplurimis alijs liberantijs diuerſorum miniſtrorum militarium, & aliorũ aſſientiſtarum, ſiuè partitariorum contingit; nam & exitus falſificati fuerunt, & tamen contra illos non eſt proceſſum ad actum aliquem.

Sic in prędicta alia liberantia duc. 32000. contingit; nam & exitus in dorſo ipſius falſificati fuerunt, falſicata cedula, contracedula, & libri, & tamen Dux pro illa habilitatus fuit in forma, vt dictum eſt.

Idẽ eſt pro cedula, & pro contracedula; nam iſtę non ſolùm non remanent penès illũ, qui recipit ſolutionem; & ſic penès Ducem; ſed nec *illas quidem videt*, ſed fiunt pro cautela ſoluentis, & remanent in libris publicis arcę militaris, & Theſaurariæ.

Idem & fortius dicitur de libro maiori, quẽ tantum videt is, qui recipit ſolutionem, quantnm videt is, qui recipit ſolutionem à quolibet banco: ergo quod omnes iſti eſſent falſi in quo deliquit Dux, vel deliquere potuit?

Concludimus ergo non ſolùm non adeſſe probationes luce meridiana clariores, prout in criminalibus requiruntur; ſed neque *inditia*, ſed neq; *coniecturę*. Et per ſupradicta, & inferius dicenda adeſſe nõ poſſunt, nec dari caſus, quod poſſint.

21 Sin autem prætendit duplicatam ſolutionem; *probet hoc Fiſcus, & decapitetur Dux*; ſemel Dux recepit duc. 20000. nulla adeſt *duplicatio*; Quod ſi Scribæ, & alij Officiales arcæ militaris voluerunt committere falſitatem, vt duplicarent partitam, hęc eorum infamis voluntas non habuit effectum, quia *exitus ſunt vacui, & non fuerunt admiſſi*, vt patet ex fide magnifici Rationalis Criſconij die 16. Auguſti 1652. vbi dicit, eſſe *exitus vacuos, quia non habuerunt effectum*; et ſic illi met, qui dictam falſitatem commiſerũt, *tentantes duplicare partitam*, non potuerunt delictum *conſumare*, quo ad *duplicationem*, quia fuerunt antea *detecti*, et ſic exitus remanſerunt *vacui abſq; effectu*.

Et

Et ſic in vtroq; caſu nulla probatio, neque vllum inditium contra Ducem.

Quod ſi aliquod adeſſet (quod vt dixi om-
22 ninò non eſt) eſſet *impudentiſſimum*, *&* *inuerecundiſſimum mendacium*, *impoſtura* incredibilis, inueriſimilis, & impoſſibilis, (quaſi ſecundum naturam) quia in anno 1634. & ante, & poſt, vſq; ad infauſtum annum reuolutionũ 1647. Dux ipſe habebat duc. *60000. annuos redditus puros, & nitti*, negotiabatur tot milliones non ſolùm cum Regia Curia, ſed cum omnibus negotiatoribus totius Europæ, ſua *perſona* approbata *ab omnibus DD. Viceregibus*, cum fama punctualiſſimi negotiatoris; & hoc eſt notorium, & adſunt cõſultationes DD. Proregum, Collateralis Conſilij, & Regiæ Cameræ. Hæc omnia abundantiſſimè conteſtantes.

Si hæc ità ſunt; quomodo homo mediocris diſcurſus poteſt vnquam cogitare, Ducẽ voluiſſe ſe immiſcere, & habere manus in *delictis* adeò horrendis cum *Scribis* arcæ militaris, vt diuideret, cum ipſis infandum lucrum miſeri, & ſcelerati quæſtus, minimi prouentus? iam, quod hæc duplicatio ex tot liberãtijs tot millionũ ad beneficium ipſius Ducis expeditis; ſolum pro partita prædicta duc. 18000. reperitur falſificata, quia ab alia fuit abſolutus, vt ſupra.

Eſtne veriſimile, vt talis homo, & pluſquã ditiſſimus vellet pro tali miſeria fœdari ſuam exiſtimationem, maculare conſciẽtiam, & exponere ſe morti, qui habebat 60000. annuos abſq; obulo æris alieni?

23 Qui arguit à veroſimili dicitur arguere à ratione naturali; *Riminald. iun. conſ.* 360. *n.* 18. *lib.* 4. & veriſimilitudo dicitur cognata naturæ; *Bal. conſ.* 180. mortuo filio *lib.* 3. & veriſimilitudo habetur pro lege, & veritate; *Oldrad. conſ.* 13. *cum quæſtio* in fine, & id quod eſt veriſimile haberi debet pro probato *Aret. conſ.* 9. *col.* 2. & contra, quod non eſt veriſimile habetur pro falſo; *Gram. deciſ.* 28. *in princ.* et quod non eſt veriſimile habetur pro impoſſibi-
24 le. *Decius conſ.* 11. *nu.* 5. *in fine*; vnde Iudex ſemper debet attendere veriſimilitudinem; *Rimin. conſ.* 217. *n.* 34. *& ſeq. lib.* 2. In ſumma reſpicere debet magis, quod eſt veriſimile, quam quod eſt poſſibile; *Bald. in l. ſcriptum*, *C. de fid. inſtr. Almonz Ciazz. ad reor. defenſ. diſcept.* 40. per totam; quod ex qualitate, et bona fama perſonæ reſultat, maximè in probationibus delictorum. Idem *diſcept.* 19. per totam; & vt dicebat eruditiſſimus Cõſiliarius Hiſpanus *Gineſius Pruida inter conſilia Farinac. conſ.* 60. *n.* 85. *falſitates non ſolent committi, niſi magno ſuſcepto*, vel pollicito lucro, *cap. accedens*, & ibi *gloſ.* & communiter *DD. de crimine falſ. Aym. conſ.* 75. *n.* 16. *Cephal. conſ.* 230. *num.* 19. *Honded. conſ.* 123. *&* 124. *&* 37. *lib.* 1. *Farinac. conſ.* 110. *n.* 11. *& conſ.* 170. *num.* 9. *Menoch. conſ.* 422. *n.* 9. & falſitas non præ-
25 ſumitur in perſona nobili, & illuſtri; *Decian. conſ.* 29. *n.* 14. *& ſeq. lib. primo. Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 3. *n.* 14. *Farinacc. deciſ.* 267. *n.* 6. *Valentina de legitim.*

Hæc dicta ſunt ad exuberantiam cum ſimus in criminalibus, & contra Ducem nulla adſit probatio, & inditium, vt ſupra.

Neque ſua depoſitio obſtat, quia non eſt capiendus inquiſitus *in ſermone*, oſtenſa
26 ei fuit liberantia, deinde dorſum illius; & dixit nulla facta refleſſione, quod illi exitus erant veri, & (quod eſt veriſſimũ) interrogabatur à quinque Iudicibus, vno inſtanti non dantes ei tempus conſiderandi, diſcernendi, & faciendi refleſſionem, non interrogantes per ordinem, ſed omnes ſimul, & de diuerſis rebus cõtra illam EpiKiam, quam ſeruandam eſſe cum examinatur inquiſitus; docet poſt
27 alios *Guazzin. ad reor. defenſam, defenſ.* 20. *cap.* 6. omninò relegendus; ità vt coactus fuerit Dux tot ſimul interrogãtibus dicere: *Signori, io non poſſo riſpondere à tutti inſieme; V. S. mi dimandino ad vno ad vno*; & an in hoc fuerit exauditus, Deus ſcit.

Tamen ſeriosè, & attentiùs viſis extis prędictis, & monitus illos vigilantius recognoſcere, *illicò ſe correxit*, & dixit: *che la pareuano falſi; e che haueua mandato vna ſola volta li denari; e che eſſo non era obligato di ſtar ſopra li miniſtri della Caſſa militare; e che non ſapeua il miſterio perche l'haueuano vitiato*: Cum ergo Dux in *continenti*, & antequam *ſubſcripſerit* ſuam depoſitionem, illam correxit, certum eſt, quod ex hoc nihil ei poteſt imputari; cum regula

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

gula ſit, quod confeſſio, quamuis iudi-
28 cialis, & ſpontanea, poſſit docto de erro-
re reuocari quandocumque, ſecundum
communem opinionem, de qua teſtatur
Boſſ. tit. de confeſſ. n.6. Clar. q.55. n. 18. & quęſt.65. in princ. Farinacc. conſ.13. n.13. Guazzin. defenſ. 32. cap. 10. Caball. caſu 186. n.1. etiam ſi ſit iurata, & Dux do-
cuit de errore; quia in primo dicto non
potuit *facere refleſſionem*, conſiderando
vitiaturas, vt fecit in ſecunda ſerioſius
in illam reſpiciens, vltra quod quãdo re-
29 uocatur in continenti non eſt neceſſariũ,
quod probetur error, vt poſt alios firmat
Baiard. dicta quæſt. 55. n.50. Guazzin. d. defenſ. 32. cap. 10. ante n. 3. & nu. 8. &
30 multo magis poteſt per confitentem
cõfeſſio excuſari, declarari, & interpe-
trari, etiam ex interuallo; *Marian. Socin. in c. qualiter, & quando, il ſecondo, n.1095. de accuſat. Foller. in pract. crim. in verbo & ſi confitebuntur, n.128. Bertaz. conſ.54. n.12.* vbi dixit, quod quis confeſſionem
dubiam poteſt *declarare*, atque etiam *interpetrare* non docto de errore, ſequitur
Farinac. quæſt. 81. cap. 4. n. 348. verſ. limita primo.

Sed punctus conſiſtit ſi Dux bis recepit pe-
cuniam, ſcilicèt duc. 20000. ſemel in
anno 634. & ſecundo in anno 1637. hoc
nõ cõſtat, nec conſtabit in æternum, neque in Regia Camera reperitur vnquam dediſſe
cõputum in alia ſumma, niſi pro duc. 20.
m. tantùm, hoc eſt duc. 2000. in vna vice,
& duc. 18000. in alia, vt etiam *apparet ex ſuis declaratorijs à Fiſco ſubſcriptis.* Adeò vt
nulla penitùs adſit *duplicatio*. Et doceat
Fiſcus de duplicatione, & Dux omnem
pœnam ſubire vult, vt ſupra.

Et ſi diceretur quomodo præſentauit com-
putum in Regia Camera de dicta partita
diuiſa in duas, cum illa ſcripta antea fue-
rit in vnum pro duc. 20000.

31 Reſpondetur; Ducem in nullo partito
recepiſſe duc. viginti mille *in vna vice*,
& vt dicitur *in ſano*, ſed nuncupatim di-
ctos duc. 20000. exegit ex *effectibus Curię à perceptoribus prouinciarum*, vel ab alijs
debitoribus Curiæ, *paulatim, & minutatim*, & vt dicitur, *à poco à poco, & in trenta volte per lo meno*; deinde partitæ deſcri-
buntur in vnum, cioè *in ſano*,

Et eſt diuerſum deſcribere in libro partitas
exitus ab *actu recipiendi pecuniam.* In ban-
co ſolum recipitur pecunia *in vna vice*;
& ibi remanet *apoca, vel fides*; à Curia nõ
ſic; quia pecunia exigitur *à minuto* ab *effectibus*, Curiæ deinde tranſeunt partitæ
per capſam militarẽ poſt multum tẽpus.

Item declaratoriæ, & computa ſunt quam-
plurium partitarum multorum millionũ,
neq; in tot partitis poteſt homo habere
diſtinctã memoriam, quomodo, & quã-
do pecunias recepit?

Ruſus, Dux nõ formauit ipſe computa prę-
dicta præſentata in Camera, ſed *computũ formatur à Computante, & computans* prę-
ſentat in Camera. Neq; computans for-
mare poteſt computum in alio *modo*, niſi
in *ea forma adamuſſim*, quod ſibi dantur
partitæ exitus reſpectu Curiæ, qui ſunt
introitus reſpectu aſſientiſtæ, niſi *illo modo, illa forma*, qua extrahuntur à libro ar-
cæ militaris. Quod ſi illi Officiales de-
derunt dictam ſolutionem diuiſam. Hoc
eſt 2000. in vna vice, & duc. 18000. in
alia; quomodo poterat ſcire (non dico
Dux, qui penitùs nõ vidit) ſed neque
computans? Qui ſolum in hoc inuigila-
re tenetur, vt ſolutio nõ excedat credi-
tum. Liberantia eſt duc. 20000. ſolutio
eſt æqualis, quod ſit in *duabus vicibus, & diuiſim ſcripta*, nihil ad rem, quo ad Cõ-
putantem, & tanto minus quo ad Ducẽ
principalem.

Dicunt deniq; iſti Officiales de militari arca,
quod donec per ipſos cõputum in Ca-
mera præſentetur, eſt in eorum arbitrio
illud corrigere, mutare, alterare, dum-
modò ſummæ ſint æquales, ſed hoc di-
ctum nolo, quia ipſos non defenderim,
neq; hoc confert ad cauſam Ducis.

Ergo, iudicio meo, Dux eſt æquè innocẽs
in hac partita; ac ſit in alia, pro qua fuit
liberatus, & ſic in iſta etiam debet li-
berari.

Et vt ciuiliter videatur, & ad finem tantùm,
vt excarceretur, & nõ ad aliũ petijt gau-
dere indulto generali, quo gauiſi ſunt
perduelles, aſſaſſini, ſacrilegi, & qui Di-
uinam, atque humanam Maieſtatem of-
fenderunt; eò magis Dux, qui vt Regem
ab hoſtibus à perduellibus aſſereret, vt
erat, eſtque, eritque ſemper obligatus,
coram

totam ſuam ſubſtantiam, *& proprium fi-*
lium dedit in voluntarium *holocauſtum.*
Et ſi hæc Domini non ſufficient, memento-
te Ducem per triennium ob cauſam iſtã
fuiſſe carceratum, quæ carceratio diuti-
na, vel omnẽ pœnam, vel maiorem par-
33 tem tolleret, *l. omnes, C. de pœnis* ſecundũ
intellectum *Odofred. Cyn. & Angel.* quos
ſequitur *Franch. deciſ.* 317. *n.* 4. vbi ſub
n. 5. ſubdit, quod S. C. ità multoties iu-
dicauit, vt carcer cedat in pœnam, vel in
eius diminutionem, quia longa carcera-
34 tio eſt ſpecies torturæ, *Honded. conſ.* 96.
n. 39. *lib. primo*; qui loquitur in carcera-
tione duorum menſium, & melius, & cu-
rioſius *Tiraquell. ſemper doctiſſimus de pœ-*
nis temperandis, quæſt. 41. per totam, quę
dicta velim, *gratis, & extra rem*, quia Dux
omninò tentatus *per omnia pro ſimilitudi-*
ne abſque peccato. 2. *Hebr.* 4. & ideò nullo
modo pœnam incurrit, & carceratio fuit
non *pœna*, ſed *pœnitentia* aliorum ſuorum
peccatorum, quorum nullus omninò ho-
mo eſt vacuus. 1. *Ioann. d.* 8. *Matth.* 19.
n. 16. 20. *Prouerb.* 9. & alibi ſæpè in *ſacra*
pagina.
Poſſem hic addere merita Ducis in Rem-
25 publicam, propter quæ etiã ſi in aliquo
peccaſſet eſſet ei ignoſcendum, ex tex. in
l. 2. *§. poſtea cum appius, ff. de orig. iur. &*
in l. non omnes, §. vlt. ff. de re militar. Ro-
man. conſ. 310. *in caſu propoſita conſulta-*
tionis, col. 4. verſ. *cęterum videmus, & ſeq.*
& in l. ſi verò, §. de viro, in 48. *fallent. ff.*
ſol. matrim. Barbat. conſ. 11. *illud efferam,*
col. 4. verſ. *vbi quis remuneratur, lib.* 2.
Gramat. conſ. 29. *n.* 38. *&* 39. & habemus
luculentem exemplum in ſacra pagina,
primo Regũ cap. 14. de Ionatha filio Saul.
Merita Ducis ſunt notoria Rex ipſe D.N.
Teſtatus eſt in ſuis literis Regia Camera
pro ipſo fecit Suæ Excellentiæ conſulta-
tionem ad Suam Maieſtatem tranſmit-
tendam, in qua nec verius, nec honora-
tius, nec eloquentius, quid dici, nec ad-
di poteſt. Sed iſta, vt præcedentia de
diutina carceratione, ad exuberantiam
dicta velim, cum Dux in nihilo peccauit,
& ideo debet liberari, vt ſperatur à pie-
tate, doctrina, ac integritate tot Domi-
norum Iudicum, qui lumina ſunt, & fon-
tes doctrinæ, &c. Neapoli decimoquar-
to Kalendas Mai M.DC.LIV.

ARGVMENTVM.

Euertuntur obiecta Regij Fiſci, ſcriptis in præcedentibus quæſtionibus. Iterum de *prag.* 4. *de empt. & vendit.* exemplum paritatis in *cõciſtorio Deorum*, & quomodo pro reo diremptę. Declarantur tex. in *l. ſi publicanus, §. de rebus, & l. cotem §. dominus, ff. de publicanis*, iterum examinatur articulus, quãdo propter merces nõ profeſſatas publicantur etiam profeſſatæ; Iterum de formatione computorum ex contracedula, aliqua de abolitionibus, cũ deciſione cauſæ facta per dictos D. Delegatos, & per Regiam Cameram.

1 *Veritas non indiget patronis.*
2 *In paritate votorum ſemper tam coram ordinario, quam coram delegato ſententia deberet proferri pro reo.*
3 *Paritas in conciſtorio Deorum, cum indicaretur Mars ſuper homicidio.*
4 *Lex tunc ſemper loquitur, quando fuit vſu recepta, & quando generalis generaliter intelligenda n.* 5. *&* 6.
7 *Intellectus ſanus Iſernia ad l. diſputare C. de crim. ſacrileg.*
8 *Si Deus contraheret ligaretur ex contractu*
9 *Caſus exceptus quando firmet regulam.*
10 *Solemnis Bartoli comparatio de ſenſu literali, & argumentali.*

11 *Preceptum legis quando habeatur pro conſilio, & quando puniatur affectus n.12.*
13 *Malè inducitur argumentum à liberantijs ad vectigalia, & commiſſa,*
14 *Tributa, & vectigalia Iure diuino, gentiũ, & ciuili Principibus debentur, & quare.*
15 *Vera ratio decidendi l. ſi publicanus, & §. dominus de Vectigalibus.*
16 *Profeſſatum non perditur propter non profeſſatum, ſed in conſequentiam pœna capitalis, vt eſt in extractione monetę; & n. 17.*
18 *Iterum d. l. vulgaris ff. de furtis.*
19 *De pœnis exceſſiuis, quod dicãtur auarè, & quod Princeps non poteſt illas imponere.*
20 *Venditio eſt perfecta quando pretium rerũ fuit ſolutum, vel habita fides de illo.*

QVÆSTIO XI,

VISIS Scriptis pro Ioanne
de Zeuallos Duce Hoſtuni, Fiſcus exarato ſplendidiſſimo
reſponſo, niſus fuit per me dicta ſubuertere,
cui reſpõdidi. Eſt adeò notoria, ac euidẽs iuſtitia cauſæ Ill. Ioannis
de Zeuallos Ducis Hoſtuni, vt ſicut *prima ſcripta* ſuperuacanea fuerunt, co magis hæc ſecunda, quibus ſummatim
occurram ſcriptis per Regium Fiſcum,
in eadem cauſa aduerſum eundem Ducem, tum quia cauſa agitur in coetu
nouem iudicum, qui lumina ſunt, & fontes
1 doctrinæ, cum quia *veritas licèt in cauſis
nullum patronum obtineat, per ſe ipſam defenditur, Cicero in Orat. pro Aul. Cluent.*
veruntamẽ, ne in cauſa quid indiſcuſſum
ſuperſit, hæc alia ſuperaddere volui.

Ad initium ſcripti D. Fiſci Patroni.

IN deciſione paritatis in cauſa Ioannis de Zeuallos Ducis Hoſtuni, & *reliqua.*

Reſpondetur.

FVit adeò ſeuerum; ac iniuſtum, cum *reuerentia, votum pro Fiſco*, contra Ducem, vt non ſolum Domini Adiuncti, nõ debent, cum illo ſe conformare, & vtraque manu per libenter ſequi votum ab alijs datum pro deſolato Duce, & illud ſi opus fuerit in melius reformare. Vt ob
hoc ſolum exorandus eſſet *Iuſtinianus*,
quatenus de quinto Cœlo, (vbi illum
Etruſcus Vates repoſuit *cant. 5. Paradiſi*)
delaberet, vt de titulo *de re iudicata* obliteraret, *l. duo ex tribus*, quæ in
Delegatis loquitur, & mandaret, vt vni-
2 uerſim, ſeruaretur, *l. inter pares*, eiuſdem
tituli, vt ſemper, & coram Ordinarijs, &
coram Delegatis, in paritate votorum
pauper reus vinceret. Qui modus ſeruari
in *Conciſtorio* Deorum, cum Dij ius dicunt allato exemplo, cum *Mars* occidit
3 Alirrothion Neptuni filium, & in Areo-
pago, iudicantibus duodecim Dijs, ſex
ſententijs fuit abſolutus, eſt teſtis *Doctor
omnium Doctorum* S. Auguſtinus *de Ciuitate Dei lib. 18. cap. 10. fol. mihi 332.* reddens cauſam illius Iudicij, his verbis:
Quia vbi paris numeri ſententiæ fuiſſent, præponi abſolutio, dãnationi ſolebat. Ex quo
Domini adiuncti veſtrun famulum pro
innocente ſupplicantem, non Fiſcum, audite. & exinde Deorum veſtrum iudiciũ
aſſimilabitur.

Ad verſ. non obſtat, quod pragmatica fuerit promulgata in anno 1565. & reliqua.

4 REſpondetur, quod ſemper lex lo-
quitur, quandò conſtat fuiſſe vſu
receptam; nam ſi non recipiatur, nec Ciues illos præſentes, nec futuros ſuos adſtringet vinculo; quemadmodum omniũ eſt ſententia in *cap. 1. de treg. & pace*, & copioſè dixerunt *Socin. iun. in conſ. 32. n.34. & in 126. n.25. lib. 3.* latè *Menoch. lib.2. præſumpt. 2.* & tunc præſumitur in viridi obſeruãtia dato initio obſeruationis, ſi enim cępta eſt obſeruari præſumitur adhuc in præſentiarum obſeruari, vt habet *Menoch. loc.cit. n.4. & 6.* & reliqua prout in quæſtione præcedenti,

Det ergo Fiſcus exemplum, quod in centũ annis, qui lapſi ſunt, à die promulgationis, aliquis ex venditione liberantiæ fuerit punitus? Quinimò ſemper, & vbique, & palàm, & impunè ab omnibus venditę vt in tota quæſtione X. quibus ſi R. Fiſcus reſpondidit Domini videbunt,

Ad verſ. minùs dici poteſt, & ad verſ. quod lex, quæ generaliter loquitur, & reliqua.

5 RESpondetur. Eſt verum, quod lex, quæ generaliter loquitur, generaliter intelligenda eſt. Sed reſtringitur per EpyKiam, vt ſupra, & ne ad lucrum, quis indebitè admittatur, vel nè quis dãnum indebitè patiatur, vt appoſitiſſimè fundat *Armendar. in proœm. add. ad legũ Nauarræ num.* 78. ſi Fiſcus ex generalitate intelligentiæ legis, haberet ingentem lucrum indebitum, & Dux damnum indebitum, videat Deus.

Ad verſ. ſecundo, quia vbi lex non diſtinguit, &c.

6 HOc vniuerſim intelligunt *Doctores* omnes cum ratio ex illa *lege*, vel ex alijs legibus deſumpta id facit, hoc eſt diſtinguit, nam lex vna indiſtinctè loquens, per aliam diſtinguitur: & limitatur, *l. tranſigere iuncta gloſ. magna*, in fine, *C. de tranſact.* cum concordantibus per *Barboſ. axiom.* 136. *n.* 2. & ante *n.* 5.

Ad verſ. quia diſputare de poteſtate Principis, ſacrilegiũ eſt.

7 RESpondet *Andreas* noſter in *Conſt. Regni Diſputare n.* 70. *de crim. ſacr.* his verbis: *Diſputare ſcilicet detrahendo, & mordendo, ſic vt tumultus fieret, &c.* ſecùs ſupplicãdo, vt ibi per eum; Alioquin eſſent ſacrilegi. B. Auguſt. de Ancona, Turrecremata, Vargas, à Petra; & ex noſtris Ponte, qui *de poteſtate Principis diſputauere.* Vide Capibl. in *prag.* 1. *cap.* 2. *de Baron.* & melius Cagnolus *de vita, & regimine boni Principis*. Sed non fuit diſputatum, vt patet in *ſcripto* §. 1. *num.* 21. verſ. *ſecundo dicta pragmatica*. Benè ipſe excogitaui illũ intellectum ad legẽ generalem, & non diſtinguentem, ne careat omninò requiſitis legis, de quibus in *cap. erit* 4. *diſt. Bald. in l. vltima, qui di- Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq.* *cit alioquin non eſſe ſeruandas*, *C. ſi contra ius, vel vtilit. publ. Menoch. lib.* 2. *præſ.* 1.

Ad verſ. addo, quod hoc poſſet allegari in liberantijs oneroſis, & expeditis ante pragmaticã.

8 RESpondet *Apoſtolus* 1. *Rom.* 4. *n.* 14. *vbi non eſt lex, nec præuaricatio, & c.* 5. *peccatum autem non imputatur, cum lex non eſt.* Vnde ante *pragmaticam* omnes liberantiæ cuiuſcumque generis vẽdi potuiſſent. Quæſtio eſt, an *pragmatica generalis* comprehendat liberantias pro ſolutione debiti ipſius legislatoris, per contractum iureiurando (quod ipſum Deum ligaret, ſi contraheret *Plotus conſ.* 11. *in princ. Tuſcus lit. R. concl.* 3. *nu.* 7.) firmatum, & quod ex venditione chirographi in pœnam declaret ſe ſoluiſſe debitum; & ſic adimpleuiſſe iuramentum à

Ad verſ. non obſtat, quod fuit factum cauſa neceſſitatis.

NOn poſſum *maiora* cumulare ad ea, quę dixi *ex n.* 22. verſ. *tertio ipſa pragmatica*, quibus ſi eſt occurſum Domini
9 videbunt; & ad illud quod dicit, quod exceptio firmat regulam in contrarium, eſt veriſſimum; ſed quando alia interpretatio dari poteſt, caſus exceptus non firmat regulam; *Federic. de Sen. conſ.* 233. *col. penult. n.* 3. verſ. *non obſtat*, ſed melius *Caſtrenſ.* ad propoſitum *in conſ.* 91. in cauſa *appellationis num.* 9. & 10. *lib.* 1. vbi quod regula non procedit, quando aliquid excipitur cõſiderato effectu eius quod excipitur, quia tunc omnia ſunt exceptuata, quæ habent eundem effectũ, & caſus ſimiles exceptuati, cenſentur, & ipſi excepti, & non continentur per extenſionem, ſed comprehenſi dicuntur *ex gloſſa ſingulari in l.* 1. *C. de condit. indebit.* cõcordantes per *Alex. in conſ.* 130. *in cauſa n.* 4. & 6. *lib.* 4. quanto fortiùs ſi caſus non ſit ſimilis, ſed durior, prout noſter, per quam duriſſimus ab eodem legiſlatore non ſoluente ortum habens,

Ad verſ. non eſt noſtrum pariſicare caſus, vel extendere ad ſimiles, ſed legislatoris.

10 MAgnum dictum, quia *negat ſenſū argumentalem in iure* videndus *Bar. in ſerm. in doctoratu Ioannis à Saxoferrato*, & eſt vltimū poſt *conſilia, & quæſtiones*; dicit ſic: *hæc ſcientia, quæ figurata eſt in quinque panibus, & duobus piſcibus ex quibus ſaturata eſt turba. Ioann. 6. Quid enim eſt aliud quinque panes, niſi quinque volumina librorum huius ciuilis ſcientię ſcilicèt digeſtum*, & cętera: *duo piſces ſunt duo ſenſus legalis, ſcilicèt, ſius literalis, & ſenſus argumentalis*; videndus quoque *Villagut* in integro *tract. de extenſione legum*; alioquin oporteret Cęſarem, quotannis nouam compilationem facere; vltra dicta ſupra q. præcedenti.

Ad verſ. itaque ſtante pragmaticę validitate, &c.

PRagmatica clarè loquitur quoties *tota ſumma* crediti, quæ in ea continetur, venditur, non quādo pars illius ſummę, quem caſum, nedum non eſt præuiſus à *pragmatica*, ſed neq; cogitatus, nec vnquam occurſus; & ideò remanet ſub iuris diſpoſitione, fundaui in §. *ſecundo n.* 23. cui an ſit reſpōſum, Domini videbūt.

Ad verſ quia ſola contractatio, &c.

11 TAntum abeſt, vt ſit ita, vt nullam omninò dici poſſit adeſſe prohibitionem. Siquidem cum *pragmatica* reſpiciat ſolum fauorem Domini liberantiæ ad hoc, vt ei fiat integraliter ſolutio, & ne ob recuperandum creditum, cogatur illam vendere, vt patet in *prag.* 13. *de offic. Quæſtor.* quę diſponit; quod quicquid de liberantia fuit relaxatum à creditore, ei teſtituatur, & ſic alterius, quā creditoris in hac re, non poteſt dari intereſſe. Hoc cenſetur potius conſilium, quam præceptum; ſic enim præſumitur quoties lex, vel ſtatutum diſponit, vel Princeps præcipit aliquid alicui, reſpiciens fauorem illius, cui præcipit; ita *Io: Igneus loquens in præcepto facto minori, quod non contrahat in auth. Sacramę puber. n.* 46. *C. ſi aduerſ. vendit.* cum concordantibus per meum *Magiſtrum D. Capyc. Latr. conſult.* 1. *n.* 33. vnde ergo ſumitur, quod ſola cōtractatio eſt delictum in liberātijs?

In eodem verſ. & ſi totam quantitatem voluiſſet Nicolaus, totam vendidiſſet Ioannes.

SEd non vendidit, & de hac voluntate non conſtat, & cogitationis pœnam
12 nemo patitur; *l. cogitationis, ff. de pœnis*, & ſolum apud Deum votum pro opere reputatur; *cap. votum, cap. lacrima; cap. dixi, de pænit. diſt.* 1. et nunquam, niſi in atrociſſimis punitur affectus non ſequuto effectu ad ſolemnem *deciſ. Gramat.* & *Cevallos comm. contra comm. quæſt.* 540. *Clar. quæſt.* 92. cum vulgaribus.

Ad verſ. tertio probatur, quod de toto credito.

EST verum in caſibus ſuis, *vendito toto credito, ſi pragmatica eſſet in vſu, & in liberantijs Gratiæ*; non autem ſi vendatur *pars*, vt eſt fundatum in primo ſcripto. Et addo tex. punctualem in *in l.* 1. *§. Trebatius; & §. Marcellus ff. de aq. quotid. & æſtiu.* et poſſet pragmatica in mille caſibus verificari contra venditorem, vt et ipſe puniretur, puta ſi habuiſſet *fidem de pretio*: et in alijs, quos breuitatis cauſa omicto.

Ad verſ. & in iure non eſt nouum, &c.

13 DIes deficeret ſi ea, quæ ad refellēdā hanc inductionem (quæ duobus ab hinc annis fuit excogitata ab vno ex Dominis votantibus) cogitaui vellē hic ſcribere. Quid inducitur argumentū ex fraudatione vectigalium; quæ *lege Moſaica*, lege *Euangelica*, lege *Canonica*, & *Ciuili*,

Ciuili, *& omnium gentium* approbata ſũt, pro ſuſtentatione Reipublicæ, iuxtà illud *Taciti*: *Nec pax ſine bello, nec bellũ ſine militibus, nec milites ſine ſtipendijs, neque ſtipendia ſine vectigalibus*; quid inducitur inquam ad *prag. 4. de empt. & vend.* quæ contra ius Moſaicum, Euangelicũ, Canonicum, Ciuile, & Gentium prohibet Domino rei, arbitrium rei ſuæ, vt di-
14 xi in quæſt. 9. verſ. *de iure*. Hercle hic non eſt de piſcibus *Bartoli*, & non argumentatur, neque inducitur lex hoc modo.

Secundò, etiam ſi hæc poſſent parificari, quod (ſub correctione) iudico impoſſibile ratio decidendi non eſt illa, quam Fiſcus dicit, quod propter illicitum per-
15 datur licitum, ideſt, quod eſt profeſſatum. Et quod licitum, hoc eſt profeſſatũ, nõ perdatur propter illicitum eſt tex. apertiſſimus in *l. ſi Publicanus 4. §. de rebus* ibi: *Et ſi quid amplius ff. de publican.* Nec tex. in *l. cotem §. Dominus eodem*, nec alter tex. in *l. cum proponas, C. de naut. fan.* ſunt contrarij. Et vera ratio decidendi in dicto §. *Dominus* aſſignatur per *Guliel. Cyn. & Bart. & Imol. & Salic.* dicit *Bart.* hæc verba: *Non obſtat hic §. quia ratione partis publicatur totum, non in conſequentiã rerum, ſed in conſequentiam delicti, quia capite puniuntur, & omnia bona publicatur*; *vel. 1. C. quæ res aſport. non poſſ.* quæ ſunt originalia verba *Gugliel. & Cyn.* per omnia approbata à *Bart. Salic. & Imol.* & ita etiam dicit *additio* ad *deciſ. 572. Guid. pap.* in qua ſe fundauit *D. de Ponte in deciſ. 29.* dicit ſic; *Et breuiter ſciendum, quod licitũ propter illicitum non confiſcatur, niſi quando pœna eſſet capitalis, & tunc venit in conſequentiam talis pœna.*

16 Et licèt inter tot *Patres, & Corypheos* iuris prudẽtiæ nihil omninò faceret *Mauſon. de contraband.* veruntamen, quia Fiſcus illũ allegauit in *quæſt. 6.* Reuideatur quæſo in eodem loco *n. 6.* verſ. *prima eſt fol. mihi 24.* vbi relatis dictis opinionibus *Boer. in deciſ. 178. & 300. & Guid. Papæ*, & non relato *Ponte in d. deciſ. 29.* deinde allegatis *Doctoribus*, qui dicunt licitum non perdi propter illicitum, concludit *non eſſe inter ſe contrarios, ſed vnumquemque loqui in caſu ſuo, & tunc demum licitum propter illicitum confiſcari, quando pœna impoſita, eſt capitalis*; dat exemplum, ſi extrahatur moneta Regni, cum moneta Papali, quia perditur etiam Papalis non propter commixtionem cum Regia, ſed in conſequentiam pœnæ capitalis, & publicationis bonorum.

Et ideo non obſtat neque *Boer.* neque *Guid. Papa*, quia vltra quod loquuntur *Boer. ad edictum Caroli 8.* vt patet n. 22. & *Guid.* ad ſtatutum ſuæ prouinciæ, ità intelligendi ſunt, nè pugnent contra totam iuris prudentiam, & cum *d. §. de rebus*, cui non poteſt reſponderi.

Et tex. in *l. cum proponas* tantum abeſt, vt probet, quod propter nõ profeſſata perdantur profeſſata, vt ex eo cum *gloſ.* totum contrarium probetur ibi; *Illicitis cõparatis mercibus, ea quæ nauis continebat Fiſcum occupaſſe*; gloſſat *Accur.* in verbo *eaque*, ſcilicèt *illicita*, quam approbant omnes; & ſignantèr *Salic.*

17 Et in genere, quod propter merces nõ profeſſatas non perdantur profeſſatæ, vltra prædictos ità tenent præter allegatos per *Boer. & Mauſon. Felyn. in cap. ſignificauit n. 6.* verſ. *extra gloſſam de Iudæis, & Sarac.* vbi *Petr. de Anchar. nu. 5. Magon. deciſ. Florent. 36. n. 37. Chriſtianeus deciſ. 101. n. 15. tit. 6. de vectig.* vbi dicit ità deciſum per *Senatum Brabantiæ*; ergo cum in venditione liberantiarum non adſit pœna capitalis, &c. Poſt hæc ſcripta adde ieiunam *deciſ. Ganauerri 25.*

Ad verſ. non obſtat tex. in l. vulgaris, &c.

18 Ed ex eo ſolum non obſtat, nec applicabilis, quia nec partẽ, pro qua fecit apocam de recepto perdidit, vt iudicandum ſperamus, quia re vera nõ fuit venditio, ſed quædam apoca facta in cõfidentiam, & ſub ſpe futuræ numerationis, & ſic non ſumus in *caſu pragmaticæ*, quæ loquitur in venditione; Sed ſi hæc omnia abeſſent; quadratè ille vnus tex. decideret cauſam pro Duce, vt probaui ſupra quæſt. 9.

Nec (cum bona venia) §. *qui furti*, ſiuè §. *item ſi quis maioris* obſtat; primo quia gratis accommodatur *factum*, ſcilicèt, quod

quod *Ioannes*, ideo non vendidit totum, quia non potuit. Cur non potuit vbi cōſtat, quod voluit, & non potuit ? & ſi cōſtaret tex. in eodem loco dicit ſic: *ſi tamen totum inuolucrum tollere non potuit, ſingularum rerum, quas tulerit, fur eſt, cæterarum non eſt* ; ergo, quando totum nō poteſt, cæterarum eſt, non totius.

Ad verſ. & comprobatur

Iam reſponſum eſt.

Ad verſ. non obſtat controuerſia.

SI reſponſio ſuperat, quæ dixi num. 25. verſ. *Baldus eſt reprobatus*, Domini videbunt, nam non quærimus de caducitate, vel de reuocatione vigore Conſtit. ſed de parificatione caſus, ex maioritate rationis, vt ibi.

Ad verſ. & hæc quando eſſemus in venditione huius partis, &c. vſque in finem.

OMnia, quæ dicit vſque in finem excuſant reſponſionem, ſolum dicam in facto, quod nulla omninò falſitas, neq; Io: Nicolaus, neque alius commiſit cum dicta parte liberantiæ ducatorum 35.m. Falſitates autem, & furta (vt dicitur) commiſſa fuerunt cum alijs pluribus liberantijs diuerſorum Militum Aſſientiſtarum, & miniſtrorum, quibus Fiſcus vſq; adhuc nihil oppoſuit; fuerunt etiam commiſſa cum duabus alijs liberantijs Ducis Hoſtuni, altera ducatorum 32.m. pro qua iam *fuit liberatus*; altera ducatorum 20. m. pro qua *renunciauit defenſionibus*, & de illa nunc non tractamus.

Quo verò ad auxilium præſtitum ad peculatum, & vt Fiſcus dicit ad furtum, aliud herclè non occurrit quam quæ ſcripſi in quæſt.9. & 10. verſ. *niſi forte*. Et ità etiā ad ea, quæ dicit de antidata, quæ conferenda ſunt cum ſolemni theorica *Bald. in l. ſi ex cautione n. 9.* verſ. *modo quæro*, C. de *non numer. pecun.* omninò reſidendus, fundaui in dictis quæſtionibus verſ. *Dux vltro depoſuit.*

Reminiſcamini, Domini, quod delicta aſſaſſinij, falſæ monetæ, & peiora, tranſacta fuerunt his diebus, cum hominibus perditiſſimis, ſolutis ſummis tenuibus, & quod *Iſern.* dicit, quod aliquæ pœnæ im-
19 poſitæ per *Federicum in Conſtit. Regni*
dicuntur *auara*, quia exceſſiuè, & quod pœna debet eſſe *commenſurata delicto*, & & alia plura ad propoſitum, quæ poſt alios cumulat *D. Capyc. latr. d. conſult. 1.* quod nō poteſt de lege Iuſtitiæ Princeps illas imponere.

Quid dicendum ſi propter tentatam, & nō
20 perfectam venditionem rei ſuę quis ſol-
ueret ducatos 35. m. ex cauſa pœnæ, & quid ſi duc. 70.m. alios, complementum totius ſummæ dictæ liberantię. Nonnè hic eſſet caſus, quod nulla ratione ſuſtineri poſſet ? Nos non ſumus in aſſaſſino, vel in falſante moneta, vel in ſimili, ſumus in *Ioāne de Zeuallos*, quo nemo ęquè, ac ipſe inſeruiuit Regi, prout ipſe Rex D. N. in quampluribus ſuis literis teſtatus eſt, & quotidiè teſtatur, de quo licèt multa, & magna Suę Maieſtati in *conſultatione ſcripſit Regia Camera, ſi maiora dicerentur adhuc totum, quod fecit, exprimi non poſſet*. In quorum præmium, quinquennium carceris, diſtractio omnium ſuorum bonorum, ſumma miſeria, continuæ tribulationes, ipſum confecerunt, vt Iob. Speratur tamen à Deo, vt ſicut Iobi recordatus fuit in ſeptuplo, ſic & ipſi aliquando (pro ſua miſericordia) largiendum ſit, &c.

§. 2.

21 *Solemnis deciſio paritatis ad fauorem inquiſiti.*

22 *Plauſibilis deciſio partitæ duc. viginti mille per totam Regiam Cameram.*

23 *Titulus quando deleri debeat à proceſſu ſi reus fuit abſolutus.*

24 *Indultus an peti poſſit conditionaliter.*

25 *An neceſſum ſit fateri delictum, aut illi poſſit renunciari, & n. 26.*

Deciſio,

Deciſio, & Diremptio Paritatis.

21 IVdices, qui fuerunt in paritatem, vt dixi, fuerunt *quatuor*, quorum *duo* in diremptione non interuenerunt, alter Comes Mole mortuus; alter Vlloa, tunc abſens in Apulea Regens Dohanam Menepecudum. Interuenerunt Sotus, & Burgos. Et quia interim ad ſupplendum numerum mortuorum, & abſentium; erant alij ſubrogati, & pluries alij mutati, quos informare toties opus fuit. Denique in domo Spectabilis Regentis D. Hieronymi Garziæ in Burgo plagie, poſt quam *quinquies* cauſa fuit diſcuſſa 23. Iunij 1655. in multã noctem, fuit *dirempta, & liberatus Dux in forma*, pro pœna deportationis, & pro ſumma non vendita. Pro ſummma ducat. 35. mille vendita, quia venditio erat iam perfecta, & Dux habuerat fidem de pretio; quo caſu eſt tranſlatum dominium in emptorem; & venditio perfecta, quod negare non potui, neq; debui, & Dux remanebat creditor emptoris in actione perſonali, & Fiſcus creditor eiuſdem emptoris cum hypotheca non etiam tacita, quia Fiſcus, ſed eſpreſſa ob fideiuſſoriam cautionem præſtitam initio officij per Io: Nicolaum Cocchi Capſarium, de bene adminiſtrãdo; & ob malam adminiſtrationem, non enim foriudicatus, ſed etiam ad reſtitutionem condemnatus; non poterat Dux qui ſecutus erat fidem Io: Nicolai, cum Regio Fiſco concurrere; Fuit dictum, quod perdantur; quod nihil fecimus, quia ex alio non erant recuperandi, neq; ab ipſo Io: Nicolao foriudicato, & decottore, neque ab ipſo Fiſco. Cum ſumma immenſa, quæ liquido ei debetur, cum hæc reuidemus, adhuc hæredibus infœlicis Ducis (à tetra peſte anno ſequenti poſt tot rerum diſcrimina extincti) non ſit ſoluta, neque ſoluenda ſperatur.

Iudices fuerunt nouem, *quatuor* Regentes, Garzia, Sotus, Burgos, Martines, *quatuor* de Sacro Supremo Iuſtitiæ Conſilio, Amendola, Nauarrettæ Marchio Latertiæ, Varaiz Commiſſarius, & Ortiz Cortes. *Vnus* Præſidens Regiæ Cameræ Ioannes Baptiſta Piſanellus: & Illuſtris Dux Diani, & Marchio Ramontis *D.* Carolus Calà Præſidens eiuſdem Regiæ Cameræ Aduocatus Regij Fiſci. Penès Ianuariũ Caſollam dictæ Reg. Cameræ Actorum Magiſtrum.

22 Cauſa autem duc. 20. mille in conſeſſu, (quem vocant Iunctam) eorundem Iudicum delegatorum *quatuor* vicibus extremo labore diſcuſſa, nec tamen ob magnam diſcrepantiam votata. Quia interim *Dux* proſtratus ad pedes *Domini* noſtri Regis, ſupplicauerat, vt talis formidabilis Iuncta extingueretur; & ad ſuũ Iudicem ordinarium, qui eſt *Procurator Cæſaris*, remitteretur. Sic per ſuas Regias literas mandatum, & illarum magno labore, obtento Regium exequatur ab Excell. Prorege. *Die* 22. *Decembris* 1655. informatis pluries omnibus Præſidentibus tam *Doctoribus*, quam laicis, qui tunc erant duodecim, cum Spectabili Locumtenente Gaſpare de Supramonte, & tribus Fiſcalibus, ſcilicèt dicto Ill. *Duce Diani*, & Aduocato Fiſcali proprio dicti Tribunalis, & Fiſcale computorum, vltra Rationales, *Procuratorẽ* Fiſci, & Secretarium ſedentibus in ſcannis, itaut ſedentes in ſellis erant ſexdecim *Dux* nemine contradicente, fuit maximo plauſu non ſolùm abſolutus, ſed etiam prouiſum, quod deleatur à proceſſu titulus furti, ac falſitatis magnarum quantitatum, &c.

23 Quia nullus ex quatuor Spectabilibus Regentibus, qui in deciſione cauſæ venditionis liberantię interuenerant, & qui audierant diſcuſſionem iſtius tertiæ partitæ duc. 20. m. Interuenerunt in deciſione facta per dictam Regiam Cameram, vtpotè de Tribunali, ſatis diuerſo; licèt digniori, & magis ſupremo. Duo ex dictis *Dominis*, publicata ſententia Regiæ Cameræ; Amice dixerunt mihi; male fuiſſe per Cameram prouiſum, vt deleretur titulus; ex quo *Dux* petierat gaudere generali abolitione de mandato *Domini* noſtri publicata per Sereniſſimum eius filium *Don* Ioannem ab Auſtria

ſtria ſtatim ſedatis reuolutionibus 6. Aprilis 1658. quaſi petitio Ducis velle gaudere Indultu, certo modo obumbraſſet eius innocentiam, vt exinde titulum deleri à proceſſu non potuiſſet.

24 Sed ſtatim ipſis reſpondi, quod indultũ non fuit petitum ſimpliciter, ſed ad *aucupandum tempus*; donec non per *D.* Proregem, *rigidis* illis temporibus darentur adiuncti; ſed per clementiam Regis *D. N.* de Iudicibus à nullo dependentibus, nullumquè timentibus, ad derimendam paritatem eſſet prouiſum, & fuit expreſsè dictum, *eſſer indultato de delitti, che non hà commeſſo, nè ſognato di commettere, e che con detto diſcorſo vero, e reale cauato dal proceſſo omninò reſtano euacuati; e perciò ſtante la detta eccettione dell'Indulti generali, quale oppone, fa inſtanza d'eſſer excarcerato, con conditione però, che ſi debbia vedere queſto negotio, e queſta cauſa ciuilmente, e ſe ciuilmente il comparente ſuccumberà, debbia non ſolo pagare il ſimplo, mà il quatruplo di quello, che ſuccumberà. Et perche oppone l'Indulto ſolo, per vſcire di sì lunga carcere, & acciò ſi veda la ſua innocenza, dice di più, che in caſo, che ciuilmente venga condennato, vuole anco ſoggiacere alla pena criminale, e corporale; e non godere l' Indulti predetti; delli quali non tiene biſogno, per non hauer mai ſognato di commettere quello, che ſenza che nè anco per inditij conſta, ſe l'imputa per volontà, e per giuſto. & incognito giuditio di Dio, per altri peccati, con li quali haue offeſo la Diuina Maeſtà Sua.* Quæ petitio conditionalis in peti-

15 tione Indultus admittitur, Maſtrillus *de indultu cap. 23. n. 36.* qui allegat à Petra *de poteſt. Princ. cap. 22. n. 74.* & Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 138.* Quod petens executionem indultus, *non tenetur confiteri delictum, ſed ſufficit dicere, quod ſi, & quatenus contra eum per Fiſcum, & partem probatum fuiſſet, quod de eis vult vti gratia indultus.* Et cum ratione, quia Indultus generalis, nedum remittit pœnam criminis, ſed tollit etiam culpam, & ipſum delictum; Conſtantius *in l. 1. n. 97. C. pœnis fiſcal.* ex doctrina Angel. *inſtit. de abolitionibus*; & etiam ſi vellet indultui re-

26 nunciare non poſſet, ex dictis per Rouitum *in prag. 11. num. 8. de abolit.* qui allegat Corſettum *ſingul. 57.* ex famigerabili *leg. non tantum de appellat.* quod non auditur perire volens. Et ſic petitus cum tot conditionibus, & tempore, quo erat contrarius ventus, vt erat notorium, habebatur, ac ſi nunquam fuiſſet petitus; & ideò iuſtiſſima fuit ſententia Regiæ Cameræ tempore, quo ventus ceſſauerat, plata, quod deleretur titulus, &c.

ARGVMENTVM.

Si cauſa propriè ſpectans ad *Regiũ Fiſcũ*, quia actor tractetur extra Tribunal *procuratoris Cæſaris*, quod in Regno eſt Regia Camera Summariæ; & cœtus Iudicum (*Iunctam vocant*) ſit conflatus; ex Regijs Cõſiliarijs, & Præſidentibus Cameræ. An ſicut Præſidentes ſedentes in aula coram Tribunali, præcederent Regios Conſiliarios, qui darētur adiuncti in aliqua cauſa; ita etiam debeant illos præcedere extra Tribunal, si cauſa, pro qua vniuntur, ſit verè *fiſcalis*; cum *deciſ. Regij Collateralis Conſilij coram Excell. D. Prorege.* Rurſus si aliquis Conſiliarius ſit adſcitus ad munus Præſidētis Cameræ, & prędatur ibi à Præſidente aliquo ante ſe illud munus adepto; an hic Præſidens extra Tribunal debeat præcedere illum Conſiliarium,

liarium, si vniantur in cauſa fiſcali cũ alijs Conſiliarijs iunioribus ſe. Caſus nunquam, quod ſciatur occurſus, & ſolemniſſimè deciſus, per Collaterale Cõſilium, & Excell. D. Proregem; cum alijs ad rem cõducibilibus ſortè non incurioſis.

1 *Caſus huius Peregrinæ quæſtionis.*
2 *Regij Conſiliarij cum dantur adiuncti in Regia Camera occupant latus leuum, & quare n. 8.*
3 *Deciſio Collateralis Conſilij.*
5 *Qualis fuerit Io: Camillus Cacacius.*
6 *S.R.C. Neapolitanum Areopagum Italiæ.*
7 *Deciſio in anno 1625. in materia præcedẽtia.*
9 *Deciſio Decani Collateralis Conſilij in Turri Octauæ contra Regiam Cameram.*
10 *Duo Præſidentes faciunt Reg. Cameram; duo Iudices M. C. V. tres Conſiliarij S. C. vnus Regens cum Prorege Collaterale.*
11 *Caſus ſecundæ illuſtris controuerſiæ inter Piſanellum, & Amendolam, & n. 12.*
13 *Deciſio dictæ controuerſiæ.*
14 *S. R. C. repræſentat propriè Cæſarem.*
n. 15 *Habet maiorem authoritatem quam Rota & n. 16. & 17.*
18 *Quẽ titulũ dat D. Proregi Principibus abſolutis, & S.R.E. Cardinalibus, & n. 19. & 20.*
21 *Memorabilis decretatio Præſidentis Marcheſij.*
22 *Dignitas maxima S.R.C. Neap.*
23 *S. R. C. Index appellationum Regnorum Hiſpaniæ, Terraconenſis, & Inſularum Mediterranei.*
24 *Caſus Iuriſdictionis occurſus tempore guberniij Domini Ducis de Arcos, & alter tempore Cardinalis Zapatæ cum Regentibus M. C. V. & n. 25.*

QVÆSTIO XII.

SI CAVSA aliqua in mũdo habuit vnquam obices, abſtractiones, & impedimẽta, vna fuit iſta Ioannis de Zeuallos Ducis Hoſtuni per quinquennium carcerati, & credo, quia hominis omnibus inuiſi, quia ad miraculum tenacis, & ſimul ſine electione profuſi, quamquam ex alio integerrimi, poſtquam maximo ſuo bono, cũ ipſo cõtendens, vici, vt adiuncti ad dirimendam paritatem peterentur nõ à Prorege, ſed à Rege, vt in q. 9. num. 9. Datis vt ibi dictum eſt, tribus adiunctis, *duo actualiter Præſidentes Cameræ Piſanellus, & Amendola*, & vnus Conſiliarius *Martinez*; hi cõgreſſuri erant in domo Locũtenẽtis Magni Camerarij; cum alijs Reg. Cõſiliarijs, & Regẽtibus, quib⁹ tota Iudicum cõgregatio cõflabatur. Cęperunt *Præſidentes* cõtendere cum RR. Conſiliarijs, quod quia negotium in totum erat fiſcale, quod ipſi in ſedendo à dextera,
1 Cõſiliarij à leua cõſedere debebant: vel ſaltim totum leuum latus eis dari, nec ſedere poſt Conſiliarios ab vtroque
2 latere, ac ſi in S.R. C. adiũcti dati eſſent. Impedita ex hoc per *decem menſes* confeſſione Iudicum, interim infœlice Duce in carcere retento. Emanauit ad fauorem Regiæ Cameræ magiſtrale iuris reſponſum Illuſtris Ducis Diani, & Marchionis Ramõtis D. Caroli Calà, qui licèt eiuſdẽ Cameræ Præſidens, vt in pręcedentibus quæſtionibus, in cauſa prædicta fiſci partes, per quam ſtrenuè tuebatur. Ipſe enim publicè, neutralis mãſi, nè Partes S. R. C. defendendo, clienti nõ nihil officerem, ob Præſidentes, qui in cauſa ſuum ſuffragium erant daturi. Amicè tamen, & clam dedi Dominis Regentibus Soto, & Martines, (hic interim ad Regentiã fuerat euectus) aliquas cõſiderationes, quibus ſcripta per Fiſcum euertebantur. Dedi eas etiam Dom. intrepido, ac integerrimo Miraballo tunc Regio Conſiliario, dein Regenti, cui totum S. R. C. vt ſuam Iuſtitiam defenderet, cõtra dictam prætenſionem demãdauerat; Vnde 28. Iunij 1655. Peruigilio Apoſtolorum Principis, coram Illuſtriſs. ac Excellentiſs. Prorege Co-
4 mite Caſtrilli; *Quinque Regentes*, auditis dictis DD. *Miraballo*, & *Calà*, iudicauerũt ad fauorẽ S.R.C. Regẽtes votantes fuerunt *Garzia*, qui fuerat caput Tribunalis Regiæ Cameræ; Soto, Burgos, Martines, & Cacacius. Soto fuerat antea ſemper Conſiliarius; Burgos Cõſiliarius, & Pręſidens;

Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq.

5 ſidens; Cacacius autem ſemper vel Ad-
uocati Fiſci, vel Præſidentis in Camerę
miniſterio, per quam limpidè, & hono-
rificè erat perfunctus, & nō etiā vtriuſq;
Iuris doctor fundamentalis, verùm om-
nium artium,& ſcientiarum culmine vn-
dique refertus. Et tamen effulſit Iuſti-
tia S.R.C. Neapolitani, apud totum Or-
bem celeberrimi, vt ex Decio, Baiardo
6 ad Clarum, Chriſtophoro Medices,
& alijs, quod vndique benè vocauit
Areopàgum Italiæ literatiſſimus I.C. Fran-
ciſcus de Petris *feſtiu. lect.* Quia neſcio
quo molimine venerat in cor in anno
1625. Præſidentibus Cameræ, velle
præcedere Conſiliarios S. R. C. vnde
manauit illa *deciſio Regij Collateralis*, quā
ponit Rouitus *conſ.* 102. *lib.* 2. ſcilicèt,
quod ſi Conſiliarijs dentur adiuncti in
7 S.R.C. Præſidentes Cameræ, ſedeant in
vltimis ſellis ab vtroque latere poſt Cō-
ſiliarios; extra verò Aulas S. R. C. quo-
cumque loco congreſſuri erant Cōſilia-
rij, & *Præſidentes*, non poſt, neque ſub
ſellis poſitis in vtroque latere, ſed Cō-
ſiliarij occuparēt totum dexterum latus,
Præſidentes verò leuum. In Regia Ca-
mera autem, quia in domo ſua, quis eſt
maior quolibet extraneo, Omnes Præſi-
8 dentes occuparent dexterum, Conſilia-
rij verò leuum latus. Deciſa hac quæ-
ſtione; quā alias vidi, deciſam per Spe-
ctabilē Regentem *Zufiam*, tunc Supremi
Collateralis decanum, & S. R. C. Præſi-
dentis officium ob mortem Præſidentis
exercētē, in *Turri Octaui*. Acceſſerat enim
ad inſtantiam Ill. Pompei Columnę Gal-
licani Principis, ac Zagarolij Ducis, vtilis
9 domini dicti Caſalis Turris Octaui, di-
ctus Spectabilis Regens Zufia, cum vna
ex aulis eiuſdem S. R. C. quæ ex DD.
Gāboa, Carrillo, Brācatio, Capiblāco, &
Vlloa RR. CC. cōflabatur; acceſſit in d.
loco pro dirimēdis pluribus differentijs
finiū regūdorū, ſeruitutū, & Aquæ, quæ ver-
tebantur inter dictum Ill. Principem Co-
lumnam cum Ill. D. *Ioanne de Piccolomi-
nibus ab Aragonia Comite Celani*, qui ſuo-
rum Oppidorū Nemoris, ac Schifati ha-
bet circumfuſum territorium, cū Turre
Octaui; & quia Regius Fiſcus habebat in
his aliquod intereſſe, de mandato Ill. &
Excell. Comitis Ognate Proregis acceſ-
ſerunt etiā *duo Præſidentes* Cameræ, vnus
ex *Togatis* dictus *D. Calà*, alter ex laicis
D. *Barracanus*, cum Aduocato Fiſci eiuſ-
dem Tribunalis, qui tunc erat æque, do-
ctus, ac limpidus, D. Didacus Moles. Hi
cum ad audiendam cauſam, erat paratus
locus in Sala Palatij dictæ Turris; dicti
duo Præſidentes (*qui duo faciunt Came-
ram*) & Fiſcus, petierunt integrum leuū
10 latus. Sed idem D. Zufia decanus vo-
catis in vno cubiculo DD. Gamboia, &
Brancatio, deinde poſt illos DD. Calà,
Barracano; & Moles: Iudicauit, vt ſede-
rent ab vtroq; latere poſt omnes Regios
Conſiliarios. Vidi ego, qui cōtra Prin-
cipem Columnam pro Comite patroci-
nabar; viderunt Domini Bartholomęus
de Franco, Marcellus de Graſſis, Aduo-
cati Principis Gallicani, & D. Ioannes
Hieronymus de Philippo tunc meus in
cauſa prędicta collega, nunc Regius Cō-
ſiliarius per omnia incorruptus, ac inte-
gerrimus, viderunt Actuarij S.R.C. Mar-
cellus Figliola, & Cameræ Ianuarius
Caſolla, qui aderant, viderunt partes, ac
multus populus.

Ex dicta deciſione facta ad fauorem S.R.C.
inſurrexit alia q̄ſtio nūq̄ antea occurſa;
11 inter duos DD. Pręſidētes *Piſanellum, &
Amēdola*. Quia (vt ſcitū eſt, & in dies pra-
cticatur) quando Conſiliarius eligitur in
Præſidētē Camerę, nō præcedit Præſidē-
tes ante ſe creatos, quos in poſſeſſione re-
perit in illo tribunali, ſed ſedet āte alios,
qui poſtquam ipſe effectus fuit Conſilia-
rius, Præſidentis officium nacti fuerunt.
Quia Piſanellus erat antiquior Præſidēs,
quām Amendola Cōſiliarius, cum Amē-
dola ad R.C. Præſidentis officium exer-
cendum acceſſit, fuit ex regula prædicta
neceſſario à Piſanello præceſſus. Et ſic
Piſanellus erat actualiter in poſſeſſione
vt ſingulo manè præcederet Amendolā
in Tribunali. Dicebat Piſanellus non
eſſe præcedendum ab eo, quē, & ipſe in
Tribunali ſuo actualiter præcedebat. Re-
plicabat Amendola, in hac cauſa Ducis
Hoſtuni cum quatuor Regentibus eſſe
etiam ſex Regios Conſiliarios, nempè,
DD. Nauarretta, Carillo, Vlloa, Torres,
Varaiz, & Ortiz; & hi omnes præcedere
Piſanel-

Piſanellum, hi omnes vti Iuniores Conſiliarij, ab ipſo Amendola præcedebãtur.
12 Vnde erat valdè abſurdum vinci à Piſanello, qui vincebat eum vincentes. Vnde iterum, vt hæc cõtentio ſopiretur, informatis publicè Illuſtriſs. & Excellentiſs. Prorege cum toto Collaterali; exaratis clam per me ſcriptis pro Iuſtitia S. R.C. & amicè datis duobus Regentibus *Soto*, & *Martines*, iudicarunt, vt præcederetur
13 ab Amendola Piſanellus, qui in eodem cõſeſſu, vti antiquior, præcedebat alios Cõſiliarios. Vidimus ergo ſeptem, vel octo vices in domo plagæ cõtra Petram Piſcium in domo antiquioris Regentis qui erat Garzia, ſedere idem Garzia, nõ tamen in capite tabulæ, ſed à dextero latere, cõtra à leuo Soto; poſt Garziam Martinez; poſt Sotum Burgos. Hi omnes erant Regentes, & de Supremo Cõſilio Collaterali; poſt Martinez ſedit Amendola; poſt Burgos Nauarretta; poſt Amendolã Varaiz; poſt Nauarrettã Ortiz Cortes. Poſt hos omnes in inferiori loco tabulę Piſanellus à dextris; Ill. Dux, & Marchio Fiſci patronus Calà à ſiniſtris Piſanelli. Ianuarius Caſolla Regiæ Cameræ Actorum Magiſter, Scriba à mandatis, penès quem ſunt acta dictæ præcedentiæ. In Collaterali fuit Stephanus de Giorno. Retinent enim dignitatem Regij Cõſiliarij, licèt ad aliud inferius officiũ pro inſeruiendo ipſi Regi transferãtur, vt benè ſe defendens fundauit D. Galeota *reſponſo* 2. Fundamenta, quibus vniuerſim S. R. C. præcedere debuit, & debet Regiam Cameram, ſunt multa. Primò,
14 quia nõ eſt Tribunal alicuius magni miniſtri, neque *vt peſſimè dicunt* pragmatici, *Præfecti prætorio*. Sed Tribunal ipſius *Cæſaris*, vbi *Cæſar* ipſe iudicat, adſunt multæ ſẽtẽtiæ ſubſcriptæ à *Regè Alphonſo primo*, tanti Tribunalis cõſpicuo erectore. Non ſic, ne dixerint Camera, ſed neque Rota; quia ſi & illud magnum Tribunal, tamen ſẽtẽtiæ, & acta nõ feruntur, vel promulgãtur ſub nomine Summi Pontificis, ſed
15 ſub nomine illius magiſtri, cui cauſa in Signatura fuit commiſſa *Magiſter Benedictus citet etiam per edictum, inhibeat etiam ſub cenſuris procedat, vt petitur, & iuſtitiam faciat*. Placet D.N. Papæ, Cardina- *Conſ. Caſari Spec. Peregr. qq.* *lis Ant. Barbarinus*. Hic Magiſter, ſiuè auditor, nullum actum facit ſub nomine Papæ, dum inſtruit proceſſum, & ſententiam profert, ſed ſub nomine ſuo; de coauditorum ſuorum Cõſilio pariter & aſſenſu. Sed in S.R.C. ſententia profertur ſub nomine Regis. Solùm prima citatio expeditur ſub nomine Regij Conſiliarij commiſſarij; ſententia verò dicit, *Pa-*
16 *teat vniuerſis, &c. quod nos Philippus Dei gratia Rex Siciliæ, &c.* & habet Formulam in toto diſcurſu ſententię, quod ipſe inſtruxit proceſſum, ipſeque iudicauit, licèt illam ſubſcribat ſolus cõmmiſſarius cauſæ. Hodie autem propter abſentiam Regis, & aliquando præſens ob alias eius occupationes, ſignatur à Præſidente. Sed nõ ſolùm titulus eſt *Sacræ Regiæ Maieſtati*; ſed tota ſeries ſupplicationis eſt, ac ſi cũ ipſo *Domino noſtro Rege* coram alloqueretur, ſemper ſupplicans nomine Sacræ Maieſtati. Vnde ſeries ſen-
17 tentiæ dictatur verbis talibus, quod ſi cõtingerit in illa nominari aliquem Proregem, & nuncupatim *Proregem noſtrum*, nõ tribuit alium titulum, niſi *Illuſtris noſtri Viceregis* cũ omnia alia Tribunalia, & præſertim ipſa Regia Camera nõ poſſint illi alloqui, vel ſcribi in ſuis decretis, niſi
18 cum titulo *Illuſtriſſimi, ac Excellentiſſimi Domini*. Quo titulo eum honorant ferè omnes Principes abſoluti. Ex eadem ratione, quando in eiſdem ſententijs cõtingit nominare S.R.E. Cardinales, aliũ titulum eis nõ tribuit, niſi *Admodum Reuerendi*. Vt vidi ego in *quatuor* meis cauſis Cardinalis Petri Aloyſij Carrafæ, cũ Comite Celani in banca Martini, & Domini mei Aloyſij Homodei Cardinalis Sancti Alexij, cum Cornelio Spinola,
19 Auguſtino Caluo, & alijs in banca Lauiani. Quia cum ipſe *Dominus noſter* Rex dictis Eminentiſſimis coram alloquitur, vel eis ſcribit, alium titulum, quam prædictum *admodum Reuerendi*, eis tribuere nõ conſueuit. Regia Camera, & alia Tribunalia non ſic; ſed proferunt ſua edicta, ac decreta ſub nomine illius *magni baronis*, qui eſt caput ſui tribunalis. Vt M. C. V. Ioannes Baptiſta Spinellus Marchio Fuſcaldi, &c. *Regni Siciliæ Ma-*
20 *gnus Magiſter Iuſtitiarius*. Et in Regia Camera.

Camera. *Ferdinandus Franciſcus de Analos de Aquino Marchio Vaſti, &c. Regni Siciliæ Magnus Camerarius*, &c. & vidi ego proceſſus antiquos M.C.V. habentes ſẽtentias, nõ in formam decretorũ, prout hodie fit, ſed in forma ſententiæ, ſub titulo, *Alphonſus de Piccolominibus de Aragonia Dux Amalphiæ, Regni Siciliæ Magnus M. Iuſtitiarius*; licèt hodie ſolùm priuilegia, ſignificatoriæ, declaratoriæ, & prouiſiones; ſed nõ decreta fiant ſub nomine Capitum dictorum Tribunalium. Quomodo ergo, & qua ſemita iſta Tribunalia, quæ licèt Regis ſint, in eis tamẽ Rex ipſe, neque præſidet, neq; Ius dicit; ſed vnus ex Magnis eius Regis miniſtris, cum ipſo S. R. C. æquiparari poſſunt?

21 Ad hæc, vidi ego, cum Præſidenti doctiſſimo Andreæ Marcheſio eſſet preſentata ſupplicatio pro intereſſe cuiuſdam *Principis Italiæ* ſuperiorem (*præter Imperatorem*) non recognoſcentem, dicens: S. R. M. exponit Sereniſſimus Dux talis; noluiſſe ſupplicationem ſignare; & prouidiſſe, *reformatis titulis prouidebitur*. Alijs Tribunalibus, nullus titulus datur; ſed dicitur in Tribunali tali, comparet talis, &c.

22 Hæc cõſiderando Tribunalia *denominatiuè*, & ſuperficialiter; Sed eò fortius ſi *eſſentialiter*; Et quodnam Tribunal poteſt S.R.C. æquari; nullum me iudice. Propter nobiliorem finem; propter maiorem numerum Senatorum; propter maiorem adminiſtrationem; propter authoritatem abſolutam, ſeù à nemine dependentem, & cum nullo habentem cõnexitatem, vel participium; & propter antiquitatẽ; Propter culmen, in quo aliquando fuit tempore *Alphonſi primi*; Quo tempore fuit Iudex appellationum omnium Re-
23 gnorum eiuſdem Regis, hoc eſt *Siciliæ vltra pharum, Aragoniæ, Valentiæ, Murciæ, Maioricæ, Minoricæ, ac Sardiniæ; & Comitatum Barcinonæ, Ruſinionis, ac Ceritaniæ*. Quod oſtenſum fuit Domino Duci de Arcos in anno 1645. Proregi tunc pridem Neapolim appulſo; & de Maieſtate tanti Tribunalis non informato; Siquidẽ cum quidam ex Regijs Conſiliarijs mandaſſet prehendi, vnũ ex Scribis fiſcalibus M.C.V. in Sala eiuſdem Palatij; nõ *data* ab executoribus prius notitia Spectabili Regenti eiuſdem M.C.V. (*qui præſidet ibi Vice Magni Magiſtri Iuſtitiarij*) qui Regẽs erat *Aloyſius Ponçe de Leon* eiuſdẽ Ducis de Arcos *propinquus*, & is Regens illos birruarios tranſmiſiſſet ad Regias triremes, vnitis omnibus claſſibus eiuſdem
24 S. R. C. delegauerunt duos Senatores *Sotum*, ac *Miraballum*, qui Proregem de grandi præheminentia S.R.C. informarent, & de independentia ab eodem. Attulerũt ad Proregem antiquiſſimos proceſſus, quibus nedum, quæ veriſſimè dicit *Freccia*, cõprobabantur, ſed etiam ſẽtentias S.R.C. quibus ſententiæ omnium prædictorum Regnorum, & Inſularum, vel infirmabãtur, vel cõfirmabantur. *Miraballus autem illuſtris memoriæ*, hoc mihi dixit; oſtenditq; proceſſus. Reminiſcor, quod *Antiquarius Topius* in libris de origine Tribunalium inſeruit conſultationem factam à S. R. C. dictatam à dictis *Soto, & Miraballo*, in qua factum appellationum ab omnibus Regnis Regis Alphonſi conteſtatur. Et cũ D. Marcheſius nollet vt amplius S.C. cõgregaretur; ſtatim Prorex extractis ab apparitoribus S. C. birruarijs à triremibus; & proceſſato à Miraballo (cui fuit hoc commiſſum à Præſidente) dicto *Regente Ponce de Leone* mandauit, vt idem S.C. prouideret ſuper omnibus. Quod cõtigiſſe alio Regenti *Io: Thomæ Scoriolæ* tempore gubernij *Car-
15 dinalis Zapatæ*, & quod fuit dictus Regens ſuſpenſus ab officio, & carceratus per decretũ S.R.C. ex quo nõ paruit Regiæ decretationi de verbo faciendo, vt videre eſt apud Taſſonum.

§. 2.

26 *Laudes Iuſtitiæ, & quod ſine illa Regna nõ poſſent per momentum conſiſtere.*

27 *In decalogo nullum Deus præceptum poſuit præterquam Iuſtitiæ.*

28 *Iuſtitia præclariſſima ſuper omnes virtutes à S.R.C. in Regno præſtatur.*

29 *Refellũtur ſcripta de præcedẽtia inter Aduocatum cauſarum criminalium Regni, & Aduocatũ Regij patrimonij, & n. 30. & 31.*

32 *Om-*

32 *Omnes nullo excepto ſubſunt iuriſdictioni S.R.C. quia omnes Regni ſubſunt, & qui de extra Regno.*

33 *Delegationes in cauſis criminalibus, quibus principijs introducta.*

34 *Malè S.R.C. aſſimilatur præfecto prætorio, & quare.*

35 *A ſententia Regũ non appellatur in terris.*

36 *Rex Napolis dicitur Cæſar Monarca, & quidam corporalis Deus.*

37 *Reuiſio ſententiæ Regiæ ante executionem, & vt illam impediat, eſt mera gratia.*

38 *Alia Tribunalia, quorum executio nõ retardatur per reclamationem; hoc habent ex gratia, & priuilegio, & quæ ſint. n. 39.*

39 *Significatoria vniuerſitatum, tribunal remiſſionis computorum n. 40. & 41.*

42 *Tribunalia, quæ adminiſtrant Iuſtitiã vbique præcedunt illa, quę computa diſpungunt.*

43 *Qui eſt ad vniuerſitatem cauſarum eſt maior illo, qui eſt ad certas cauſas.*

44 *Cur Iudices M.C.V. non præcedant alios.*

S.R.C. & M.C.V. Iudices appellationum Regię Cameræ.

47 *Marinus Freccia commendatur, & defenditur.*

48 *Collaterale, à quo Rege inſtitutum, & quis fuit primus Regens virtutis incomparabilis.*

49 *Rex Ferdinãdus nunquam præſedit in Regia Audientia Hydruntina, & aliqua.*

50 *De bello Turcico.*

51 *Cur Regia Audientia Hydruntina, ac Barenſes vocentur ſacræ, & vitę ſpiritum cauſis inſufflant?*

52 *Rex neminem vocat dominum, & quare Præſidens S.R.C. non ſcribit dominos, alia Tribunalia ſic.*

26 NObilior Finis, immò vnica cauſa, propter quam Reges, & Principes, Dei ſanctiſſimâ ordinatione per legẽ naturalem, quę ſuę ſempiternę participatio eſt, dati ſunt populis. Scilicèt, vt miniſtretur ipſis iuſtitia, ſine qua Regna non poſſent per momentum conſiſtere: eſſentquè ſine illa (*Auguſtinus*) magna latrocinia, nam & ipſa latrocinia nihil aliud ſunt, niſi parua regna. Et quia iſta etiam à cęcis videntur, aliud nõ adduco, niſi ex centum mille, duo teſtimonia; alterum *Pontificis in prohemio decreta-*

Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq.

lium. Vt niſi iuſtitia *conatus eius ſua virtute reprimeret, & quæſtiones eius implicitas explicaret ius humani fœderis litigatorũ abuſus extingueret, & dato libello repudy cõcordia extra mũdi terminos exularet.* Alterum *Cæſaris in prohem. conſtit.* Regni noſtri: *Sicq; ipſa rerũ neceſſitate cogẽte, nec minus diuinæ prouiſionis inſtinctu, principes gẽtiũ sũt creati, per quos poſſet licentia ſcelerum coerceri: qui vitæ, neciſq; arbitri gentibus velut executores, quodamodo diuinæ prouidentiæ, &c.* Vnde Ariſtotiles, Auguſtinus, Thomas, Caiet. Nauarrus, Sotus, & omnes ex his, & alijs, ex ratione ſubiecti, ex parte obiecti, ex effectu, & alijs multis cauſis; & quia iuſtitia ſeruata, omnes aliæ virtutes, & omnia poſſidentur; & quia in De-
27 calogo nullum Deus præceptum poſuit præterquam Iuſtitiæ, conuincunt omniũ, virtutum, moralium, & Cardinalium vnã eſſe Iuſtitiam præclariſſimã. Quæ in Re-
28 gno iſto eminentiſſimè à S.R.C. præſtatur. Vnde non valent vno obulo, quæ non æquo, ac tranquillo animo per *Cacacium* prædictum cum fiſcalem Aduocatum patrimonij Regis ageret ſcripta ſunt
29 contra *Maſtrillũ* tunc *fiſci patronum cauſarum criminalium Regni*, qui reſidet in M.C.V. de præcedentia infœliciter contendentem. Quia ſi fundamentum Iuſtitiæ non eſſet poſitum, non eſſent ſubditi, & ſine ſubditis non eſſent vectigalia, quę miniſtrare, nullos redditus, quos colligere; & quid opus eſſet militibus, vt arcerent è foris hoſtes, ſi in domo adeſſet *ignis*, ſi in proprijs venis *ardens* febris, Parologizando multa congeſſit; vt Aduocatus ſuam agens cauſam, quæ Iudex ſupremus poſtea in iudicando cauſã prędictam retractauit libenter. Argumenta illæ è longinquo ducta, nihil faciunt; Immò hæc videns, & tunc etiam negare non potens, ex iſtis ſe extricare conatus, enumeratis perſonis tunc ſubditis, cum
30 omnia vectigalia per illud tribunal adminiſtrabãtur, Perridiculè tẽtauit numerum per accidens ſubditorum comparare cum ſubditis *per naturam*. Qui ſunt omnes (nullo regulariter excepto) qui
31 ſunt in Regno, & extra Regnum ferè in tota Europa, & etiã extra, qui in Regno aliquid habent. Cæterum alia, quæ dixi,

de

de materiali perſona principis, vereor ne
maiores grates coco ipſius agendæ ſint,
qui efficaciorem, & propinquiorem ope-
31 rã præſtat in illius conſeruatione. Agi-
mus nos de Regina Virtutũ, quæ ab vno
S.R.C., explicando quod per ſe Rex fa-
cere teneretur, præſtatur: Tum in omni-
bus cauſis ciuilibus vaſtiſſimi Regni, cũ
in criminalibus, quorum omnium cogni-
tio de iure ad ipsũ pertinet: licèt aliquo-
33 rum delictorũ cognitio primo per *paucos*
menſes (legite *pragmaticas de delegationi-*
bus) deinde *per annum*, poſtmodum *in*
perpetuum fuerit de *facto* à tanto Tri-
bunali auulſa. Viri etiam alioquin non
vulgariter docti, vt hoc S.R.C. extollant
ſimilant eum præfecto prætorio: non in-
telligentes forte, quæ dicant, & neſcien-
tes, quod petant. Dent iſti *textum*, siuè
gloſſam, vel *Doctorem*, qui vnquam dixe-
rit, quod à ſententia, *quam princeps ipſe*
profert, detur appellatio: & tunc *confu-*
giamus ad priuilegia *præfecti prætorio*. Sed
ſi Dauid dixit, *Tibi ſoli peccaui*, licèt cu-
curbitauerit, & occiderit Vriã, dicit *tibi*
ſoli, (quia is ſolus Deus eſt Regis ſupe-
35 rior) & is profert ſententiam, quomodo
termini appellationis applicari poſſunt?
ad quem eſt appellandum? Vnde non
36 *quia præfectus prætorio*, ſed quia *Cæſar*, *Mo-*
narcha, *& quidam corporalis Deus*, ſen-
tentia eſt inappellabilis; & omninò exe-
quibilis: niſi de gratia eiuſdem Monar-
37 chæ reuideri ante executionem conce-
datur. Si quod aliud Tribunal habet
quod ſua decreta exequantur, antequã
in reclamatione procedatur, hoc non eſt
de iure naturali diuino, prout eſt in *Cæſa-*
38 *re*, ſed ex gratia, & priuilegio eiuſdem
Cæſaris: qui fuit reſpectu Tribunalis Ca-
meræ *Rex Fredericus*, vt in *pragmaticis* vul-
gatis: nec ex hoc gloriari oportet, niſi in
Cruce; nõ ſolum quia, vt dicit *Rouitus*,
non eſt propriè reclamatio, ſed appella-
tio priuilegiata, (*cui ingloriæ fuit reſpon-*
39 *ſum*) ſed quia etiam ſignificatoriæ, quæ
per vnum Rationalem expediuntur ad
fauorem Vniuerſitatum, contra debito-
res, & ipſę executionẽ paratã habẽt, nec
40 datur reuiſio, niſi illis executis. Oblitus
Ganauerro vocare etiam eos præfectos
prętorio. Item Tribunal viſionis, & re-
uiſionis computorum huius Ciuitatis,
quod & Regium eſt, ſed eſt poſt M.C.V.
41 eius decreta habent executionem para-
tam, neque admittitur reclamatio, niſi
eis executis, & tamen nunquam in cor
illius aſcendit ſe præfecto prætorio cõ-
parare; Quanto minus ipſi Cæſari?
42 Omnia ergo Tribunalia, quæ iuſtitiam
adminiſtrant in toto orbe, præcędunt illa
quæ computa diſpungunt. De Sicilia
legite *Maſtrillũ*; de Gallia *Auguſtũ Thua-*
num; de Roma *Martã*; de Sabaudia *The-*
ſaurum; & ſic de alijs, quorum nunc nõ
reminiſcor. Semper enim, qui eſt ad
43 vniuerſitatem cauſarum, eſt maior illo,
qui eſt ad *certas cauſas*, præter quam in
illis certis cauſis, in quibus ipſe eſt ma-
ior. Carent in hoc Regno Neapolis iſta
maioritate Iudiçes Magnæ Curiæ Vica-
riæ, non ex defectu ſubiecti, ſed acciden-
taliter. Primo quia ipſi eliguntur à Pro-
rege; alij à Rege. Secundo, quia ipſi ſunt
annales; alij perpetui, Tertio, quia ha-
bent minorem ſtipendium, quam alij.
Quod ſi hæc tria eis non deficerent per
accidens; Propter nobiliorem finẽ, prop-
ter digniorem ſubiectum, & propter vni-
uerſitatem cauſarum abſque dubio alios
præcederent. Neq; illis aliquid demeret,
44 ſubeſſe Tribunali proprio Regis, quia
& alijs, neq; totum eorum munus expli-
care eſt eis permiſſum, ſine altero conſi-
lio Regis, quod & aſſidet D. Proregi,
quod eſt Collaterale.
45 Nec iſtę fabulę ſunt, prout aliquis eas
reputauit ſtomachatus *Frecciã*, qui ſcrip-
ſit (& benè) S. R. C. fuiſſe iudicem ap-
pellationis Regię Camerę, cum Taſſo-
nus probet id præſtitiſſe M. C. V. ante-
quam S. R. C. fuiſſe ab Alphonſo in-
ſtitutum.
46 Si conſideratum eſſet, quod Reges *Al-*
phonſus, *Ferdinandus*, *Alphonſus* ſecundus,
Ferdinandus ſecundus, & *Federicus*, non
habuerunt aliud conſiliũ in hoc Regno,
niſi iſtud, de quo agimus. Et quod Came-
ra neceſſario, quę nunc ex ſe ſola expli-
care nequit; erat apud conſilium Regis
explicatura; non ſic *acriter* ſuccenſum
eſſet *Frecciæ* viro conſummato, & ſupra
modum erudito, & iuris monarca (fortè
non immeritò) à *Rouito* appellatum;
Colla-

Collaterale enim inſtitutum fuit exactis
47 Regibus prædictis, à *Ferdinando Catholico* filio Ioannis Regis Nauarræ, vltimo ex tribus fratribus dicti primi Alphonſi, qui fuit filius Infantis de Antequera, qui à Sācto Vincentio cum alijs arbitris fue-
48 rat electus Rex in Hiſpania Tarraconēſi. Et primus Regēs *ſine manibus* (Alciatus) fuit verè, & veriſſimè cum vera gloria (*crepent pauperes adulatores*) glorioſè memorandus (ò ſi imitandus) *Marcellus Gizella*, à quo non ab Æneia nutrice æternam famam litoribus ſuis *Caieta* eſt veraciter conſecuta; ergo benè dixit *Freccia*, & melius *Taſſonus*, & ingloriè eis ſuccenſum. Sed Miraballus oſtendebat proceſſus defendens *Frecciam*, cum ſupplicationibus ſignatis à Præſidētibus S.R.C.
49 Neque eſt verum, quod Ferdinandus primus præſederit in Regia Audientia Barenſi, & Hydruntina, quę illo tempore erant vnitæ, & quod idem eſſet de ea, quod de S.R.C. ſi dignitas Tribunalis augeretur, quod aliquando in eo præſederit Rex: Non eſt verum, inquam, nec ex hiſtorijs vnquā forte fundabitur, nam cū in anno 1486. *Achomates* cepiſſet Hydrūtum, erat Prorex in illis prouincijs gener Regis *Antonius Picolomineus Dux Amalfię* & quia adoleſcens ei ſuffectus fuit *Iulius Antonius Aquauiua*, donec acceſſitus à patre *Dux Alphonſus manu promptus, & ingenio ferox*, qui tunc in Etruria bellabatur, qui miſſus à patre Hydruntum, præſedit nō vt Rex, ſed vt Regis patris ſui Vicarius, donec expulit Turcas; quod ſi ipſe Rex propriè qui poſt finitum bellū Turcicum acceſſit in illam prouinciam per aliquos dies preſidiſſet in illa Audiētia (*quod nunquam legi*) quid inde voluit forte ex hoc illam facere cōſilium ſuum proprium? an relinquere illam ſubditā ſubditę S.R.C. nēpè *M.C.V.* prout ſubiacet, nunc cum cæteris alijs ſeptem Regijs Audientijs Regni.
50 Sed illę Audientiæ habent dignitatem, vt vocentur ſacræ, & vitæ ſpirituni inſuflant cauſis, quia aliquando perfunctæ ſunt officio noſtri *Sacri Regij Conſilij*. Diuiſo enim hoc Regno in duos, Ludouicus retinuit Sacrum Cōſilium intus Neapolim, quæ ei in diuiſione cōtigit. Catholicus autem formauit alium ſuum Conſilium in alia medietate Regni ei obuenta. Et hoc fuit prædicta Regia Audientia nō vt Audientia, ſed vt Sacrum Regium Cōſilium medietatis totius Regni; & ideò nunc etiam S.R.C. appellatur, & quod Litij reſidebat; legi apud Rouitum (& ſi malè nō reminiſcor) etiam apud Viniū Quæ non attinxit Bilocta, impingens iſta Federico, ex quo ante adeptum Regnū fuerat in illis prouincijs Prorex.

Denique Præſidens, cum diſtribuit cauſas Senatoribus, non vocat illos *Dominos*, neque S.R.C. vocat aliquem dominum, quia Rex, & coram Rege nullus vocatur dominus; vt ex ore Caij dicit *Philo Iudæus*, & ex eo *Scipio Ammiratus* cum reſpondit legatis Hæbreorum, vnus Rex,
51 vnus Dominus; & melius ex ore *Veritatis* Mathęi 22. *quomodo Dauid vocat eum Dominum*? Vocat autem Conſiliarios, magnificos; cætera capita Tribunalium cum cauſas committunt, dicunt domino tali. Sed de his hactenus quæ verè non apertis libris, caſualiter venerūt in mētē, ſchedulæ enim datæ *Soto*, & *Martinez*, cum alijs multis, in cōtagio euerſę ſūt.

ARGVMENTVM.

An Regia pragmatica Ill. & Excell. Comitis de Lemos emanata 3. Nouembris 1611. quæ eſt 11. de ſuſpitionibus Official. in §. che le parti, renouata per Ill. & Excell. Ducē de Alcalà, 16. Februarij 1631. vt in prag. 14. eiuſdem tituli; quæ reſtrinxit tempus ad recuſandum Iudices ad 40. dies poſt ceptū Iudiciū, & præciſe prohibet vlterius admitti ad recuſandū; ex qua vis cauſa de præterito: denegans perſonis priuilegiatis in integrū reſti-

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

reſtitutionẽ, & omne aliud iuris remedium, aduerſus lapſum dictorum quadraginta dierum, comprehendat pupillum, doli incapacem, non habentem tutorem, vel ſi habet, non adimpleuerit; quid ſi eſſet feudatarius haberet tutorem, & nõ haberet Balium; cum deciſione S.R.C. Princeps Chriſtianus an poſſit totaliter tollere in integrum reſtitutionem aliqua in defenſores cauſarũ ſuſpicionũ.

1 *In S.R.C. Aduocati primarij non ſubſcribunt capita ſuſpitionum, neque illa defendunt, & n. 2.*

3 *Elapſis 40. diebus nullo ex capite Iudex recuſari poteſt neque à pupillis, neque ab Eccleſijs.*

4 *Iudex recuſatus, contriſtatur contra recuſantem, & n. 5.*

6 *Pragm. excludentes pupillos. Non poſſunt comprehendere pupillum non habentem tutorem.*

7 *Deciſio cauſæ facta à S.C. ſub ſolo verbo authoris, & n. 8.*

9 *Pupillus nihil agit abſq; tutore, & n. 10. & 11.*

12 *Tutor, qui non adimpleuit, nihil agit, & aduerſus eius geſta pupillus non indiget reſtitutione, & n. 13.*

14 *Prohibita à principe reſtitutione in integrũ intelligitur, de ea, quæ competit ex clauſula generali.*

15 *Princeps an poſſit, & quando tollere beneficium reſtitutionis in integrum, & n. 16.*

17 *Non tollit quando habere nõ poteſt regreſſum contra tutorem, & n. 18. & 19.*

20 *Sententia, & proceſſus fabricati contra pupillum non habentem tutorem ſunt ipſo iure nulli; & in Eccleſia, viduata paſtore n. 21. & 22. & 23.*

24 *Tempora legalia, & præſcriptiones, & dilationes Iudiciales non currunt contra pupillum non habentem tutorem. & n. 25.*

26 *Quatriennium an currat pupillis ignorantibus, & an ſi ſciuerit tutor. n. 27.*

28 *Quando ſuſpitio eſt notoria ſemper pupillus reſtituitur; & n. 29. & 30. & 31.*

32 *Magnum quid eſt eleuare à cauſa Iudicem ſuſpectum, & n. 33.*

34 *Inuehit, & ſuccenſet contra Aduocatos nolentes defendere ſuſpiciones vſque in finem.*

35 *Aduocatus cauſam defendens nulli parcere debet contra veritatem, & n. 36.*

37 *Quanti interſit, vt cauſa defendatur ab homine intrepido, vel à mercennario ob panis egeſtatem, n. 37. & 38.*

39 *Laudes veritatis.*

QVÆSTIO XIII.

CONTINGIT Peregrina quæſtio in cauſa pupillæ Tereſiæ de Strada Marchioniſſæ Chriſpani cum Ill. Auguſtino Centurione, tũc Duce Reipubl. Ianuẽſis. Et quod mirũ eſt, vna & eadem hebdomada in eadem aula S. R. C. in perſona eiuſdemet Regij Conſ. Caroli Brancatij, qui recuſatus ab Aloyſio Minutulo in cauſa, de qua in quæſtione prima, ipſe obtinui, quod interueniret, & recuſans ſolueret pœnam; quæ pœna pro medietate, quæ fuit duc. 100. iuxtà dictam *pragmaticam*, §. *Et perche*, fuit applicata eidẽ R.C. recuſato; qui de hoc mihi multas gratias egit. Oportuit inquam in cauſa dictæ pupillæ, vt ipſe eum recuſari facerem; ſed iuxtà morem, quem in S.R.C. inueni, nolui ſubſcribere capita ſuſpitionis, neq; pro ſuſpitione contra miniſtrũ patrocinari, licèt cauſæ principalis cõtra Centurionem onus ipſe ſuſtinebam. Subſcripſit alter Aduocatus. Sed cum tractaretur ſuſpicionis cauſa, & D. *Gaſpar de Soto*, qui remanſerat aulæ præfectus, ex quo Dom. Thomas de Aquino non interueniebat (quia D. Landulphus eius germanus frater erat aduocatus dicti Auguſtini Centurionis) ei motiuaſſet; quod elapſis quadraginta diebus poſt ceptam litem, impoſſibile erat recuſare dictum D. Brancatium, qui per vndecim menſes in cauſa proceſſerat, ille aduocatus obmutuit, & recordatus fuit ipſis Dominis me eſſe cauſæ principalis contra Centurionem

rionem

rionē aduocatum; Vnde vocatus in aula, & iuſſus, vt defenderem pro ſuſpitione prædicta, recuſaui iuxtà dictum deprauatum morem; ſed ſubridentes omnes Do-
2 mini, & ſignantèr idem Dom. *Soto*, qui poſtea fuit Regens Cancellariam, & malo peſtis extinctus hoc anno 1656. Dixerunt mihi nō poſſe eos credere, vt ego qui onus cauſæ principalis ſuſtinebam, & ſuſpitionem certò clam conſuleram, id inconſultè feciſſe, cum obſtaculum Regiæ *pragmaticæ* eſſet notiſſimum in §. *& elapſi li termini*, & in §. *ordinamo*, & in prag. D. *Ducis Alcalà* id expreſſius habebatur ibi: *Senza che detto termine ſi poſſa prorogare per qualſiuoglia cauſa, etiam per viam reſtitutionis in integrum, che poteſſe competere à qualſiuoglia perſona, ò luogo priuilegiato, alla quale eſpreſſamente derogamo &c.* Vltra quod exponere pupillam nō ſolùm ad iacturam depoſiti facti pro pœna, ſed ad magis irritādum Iudicem, qui
4 etiam ſi eſſet alter *Cato*, irritatur, & contriſtatur, vt habet etiam tex. in *c. ſuſpitionis de offic. delegat.* quia habet ſe pro
5 iniuriato, *l. litigatores in princ. ff. de recept. arbitr. Rouit. in prag. 1. n. 38. de ſuſpit. offitial. Ambroſin. deciſ. 50. Giurba deciſ. 48. Magiſter* meus *deciſ. 85. n. 7. & 8. & deciſ. 87. n. 15. & 16.* Et cum nollem loqui, teſtor Deum (viuunt adhuc DD. *Nauarretus Marchio Latertiæ, & D. Io: Baptiſta Muſceptula*, reliqui mortui ſunt, quod Domini Soto, & Pintus dixerunt, rogantes (*erubeſco hæc ſcribere*) mè, vt nō tanquam Aduocatus pupillæ, ſed ad inſtructionem dicerem, qua ſemita eſſet efferendum extra *Regiam pragmaticam*;
6 Vnde & ipſe me continere nequiui, & exiens ex aula dixi: *hæc pragmatica non poteſt procedere, neque ligare pupillum doli incapacem, & non habentem tutorem*; & pupilla iſta nō habet tutorem, quia litigabatur quiſnam eſſe deberet, vt in *quæſt.* 19. Adeò iſthæc prompta, & plana limitatio ad dictam Regiam pragmaticam dominorū animos cōpleuit, & quia omnes erant docti, & D. *Soto* ingenij ex-
7 terſi, & ſi nihil allegaſſem, eodem inſtanti promulgarunt decretum, quòd D. *Brancatius non interueniat, & reſtituatur depoſitum pænæ*, quod ego habui eadem mane à Cæſare Alciato equite Mediolanenſe, pupillæ auo materno.
8 Dein die ſequenti DD. *Soto, & Pintus* mandauerunt mihi, vt eis traderem quæ in dicto articulo ſcripſeram; & ſic poſt iudicatam cauſam petierūt allegationes, ſunt quæ ſequuntur. Nulla certior concluſio in toto iure reperitur, quam illa, vt pupillus, nihil contra ſe facere poteſt ſine authoritate tutoris, & quicquid fa-
9 cit eſt ipſo iure nullum, neque ei currit tempus, neque præſcriptio, nec aliud, quod illi poſſit præiudicare *inſtit. de au-*
10 *thor. tutor.* per totum, & melius *Inſtit. de inutil. ſtipulat. §. pupillus*, vbi *tex.* diſtinguit pupillum ab infante per hæc verba:
11 *Sed quod dicimus de pupillis vtique de ijs verum eſt, qui iam habent aliquem intellectum; nam infans, & qui infantiæ proximus eſt, non multum à furioſo diſtant*; quia huiuſmodi ætatis pupilli, nullum habent intellectum, immò hoc eſt adeò verum, quod etiam ſi pupillus habeat tutorem
12 legitimum, vel datiuum, & contra eum fuerit ſententia lata, ſi talis tutor prius non adimpleuerit, ſententia erit ipſo iu-
13 re nulla; itaut pupillus contra dictam ſententiam in integrum reſtitutionem non indigebit, *l. in dubium 3. C. de tutor. vel Curat. qui ſatis non dedit*. Vnde hinc argui poteſt, quid dicendum erit, ſi nullum omninò tutorem pupillus habuerit, & fuerit eius conditio effecta deterior.
14 Vnde dixerunt DD. quod prohibita à Principe in integrum reſtitutione, non intelligitur prohibita illa reſtitutio, quæ competit ex clauſula generali, vt probat *Sfort. Odd. par. 1. quæſt. 15. ar. 10. n. 93.* verſ. *quandoque demum* fol. 20. & eadem *quæſt. 15. art. 1. n. 28.* verſ. *limitatur ſexto*; & in puncto ſtatutorum loquentium de præſcriptionibus, prout ſunt iſtæ quadraginta, & triginta dierū ex *Bart. Bal.* & alijs probat idem *Sfort. par. 1. q. 15. ar. 7. n. 66.* verſ. *limitatur*.
15 Demum tractarunt DD. an ſcilicet beneficium reſtitutionis in integrum poſſit tolli aliqua lege, vel conſuetudine, vel ſtatuto, & multi dixerunt, quod non; tamen veritas eſt, quod à Principe poteſt tolli, cum ſit inuentio iuris Ciuilis, quod tamen (etiam in ſupremo Principe) limi-

tatur per *Aretin.& Gulielm. de Benedictis*,
quos allegat *Sfort. Odd. par.* 1. *quæſt.* 15.
art. 1. *n.* 24. verſ. *limitatur quarto*; quod
16 hoc nõ procedit cõtra pupillos *doli in-*
capaces; moti quia Princeps nõ poteſt di-
ſpenſare ſuper tali defectu, vt ſcilicèt fin-
gatur pupillus benè noſſe id, quod agit,
& ſic nullo modo talis prohibitio reſti-
tutionis poteſt comprehendere pupillũ,
vt eſt Marchioniſſa Creſpani, quæ lacte
veſcitur.

Et licèt *Sfort. Odd.* teneat cõtra hanc limi-
17 tationem *Aretin.& Gulielm. de Benedict.*
tamen eius limitatio magis cõfirmat po-
ſitionem noſtram; dicit enim hæc forma-
lia verba *loc. cit. ſub n.* 25. *Sed non puto ve-*
ram hanc limitationem, quia non fingit hoc
caſu Princeps, quod pupillus benè negotium
ſuum geſſerit, ſed tutor eius, & Iudex, qui
decretum interpoſuerit, vbi interponendum
18 *erat, contra quem tutorem ſi malè ſe geſſe-*
rit dabitur pupillo regreſſus; vnde non om-
ninò iniqua erit diſpoſitio iſta, quæ reſtitu-
tionem tollit pupillo, quia alio remedio tutus
erit contra tutorem. Hæc Sfortia; ergo quã-
do pupillus non habet tutorem, talis lex
19 *erit omninò iniqua, nec erit ſeruanda*, qui
eſt caſus noſter punctualis, cùm reſtitu-
tio prohibita intelligatur quando pu-
pillus erit tutus habendo regreſſum cõ-
tra tutorẽ, alioquin non poteſt prohiberi
reſtitutio, & hic eſt caſus ommiſſus, qui
remanet ſub regula iuris communis.

Ex huius cõmunis iuris diſpoſitione hę cõ-
cluſiones reſultant circa iudicia, & pro-
ceſſus cõtra minores agitatos, qui tuto-
res nõ habuerunt. Prima ex *tex. in l. ſi*
præſes 6. *C. quomodo, & quando Iudex*, vbi
habetur, quod ſententia, acta, & proceſ-
20 ſus facta cõtra adultum (quanto fortiùs
cõtra infantem in faſcijs vagientem) tu-
torem, vel curatorem non habentem,
ſunt ipſo iure nulla, & in eis non indiget
reſtitutione in integrum, quia nulla ipſo
iure ſunt, verba tex. *Eo tempore, quo adul-*
ti Curatores non habebant, neque enim de-
bet adultis nocere quicquid eo tempore ſta-
tutum eſt quo defenſione iuſta, & curatorio
auxilio fuerant deſtituti, vbi inſignis gloſſ.
in verbo *adiutore* dicit, *Si tutores non dum*
ſunt dati vel mortui, vel remoti, vel excu-
ſati, & ſic indefenſi eſſent; quam gloſſam
ſequitur ibi *Bart. n.* 2. *& Bald. n.* 1. qui di-
cit id etiã procedere in Eccleſia viduata
21 paſtore, vel rectore, & *Paul. de Caſtr. n.* 3.
Alberic. n. 2. *Angel. n.* 4. qui dicit id pro-
cedere ſiuè ſententia ſit interloquuto-
ria, ſiuè diffinitiua *Corn. n.* 10. vbi dicit
hunc eſſe caſum, in quo ſententia ipſo
iure eſt nulla, licèt alias regulariter ſit
nulla ope exceptionis, & quod indiget
in integrum reſtitutione, hęc etiam fun-
dat *Sfort. Odd. par.* 2. *quæſt.* 72. *n.* 80. verſ.
ſed contra, & verſ. *aut aliqua parte fuit om-*
ninò indefenſus. quia nõ habuit curatorem,
vel legitimum adminiſtratorem, &c.

De hac etiam re eſt alius tex. in *l. cum, & mi-*
nores 4. *C. ſi aduerſ. rem iudicatam* cum
22 inſigni *gloſſ.* in verbo *nullum*, vbi *Bart.*
Egregiè n. 2. *Bald. n.* 1. verſ. *nota ſenten-*
tiam, & *Alberic. n.* 3. & ante *n.* 4. dicit
vnum notabile, quod eſt valdè ad pro-
poſitum noſtrum, *& idem puto, ſi in iudi-*
cio interfuit tutor, vel Curator non legiti-
mus, puta quia non ſatis dedit, vel non fecit
inuentarium, qui ad hoc allegat *Cyn. &*
Petr. qui eſt caſus noſter, nam ad huc Ba-
ro Paſcarolæ non adimpleuit, quinimò
ſe excuſauit. Vnde nullo modo contra
dictam pupillam tempus cucurrit, neque
cucurrere cępit, cum nunquam habuit
tutores, & quos nunc habet, alter non
adimpleuit.

Eſt etiam alius tex. in *l. acta* 45. §. *fin. ff. de*
23 *re iudicata* contra indefenſos, ibi: *mino-*
res tutorem, vel curatorem nõ habentes nul-
la ſententia proferenda eſt; vbi Alberic.
dicit: *Notandam differentiam inter contra-*
ctum, & iudicium cum minoribus, quia con-
tractus tenet licet minor reſtituatur in inte-
grum; iudicium verò, & proceſſus abſque
tutore, & defenſore, ipſo iure non valet.

Et licet in hoc tam claro articulo hæc ſuffi-
cerent, attamen nè deſit indiuidua, &
punctualis doctrina, ſcilicèt ſi tempora
& pręſcriptiones, quæ in iudicijs ad re-
cuſandum, ad appellandum, & alia fa-
ciẽdũ dãtur, an iſta currãt cõtra pupillos,
qui eſt caſus noſter ad literã, hoc decidit
Bar. in l. in rẽ pupilli ſub n. 4. verſ. *qd dicimus*
C. ſi aduerſus rẽ iudic. vbi *Bart.* tractat, an
hæ dilationes, præſcriptiones, & tẽpora
currant in iudicio pupillis, & dicit vtiq;
24 currere, ſed aduerſus ea concedi eis in
inte-

integrum reſtitutionem, ſin autem pupilli tutores, vel curatores non habeant, dicit nõ indigere reſtitutione in integrum, quia ipſo iure non cucurrerunt dicta tempora.

Quam theoricã *Bart.* ſequitur *Paul. de Caſtr. in d. l. in rem pupilli verſ. & ſi in hoc Bar.* videtur diſtinguere an minor habeat curatorem, & tunc currant dicta tempora, ſed recuperabit à curatore, an nõ habeat, & tunc ipſo iure nõ currant, ſic etiam dictam theoricam approbat *Iacobin. de Sancto Giorg. in ead. l. in rem pupilli n. 4.* cum
24 ergo pupillus nõ habens tutorem ſit tutus ipſo iure, & reſtitutione in integrum nõ indigeat, licèt *pragmatica* de illo expreſsè loqueretur, & ei denegaret reſtitutionem in integrum, hunc caſum minimè cõprehenderet, quia pupillus eſt tutus ipſo iure, & in integrum reſtitutione non indiget, quæ omnia licèt iure probentur, ipſa natura docet.

Corroboratur hoc euidẽti ratione ex quęſtione illa *deciſa*, an quatriennium, quod datur minoribus ad petendum in integrũ reſtitutionem poſtquam à minori ętate
26 exierint, currat ſi minor maior factus ignorauerit ſe lęſum, ſic an currat dictum quatriennium ignoranti, omnes DD. dicunt, quod non, vt per *Bald. in l. falſam n. 3. C. ſi ex falſis inſtrum.* cum centum alijs allegatis per *Sfort. par. 1. quæſt. 20. art. 4. n. 37.* verſ. *in contrariũ limitatur.* Tamẽ cõmuniter habetur dictũ quatrienniũ currere ignoranti, ſi de ea re habuit ſcientiam tutor, vel curator, contra quẽ poſſit
27 pupillus adultus habere regreſſum, vt ex *Corn. conſ. 144. in fine lib. 4.* & *Sfort. d. art. 4. n. 42.* verſ. *limitatur tertio*, & ante n. 43. verſ. *ſed quidquid* in d. *quæſt. 20.* Vnde nullo modo ſomniari poteſt, quod tempus prædictum pupillo tutorem non habenti currere potuiſſet.

Tanto magis, quod etiam ſi tutorem haberet, & ij tutores iudicem ſuſpectum non allegauiſſent, & eſſet concluſum in cauſa pupillus de iure cõmuni in re tam graui,
28 & ardua eſſet in integrum reſtituendus, vt probat *Couarr. pract. quæſt. cap. 26, n. 4.* verſ. *frequenter verò eſt*, qui aſſignat cauſam ante n. 5. quem ſequitur *Sfort. art. 6. n. 40. par. 2. quæſt. 64.* ex forti ratione, *Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq.* vt ipſe dicit, quia nimis *graue, & durum*
29 *eſt coram iudice ſuſpecto litigare, l. apertiſſimi, C. de Iudicijs.* Vnde propter hoc graue damnum, nõ eſt deneganda reſtitutio, & quod ſibi videtur ineuitabilis dicta ſententia, & ſic ſemper fuit deciſum per S.C. vt teſtatur *D. Tapia tit. de ſuſpit. official. lib. 3. rubr. 33.* fol. mihi 187. qui loquitur ſuper *prag.* Ducis Oſſunæ, quæ eſt 20. *Iulij* 1585. 7. *de ſuſpit. offic.* quæ licèt
30 nominatim nõ prohibeat reſtitutionem in integrum, prout fecerunt nouiſſimè pragmaticæ, tamen aduertendũ eſt, quod per æquipollens prohibuit dictam reſtitutionem, dicit enim ſic: *Omnes, & ſinguli litigantes etiam fęminæ, & minores, &*
31 *Collegia quecunque, vel eorum procuratores, aut perſonæ legitima debeant diligenter inquirere ſi in perſonam iudicum adeſt aliqua legitima ſuſpicio, ex quacunque cauſa vſq; ad concluſionem incluſiuè, & reperta cauſa ſuſpicionis illam legitimè proponere infra dictum tempus debeant, aliàs non audiantur penitùs, etiam ſi de nouo ſuſpicio illa ad eorum notitia perueniſſe cum iuramẽto allegatur;* & tamen S.C. decidit pluries dicta verba, quæ fæminas, minores, Vniuerſitates, & Collegia cõprehendunt, licèt habeãt procuratores, & perſonas legitimas, tamen in integrum reſtitutione aduerſus recuſationem nõ propoſitam non tollere, quas deciſiones refert *D. Tapia loc. cit.* magis id omninò ſtatuendũ, cum nulla perſona legitima pro pupillo doli incapace in iudicio interuenerit.

Proceſſus Centurionis cum Criſpano eſt in banca Vincentij Lombardi penes Tuccium Scribam; ſed acta ſuſpitionis de more conſeruantur per magnificum Secretarium S.R.C. Didacum de Mercatis.
32 Fuit datus Iudex loco iudicis recuſati Cõſiliarius Hiſpanus Dom. *Felix de Lãzina, & Vlloa limpidus Miniſter*, & propoſitis per me nullitatibus aduerſus tria decreta S.R.C. facta iunctis *duabus aulis*, vt eſt videre in *quæſt.* ... *lib. 2.* fuit prouiſum *nullitates obſtare*, & licet, ſi quæ dixi defendendo nullitates, alij aduocati, qui decreta contraria reportauerant, S.R.C. propoſuiſſent, vtique illa non eſſent interpoſita, tamen negari non poteſt, quod

magnum quid fuit eleuare Commiſſariũ artificem decretorum reuocatorum, quę
33 abſq; defenſione ſuſpicionis impoſſibile erat à cauſa amouere. Criſpanum non fuit venditum, pupilla non ſoluit circa duc. 30000. hæc notoria ſunt in Tribunali. Iure ergo dixi magnum, & quam magnum abuſum Aduocatos primi ordinis in Tribunali noſtro, nolle defende-
34 re ſuſpitiones, valdè dubito, ſi ante Tribunal *Domini Noſtri Ieſu Chriſti*, coram quo ſiſtendi omninò ſumus omnes, hic abuſus nos excuſabit; Aduocatus de-
35 fendens cauſam pro veritate, nulli parcere debet, argumento *c. ex ore de priuileg.* ibi, *quæ contra iuſtitiam nulli parcat*, & in *pragm. Regis Ferdinandi Primi*, quæ eſt 21. *de offic. S.C.* ibi, *non tamen pro clientis iure defendendo quicquid voluerit dicendi aduocato poteſtatem abſcindimus, etiam ſi ea in medium afferri oportet, quæ ſine partis al-*
36 *teriuſue perſonæ iniuria, explicari nequirèt, modo id pro cauſæ defenſione, Vt quantum poterit cum modeſtia factum eſſe noſcatur.* Quod habet *S. Antoninus in ſumma 3. par. tit. 6. §. 2. fol.* 71. Quot domus vidi ſolo æquatas ob hunc abuſum, & innocentes per annos in carcerem detruſos, qui poſtea liberati in forma fuere, & nonnulla exempla reperies lector in his libris, & teſtor Deum, quod viginti quinque annis, quibus exigui aduocati munere fungor, nihil mihi conſcium eſſe, niſi in cauſis meis, quarum onus ipſe ſuſtinebam, aliquas neceſſarias ſuſpiciones, non defendiſſe. Quanti inte-
37 reſt ſi iſthæc defenſio nõ ab aliquo mercenario, ſed ab homine intrepido, docto, & eloquenti fiat; & ſolũ Deum præ oculis habente, hæc eſt exceptio pro tutela iuſtitiæ à lege diuina, ac humana adinuenta, eſt pars potiſſima totius iudicij. Qua ergo cõſciẽtia poteſt aduocatus, cũ
38 hoc eſt neceſſarium, illam ommittere, vel quod idem ferè eſt mercenario Cauſidico ob panis egeſtatem has cauſas defendenti; & proinde oneri impari demãdare? Veritas poteſt ſupra vinum, ſupra mulierem, & ſupra Regem, ait Spiritus Sanctus 3. *Eſdræ cap.4. n.* 38. cui accinit
39 Cic. pro Vatin. (quicquid ſillogizando pro mendacio, contra veritatem curioſè, & doctè ſcripſit Epiſcopus Areſi *lib.3. Impreſia 26. diſcurſu* 4. ex fol. 305. ad fol. 335.) Pro iſta paratus ſemper ero & in carcerem, & in mortem ire.

ARGVMENTVM

Clericus effectus miles, an ipſo iure exutus dicatur fori priuilegio, & vacet ipſo iure beneficium, an requiratur monitio, & declaratoria ſententia; quid ſi non fuerit in bello, & non exercuerit ſæua; quid in milite gregario, quid in Centurione, multa de inſignibus, munijs, & poteſtate centurionum. Quando quis dicatur verè miles, quando verus centurio. De Rollo centurionis, de Rollo Scribæ portionis, quid Rollus, quid Liſta; de pœna deſertorum. Et ſi is Cẽturio interim cõueniatur pro cauſa ciuili coram Iudice ſeculari, deinde reaſſumat habitum, tonſuram, ac beneficium, etiã de licẽtia Domini Noſtri Papę; dicatur taliter præuenta à Iudice ſeculari, cauſa, & pſona; vt ſit ei deneganda remiſſio ad Iudicem Eccleſiaſticum: cum diremptione paritatis facta nuper per S. R. C. cum tribus DD. adiunctis.

1 *Clerici adſcribentes ſe militiæ an perdant priuilegium clericale? & n. 2.*
3 *An perdatur ipſo iure, vel requiratur ſentẽtia declaratoria: & n. 3.*
4 *Dictio mox adiuncta verbo futuri temporis importat canonem latæ ſententiæ. & n. 5.*
6 *Perdit priuilegium fori, & beneficium ipſo iure, & n. 7. & 8. & 9. & 10.*
11 *Negat Innocentius, niſi in bello exercuerit ſæua; & qui eum ſecuntur.*
12 *Diſtinctio Cardinalis, qui reprehendit gloſſatores.*
13 *Canones omnes prohibentes clericis matrimonium recenſentur.*
14 *Paritas facta in S. R. C. in dicto articulo, & n. 15. diremptio paritatis, & cauſæ deciſio.*
16 *Extrema non coniunguntur cum medium eſt inhabile, vel res nõ eſt integra.*
17 *Media inhabilia quæ ſint; & n. 18. & 19.*
20 *An gaudeat clericus præuentus etiã in criminalibus.*
21 *Centurio in totum, & totaliter dicitur ſe immiſcere, licèt ſæua nõ exerceat, & n. 22. & 23. & 25.*
24 *Imperium Centurionis in milites ſuæ cohortis, & quæ poſſit facere; n. 25. & 26. & 27.*
28 *Beneficium per primum actum centurionis vacat ipſo iure.*
29 *Intelligentia Abbatis ad doctrinam Innocentij.*
30 *Milites quid iurare debent, & de pœna deſertorum in Regno, n. 31.*
32 *Milites Regis Neapolis nullam habent vacationem, vt Romanorum, ſed ſunt vita durante.*
33 *Quæ pendent à voluntate Principis ſunt impoſſibilia de iure.*

QVÆSTIO XIV.

ADHVC inter *Doctores* vetuſtiſſima illa cõtrouerſia viget, an clerici adſcribẽtes ſe mundanę militiæ, perdant ipſo iurę, ac ipſo facto *fori* priuilegium, ac *beneficium* Eccleſiaſticum, ſi quo erant inſigniti: an requiratur ſententia, an opor-
1 teat, quod etiam in acie belli exercuerint ſæua. Et ſanè verior mihi ſemper viſa fuit opinio *Ioannis* antiquiſſ. *Gloſſatoris* in *c. quiſquis* in verbo *arma* 17. *q.* 4. cuius verba iſtá ſunt: *Hoc tamen intelligo quando ex cauſa leuitatis induit arma, vel abijcit*
2 *habitum clericalem, vt tunc non ſtatim perdat priuilegium; aliud eſt ſi penitùs apoſtataret: vt ſi fiat miles, vel ſi uxorẽ ducat; TVNC dico eum ipſo facto perdere priuilegium*, vt 84. *diſtinct. quiſquis.* Et quod *gloſſa* prædicta ſit magiſtralis, & benè dicat, quod
3 non requiratur monitio, ſed illum canonem *Syricij Papæ*, quẽ allegat in *d. c. quiſquis* ſit latè ſententiæ, & optimè dicat, quod perdat priuilegium ipſo facto. Cõſidero, quod ille *can.* dicit ſic: *Omni Eccleſiaſticę dignitatis, priuilegio MOX denudetur.* At dictio *MOX*, iuncta verbo fu-
4 turi temporis facit pęnam cenſeri irrogatam ipſo iure, iuxtà celebrem *gloſſam* in verbo *imminere*, & ibi Bar. *n.* 7. & 10. *in auth. de inceſt. nupt.* Tiraquell. in *l. ſi vnquam* verbo *reuertatur n.* 90. & 91. *C. de reuocãd. donat.* Caſſan. *in Conſuet. Burg. rub.* 2. in verbo *il confiſque n.* 2. *fol.* 368 Corn. *conſ.* 226. *n.* 4. *vol.* 1. Beinten. *deciſ.* 37. *n.* 7. Cotta in verbo *Mox* in fine *pag.* 592. & Archidiac. *in d. c. quiſquis*,
5 verbo *nudetur* dicit *ipſo iure*; & licèt Papa Syricius ibi loquatur de Clerico cõtrahente matrimonium, probabimus idem eſſe in milite, idcircò benè fuiſſe inductũ à dicto *Gloſſatore*.

6 Hanc *gloſ.* approbat alius *Gloſſator* Bernardus Cõpoſtellanus in *c. fin. de cler. nõ reſident.* in verbo *redierint*, quod perdit beneficium Eccleſiaſticum, & priuilegiũ clericale ipſo iure, dicit ſic: *Si habet eam pro derelicto, puta quia contraxit matrimonium, vel factus eſt miles, vel ioculator, cum de hoc conſtiterit Epiſcopus, ſtatim poteſt Eccleſiã alijs cõferre*, ſupra *de cleric. coniug. c.* 1. 83. *diſt. can. ſi quis.* Hæc *Gloſſa*.

7 Has *gloſſas* aliqui indiſtinctè ſecuti, aliqui cum diſtinctione, aliqui refellere in totum conati ſunt. Qui ſecuti ſunt Barbatia in *conſ.* 11. *n.* 10. verſ. *præterea facit d. l. final.* fol. mihi 31. vbi dicit, quod eſt cõmunis opinio ſequitur Ant. Faber C. *de Epiſc. & Cler. diffin.* 25. vbi dicit, per ſuum Senatum fuiſſe iudicatũ, vt ſtatim
8 amittat priuilegium clericale, & ſi talis clericus efficiatur deſertor poteſt puniri pœna deſertoris, nullo ei priuilegio fori, vel canonis ſuffragante; quia ſecularem mili-

militiam aſſumendo, Eccleſiaſticæ renũciaſſe intelligitur, Petr. Bellin. *de re militari tit.* 8. *n.*2. Io:de Lignano *de bello cap.* 54. *in 6. particula*. Hoc idem tenet Farinac. *fragm. crim. par.* 1. *n.*184. verſ. *hinc*
9 *eſt fol. mihi* 64. vbi ex Imola, & alijs, quos allegat, dicit eſſe *communem opinionem*, adducit eandem rationem Ant. Fabr. quę eſt originalis Ant. de Butr. in *c. fin. de cler. coniugat. n.* 4. V3. *quod eo ipſo, quod ſæcularem militiam aſſumit, videtur clericali renunciaſſe*. Iul. Clar. etiam *in* §. *fin. quæſt.* 73. *n.* 6. in fine; licèt ſit in aſſerendis ſuis ſententijs magnoperè circumſpectus, hoc dixit ſine ſcrupulo; teſtatur eſſe communem opinionem niſus, eadem ratione, & ſic ſeruari, & de iure procedere teſtatur Guiliel. in *c. Raynut. in verbo vxorem nom. Adelaſ. deciſ.* 2. *nu.* 150. verſ. *nam talibus armigeris*. Sequuntur Riccius in *praxi par.*3. *reſolut.*49. *num.* 4. Barboſ. *de Iure Eccleſ. vniuerſ. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 31. Ciarlin. *controu. forenſ.* 36. *n.* 38. *& ſequent.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. n.* 865. vbi dicit ſufficere ſi clericus ad militiã adſcribi paſſus fuerit allegat Imolam, Marſilium, Aluarez, & Aufrer. Concurrit etiam meus *Præceptor* D. Capyc. latr. *deciſ.*45. *n.*32. ſed melius omnibus iudicio meo Archièpiſcop. Ricciull. *de Iure perſon. lib.*7. *cap.*5. quod ipſo iure amittit beneficium Eccleſiaſticum; & licèt Riccıullus ex profeſſo impugnetur, vt infra dicam, à Cæſare Carena, ta-
10 men hæc opinio apud circũſpectiſſimos Dominos Iudices delegatos ad tuendã Regiam Iuriſdictionem in hoc Regno (qui ſolent eſſe, vltra totum Collaterale Conſilium, alij ſex ſupremi Senatores, nempè Præſidens S. R. C. Locumtenens Magni Camerarij, & quatuor Regij Cõſiliarij de Sacro Regio Supremo Iuſtitiæ Conſilio) eſt canonizata, & ita mordicus ſeruatur, vt dixit mihi Dominus Io: Baptiſta Iouinus vnus ex dictis quatuor Regijs Conſiliarijs, & dicti S.R.C. digniſſimus decanus.
11 Qui cum diſtinctione receperunt, ſunt Innoc. *in c.* 1. *de apoſtat.* qui referens opiniones dicit: *Aliqui dicunt, quod & nos probamus, quod non perdit priuilegium clericale niſi factus miles, exerceat etiã ſæua in bello*; hoc eſt, vt mutilet, vel occidat, vt ex inde efficiatur irregularis, Iſernia etiam ſequitur expreſsè Innocent. *in conſtit. Regni Apoſtatantes* verſ. *vbi ergo exercuit ſæua n.* 40. fol. 11. idem tenet Caſſaneus ſuper *Conſuet. Burg. rub.* 1. §. 5. *n.* 54. verſ. *quinto fallit fol.* 195. *Alex. conſ.* 8. *n.* 3. verſ. *cõfirmatur lib.* 1. qui dicit fuiſſe opinionem Hoſtienſ. *in c.* 1. *de apoſtat.* Ponte *conſ.* 24. ante n. 9. verſ. *& licet*; qui allegat *Capyc. deciſ.* 191. qui in illa quo ad hunc articulum nihil firmat, alios apud Squillant. *de priuileg. cleric. cap.* 7. ante *n.* 33. verſ. *ſi vero.*
12 Tertiĩ habent anteſignanum Franc. Zabarell. Cardinalem Florent. *in c. fin. de cleric. coniug.* reprehendens *gloſſatores*, quod malè induxerunt *Can.* Syricij Papę ducentes argumẽtũ à matrimonio, quod eſt Sacramentum, ad militiam, cum clerico cõtrahente matrimoniũ ſecundùm
13 Canones Eccleſiæ Latinæ, qui ſunt Cõcilium Cartaginenſe 2. *can.* 2. *& conc.* 5. *can.*3. *& Conc. Roman.* ſub Sylueſtro 1. *can.*8. *conc. Arelat.* 2. *can.* 2. *Turonenſe* 1. *can.* 1. *&* 2. *& Turonſ.*2. *cap.*2. *Agathẽſ. cap.*9. *& Aurelian.*3. cap. Beatus Thomas 2.2. *q.* 88. *art.* 11. Caiet. *in opuſculis tom.* 1. *tract.* 27. *Sotus lib.* 7. *de Iuſtitia q.* 6. *art.* 2. Bellarmin. 2. *tomo contr. lib.* 1. *de clericis ex cap.* 18. *vſque ad cap.* 25. apponitur clerico cõtrahenti matrimonium impedimentum perpetuum, cum ſacerdotio incompatibili, quod non poteſt cõſiderari in milite, qui poteſt *ad ſui libitũ* militiam deſerere, verba Cardinalis ſunt iſta: *Longa eſt differẽtia inter matrimoniũ, & militiam, quia in matrimonio, quis ab eo recedere non poteſt, & redire ad vitam clericalem, & ordines; ſed ſi clericus miles fiat poteſt penitere, & habitum clericalem reaſſumere*; accinunt Imola & Collectarius, & Gigas *de penſionibus quæſt.* 55. *n.* 3. & nouiſſimè Dom. Cęſar Carena *cap.* 11.
14 Contingit de iſtis acriter diſputari in cauſa Clerici Beneficiati *Annibalis Turboli*, cum ſuis creditoribus in S. R. C. & coram dicto D. Iouino, is enim Anibal dimiſſo habitu fuit in Centurionẽ vnius Cohortis Italorum militum ſelectus, & licèt nõ exiuit Neapolim, exercuit tamen munus per ſex menſes; dum erat Centu-

rio,

rio, fuit attinctus à ſuis creditoribus in
Regijs Tribunalibus, & iuſſum contra
illum relaxari mandatum exequutiuum,
Deindè fuit reformatus, reaſſumpſit ha-
bitum clericale, & tonſuram, & obtinuit
etiam ad cauthelam à Sanctiſſimo Roma-
nò Pontifice abſolutionem ab Apoſtaſia
(ſi quam forte incurrerat) Iterum pulſa-
tus à creditoribus penès Regia Tribuna-
lia, petijt cauſam remitti ad Iudicem Ec-
15 cleſiaſticum. Diſcuſſa cauſa, fuit facta
paritas, & datis tribus Regijs Conſilia-
rijs ad paritatem dirimendam DD. *Stai-*
bano, Boliaga, & Hodierna die 27. Aprilis
1662. cum pertinaci cauſæ diſcuſſione,
fuit paritas dirempta, & prouiſum *non*
gaudere beneficio fori quo ad bona tantùm.
Ipſe pro creditoribus ad excluſionē re-
miſſionis quo ad bona (de perſona non
curabamus) dicebam.

Quod ſi prima opinio indiſtinctè eſt vera,
cauſa nullum habere poteſt ſcrupulum,
quia citatus cum erat laicus, & effecit, vt
res non eſſet amplius integra. Citatio
enim executa, facit vt res non ſit amplius
integra, vt infra n. & quæſt. 23. & 34.
16 Secundo, quia extrema nunquam poſ-
ſunt coniungi, cum adeſt medium inha-
bile, Caſtr. *conſ.* 422. *quo ad iſta materia,*
lib. 1. Barboſ. *axiom,* 91. *n.* 2. & habetur ex
Ariſtotile 2. *phyſic.* medium hic defecit,
17 per præuentionem perſonę, & cauſæ er-
go &c. ita in puncto tenet Io: Andr. in *c.*
1. *de obligat. ad ratiocin. non ordinand.* Be-
nedict. Capra *concluſ.* 97. *n.* 111. *col.* 1.
in princ. fol. 145. cuius verba ſunt iſta:
Et iſto caſu ipſe clericus coniugatus reaſſu-
mendo habitum, & tonſuram recuperabit ip-
ſa priuilegia, ſcilicèt quo ad ea, in QVIBVS
non fuiſſet præuentus, vt quia fuit cōuentus
pro aliqua cauſa criminali coram Iudice ſę-
culari, tunc enim non prodeſſet ſibi illa reaſ-
ſumptio habitus, & tonſura, quò minus te-
neatur coram tali Iudice reſpondere, nec quo
minus fiat executio in eius bonis; Sed benè
prodeſſet quo ad hoc, vt non fiat exequutio in
eius perſona, vel eius perſona diſtringatur.
Hæc Capra. Hæc doctrina eſt commu-
18 niter approbata, vt patet ex Farinac. *de*
inquiſit. quæſt. 8. *ex n.* 66. verſ. *Item quis*
ſi tempore; vbi dicit non gaudere neque
quo ad perſonam, vt fol. 91. Allegat vl-
tra dictum locū Capre alios DD. & duas
19 *deciſiones* Capellæ Toloſan. quarū *prima*
quæ eſt 144. eſt cōflata per *quindecim Iu-*
dices Eccleſiaſticos, vltra Authorem dicta-
rū deciſionum, qui eſt *Io: Corſerij,* quod
non debet remitti ad Iudicem ſpirituale,
quia cauſæ, & perſonæ ſunt pręuentæ per
Iudicem temporalem.
20 Denique Carol. de Graſſ. *effect.* 1, *num.*
1233. dicit, quod non gaudet, neq; in
ciuilibus, neq; in criminalibus quicquid
diſtinguat Farinacius. Dicit ſic. *Nihilo*
minus prædicta procedunt, attenta diſpoſitio-
ne iuris Canonici antiqui, at de iure noniſſi-
mo Sacri Concilij Tridentini, puto, quod non
ſufficit reaſſumptio habitus facta poſt delictū
per illam regulam, quod qualitas adiuncta
verbo, debet verificari ſecūdum tempus ver-
bi & quia debet attendi tempus delicti, & nō
punitionis, vt poſſit habere locum diſpoſitio
Concilij. Hæc Graſſis.
21 Sed dato, quod eſſet attēdenda opinio
ſecunda diſtinguentium; & tertia negan-
tium; (quod *ipſe* in Clericis in minori-
bus non cōcedo) non applicantur caſui
præſenti. Siquidem Imola in *d. c. fin. de*
cleric. coniug. poſt n. 4. concordando opi-
niones dicit, quod debet intelligi de il-
lo milite; qui non immiſcet ſe negotijs
militaribus, vel ſecularibus: & hanc cō-
cordiam Imolæ approbat *Gigas de penſio-*
22 *nibus quæſt.* 55. *n.* 3. & ſequentib. & ſi be-
nè cōſideretur idem dicit Abb. *in d. c. fin.*
nam declarans Innoc. dicit *exercenit ſua,*
aut fecit actum omninò contrarium clerica-
tui, &c. Anibal immiſcuit ſe in totum in
delectu militum, exercens Centurionis
imperium per ſex menſes, ſuper ſua co-
horte, vt in facto conſtat; ergo, &c.
23 Secundo doctrina Innocentij procede-
ret in *ſimplici milite gregario,* non in *Cen-*
turione, vel *Tribuno,* quorum officium cō-
ſiſtit in gubernio, & adminiſtratione mi-
24 litari, cum mero imperio, & gladij pote-
ſtate ſuper milites pro eorum nutu, qui
ſine proceſſu de facto poſſunt milites
non obedientes in rebus militaribus pro
eorum libito punire mutilare, & occide-
re, vt habent Veget. Valtur. & alij *de re*
militari. Alex. ab Alexandro *dier. genial.*
lib. 6. *cap.* 18. *Fr. Lelius Brancat. cap.* 5.

Carrichi militari, & eſt tex. in *l. miles*, *§. irruens*, *ff. de re militari*, Claud. Coter. *de priuileg. militum cap. 7. & cap. 18.* & ſic
cum Centurio obeundo ſuum munus,
25 vel in delectu militum, vel in guber-
nio ſuæ Cohortis, fiat magis conſpicuus,
ac notorius cœleſtis militiæ deſertor, &
in totũ in re militari ſe inuoluat, dicitur
arguendo à diſtinctione Imolæ, & Abb.
quaſi exercuiſſe ſęua, & ęquiparari ei,
26 qui non contraxit ſponſalia de futuro,
ſed matrimonium. Actus enim militares
Centurionis per ſex menſes non poſſunt
vti leues præteriri, vel diſſimulari, vnde
Ricciull. loco *cit.* ſub n. 19. reprehendit
27 Iacobum Graff. qui niſus fuit in *conſ. 1.*
de clerico coniugato excuſare quendam iu-
uenem minorem, qui ſolum per quinde-
cim dies fuit miles; nam ſi tãtum in ma-
tricula fuit deſcriptus ipſo inſtanti fuit
exutus priuilegio clericali, & vacauit be-
neficium, ſi quod obtinebat, non quia
28 exercuerit ſæua, ſed propter incompati-
bilitatem actuum, & quia ſolum per mi-
litarem Cingulum fuit incompatibilitas
inducta; & ſunt ad inuicem contraria al-
legat *c. ex multa §. fin. de voto*, *c. quæ in aliquo 51. diſt. l. repetita c. de Epiſcopis, & Cler. l. conſulta diualia C. de teſtam.* Sic Ric-
ciull. ex *n.* 16. & 17.
29 Tertio & melius reſoluitur doctrina
Innocentij, cum intelligentia quam illi
tribuit Abb. in *d. c. fin. ante n. 2. de cler. coniugat.* nã ad illud quod requirit exer-
citium ſęuorum ſubdit hęc formalia ver-
ba: *Sed ego dubitarem, quid in eo milite, qui iurauit illa, de quibus eſt gloſſ. in l. penult. ff. ex quib. cauſ. maior. nam inter cætera*
30 *verè militandus, debet iurare non vitare mortem, & iſte actus prorſus eſt contrarius clericatui.* Hæc Abbas. Nunc ſic *gloſſa*
per illum *tex.* in d. *l. penultima* explican-
do *tex.* qui loquitur de militibus, qui di-
ſcedere ex ſignis ſine periculo nõ poſſunt
in verbo *periculum* dicit, *periurÿ, vel mortis*: Si ergo milites Regis noſtri ex legi-
31 bus militaribus, & ſignanter *pragm. 29. de militibus* non poſſunt diſcedere à Si-
gnis ſub pœna *mortis naturalis*, iam eſt
reſoluta vtraque doctrina Innocentij,
ſcilicèt, & Cardinal. Florent. prima ex
intelligentia Abbatis; nam cum mileſ
vltro, & ſpõtè ſubijcit ſe *ad pœnam mortis naturalis*, ſi diſcedat à ſignis, dicitur
facere actum de directo contrarium cle-
ricatui: Secunda ex defectu ſuppoſiti,
32 quia nõ eſt in arbitrio militis diſcedere
à militia, & redire ad clericatum, ſiquidẽ
licèt antiquis temporibus non habebant
vacationem milites, niſi vſque ad quin-
31 quageſimũ ætatis annum, vt habet Cel.
Rodigin. *lib. 11. cap. 1. antiq. lect.* Claud.
Coter. *de re milit. cap. 25.* Hodie nullo
modo hoc eis licet, ſed ſi ſolum ſunt de-
ſcripti in Rollo Centurionis, & diſcedãt
ſine venia, incurrunt pœnam decem an-
norum triremium; ſi ſunt deſcripti in rol-
lo Scribæ Portionis, incurrunt pœnam
mortis naturalis, vt in *prag. 28. de militib. in prætermiſſis*, de qua obſeruantia teſta-
tur Reg. Latr. meus Magiſter *deciſ.* 105.
n. 19. & ſequenti; & ſic ex defectu ſup-
põſiti non applicatur doctrina prædicta,
neque ratiocinatio Dom. Carenę *reſolut.*
32 *cap. 11.* Siquidem hi milites æquiparan-
tur contrahentibus matrimonium, vel
ſponſalia de præſenti, non de futuro, quia
in eis non eſt locus pænitentiæ, ſunt vita
durante, niſi ab ipſo Principe licentien-
tur, quæ licentia, quæ pendet ex volun-
tate Principis, cum ſit impoſſibilis de iu-
33 re, *l. apud Iulianum*, *§. conſtat ff. de legat. 1. l. continuus, §. cum quis*, & ibi *gloſ.* in verbo
prædicta, *ff. de verb. obligat.* concordantes
apud Barborſ. *axiom.* 118. *fol.* 74. n. 4. Ha-
bere poſſet fortè locum, nõ in militibus
ſtipendiatis, ſed in aduenturerijs do-
ctrina Cardinalis, & Ratiocinatio Care-
næ. Optimè ergo induxerunt textum Sy-
ricij Papæ Gloſſatores.

§. 2.

34 *Miles nõ dicitur Miles, ſi nõ iurauit, vel ſit deſcriptus in matricula, ſeù Rollo; fallit de Iure Regni. n. 35. 36.*
37 *Centurio ſtatim ac habet ſchedulam Principis dicitur verè Centurio, & n. 38.*
39 *In principis verbo ſtat gratia, in ſcriptura teſtimonium, & in executione commodum.*
40 *Munia, ac imperium Centurionis, quæ ſint, & n. 41. & 42.*
43 *Cur ſtatim nõ expediuntur Centurioni li-*

tera

tera patentes; & de bullis Apoſtolicis, & aſſenſibus in forma Cancellariæ n. 44.

Rollus quid ſit, quid liſta, quid pedeliſta, quid luſtratio; & n. 46.

47 *Deligens milites authoritate propria incidit in crimen læſæ maieſtatis.*

48 *Laicus actintus per ſolam citationem coram Iudice ſuo, ſi fiat etiam ſacerdos nō declinat forum, quoad bona; & n.* 49.

50 *Libellus primus ſufficit etiam pro cenſibus, & tertijs lite pendente decurſis; & quare.*

51 *Actintus ſi fuit laicus ab vno creditore, prodeſt alijs.*

52 *Clerici beneficiati gaudent etiam ſi in habitu non incedant; & n.* 53.

53 *Beneficium perditur per militiam, & indiget noua collatione n.* 54.

55 *Beneficium perditur per militiam ſecularem etiam ſi quis non exerceat ſaua, & n.* 56. *&* 57.

INfelicior itidem eſt partis ratiocinatio in eius reſponſo, qua dicit Anibalem non fuiſſe factum militem nisi à die,
34 qua fuit aſſentatus in libris Scribę Portionis, vel quando ei fuerunt datæ literę patentes ſub die 10. Martij, per multa iura, quæ allegat, quibus addere poterat Ricciull. optimè diſtinguentem ad examen doctrinæ Innocentij *d.c.*5. *lib.*7. *n.*1. *de perſon. extra gremium*; Nam tam Ric-
35 ciull. quam omnes alij ab ipſo adducti, malè applicātur caſui noſtro, ipſi locuntur *de iure communi*, & benè; ſed nos loquimur in concreto, de militibus Regis Neapolis, cuius fuit Anibal Centurio. Milites Regis Neapolis, huic legi ſubijciuntur: *Però à riſpetto di quelli ſoldati aſſentati tantū alli rolli delli Capitanei, c'hāno receuuti denari, ò vero veſtiti, ò altra coſa di*
36 *detti loro Capitanei, e non ſono paſſati alli rolli, ſeù liſte del Real officio della Scriuania di Ratione, e ſe ne fuggono, incorrano alla pena di dieci anni di galera, la quale irremiſſibilmēte s'eſequirà; e quelli, che ſe ne fuggeranno doppo che ſaranno aſſentati alla Scriuania di Ratione, incorrano in pena di morte naturale*, vt in d. prag. 28. *de militibus* in nouis fol. 156. col. 2. in prætermiſſis; eſt ergo miles deſcriptus in *Rollo Centurionis* in regno *verè* miles, Sanfelicius *deciſ.* 164. & non poteſt diſcedere ſub pœna triremium pro decem annis, & ſic
37 ex illo tunc ligatus.

Sed iſta in milite gregario, non in centurione. Centurio autem cum habet ſchedulam, ſeù viglietto, quo efficitur Capitaneus, illicò eſt miles, & pluſquam miles; alioquin quomodo poſſet ſignum militare erigere, vulgo alborare bandiera, & milites deligere, & congregare, ſigniferum Sargentem, & alios Officiales creare, & tot munia militaria exercere? Mi-
38 lites gregarij idcircò non dicuntur milites, niſi ſcribantur in rollo, quia aliud teſtimoniū de eorū militia non habent; Capitaneus nō ſic, q̄ habet chirographū (viglietto) ſubſcriptū à Secretario ſtatus, & belli, & ab ipſo Imperatore vulgo Capitan generale, ſua manu ſignatum. Hūc non eſſe militem eſt deſipere, cum in
39 Principis verbo, ſtet gratia, in ſcriptura teſtimonium, & in executione cōmodū Gemin. *conſ.* 104. Caſſador. *deciſ.* 4. *de cauſ. poſſeſ. & propriet.* Afflict. *deciſ.* 253. Valenſuel. *conſ.* 104. *n.* 14. Gomeſ. *in reg. de non iudicand. iuxta formam*, &c. *quæſt.* 1. verſ. *tamen conſiderandum* fol. 74. ater. verbum Principis, quo illum creat ſcriptura ab ipſo Principe rubricata executio, quia incipit milites deligere, & defert ab
40 illa die inſignia centurionis, quam tex. *in l. milites*, §. *irruens, ff. de re militari* vocat *vitem*; & ita etiam eam appellāt Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. paulò ante finem. Iuuenalis loquens de Mario *Satyr.* 8. & Sylius Italicus *de Ennio lib.* 12. *Tacit. lib.* 1. vbi de Lucio Centurione Petr. Crinitus *lib.* 22. *de honeſta diſciplina cap.* 2. Cęlius Rhodi-
41 ginus *lib.* 26. *cap.* 33. quod vocatur *vitis Centurialis*. Alex. ab Alex. *lib.* 16. *cap.* 18. *Claud. Coterus de priuileg. militum cap.* 18.
42 Nunc autem vocant *Ginetta*, neq; obſtat quod literæ patentes non expediantur eadem die, nam cum pro qualibet patēte exigatur magnum derictum. Datur aliquod tempus ad illas expediendum, vt Centuriones non cogantur ipſo ingreſſu tantam pecuniam exburſare, vt
43 fit in bullis, & literis Apoſtolicis Gomeſ. *in d. reg. Cancell. de non indicand. &c.* & in aſſenſu expedito per verbum, fiat, in Regno, quod datur biennium ad illud expediendum in forma Cancellariæ, ſed eſt

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq. N per-

44 perfectum durante biennio ſolum,quod
dicat fiat *prag. 9. de feud.*

Magis, quod fuit ſcriptus in rollo eadem
die, qua habuit ſchedulam Principis,ſeù
viglietto, vt conſtat ex eadem fide, vbi
Officialis maior exercitus dicit apparere
da las liſtas de eſte vfficio que empeçò a le-
45 *uantar la Compagnia a 13 di Nouembre,*
& aduerſarius credit *liſtam* eſſe diuerſam
à *rollo,* ſed fallitur, nam vnum, & idem
ſunt, vt liquet ex *d. prag.* 28. ſupra inſerta
ibi: *E non ſono paſſate alli rolli, ſeù liſte del*
real officio della Scriuania; & hoc eſt indu-
bitatum,quod liſtæ vocantur,& numerus
46 militum effectiuorum poſt *luſtrationem*
factam,vulgò *la moſtra* vocatur *piè de li-*
ſta; & cum ratione, nam eo ipſo, quod
habet vigliectum, nõ poteſt Centurio ex
ſe per Regnum delegere milites,& incur-
reret crimen læſæ Maieſtatis vere in pri-
mo capite iuxtà verum intellectum tex.
47 *auth. vt armorum vſus,* &c. ſed oportet
illum præſentare in officio Scribæ Por-
tionis, à quo ei fit ordo, & licentia dele-
gendi milites aſſignantur quarteria, vul-
gò leuantare.

Cum ergo Anibal fuit attinctus in M.C.V.
à D. Anna Turboli corã Iudice ſæculari
die 24. Nouembris, & bis intimatus,&
expeditæ literæ executoriales; & iterum
attintus coram Regente Spectabili tunc
Regio Conſiliario die 3. Septembris
1655. & die 4. Septembris intimatus
erat merus laicus, licèt poſtea reaſ-
ſumpſit habitum, vel etiam ſi eſſet ef-
fectus Sacerdos, ad nihilũ ei prodeſſet
48 ad declinandum forum Iudicis ſæcula-
ris, *c. propoſuiſti de foro competenti,* vbi om-
nes, & ſignantèr Marian. Socc. *n.* 36. *&*
38. *& ex n.* 45. concordantes apud Ca-
rol. de Graſſ. *effect.* 1. *ex n.* 1239. *cum ſeq.*
verſ. limitatur 65. Carleual. *tom.* 1. *diſp.* 2.
ex n. 906. cum ſeq. Anzald. de Iuriſd.
par. 2. *cap.* 15. *ex n.* 66. *ad n.* 82. fol. 210.
cum per ſolam citationem executam ſit
præuenta cauſa, & perſona, *c. ſignificauit*
de reſcript. Clem. 2. *vt lite pendente,* Ma-
ſcard. *concl.* 987. Carauit. *ritu* 234. *n.* 3.
Salgad. *de retenſ. bullar. fol.* 198. *nu.* 34.
49 Carleual. *d. q.* 7. *n.* 879. *cum ſeq.* vbi ha-
bentur cõcordantes, & hic articulus quo
ad diſtrictionem realem nullum habet
contradictorem, niſi *D.H.* apud Surdum
deciſ. 110.

Nec eſt verum in facto,quod Anibal ſoluit
quantitatem, pro qua fuit attintus, vt ex
partita banci,quæ licèt ſit tranſita, paſſa-
ta per bancum die 9. Iulij 1655. tamen
non fuit lecta in corpore, quod non ſolũ
nõ ſoluit, ſed remanet in duc. 528. 0. 9.
per totum Aprilem 1654. Vnde cum at-
tingitur 3. Septembris 1655. attingitur
pro duc. 1090. & decretum relaxationis
ab Apoſtaſia, (de quo infra) fuit inter-
poſitum à Curia Archiepiſcopali 7. Ia-
nuarij 1656. ergo quando fuit attintus
ad inſtantiã D. Annæ Turbolo erat me-
50 rus laicus, vt ſupra; vltra quod poſt pe-
titionem intimatã maturatę ſunt aliæ ſũ-
mæ immenſæ cenſuum, ſiuè tertiarum,
pro quibus aſſequendis nõ indiget nouo
proceſſu *Gizzarell. deciſ.* 65. *Rouit. conſ.*
37. *vol.* 2. quod fuit habitum pro vero
in hac cauſa etiã ſi nullus alius libellus
fuerit datus. Sufficit inſtrumentum præ-
ſentatum, quod habet vim libelli, vt in
q. . lib. 2. Item fuit attintus à D. Iulia
Turboli in M.C.V. & reiecta exceptione
clericatus tàm domi, quàm per M.C. ne-
que iſti ſoluit vllo modo,& ei debet du-
cat. 5000. tertiarum, & plus; ergo per
tex. *in l. cum vnus de bonis auth. iudic. poſ-*
51 *ſidend.* Hæc attintio facta à D. Iulia pro-
deſt etiam D. Annæ eius ſorori,& ſic du-
rat Iudicium, quia non ſoluit, & ſic erat
prouidendũ, quod procederetur in S.C.
reſpectu bonorum, reſpectu diſtrictionis
perſonalis erat dãdus terminus ſuper re-
miſſione, ad finem probandi ſeruitium in
diuinis,quod nunquam probare potuiſ-
ſet.

Nec dicatur dictam probationem ſeruitij
non eſſe neceſſariam, quia habet benefi-
cium Eccleſiaſticum, quod ſufficit abſq;
alio ſeruitio, vel delatione habitus, &
52 tonſuræ, (licèt iudicio meo totum con-
trarium eſſe deberet; quia beneficiati
propter beneficium,maiore honeſtate; &
ſic indeficienti delatione habitus,& tõ-
ſuræ coruſcare deberent) nam mordicus
teneo nullum habere beneficium, vnde
nil mirum, ſi facta inſtantia per nos, vt
declaret, ſi habet, & poſſidet beneficium,
non eſt auſus declarare.

Et cum

Et cum ratione, quia illud renunciauit in manibus patroni quãdo fuit factus Centurio, deinde illud ꝑ decretũ caſualiter factum voluit retinere die 9. Maij 1657.

53 Hoc nihil valet ex toto *cap.* 5. *lib.*7. Ricciull. quod eodem inſtanti per incompatibilitatem vacauit beneficium, & allegat infinitos, & reprobat omnes.

54 Subdit n. 17. hoc eſſe adeò verum, vt ſi relicta militia ex integro redeat ad clericatum, non recuperat beneficium, quãuis non ſit alteri collatum, quia iam per militiã fuit inducta vacatio ex præſumpta, & ſpontanea ipſius militis voluntate, quę proinde, ſine noua collatione nõ reuiuiſcit. Hæc Archiep. Ricciull. quid dicendum vbi expreſsè renunciauit?

55 Subdit n. 22. & 23. explicando doctrinam Innocentij, de qua ſupra de exercitio ſæuorum: nam beneficium non recuperat etiam ſi non exerceat ſæua, & etiã ſi pæniteat, & redeat, & reaſſumat habitum, quia priuilegium clericale per militiam non amittitur irreuocabiliter, ſed eatenus, quatenus ipſa militia durat, vt probat apertè tex. *in clem.* 1. verſ. *quam diù de vita, & honeſt. cleric.* & ibi *gloſ.* in verbo *recuperabit*, quam DD. communiter approbãt, ſed beneficium ſemel poſt-

56 quam vacauit fuit ammiſſum irreuocabiliter, itaut amplius non recuperetur, niſi ex noua collatione. Ricciull. ex Abb. Rebuff. Pariſ. Imol. & alijs. Hæc quãdo non renunciat expreſsè, ſed ſolùm efficitur miles, quid dicendum vbi expreſsè renunciauit in manibus patroni, neque valet vno obulo collirium, ſiuè emplaſtrum factum ab Archiepiſcopo ſub ſimplici memoriali ipſius Anibalis, nam hercle Archiepiſcopus prædicta vel nõ nouit, vel diſſimulauit. Si renunciauit in manu patroni requirebatur vt patronus iterum illum præſentaret, ſi eſt neceſſaria noua collatio, requiritur noua præſentatio, ac noua bulla, & noua poſſeſſio; vnde nil mirum ſi non potuit aliam fructuũ perceptionem præſentare poſtquam fuit Capitaneus.

57 Denique Archiepiſcopus non potuit apponere manus, quia dictum beneficiũ vacauit menſe Nouembris, & ſic per regulam 8. Cancell. vbi Gonzal. & alij, illius cognitio ſpectabat ad D. Papam, & ideo pendet nunc cauſa huius beneficij in Curia. Et Anibal illud non poſſidet. Et ſic probatio ſeruitij in diuinis, ac delationis habitus, & tonſuræ eſt de eſſentia eſſentiali, cum nullum habeat beneficium, quæ dicta ſunt quo ad diſtrictionẽ perſonæ, magis quod actus pro executione Breuis Summi Pontificis in reaſſumptione prætenſi clericatus eſt nullus. Et ſic non ſolùm non eſt beneficiatus, ſed neq; clericus: Proceſſus apud Marcellum Figliolam S.R.C. Actorum Magiſtrum.

ARGVMENTVM.

Locatos Regiæ Dohanæ menepecudum Apuleę nullum fori priuilegiũ habere extra cauſas dependentes ab ipſa Dohana *cap.* 28. quondam *Ant. Perenotti S. R. E. Cardinalis de gran Vela nuncupati* Regni Locũtenentis generalis, expenditur, ac declaratur, oſtenditur nullũ fori priuilegium potiri contra Neapolitanos; Itẽ ſi iuxta vulgi opinionem haberent priuilegiũ trahendi & nõ trahi, poſſe nihilominus prorogare tacitè, & expreſsè iuriſdictionem, cuiuſcunq; Iudicis ordinarij. Neque Fiſcalem Regij patrimonij, neq; dohanam, neq; Regiã Camerã in dicta prorogatione vllum habere intereſſe, cum pluribus deciſionibus S.R.C. & M.C.V.

SVMMARIVM.

1 *Dantis altiſſimi Vatis carmina ad doctores Iuris adaptantur, & n. 2.*

3 *Communes opiniones ſupponuntur non diſcutiuntur.*

4 *Gerardus, & Obertus fuerunt duo pecora.*

5 *Locati dohanæ, & omnes, qui eam ſecuntur non gaudent priuilegio fori, niſi in cauſis à dohana dependentibus, & quando per totam quæſtionem.*

6. 7 *Deciſio S.R.C. in hoc articulo, & n. 8. in reclamatione confirmata.*

9 *Alia deciſio S. R. C. in eodem articulo, & n. 10. contra ipſum dohanerium, & eius perſonam.*

11 *Reg. Camera neque de conſenſu partium ſe ingerit vbi fiſcus non habet intereſſe.*

12 *Deciſio M.C.V. in hoc articulo, & n. 13. confirmata per S.R.C. etiam in reclamatione & n. 14. etiam cœpta lite in Regia Camera.*

15 *Capitulum D. Cardinalis Gran Vele inſeritur, & n. 16. expenditur, & declaratur.*

17 *Solum clerici non poſſunt prorogare forum Iudicis ſæcularis.*

18 *Rex Neapolis eſt plenariè dominus territoriorum, in quibus dohana paſcit, & cubat.*

19 *Index domicilij vincit Iudicem originis.*

20 *Cauſæ à dohana nō dependentes, ad dohanā non pertinent, & quid de cauſis criminalibus, & n. 21.*

22 *DD. Præſidentes ex officio appellationis dohanæ ad S. R. C. vel M. C. remittebant.*

23 *An valeat pactum, quod in cauſis non dependentibus ſit competens Tribunal aliàs incompetens.*

24 *Tribunalia non poſſunt legem condere; ergo neque contra illas paciſci, & num. 25. & neq; contra priuilegia baronum, & Neapolitanorum.*

26 *An D. Prorex, non dixerim phyſicè; ſed moraliter, poſſit talia pacta conualidare, & n. 27. & 28.*

29 *Pacta iſta quare fiunt? & nihil conferunt ad ſolutionem ex talei.*

30 *Ne fiat vna iniuſtitia, præſtat vt perdantur omnia Regna Mundi. & n. 31. de nullitate talium pactorum.*

32 *Locati, etiam in cauſis dependentibus, poſſunt foro renunciare.*

33 *Quando diſcipulus ſit ſupra magiſtrum.*

34 *Solum clerici, & Monaci non poſſunt ſuo foro renunciare. & n. 35. 36. & 37.*

38 *Iuriſdictio ſecularis in clericos eſt negatiua etiam de voluntate Cæſaris.*

49 *Cur, & quando Neapolitani non poſſunt prorogare alienam Iuriſdictionem.*

40 *Omnis, qui prorogare non poteſt, poteſt prorogare Iuriſdictionem Iudicis, qui (ſi non eſſet exemptus) eſſet ſuus ordinarius, & n. 41. & quare n. 42.*

43 *Impeditur prorogatio etiam ad ordinarium ſi Princeps expreſsè ſibi reſeruauerit Iuriſdictionem talium exemptorum.*

44 *Locati non ſunt reſeruati per Principem, & ideò prorogare poſſunt, & redire ad ſuam naturam.*

45 *R. Io. Franciſcus de Ponte benignè exponitur.*

46 *Deciſio M. C. V. confirmata per S. C. pro cauſa à dohana non dependenti M. C. referente Domino Stephano de Padilla iuſtiſſimo Iudice Hiſpano non obſtante quod R. C. per ſuas literas hortata fuiſſet M. C. vt illum remitteret, ei denegauit remiſſionem, & feciſſet procedi in eadem M. C. à quo decreto, plura reſcripta inordinata obtinuiſſet, tandem obtempto vltimo per veram ſemitam, vt fieret verbum in S.R.C. fuit in aula Ill. Marchionis Olineti Regij Conſiliarij Cioffi confirmatum decretum M. C. V.*

47 *Conſiderauit etiam D. Padilla, quod priuilegium Neapolitanis non ſolum natis, ſed allectis conceſſum in pragm. de immunitate Neapolitanorum eſt antiquius, quia de anno 1479. per Regem Ferdinandum primum, & derogat omnibus ritibus, & priuilegijs; ſed vltra pragmaticam adeſt Ritus 301. Reginæ Ioannæ.*

QVÆSTIO XV.

FORTE nullibi melius, niſi hac in cauſa, in qua pecora, lanā, & paſcua tractaturi ſumus, quadrant contra V.I.DD. quæ mirabilis, & altiſſimus Vates Hetruſcus *in* 3. *Cantica Purgatorij* ſcriptum reliquit.

Come le pecorelle eſcon dal chiuſo
Ad vna, à due, à tre, e l'altre ſtanno
Timidette atterrando l'occhio, e'l muſo,

Ciò

Ciò che fà la prima, altre non ſanno,
Addoſſandoſi à lei, s'ella s'arreſta,
Semplici, e quete; e lo perche non ſanno.

Et ante eũ Lactant. Firmian. *de origin. error. cap.* 85. dixit, *quare cum ſapere, ideſt veritatem quærere omnibus ſit innatum, ſapientiam ſibi adimunt, qui ſine vllo iudicio inuenta maiorũ probant,* & ab *alijs* pecudũ. *more ducuntur;* & Seneca *epiſt.* 33. *Nun-*
2 *quam enim inuenietur ſi contenti fuerimus inuentis propterea, qui aliũ ſequitur, nihil ſequitur, nihil inuenit, imò nec quærit.* Ex
3 noſtris *Decius in conſ.* 494. incip. *quod ſupra col. fin.* & ex illo *Gomeſ. in prohem. ad reg. Cancell. fol.* 7. *in fine* vocant ex hoc DD. Iuris *Aues,* quæ quando vna volat, omnes ſequntur; ſed in cauſa *paſcuorũ, & pecudum* cõgruentiora fortè fuerunt carmina *Dantis,* eo magis, quod non eſt nouum DD. Iuris vocari *pecora;* tali enim nomenclatura cohoneſtantur *Gerardus,*
4 *& Obertus libri feudorum* Compilatores, quod fuerũt duo pecora, Bal. *in c.* 1. ſub *n.* 6. *hic finitur lex* M. Mantua *de Viris Illuſt.* in Oberto *n.* 193. *to. pr. tract. fol.* 166. Gloſſ. Pariſ. *par.* 1. *in princ. n.* 146. Balzaran. *de feudis lib.* 2. *tit.* 23. *fol.* 185. *n.* 1. ad propoſitum quãdo ipſe veni à ſcholis in Tribunali ſedulò exaudiebam, eſt locatus dohanæ? Cauè, noli me tangere; Quid quod *Ponte* tanti nominis I. C. nõ veritus
5 fuit ſcribere, quod *trahunt, & non trahuntur,* & quod mirum eſt etiam *Neapolitanos,* Ipſe autem, qui legeram carmina Dãtis, quique etiam apud doctiſs. Caramuelẽ notaueram, opiniones communes ſupponi ab omnibus, diſcuti à nemine in *epiſtola* ad Dianam *fol.* 26. *Theol. fundam.* Diſpuncto Capitulo E. Card. GranVelæ, & ſi adoleſcens vehementi ſtylo contrarium ſemper defendi, ſemperq; obtinui; Et primo in cauſa, de qua in quæſt. 24. *Alphonſi Perſichelli, & ſpectabilis Thomæ Perſichelli,* nunc Senatoris in Senatu *Mediolani,* & Poteſtatis in Ciuitate *Ticini,* cũ Hieronymo, & Aloyſio Pagano in *banca de Scacciauento,* Scriba Æmilio Lãberto. Dicti Hieronymus, & Aloyſius de Ciuitate Luceriæ productis in S.R.C. documentis, quod actualiter *erant locati* Regiæ dohanæ, & habebant ſex mille pecudes in *libris dohanæ,* petierant cauſã remicti ad dictum *Tribunal Regiæ Dohanæ,* *Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.*

Conueniebantur via ordinaria à dictis magnif. *Perſichellis* vti hæredes quondam Achillis Pagani eorum patris vigore *obligationis triginta iam annos* ante ſtipulatæ ex cauſa mutui; & tamen, quia conſtabat hanc rem nullam habere *cõnexita-*
5 *tem, neq; dependentiam, cum Regia dohana de mẽſe Iulij* 1642. poſt compilatum proceſſum ſuper remiſſione per ſententiam S.R.C. referente D. *Thoma de Aquino Cõſiliario docto, ac morato,* qui Regens Cancellariã paulò ante renunciatus, hac peſte dum hæc reuideo occubuit, fuit *denegata*
7 *remiſſio, & iuſſum procedi in S.R.C.* votantibus DDD. *Præſide Præſidũ Andrea Marcheſio, Vargas,* ac ſolidis I. CC. *Arias de Meſa, ac Merlino.* A qua ſententia cum fuiſſet reclamatũ per dictos de Pagano, & inheſiſſet reclamationi Doctor Aloyſius Giarnera procurator generalitatis locatorum, commiſſa reclamatione D. *Vargas Duci Cagniani,* cõpilato proceſſu fuit *confirmata in reclamatione,* cum ſo-
8 lemniſſima cauſæ diſcuſſione; habui etiã aliam cauſam *Io: Salui Pepe,* cum *Clemente Angriſano* Scriba ordinario Regię dohanę in banca Borrelli pro Cioffo, Scriba Dominico Fia, *fuit denegata remiſſio* dicto *Scribæ ordinario,* referente Domino Conſ. P. Ant. Carauita decano; & cum fuiſſet
9 reclamatum. & commiſſa reclamatione *D. Capyc. latro,* & ſimiliter petijſſet remiſſionem dictæ cauſæ Dohanerius fuit *denegata remiſſio,* & confirmatum poſtea tertio decreto S. C. referente *D. Iouino,* tunc pridem ad Cõſiliarij munus adſcito, ad cuius relationem S.C. reiecit inſtãtiam dicti Aloyſij Giarnera procuratoris dictæ generalitatis locatorũ, qui præſentauerat capitulationes factas cũ Reg. Curia excedentes capitulum dicti Domini Cardinalis quique præſentauerat omnia priuilegia ad id cõducẽtia: Quidquod? Reg. Cõſ. inſignis memoriæ *Mar. Marcianus* denegauit remiſſionem domi *Ioſepho de Bernaudo Dohanerio* ipſius Reg. dohanę in cauſa eius propria, & ſic caput illius Tribunalis, & iuſſit procedi in S.C. cõtra eum, in cauſa Octauij Serræ, & Iuliæ Arbenga cõtra dictũ dohaneriũ, & ſic bis per S.C. confirmatũ, quæ cauſa adhuc durat Iunctis Senatoribus duarũ aularũ. Scio proceſſus Io: Salui, & Perſichelli ho-
dic

die non reperiri in banca, ſed liber magnifici Secretarij S. R. C. non poteſt abſcondi, neque occultari ipſe defendi illas duas, iſta contra dohanerium nõ defendi ipſe, ſed vidi proceſſum, qui hodie eſt in banca Martini.

Cõtingit in anno 1656. caſus durior; *Margarita Pannuta* de Aſculo vxor *Vincentij Ciolli*. Introduxit causã in Regia Dohana cõtra Paulũ Pannutã *locatum eiuſdem dohanę*, ſicut locata eſt ipſa Margarita, & eius coniux, tractabatur *de redditione cõputorum tutelæ adminiſtratæ per Paulum, de ſucceſſionibus, diuiſione hæreditatis renunciatione, quæ prætendebatur facta per Margaritã, tempore quo nupſit, & alijs nullam connexitatem omninò habentibus cũ dohana*, poſtquam per annos fuit proceſſum in *Dohana*, vtraque pars *appellauit ad Regiã Cameram*; & quia Tribunal Cameræ non
11 poteſt ſe impedire in his partium negotijs, quia cauſas fiſcales ſolum tractare debet, vnde vt dicunt Capyc. latro *deciſ.* 186. & Roccus *reſponſo* 55. rei ſatagunt illud Tribunal. Expreſſit Margarita actrix hæc Excell. D. Proregi, qui iuſſit, quod M.C.V. procederet ad *confectionẽ præambuli*, ſtante quod præambulum in Regia Camera non poterat confici, non etiam ob dictis per *D. Capyc. latr. in deciſ.* 198. ſed quia re vera non poteſt ſe ingerere in negotijs inter partes, *in quibus fiſcus non habet intereſſe*; Attamen D. Præſidens *Baylus* fecit *hortatoriam petens ad Regiam Cameram remicti dictam cauſam*;
12 ſed M.C.V. referente integerrimo tunc *Iudice, nunc digniſſimo Præſidente eiuſdem Regiæ Cameræ Dom. Donat. Ant. de Marinis denegauit remiſſionem*, & iuſſit *procedi in M. C.* vt ex proceſſu in banca *Ceſarij*, à quo decreto cum Paulus Pannutà appellaſſet *ad S.R.C. fuit confirmatum* in aula *Dom. Aquini* ad relationem dicti Dom. *de Marinis*, & confirmatum *in reclama-*
13 *tione*; Quinimò cum in redditione cõputorum tutelæ, quæ ſimiliter erat *introducta in Camera*, fuiſſet per Margaritam obtemptum commicti in S.R.C. & Dom. *Paulo Staibano* I.C. nulli ſecundo, & iterum petijſſet remiſſionem cauſę ad Regiã Cameram, *fuit denegata*; vt ex proceſſu in banca Litti, & ex alio proceſſu in bãca Fuſchi.

14 Propter quod commotum fuit totum Tribunàl; & quia vltra priuilegium, quod prætendebatur, erat caſus *l. vbi cœptum*, quia vterq; conſenſerant in Regiam Cameram, & poſtea, quia *Paulus locatus*, & qui petierat remiſſionem vocauit *Margaritam* in S. C. & *vterq*; conſenſerunt in idem Tribunal cęptum eſt altercari hoc non poſſe fieri in *præiudicium Tribunalis Regiæ Cameræ, neque poſſe eorum foro renũciari, neq; prorogare Iuriſdictionem alterius Iudicis* Ipſe pro Margarita *informato D. Prorege*, & Regio *Collaterali Conſilio*, ſumpta occaſione à *præambulo* extrahi feci cauſam à *Regia Camera* vniuerſim negaui locatos Regiæ dohanæ non dixerim fictos, ſed veros, & effectiuos, in cauſis nõ annexis, neque dependentibus à paſcuis, lana, pecudibus, caſeo, & alijs, in quibus officium Regiæ Dohanæ conſiſtit vllam omninò illud Tribunal habere Iuriſdictionem, neque per conſequens Regiã Cameram Iudicem appellationis illius.

Secundo, quod dato, & minimè conceſſo, habere Iuriſdictionem priuilegiatam abdicatiuam, & quod traherent, & non traherentur, poſſe nihilominus eorum priuilegio renunciare, ſe ſubmittere Iudici ordinario, quod eſt M. C. V. & fortius S. R.C. & nullum in hoc habere intereſſe neque Dohana, neque Reg. Camera.

15 Quo ad primum baſis, & fundamentũ huius Iuriſdictionis eſt *Capitulum* 28. *D. Ant. Perenotti huius Regni Locumtenentis Generalis, & S.R.E. Cardinalis*. Vnde oportet illud inſpicere, & eſt tenoris ſequentis.

Item in quanto al 28. & vltimo capitulo della Iurſdictione del magnifico dohaniero, dechiaramo, che nel tempo dell'eſtate, che detta Dohana è ritornata dalla Puglia in Apruzzo, il predetto magnif. Dohaniero poſſi conoſcere delli negotij, & cauſe ciuili, criminali, & miſte, che ſaranno attingenti alla dohana, ò dependentino da eſſa, ò di quaſiuoglia altra cauſa ciuile, ò criminale già cominciata etiam per ſolam informationem, e già pendente in dohana, però le coſe, e negotij extra dohana ò ſiano ciuili, ò criminali, ò miſte, volemo, che la cognitione ſpetti alli baroni delle perſone, e luoghi conforme alla diſpoſitione

della

della legge commune, e delli loro priuilegij, alli quali non s'intenda fatta derogatione alcuna à riſpetto di detti negotij extra Dohanam, & in detto tempo, & in quanto al tempo dell'Inuerno etiam da che cala la predetta dohana in Puglia, e ſe ne ritorna da Apruzzo, volemo, che la giuriſdittione ſia integramente d'eſſo magnif. Dohaniero per tutte, e qualſiuogliano cauſe etiam con la facultà de trahere; declarando però, che per li delitti ſi commetteranno da eſſi locati, & altri huomini di dohana in alcuno loco extra dohanam, & extra li luoghi, doue detta dohana paſce, dimora, ò camina, in tali caſu tantùm poſſano eſſer reconoſciuti dalli loro padroni proprij, ò dalli Baroni delli luoghi doue detti delitti ſi commetteranno conforme à quello ſarà di giuſtitia. Però per qualſiuoglia cauſa, ſeù delitto, che ſi commetta da altri in perſona di detti locati, ò loro beni, volemo ſia la iuriſdittione integramente del magnif. Dohaniero, e non altrimente.

Copia extracta ex quodlibeto, ſeù formulario decretorum patentium prouiſionũ Regiæ Cameræ Summariæ apud Io: Thomam Conſtantinum fol. 95: at. cum quo facta collatione concordat, meliori ſemper ſalua, & in fidẽ ſubſcripſit R. C. Actorũ Magiſter. Neapoli diẽ 12. Maij 1641. Io: Sebaſtianus Act. Mag. Io: Thomas Conſtantinus.

16 Tantum ergo abeſt, vt hoc *Capitulum* probet id, ad quod allegatur, vt ex toto illius contextu manifeſtiſſimè deprehendatur ſolum cauſas à dohana dependentes, vel emergentes circa *oues, lanam, caſeum, paſcua, & huiuſmodi* delicta etiam, quæ committuntur inter ipſos locatos, & qui dohanam ſequuntur, & qui illas offendunt, ad dohanam ſpectare, vt patet ibi, *che ſarãno attingẽti alla dohana, ò dependenti da eſſa.* In eo autẽ, quod ſubdit *de qualſiuoglia altra lite ciuile, ò criminale, già cominciata etiam per ſolam informationem, ò già pendente in dohana*, hoc nihil tribuit noui Iuris, cum ſit caſus tex. *in l. vbi cęptũ, & in l. hæres abſens de Iudic.* cum alijs dictis per nos q. . . per totã, & alibi, Vel quia fuit prorogata Iuriſdictio dohanæ per litis conteſtationem tacitè, vel expreſsè partibus conſentientibus, poſtquam non poteſt tractari de competentia Iudicis, quod ſolùm in *cle-*
17 *ricis* limitatũ reperitur, vt infra dicetur. Idque clarius exprimit in ſequẽti periodo: *Però le cauſe, e negotij extra dohana*, &c. Si ergo vult ſarctam tectam iuriſdictionẽ baronibus conſeruare, iuxtà diſpoſitionẽ Iuris communis, quid dicendum, cùm cauſa à dohana non dependens, erit introducta in Tribunalibus Regijs, puta Regijs Audientijs, M. C. V. vel quod maius eſt in S. R. C. de cuius Maieſtate vide ſupra q. 13.

In eo, quod ſubdit, *In quãto al tempo dell'In-*
18 *uerno etiam da che cala la detta dohana in Puglia*, hoc nihil derogat, ijs quæ antea diſpoſuerat, quinimmò, eſt *ſancta, & Iuris conformiſſima diſpoſitio*, quia tempore hyemali, & cũ locati manent in Apulea dicuntur eſſe, *& verè ſunt* in diœceſi (vt ita dixerim) *Dohanerij* Rex enim D. N. eſt *plenariè dominus illorum territoriorum, vbi paſcunt, vbi cubant locati:* Cum ergo in illis territorijs tota hyeme, & Vere cõmorantur locati, *ibiq; habeant domiciliũ*
19 nullus Iudex originis poteſt concurrere cum Dohanerio, etiam in *cauſis extra dohanam*, nullus enim *Iudex originis poteſt cõcurrere cum dohanerio Iudice domicilij*, forum enim *domicilij* vincit omnes alios foros, vt probaui, & obtinui in quæſt. . . maximè ſi ſit etiam loci delicti.

Cauſę autem dotium teſtamentorum con-
20 tractuum, & aliç innumerç, quæ in proprijs patrijs locati habent, cũ in eis æſtate reuertunt, nullamque connexitatem habẽt cum dohana; quomodo trahi poſſunt ad illud Tribunal, cum domicilium illud non ſit perpetuum, ſed ſolùm hyeme, & Vere; æſtate autem exeunt à territorio, & diſtrictu dohanerij, & ad propria reuertuntur; & ideò has expreſsè dicit *Capitulum* non ſpectare ad dohanam; *Però le coſe, & negotij extra dohana*; & infra, *& in detto tempo*, &c.

21 Cõfirmatur hoc ex eo, quod ſubnectit *declarando però, che per li delitti, che ſi cõmetteranno, &c.* quod etiam ſi tempore hyemali exeuntes à territorio, vbi dohana cubat, vel paſcitur, ibiq; delinquant, cognitio non ſit Dohanerij, ſed baronũ, ex dicta ratione, quia *Iudex loci delicti præfertur Iudici originis*; quod ſi hoc eſt in

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

cauſis

cauſis criminalibus, quibus veniunt *attingendæ perſonæ locatorum*,& eximuntur à Iuriſdictione dohanerij,quid dicendum? in cauſis *ciuilibus*, *redditionis computorum tutelarum renunciationum realium*, *perſonalium,contemplatione maſculorum*, *ſucceſſionum in capita, & in ſtirpes, ſubingre Iunum, teſtamentorum, & ſimilium*, ad quas valdè inuerecundum eſt, alia Tribunalia inhiare, & quæ fiſcalia negotia ſedulò pertractare debent in iſtis tempus inutiliter terere, in perniciem partium,quinimò Regis D.N. à quo ſtipēdia merentur, non vt cauſis partium incumbant, ſed vt fiſcales non inculcentur,& fiſcalia negotia continuò ruminentur,& diſcutiantur. Quod ſi propter dignitatem Tribunalis Regiæ Cameræ, quod eſt collegiatum,& in eo præſident I. C. doctiſſimi, fortè tolerari poſſet;eſt planè intolerabile,reſpectu ipſius dohanæ, vbi vnus Iudex reſidet, & intolerabilius cum vnus idiota
22 in qualibet terra, vel oppido ſeligit aliquem, vt has cauſas cognoſcat,vt in perniciem partium paſſim fit, & in damnum baronum.

Vidi ego Præſidentes grauiſſimos, & qui Conſiliarij munus antea honorificentiſſimè erant perfuncti, poſtquam cauſæ dohanæ per appellationem, erant introductæ ad Regiã Cameram, illas ex officio, & vltro, abſque partium inſtantia, remittere ad M.C.& S.R.C.ſic ab inſign* illis *Vincentio Corcione, Fabio Capycio Galeota, Pompeo Battaglino*,& alijs, cum nullum prouentũ, neq; ſportulæ ex his cauſis iudicibus obueniant; Vnde nõ eſt cur debeant affectari; Et fiſcus vt ſuis negotijs ſolùm incumbant ipſe inſtare, vt migrent è ſuo Tribunali.

23 Neq;obſtat ſi dicatur,tam iſtos locatos, quàm alios cõductores Regiorum introituum, ſiuè partitarios, & arrendatores, *Capitulari, & paciſci cum Regia Curia*, quod etiam in cauſis *non dependentibus* ab eorum *exercitio*, ſortiantur forũ illius Tribunalis, vel Iudicis delegati, à quo arrendamentũ,vel partitum ſumpſerunt. Et quod valdè dolendum eſt, etiam aliquoties id fuiſſe pactum in cauſis actiuis. Nam primo dixerim, hoc non poſſe paciſci, cum dictis Tribunalibus, vel iudicibus, & pactum eſſe nullum, cum reuerentia. Quod ſi dicerent hoc fieri annuẽte D. Prorege; ſubſiſtendum eſt, in quibus caſibus, & quibus cũ requiſitis Prorex hoc moraliter facere poſſit.

24 Tribunalia enim nõ poſſunt condere leges, neque cõtra leges iudicare, & iudicantes contra caſum legis communis, vel Regni, nulliter iudicare dicuntur;ergo cõtra illas neq; paciſci, vt in *prag.* 77. §.20. *de off. S. R. C.* quod de per ſe patet, quia ſic etiam erat cautum de iure communi, vt per *l. prolatam, C. de ſent. & interloc. omnium Iudicum cum concord.* Vant. *de Nullit. cap.* 1. *&* 2. At de Iure communi eſt cautum, vt actor ſequatur forum rei, & qui ſecus intentat iuris ordinem conuertere dicitur poſtulare, vt *in l. iuris ordinem, ff. de Iuriſdict. omn. Iudic.* eſt cautum, vt viduæ,pupilli,& miſerabiles per-
25 ſonæ adeant Tribunal Regis, & adito poſſint ad alia variare; eſt cautum, vt in prima inſtantia non poſſint extrahi litigãtes à proprio domicilio,vt in *l.* 1. *C. quãdo Imperator.* &c. & in *Auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. &c.* Et ſic de ſimilibus de iure Regni adſunt *leges*, in hoc vltimo adſunt pragmaticæ, capitula, cõſtitutiones, & ritus, & litteræ Suæ Catholicæ Maieſtatis. Adſunt priuilegia ex cauſa oneroſa à Regibus elargita, Neapolitani habent priuilegium, quod
26 eſt redactũ in corpore *Iuris huius Regni*, vt in *rit. M. C. V.* 301. Item Regnicolæ vel ſunt vaſſalli Regis, quia in locis demanialibus degunt, vel vaſſalli burgenſes Baronum,demaniales ferè omnes habent priuilegium per contractum, vt nõ cogantur extra propriam patriam in prima inſtantia litigare,in ſecunda in Regijs Audientijs,quæ in quacunque prouincia reſident. Barones hoc habent per contractus titulo, vt plurimum emptionis, & ſic cum iſtis verſatur duplex præiudicium Baronum, & vaſſallorum; quomodo ergo poteſt Tribunal paciſci contrarium, tum in caſu iſto, cum in alijs caſibus à iure expreſſis. Quomodo poteſt paciſci contra priuilegia habentia decreta irritantia, & clauſulas abdicatiuas erga ipſa Regia Tribunalia? Certè hæc patent ad oculum, ſuntq; iuris principia.

27 Quo

27 Qûoad Dom. Viceregem, amabò ponderetur decretatio *Cæſaris*, in qua ad preces *Regni*, quia obſtabat *Conſtitutio* alterius *Imperatoris*, quæ eſt *Baiulos, & omnes* mortuis Notario, & teſtibus, circa reaſſumptionem inſtrumentorum, dicit hæc formalia verba: *Placet Regiæ Maieſtati, vt Vicerex, & Locumtenens generalis accedente opinione Conſilij, & partibus ſummariè auditis, ex cauſis legitimis, Conſtitutioni Imper. Federici II. ſuper hoc edita diſpenſare poſſit. Conceſſa per Cæſaream Maieſtatem Ciuitati Neapoli 18. Iulij 1532. Ratisponæ:* nec mihi perſuaſum habeo, quod putes lector, me non vidiſſe, quæ Domini de *Ponte, & Rouit.* ſcripſerunt in *proemio*, quęque Conſuetudo habet ob ampliſſimam poteſtatem Dom. Proregibus traditam in ſuis commiſſionibus, quas poſt *Surgēt.* habes ad literam apud *Taſſon. de anteph.*

28 Attamen volui adducere *Cæſaream decretationem* illam, vt videatur hoc phyſicè non eſſe intelligendum, ſed moralitèr. dicit primò, *accedente opinione Conſilij*, ſecūdò, *partibus sūmariè auditis*, tertiò, *ex cauſis legitimis*, non .n. hoc fieri pōt per Scriptotiū, *Capyc. Lat. dec. 191. n. 12.* Secundò ſunt audiendi illi, *quorum cōtractus, & priuilegia ſunt deroganda.* tertiò, quod fiat ex cauſis legitimis, quæ cauſæ legitimæ vt vnus arrēdator, vel partitarius faciat biſcentum ſubſtitutos ſocios fictos, ad náci-
29 ſcendas ſaluaguardias, vt conijciāt cauſas in ſuis Tribunalibus, in quibus finem non ſint habituræ, cum veri arrendatores locati, & partitarij exercitio incumbentes curent ſolum ſoluere extalia, ac partito, & negotio incumbere illud capturi, etiam ſine iſtis præiudicialibus (*ſaltim in cauſis ciuilibus, in quibus eorum perſona non ſunt attingendæ*). tertiò pactis. Et quando hæc omnia rationibus contrarijs, eſſent ſubuertenda, magis importat, non fieri
30 iniuſtitiam in vna cauſa, quàm cōſeruare omnia Regna Mundi, *c. Lotharius 32. q. 2. c. itane, c. tolerabilius 32. q. 5. c. ſacris de ijs, quæ vi, metuſue cauſa. c. final.* vbi omnes Canoniſtæ *de conſuetud.* Nauarr. *conſ. 12. n. 9. de hæreticis*, S. Thomas apud Sotū *de Iuſtit. & Iure lib. 5. quæſt. 1. art. 7. fol. 4 v1.* quia, vt dicit Sāctus Ambroſius apud Landulphum *de vita Chriſti cap. 20.*

Conſt. Cæſari Spec. Pereg. qq.

fol. 97. minimū peccatum ſcienter commiſſum grauius eſt toto mundo.

31 Et quod dicta pacta fiant contra Deū, & iuſtitiam, ſaltim in cauſis ciuilibus, reuidete *Bald. in l. 1. per illum text. C. in quib. cauſ. milit. fori præſcript.* &c.

32 Dixi quoad ſecundam poſitionem, quod ſi per impoſſibile, omnia prædicta defeciſſent, locatores in his cauſis à dohana non dependentibus poſſent (ſi haberent) renunciare huic priuilegio in eorum fauorem inducto, vt in partem diximus in fortioribus terminis infra *q.* . . . contra meum magiſtrum in *deciſ. 198. num. 17.* (non refragante illud Euange-
33 licum, *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum*, quia ex mente *S. Tho.* dicit *Nauar. de redit. Eccleſiaſt. q. 3. 21. monito in fin. fol. 428.* intelligitur in quantum talis) ita quod contrarium aſſerere eſt negare, vel negligere regulas, ac Iuris principia maniſeſtiſſima.

34 Primò ex text. in *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* vniuerſim dicit, quod omnes fori priuilegio renunciare poſſunt, ibi: *Non vſurum fori præſcriptione propter cingulum militiæ, vel etiam Sacerdotij prærogatiuā.* Ecce quod *milites, & Sacerdotes* poſſunt renunciare fori priuilegio ipſis à iure communi conceſſo: nequè obſtat *l. ſi conuenerit, ff. de iuriſd. omn. Iud.* vbi ſi conuenerit, vt alius Prætor, quàm cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret, *ſi mutatur voluntas*, nemo compellitur huiuſmodi cōuentioni ſtare: Quia illa *lex* expreſsè dicit, *antequam Prætor adeatur*, hoc eſt *re integra*: ſed poſtquam Pretor eſt *aditus*, quia *cæpit cognoſcere*, non eſt amplius *locus pœnitentiæ*, vt habet *gloſ. in d. l. ſi conuenerit*, in verb. *adiretur*, & ibi *Bart. num. 3. Alber. Fulgoſ. Paul. Socc. Alex. Iaſ. Dec. Oroſc. & Dom. Carleuai diſp. 2. quæſt. 8. ſect. 2. n. 990.* licèt aliqui diſtinguant, an pæniteat antè, vel poſt litem conteſtatam: & in caſu noſtro ipſemet *Paulus* compilauit proceſſum coram D. Iouino vſq; ad concluſionem in cauſa.

35 Neque obſtat, quod quando priuilegium eſt conceſſum *vniuerſo Ordini, vel Collegio*, non poſſit quis prorogare iuriſdictionem, & vniuerſim ſic intelligitur *d. l. ſi quis in conſcribendo*: Quia reſponde-

tur hoc procedere ſolùm reſpectu *clericorum*; ſiquidem cum *Imperator Iuſtinianus* incluſiſſet in illa *lege* non ſolùm *milites*, verùm etiam *Sacerdotes*, vt & iſti poſſent ſe ſubiacere iuriſdictioni Iudicis laici. Superuenit poſtea alia lex *Imper. Friderici*, quæ correxit dictam legem *Iuſtiniani* quoad *clericos tantùm*, vt in *auth. de*
36 *ſtatut. & Conſuet. cont. liber. Eccleſ.* §. *item ſtatuimus, vt nullus collat.* 10. *Conſtitut. fin.* & in *auth. ſtatuimus*, *C. de Epiſcop. & cleric.* ſuperuenerunt *decreta* Summorum Pontificum in *cap. ſi diligenti*, *& in cap. ſignificaſti de for. compet.* quæ iura expreſsè ſtatuunt, quod neque *volentes* clerici poſſunt prorogare iuriſdictionem Iudicis ſæcularis.

37 Et quod ſolùm clerici hoc non poſſint facere; vltra, quod patet ex litera *d. text. in d. l. ſi quis in conſcribendo*, quæ loquitur de *militibus*, *& Sacerdotibus*; & ſolùm in Sacerdotibus, & clericis fuit *correcta* per *Federicum*, & per *Pontifices*; & ſic milites, cui vniuerſo cętui, ordini, Collegio, vniuerſitati (vt ità dixerim) eſt conceſſum priuilegium, vt ſuos particulares Iudices habeant; benè renũciare poſſunt in cauſis ciuilibus, *Rouit. in Pragm.* 16. *num.* 44. *de milit. Ayala de iure belli lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 3. *Claudius Cotereus de iure milit. lib.* 2. *cap.* 6. poſt *med.*

Et quod ſolùm *clerici* non poſſint renunciare, habent *gloſ. in dict. l. ſi quis in conſcribendo*, in verb. *dignitas*, *Bart. in l.* 1. *num.* 1. *ff. de iudic. & in l.* 1. §. *& poſt. ff. de nou. oper. nunc.* & meliùs omnibus, quod ſolùm in clericis procedat, habet *Ponte de poteſtat. Proreg. tit.* 7. §. 7. *num.* 16. verſ. *quæ procedunt*, ibi; *Nam in clerico ſolo reperitur, vt nec voluntariè poſſit à ſæculari Iudice cognoſci, &c.* vbi omnes alij quantumcumq; priuilegiati poſſunt priuilegio vniuerſo Collegio conceſſo, vel cętui renunciare in cauſis ciuilibus. Ratio eſt; quia cùm iuriſdictio laici in clericum ſit *negatiua*, & *prohibita abſolutè*, *d. auth. ſtatuimus*, *d. cap.* 2. *de for. comp.* quod
38 non eſt, aut eſſe poſſe negatur abſq; priuilegio Papæ prorogari nullo pacto poteſt. Nam proprie prorogare idem eſt, quod *extendere*; verùm vt extenſio fieri valeat, ſubiectũ iuriſdictionis debet adeſſe, quod ſubiectum in Iudice laico plurimùm longè abeſt, vt perbellè nouiſſimè ratiocinatur *Franciſc. Anſald. de iuriſdict. Eccleſ. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 1. *num.* 38. *fol.* 147. vndè nil mirum ſi ſolùm *clerici*, vt expreſſiſſimè dicit *Ponte*, non poſſunt prorogare iuriſdictionem Iudicis ſecularis ex eo, quia deficit ſubiectum prorogabile.

Neque fallat ſe aliquis, quod idem fuit deciſum reſpectu Neapolitanorum, quod & ipſi non poſſunt prorogare iuriſdictionem alterius Iudicis.

39 Quia hoc procedit quando Neapolitanus vellet prorogare iuriſdictionem *alterius Iudicis penitus incompetentis*, & qui de Iure communi non eſſet ſuus ordinarius; vt ſunt omnes *alij Iudices*, qui in Ciuitate ius non dicunt, ſed per Ciuitates, & Oppida Regni, & ſic loquitur *Franciſc. de Petris conſ.* 25. *& Dom. Reg. de Marinis cap.* 108. *lib.* 2. Sed de hoc vide *q.* 23.

40 Secus autem quando exemptus vigore cuiuſcumq; priuilegij quantumcumq; toti vniuerſitati, toti collegio, toti ordini, quantumcumq; propter publicam vtilitatem conceſſi; vellet prorogare iuriſdictionem *proprij Iudicis ſui ordinarij*, cui naturalitèr, ſi ex priuilegio non eſſet exẽptus, eſſet ſubiectus; nam tunc, *quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam*, *& ad ius commune*; benè poteſt ſuo priuilegio vniuerſo ordini publicè conceſſo renunciare, ità in puncto *Felin. in cap. cum acceſſiſſent* 8. *num.* 6. verſ. *ad idem, quod notat Federic. conſ.* 14. *de Cõſtitut.* elegantiſſimè hoc defendit *Iaſon in l. ſi vnus*, §. *pactus ne peteret*, *ex nu.* 9. vſq. ad *num.* 12. *ff. de pact.* qui pluribus argumentis hoc firmat. Idem tenet *Nauar. conſ.* 13. *num.* 4. verſ. *ſecundo quod lex, de priuileg.* cũ alijs per *Carol. de Graſſ.* qui non adducit neq; *Iaſon.* neq; *Nauarrum*, ſed *Decium*, *Abb. & Paponium de effectib. cleric. effect.* 1. *num.* 63. *verſ. primo limitatur.* Cùm non ſi-
41 mus in caſu quo Princeps, vel Papa ſibi ipſi reſeruauerit cognitionem talium exemptorum: quo caſu aliqui dubitauerunt de theorica *Federici d. conſ.* 14. *Felin.* & ſequacium; ſed ſumus in exemptis ab ordinario, ſubiectis tamen alteri Tribunali vniuerſim, & ſemper in rebus à

dohana

dohana dependentibus,& in non dependentibus certis temporibus anni: vndè iſti non ſunt verè,& propriè exempti, & nequè per cogitationem ipſi Regi immediatè reſeruati; vndè optimè procedit reuerſio *ad ſuam naturam, & ad ius commune*, vt in puncto poſt alios habet *Eraſm. Coccker de iuriſdict.ord. in exemptos*, ita concilians *Abb. in cap. ſignificaſti part.2. quæſt.7.nu.*18.verſ.*tertia concluſio*, & propriè āntè *num.*22.ibi:*Concluſio quarta opinio Abbatis certa eſt in exemptis Papæ immediatè ſubiectis, quorum ipſi ſibi iuriſdictionem reſeruauit; in exemptis verò ab ordinario,qui tamen ſubiecti ſunt alicui altero Prælato ſuperiori, dicendum eſt eos poſſe iuriſdictionem ſui ordinarij prorogare,&c.*

42 Vndè non eſt curandum de *deciſ. de Ponte*, & omnium ipſum cæcè ſequentium fuiſſe deciſum etiam contra Neapolitanos ad fauorem locatorum: quia non dicit Bācā,neq; Tribunal, quod hoc decidit,& vt benignè exponatur; vel erat cauſa propria, & negotium proprium Dohanæ; vel attintus tamquam hæres; vel ibi cęptum iudicium, vel alio modo *à iure permiſſo*; vndè eſſet videndus proceſſus, quem non allegat. Et ſi ſecus,*deciſio* non eſt *deciſio*,ſed determinatio nulla, vt benè dicit *Carleual diſput.2.quæſt.7. n.*967.*& tom.2. in addition.* §. 6.*fol.* 12. & D.Capyc. latro *deciſ.* 111.*n.*14.

43 Et ex his M.C.V. referente *D. Padilla* intrepido, ac integerrimo I.C. Hiſpano, in cauſa Camilli Iuliani cauſidici Neapolitani ex priuilegio, de quo in *Prag.*1. *de immun. Neapolit.* cum Stephano Pappone,in Banca Alexij Como; non obſtāte hortatoria Reg.Cam. Summariæ, quæ petijt, ſibi remitti dictam cauſam: quia licèt Stephanus locatus, tamen negotiū, pro quo à Camillo conuentus fuerat, erat à pecudibus, caſeo, paſcuis, & alijs Dohanam tangentibus totalitèr indepēdēs,decreuit, ꝙ procedatur ad vlteriora. non obſtāte remiſſione petita ad R.Cam. cùmq; & cū Papponus nō etiā ad S.R.C. ſed ad Regium Collaterale appellaſſet, reuocatis pluribus ordinibus ſuper hoc ab eodem Collaterale datis, & demùm iuſſum ab eodem Reg. Collaterali, vt Papponus pro emendatione prætēſi grauaminis adiret S.R.C.facto verbo in Aula Reg.Conſil. Cioffi Marchionis Oliueti; votantibus cum tribus alijs DD. de Aula, Domino *Io. Hieronymo de Philippo* Reg.Conſil.totalitèr incorrupto, de quo loquitur Dom. Reg. de Marinis ad Reuerter. *deciſ.*525.*fol.* 702. fuit me patrocinante cauſa remiſſa eidem M.C. vt eſt videre in dicta Banca Comi, & pro decreto S.R.C. penès Secretarium, & fuit Iulij 1662.vt exindè amice lector, videre poſſis; quanti facienda ſint ſcripta per Dom. Reg. de Marinis loco cit. viſa per

44 me cum hæc imprimuntur, & ex illorū viſione propoſito non mutato,ex cauſa Margaritæ Pannutæ, quam refert f. 701. ſub num.7. verſ. D.Baylus, cum vt dixi ſupra n.12. idem Baylus, cum idē Dom. de Marinis eſſet Iudex M. C. & commiſſarius dictæ cauſæ, fecit hortatoriam vt cauſa remitteretur ad Cameram,& ipſe deciſit vt ſupra num. 12. & 13. Deindè ex dictis per eundem eod. fol.701. verſ. *vnde*,Quod Reg.Cam.fecit decretum in hoc articulo per viam legis condendæ.

45 Quomodo qui *condit leges, facit hortatorias*? legis virtus eſt *imperare*, &c. *l.legis virtus, ff. de legib.* eſt ergo lex ſine legis virtute. Et re vera quoad Neapolitanos, non adeſt alius locus,neq; aliud fomen-

46 tum, quàm dictum *de Ponte*. Nam *Thorus* vltra quod nunquam fuit Aduocatus,ſicut nec Nouarius;& vtrumq; nouimus,& tractauimus; pro eorum more locum *de Ponte* ſolùm referunt. *Carleual*, vir alioquin omnigena eruditione refertus,hoc non diſputat, ſed refert loca de Ponte, & Nouarij. Galeota *Iuriſconſultiſſimus* in *libro meo* nihil prorſus, neq; *verbum*,ſed *cautè* more Prudentum, ibi, *Incertis caſibus, omnimodo;& interdum limitata,etiam certis temporibus*,&c. *libr.*1. *controuer.*23.*ex num.*17.*fol.*212. vbi *Neapolitani*, neq; contenti *ſub l.vnic.C.quando Imper.* neque per ſomnium nominantur. Ponderauit etiam Dominus Padilla, quod Pragmatica Regis *Ferdi-*

47 *nandi I.& Ritus* 301.*Reginæ Ioannæ* dantes priuilegium fori Neapolitanis, ſint anteriores,& cum clauſulis derogatorijs

etiam priuilegijs quibuſcumq; cõceſſis, & concedendis; ſed vereor de conceden-
48 dis. Et ita etiam iudicauerat M. C. V. contra Alexandrum Sacchettum Marchionem Sancti Quirici locatum indubitatum Regiæ dohanæ, Fogiæq; patriæ ſuæ continuò degentem, in cauſa pro dote ſororis dicti Alexandri contra eum intentatã ad inſtantiam D. Laurentij Rogerij eius cognati, vt in proceſſu in banca Garrupæ; quod cum dictus Marchio locatus appellaſſet ad S. R. C. die 10. Martij 1661. ad relationem M.C.V. fuit confirmatũ in aula D. Regij Conſ. Pauli Staibani.

Cauſa verò Margaritæ Pannutæ coniugis Vincentij Ciolli ſplendididiſſimi Clientis, à me totis viribus intrepidè, vt eſt notorium, patrocinata, de qua loquitur hæc quæſtio, & d. *additio ad Reuert.* non fuit propter peſtem deciſa. Illa dira, & ſæua occiſit partes omnes. Ipſumque Baylum de medio ſuſtulit.

ARGVMENTVM.

De cuſtode publicorum horreorũ, de quo in *l. 1. C. de conditis in publicis Horreis lib. 10.* Frumentum quanto tempore præſumatur corruptum. Creſcat, an decreſcat in foueis. Cur frumẽtum Pharaonis conditum per Ioſeph durauit ſeptẽ annis; quomodo conſeruari poſſit quinquaginta annis. Quando exitus vacuus factus per Cuſtodem in ſuis computis, præſumatur potius error, quam dolus, vel furtum. Plura de incremento, ſiuè vt dicunt creſcimonio. De depoſito pro pœna nullitatum in Tribunali Reuiſionis; quod terminus in illo debet eſse non ſolùm cum ſcripturis, ſed cum teſtibus, & alia; cum deciſione eiuſdem Tribunalis.

SVMMARIVM.

1 *Triticum diù ſeruari non poteſt; non creſcit, ſed decreſcit in horreis, & infra per totam quæſtionem, & n. 2.*

3 *Quantitas, qua decreſcit frumentum in horreis.*

4 *Ordeum an creſcat, vel decreſcat, & n. 5. & de frumento, quod per mare Neapolim vehitur n. 8.*

7 *Communis opinio, quod frumentum triennio corrumpitur, & de fraudibus illud venientium n. 8.*

9 *Deciſio cauſæ, & de Tribunali reuiſionis cõputorum, & n. 10. & 11. & 13. & 14.*

12 *Maſanellus Tyrannus à quo occiſus.*

16 *Incrementum, ſeù creſcimonium tritici quomodo verè eſſe poteſt.*

17 *Frumentum Pharaonis cur ſeptennio conſeruatum.*

18 *Frumentum non trituratum conſeruari poteſt annis 50. Millium centum.*

19 *In hac materia ſeruatur iudicium peritorum, & ipſis ſtandum n. 20.*

21 *Probatur decrementum ratione naturali, & quali.*

22 *Qualitas, & mores cuſtodis horreorum, & de eius officio.*

23 *Furtum, cur ſic dicitur, & palam rariſſimè fit. & plura de inueriſimilitudine, et n. 24. et 25.*

26 *Depoſitum pro pœna nullitatum eſt duc. 12. in omni tribunali, præter quam in S.C.*

27 *Terminus in hoc tribunali peſſimè datur ad ſe defendendum, ſolum cum ſcripturis.*

28 *Proceſſus debet aſportari ad domos aduocatorum, et de diſcrimine inter aduoçatum, & aduocatum.*

QVÆ-

QVÆSTIO XVI.

ALBA *conſ.* 182. *n.* 28. & *conſ.*627. per totum, dicit, quod triticum eſt de illis, quæ ſeruando, ſeruari nõ poſſunt, & ideo non creſcere in horreis, ſed decre-
1 ſcere, marceſci, & cõſumi habent Guttierez *Canonic. qq. lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 47. Gargiareus *conſ.* 46. *n.* 30. ex ratione, quam DD. Iuris ciuilis non aſſignant, ſed ha-
2 betur ex Plinio *lib.* 18. *N. Hiſt. cap.* 30. vbi dicit, quod generat gurgulionem, & alia animalia, quoniam *ſpiſſitate* ſua cõcaleſcit, & furfure craſſo veſtitur. Et in puncto, de quantitate, in qua decreſcit frumentum in horreis conditum, eſt vi-
3 dere induiduam *deciſionem* Borgn. Caual. quæ eſt 37. *par.* 1. *ſub n.* 20. *col.* 1. *fol.* 147. in qua habetur, quod granum ſiccum, in recollectis, poſitum in granarijs. *mancare* 2. *et* 3. *per cento*, & quando eſt humidum 4. *et* 5. vt ibi per eum reuidendus. Vnde non eſt vniuerſim verum id quod dici ſolet, & quod aliquis ſcribit, che *l'orgio manca*, *& il grano creſce*, vt videtur etiam colligi ex dictis ab Au-
4 thore libri *Conſulatus maris fol.* 143. *cap.* 266. vbi vniuerſim videtur dare incrementũ, ſeu creſcimonio frumento, quod per mare tranſuehitur, de loco ad locum, nam præter quam quod idem Author dicit, hoc non eſſe in qualibet ſpecie tritici, ibi: *Imperò è da intendere, che debba eſſer guardata la natura di quel grano; per-*
5 *cioche, come che ci è natura di grano, che mai non torna alla miſura, che l'huomo riçene.* Hæc ille. Hoc intelligitur dum eſt in naui, vel poſt paucos dies, cum è naui extrahitur, atque exoneratur. Secùs cum per annos conſeruatur in terra in locis ſiccis, in quibus pluries mouetur, ac palis, cribris, & alijs inſtrumẽtis exa-
6 gitatur, vt annuit Tapia *lib.* 7. *tit.* 4. *de Iure Regni fol.* 43. his verbis: *In Ciuitate Neapolis naſcitur, tum ex frumento, quod cum tranſuehatur per mare, multum capit humiditatis, ex qua, et calore, quem capit in foueis, cauſatur corruptio.* Et quod triticum ſuaptè natura non creſcat, niſi per accidens, vel per fraudem, vt quando vehi-

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

tur cum ſaccis, & in quolibet ſacco ponitur vas *aceto* plenum, nam poſt vnam diem reperitur vas vacuum, & acetum à tritico abſortum; vel quando fit madidũ aqua, de quibus fraudibus P. Vincent. Tancredi *qq. moralium tom.* 4. *q.* 16. *et* 17. vbi tractat quando tales poſſint abſolui.
7 Vnde in tota Iuriſprudentia fortè non inuenietur Doctor, qui neget infra triennium non dici frumentum corruptum, vel ex animalibus, quæ gignit, vel ſuaptè natura; quia vltra triennium non dicitur durare; ita ex *gloſſ. in l.* 1. *C. de vſucapion.* Surdus *deciſ.* 81. per totam, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *par.* 1. *n.* 183. *fol.* 438. Franciſ. Curt. *in l. Vinum n.* 29. *ff. ſi cert. pet.* quod frumentum, *& ſimiles*
8 *fructus, præſumptione Iuris, præſumuntur per triennium conſumpti.* Alex. *in l.* 1. §. *fuit quæſitum n.* 6. *ff. ad S. C. Trebell.* Anton. de Amato *reſolut.* 43. *n.* 52. Niger Cyriac. *controuerſ.* 227. *n.* 4. verſ. *illud, tomo* 2. Rota apud *Merlin. deciſ.* 820. *n.* 6. verſ. *non obſtat.* & ead. Rota apud *Farinacc. deciſ.* coram *Pirouano* 1. *Maij* 1613. Giurba *deciſ.* 115. Capycius latro *deciſ.* 160. *n.* 2. vltra *conſilia* Albæ initio allegata.
9 Sed in cauſa in tribunali Reviſionis, & reuiſionis computorum huius ciuitatis (de quo Tribunali meminit Taſſonus *verſ.* 3. *obſer.* 3. *n.* 239.) *fiſcalium* illius tribunalis contra *Michaelem Angelum Ardizone* cuſtodem publicum horreorum eiuſdem Ciuitatis Decembris 1655. penès Capparellũ Rationalem, de his fuit
10 pertinaciſſimè diſputatum, ſiquidem cũ *Fiſcales* prętenderent à dicto *Cuſtode* pretium modiorum 1250. tritici cum intereſſe, ex quo de frumento Ciuitatis in publicis horreis condito, dato Vincentio Medices negotiatori, ad renouandum (iuxtà praxim, de qua Guttierez *Cano-*
11 *nic. qq. lib.* 1. *cap.* 39. & Bouadilla *lib.* 3. *cap.* 3. *ex n.* 40. tit. *della prouiſion del pan*) in anno 1644. exitauit dicto Vincentio modia 32150. cum debebat iuxta ordinẽ à ſpectabilibus electis ei datum, conſignare Vincentio ſolum 31000. Quam ſummam Vincentius ſolum ſe recepiſſe fatebatur. Vnde remanebat *exitus vacuus* pro ſumma prædicta prædictorum modiorum 1250. Ipſum proinde per *bi-*

na

na decreta conformia condemnauerant
ad ſolutionem pretij dicti tritici vna cũ
intereſſe. In quo *ſtatu* cępi patrocinium
dictæ cauſæ, propter merita dicti Ardi-
12 zonis, qui Maſanellum, qui euaſerat in-
feſtiſſimus tyrannus, Iunij 1647. pro
quiete publica occiderat. *Propoſitis*
ergo per me nullitatibus aduerſus de-
creta prædicta. Et quia omnes ferè Iudi-
ces dicti tribunalis ſunt idiotæ, ſicut &
fiſcales; non clamabant aliud, niſi *Tolle,*
tolle, &c. Tamen propter prudentiam
quondam *Regentis Martinez* caput dicti
Tribunalis, & Dom. *Bartholomæi de Frãco*
13 *aduocati primarij*; qui vnus erat ex Iudi-
cibus ꝓ platea fideliſs. populi, licèt fuiſ-
ſet prouiſum 8. Aprilis 1656. *nullitates*
non obſtare, tamen aduerſus dicta *bina de-*
creta fuit conceſſa reclamatio decretis
ipſis *non executis*. Tribunal iſtud, vt dixi
14 in *q.* 14. n. 40. habet hoc priuilegium, vt
ſuorum decretorum executio non retar-
detur per reclamationem. Et hoc quia
15 decreta reuera non erant contra publi-
cas ſcripturas, vel contra expreſſum ca-
ſum legis, iuxtà *prag.* 77. *de off.* S. R. C.
ſed quia decreta prædicta oſtendi eſſe
iniuſta, quia dictus Cuſtos Ardizonus
male antea fuerat defenſus, conceſſa re-
clamatione, non executis decretis, licèt
omnia bona Ardizonis erant, vigore
illorum executa, appretiata, ac etiam
ſubhaſtata.

Dixi illum fuiſſe *errorem*, non falſitatem,
equiuocum, non furtum; ac ciuitati ipſi,
nihil *abeſſe*; & ideò virum alioquin valdè
benemeritum, nec ex tranſacta vita, ad
ſimilia vnquã propenſũ, nõ eſſe crędẽdũ
enormiſſimum crimen patraſſe; Quod
erat ex alio ſecundum quid ferè impoſ-
ſibile patrari poſſe.

16 Probabatur ſe feciſſe introitum pro
incremento (*creſcimonio dicunt*) tritici,
pro modijs 2361. nec hoc negabatur.
Et quia hoc incrementum, vltra ſummã
conſignatam non poteſt rerum natura
haberi, neque ex eodem frumento pro-
ficiſci, per ſupradicta, & per alia infra
dicenda; ergo illa modia 1250. exitata
vltra ſummam cõſignari iuſſam, nunquã
exiuerunt ab horreis, ſed erratum in de-
ſcriptione ſummæ, ex eo quia repoſitum
in ſumma modiorum 2361. ſub nomine
creſcimonij cum tanta quantitas incre-
menti eſſe non poſſet.

17 Quod non ſolùm ex *doctrinis* allegatis
fuit adſtructum, ſed replicatum *D. Mar-*
tinez, qui allegauit pro conſeruatione
tritici, & quod non conſumetur triennio
irrefragabile teſtimonium Sacræ *Geneſis*
cap. 41. de frumento per Patriarcham
Ioſeph condito in horreis Ægypti, quod
ſeptem annis fuit conſeruatum; ergo dixit
Apertus Hiſpanus, ementiri *Gloſſam, Alex.*
Curt. Albã, & alios, qui dicunt frumentum
vltra triennium conſeruari nõ poſſe; & ꝙ
ſenſim conſumetur, & ex inde decreſcat,
non augeatur. Reſpondi Sacram *Paginã*
eſſe (prout aliter eſſe non poteſt) pluſ-
quam veriſſimam; ſed & *Gloſſ.* & *Doctores*
per me allegatos, qui triennium ſolum
vitę tribuunt frumẽto, non per hoc emẽ-
tiri.

18 Siquidem præſciendum erat Marcum
Varronem *de re Ruſtica lib.* 1. *cap.* 58. *fol.*
mihi 70. ſcripſiſſe frumentum poſſe con-
ſeruari annis *quinquaginta* millium vero
plus annos *centum*; ſed quomodo? eum
non terendo, ſed condendo cum paleis,
& ſpicis: *Plinium* etiam, motum ex di-
cta authoritate *Varronis*, hoc etiã ſcrip-
ſiſſe, *lib.* 18, *cap.* 30. & Maiolum *canicular.*
colloq. 20, *fol.* 882. *at.* Sic feciſſe Patriar-
cham *Ioſeph*, vel ex ſua ſapientia, vel ab
ipſo Deo edoctũ. *Tex.* enim *Geneſis* ferè
oſtendit non fuiſſe illud frumentum tri-
turatum *cap.* 41. *n.* 47. ibi, & in manipulos
redactæ ſegetes, congregatæ in horreis
Ægypti. Ergo *in Manipulos.* Sed Philo
Iudęus *de vita Moyſis fol. mihi* 425. *lit. D.*
expreſsè dicit non fuiſſe trituratum, ſed
19 conditum, prout à campis fuit meſſum:
& authoritate Philonis. Ità habẽt Gloſſ.
Vgo, & Abulenſ. ſuper *dicto loco*, & cla-
rius Cornelius à Lapide *cap.* 41. verſ. 35.
qui addit fuiſſe taliter conditum, non
ſolùm vt diutius conſeruaretur, ſed vt
palea deſeruiret pro victu iumentorum:
hæc ex I.C. agnouit etiam Bouadill. *lib.*
3. *cap.* 7. *n.* 47. *Que el trigo lo pone en caña,*
como ſe ſegaua ſin lo trillar, fuit in facto
producta fides facta de ordine Superio-
rum per Conſules præteritos, & præſen-
tes Artis piſtorum, ſi triticum creſcit,

vel

vel decreſcit; quæ ita ſe habet. *E' neceſſario per buon gouerno, e mantenimento, acciò non piglino de vitio, che ſe paleano per molto tempo, & quelli in tempo d'eſtate inſoſſarſi cernuti, & prima d'inuerno ſfoſſarſi, e de nuouo darli il gouerno di pala; e perche molte volte neceſſariamente, e naturalmente ſi ſogliono riſcaldare, & ſucceſſiuè generare gorgoglione, che lo punge, è neceſſario di nuouo rechiapparli, cernerli, e darli il gouerno ſufficiente, il quale naturalmente perche ſpoluorizza la poluere, arene, leua le ſcaglie, muniglie, & altre materie, che vi ſi trouano; caggiono mancamento, non ſolo in miſura, mà anco in peſo, poiche ex gratia, vn tumulo, che contiene 24. miſure, leuandoſene vna più, ò meno miſura, delle pietre, poluere, arena, ſcaglie, & altre materie, che vi ſi trouano, reſta il tumulo ſcemo di detta miſura, & ſucceſſiuè ſcemo del peſo; il che è coſa palpabile, e con l'eſperienza ſi tocca con mani, e ſi vede con gl'occhi, &c.* Hæc dicti *Conſules*; & de arena, de qua ipſi loquuntur, quod reperiatur in tritico, & in illo commiſceri ſoleat, in puncto *Petr. de Gregor. lib. 36. c. 30. ad l. Iuliam de Annona in fine.*

20 Et iſtis talibus omninò eſt credendum, vtpotè peritis in arte, quibus eſt ſtandum omninò *cap. quia indicante*, vbi *Innoc. Hoſtienſ. Henric.* vterque *Abbas, Imola, & Barboſa de preſcript. l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu homin. Farinac. par. 4. quæſt. 127. n. 133. Neuiz. conſ. 94. n. 18. Io: de Amic. conſ. 102. col. 3.* cum mille ſimilibus per *Gratian. cap. 600. à nu. 23. cum ſeq. Card. Tuſcus lit. P. n. 23. concluſ. 286.*

Ex alio etiam re ipſa, & facto ipſo manu tangitur deficientia, nam cum *Ardizonus* inſtitiſſet ſibi dari *fidem à Rationale Car-*
21 *bono* de tota quantitate *de Moniglie, Solime, Granacci, e recchiappi vſciti dalla conſeruatione dell'anno 1639. per tutto l'anno* 1644. vt fol. 19. fuit facta dicta fides, & capiunt ſummam modiorum octo mille in circa, vendita pro duc. 1820. Vnde eſt impoſſibile rerum natura negare deficientiam prædictam, quia ex corruptione tritici generantur dictę materię iuxtà *Philoſophum 1. Phiſic.* quod *corruptio vnius eſt generatio alterius*, & quod ex tritico generantur dictæ muniglie, & quiſquiliæ probatur in ſacra pag. *Amos 8. 7. Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.* ibi, *& quiſquilias frumenti vendamus.*

Probatur etiam ex fide facta ab eadem fideliſſima Ciuitate de ordine Excellentiſs. Proregis die 19. Nouembris 1653. vt fol. 17. vbi fol. 17. ater. luculentiſſimè adſtruitur, & conteſtatur deficientia prædicta reddentes cauſam, & eſt ſubſcripta à ſpectabilibus *D. Franciſco Milano, Cæſare Sanfelice, Io: Baptiſta Capuano, & Andrea Nauclerio*, tunc Electis huius fideliſſimæ Ciuitatis.

Tandem hæc lis agitur cum fideliſſima Ciuitate, quæ in ipſa eſt actrix, ſi ipſa met, vt conſtat fol. 76. nuncupatim *in eodem tritico permutato* cum dictò Vincẽtio Medices ei fecit excomputum modiorum 1600. *de sfrido*; quomodo idem triticum in manibus Ardizzoni *potuit* creſcere, & dare tam ingentem incrementum, & in manibus Medices decreſcere in ſumma modiorum 1600. Certè hoc eſt impoſſibile, non dixerim ſecundum quid, ſed etiam ſecundum naturam.

Cum ergo tam ingens incrementum modiorum 2361. non potuit naturaliter dari, neceſſario fatendum eſt, illud plus eſſe illa modia 1250. quæ *ex errore* fuerunt dicta, eſſe exitata, & quæ nunquam rei veritate ex horreis exiuerunt.

22 Deniq; recolendum eſt dictum officium Conſeruatoris fuiſſe exercitũ per *Marcum Antoniũ Ardizzone patrem dicti Michaelis Angeli* omni cum diligentia, & punctualitate, & proinde fuiſſe conceſſum eidem *Michaeli Angelo*, vt in concluſione fol. 16. vbi honorificis verbis conteſtatur fidele miniſteriũ dicti *Marci Antonij*, & fideliſſimum, & ſolertiſſimum proprium dicti *Michaelis Angeli*, & quod ipſa Ciuitas fatetur ſibi benè ab ipſo ſeruitum, & videtur Ciuitatem fateri dictum *Michaelem Angelum* eſſe ornatum omnibus qualitatibus, quibus Imperatores *Valent. & Valenſ.* voluerũt cuſtodem publicorum horreorum eſſe refertum ad *l. 1. C. de condit. in public. horr. lib. 10.* ibi: *Ad iſtud autem negotium nobilis, prudens, fidelis, optimè ſibi conſcius pro integritate mentis apponatur cuſtos, ac menſor, &c.* quem tex. ad id allegat *Bouadill. lib. 3. cap. 3. n. 44.*

Si ergò Ciuitas fatetur iſtum eſſe talem, ſi con-

ſi concedatur ſcelerè feciſſe dictum *exitū vacuum*, neceſſum eſt fateri illum eſſe *fatuum, imprudentem, ac ſtultum furem*, quia ſuis manibus ſcripſiſſet *exitū vacuū*, quod nullo colore cooperire poſſet; ſic vacuum, conſultò ſcriptum.

23 Et certum eſt, quod ſi ipſe (quod abſit) eſſet talis non ſcripſiſſet ſuis manibus exitum prædictum, cum non defeciſſent *modi*, & viæ, quibus illud facere potuiſſet clam; *furtum enim à furuo, ideſt nigro, dictum labeo, ait, quod clam, & obſcure fiat, & plerumque nocte, l. 1. ff. de furtis*, & nō *canendo tubam*, vt canit compotum, ſi error non conceditur, cum non ſit veriſimile velle, quis ſcribere contra ſemetipſum vltro, & ſpontè *proprium delictum*, quia hoc non eſt veriſimile, & quod non eſt veriſimile, habetur pro falſo, *Gram.*

24 *deciſ. 28. in princ.* & quod non eſt veriſimile habetur pro impoſſibile, *Decius cōſ. 11. n. 5. in fin.* vndè Iudex ſemper debet attendere veriſimilitudinē, *Riminal. conſ. 217. n. 34. & ſeq. lib. 2.* quia qui arguit à veriſimile dicitur arguere à ratione naturali, idem *Riminal. conſ. 362. n. 18. lib. 4.* & veriſimilitudo dicitur cognata naturæ, *Bal. conſ. 180. mortuo filio, lib. 3.* & veriſimilitudo habetur pro lege, & veritate, *Oldrad. conſ. 13. cum quæſtio in fine*; & id, quod eſt veriſimile haberi debet pro probato, *Aretin. conſ. 9. col. 2.* quod augetur ex qualitate, & bona fama perſonæ, *Almons Ciazz. ad reor. defenſ. q. 30.* & in hoc omnes ſciunt perſonam dicti *Michaelis Angeli* fuiſſe aliàs probatam per aquam, & ignem, & repertam innocentem.

Vnde de dicto errore non eſt curandum, quia error excludit conſenſum, & facit

25 abeſſe conſenſum ab actu, & qui errat non dicitur fateri, & errans non dicitur ammittere rem ſuam, vt ex multis probat *Barboſ. axiom. 32. per totum.*

Dubio procul fuiſſet *Ardizonus* ex relatis mihi per D. *Martinez*, & D. *Franco* abſolutus. Sed incaluit peſtis, eodem mēſe Aprilis quam ſæuiſſimè, quæ extinctis *Martinez*, *Franco*, & maiore parte Iudicum, & Fiſcalium, & cum ipſis *Ardizone* litem etiam ſuppreſſit.

26 In hac cauſa *tria* acciderunt, quæ notare hic non erit inutile.

Primo prętēdebant Fiſcales depoſitum pro pœna nullitatum eſſe debere duc. 24. ſed fuit admiſſum pro duc. 12. prout practicatur in decretis *M. C. V.* & *R. C. Summariæ*.

27 Secundo, quod terminus, qui datur reis, eſt, vt ſe defendant ſolum cū ſcripturis, non cū teſtibus. Replicaui, quod neq; idē Tribunal, neq; alius Superior, poſſet *legem* Chriſti Dei Noſtri, & Regis Regum reformare. Ipſa enim āpertiſſimè ſanxit, quod in ore duorum, vel trium teſtium ſtet *omne* verbum *Mathei 18. B. 16.* & Apoſtolus *1. Timoth. 5. 19.* dixit: *Omne*; ergo *computa Cuſtodis* Horreorum. Quid abſurdius, ne dixerim, crudelius, & iniquius denegari probationes per teſtes: Ac ſi incendia, furta, & mille caſus, cōtingentes, & ſignantèr furentis populi reuolutiones, quibus vel ſcripturæ ſuccenſæ, vel ablatæ, vel aliter deperditæ poſſent per ſcripturas probari. Vnde cū caſus occurrerit, quod probatio per teſtes ſit neceſſaria, denegari non poteſt, neq; debet; & ſi Rationales nolunt actitare, & teſtes recipere, debet prouideri de Actorum *Magiſtro*.

28 Tertio, nolunt accomodare proceſſus Aduocatis: ſed quod vadant ad domos Rationaliū, vt ibi Percontentur illos. Reſpondi, hoc nō poſſe porrigi ad Aduocatos, de quibus *gloſſ. in l. Iubemus* in verbo *Primū, C. de Aduocat. diuerſ. Iudicū*, ſed de illis Aduocatis, de quibus loquitur *tex. in l. 1. §. Aduocatos*, cum *gloſſ.* in verbo *Aduocatos ff. de var. & extraord. cognit.* Ipſe igitur primus omnium fixi pedes, & quod hoc tribunal infimum poſt omnia alia Regia, vt in loco dicit Taſſonus; nō debebat de hoc cōtendere, cū proceſſus Regij Collateralis, & S. R. C. cœterorūq; tribunalium, quārūcumq; de rebus pluſquam arduis, aſportentur per Scribas ad domos non etiam aduocatorū, ſed procuratorum; vnde videns D. R. *Martinez* meam, ne dixerim pertinaciā, ſed æquiſſimā reſolutionem, iuſſit, (quia etiam adſtabat inter Iudices dictus D. de Franco primarius aduocatus) dari mihi, & aſportari copiā proceſſus, ſūptibus tamē

Ardi-

Digitized by Google

Ardizonis.

Concludimus, vel fideliſſima Ciuitas, ſiuè Fiſcales huius Tribunalis, volunt ſtare dictis fidibus, & probationibus, vel non: ſi volũt ſtare, Ardizonus debet abſolui; ſi nolunt ſtare, eſt dandus terminus, ne dictum tribunal Reuiſionis ſatagat tollere partibus, quod eis lege diuina naturali, non etiam Ciuili eſt conceſſum, vt in *clem. Paſtoralis* cum ſimilibus concordãtibus.

Scripta in Peruigilio Sancti Mathię, in Turri Annunciatæ 23. Februarij 1657.

ARGVMENTVM.

Si in menſuratione quantitatis cõtinuę alicuius operis prætendatur menſorem falſitatem commiſiſſe: An talis falſitas probari poſſit per teſtes. Quomodo de iure veritas in talibus probari debeat. Quid ſi opus prædictũ cum formatur inquiſitio, ſit naturaliter conſumptum. Plura, ſi in delictis facti permanẽtis ſuppleri poſſit, probatio in genere per alium modum, quam per euidentiam rei. Omnia ferè de iudicio peritorum in arte. *Deciſio* 29. ſpectab. Reg. *Salernitani* euertitur. *Deciſioni* 28. Spect. Reg. *Sanfelicij* ſuus ſenſus tribuitur, aliqua in togas, & Iudices Idiotas, cum deciſione quatuor DD. Iudicum delegatorum.

SVMMARIVM.

1 *Riuus quid ſit, & n. 2. quid lagnus, & n. 3. quid foſſa.*

4 *Regnum Neap. quam impoſitionem ſoluat pro conſeruatione foſſarum, & quid hodie poſt ſituationem n. 5.*

6 *Redemptori operis publici ſubhaſta minus offerenti opus liberatur, & n. 7. & 8.*

Conſt. Cafari Spec. Perez. qq.

9 *Theſis cauſa, & quodam Iudice, qui teſtibus in magno numero receptis, probare volebat menſuram per illos, & n. 10. & 11. etiam rem non extantem, & conſumptam.*

12 *Mẽſura limitatè eſt improbabilis per teſtes.*

13 *Omnis ſcientia ancillatur Architectura ex Bartolo.*

14 *Prætendens ſe à perito grauatum, debet res reuideri per peritiorem, non per teſtes.*

15 *Statur peritis in arte in omni materia, & n. 16. 17. 18. & 19.*

20 *Magis creditur vno perito, quam mille teſtibus, & nunquam cenſetur excluſa illius probatio n. 21.*

22 *Periti non tenentur reddere rationem eorũ dicti, n. 23. modo ſi interrogati ſciant reſpondere.*

24 *An duo, vel vnus peritus requirantur, & n. 25.*

26 *Ratio cur non creditur teſtibus, ſed peritis.*

27 *Iudex debet iudicare iuxtà ſententiam, & votum periti in arte.*

28 *Non valet confeſſio Rei in ſui præiudicium, ſi iudicio periti ſit contraria.*

29 *De delicto in genere in facto permanenti, & n. 30. & 31. in facto tranſeunti.*

32 *Confeſſio Rei nõ poteſt facere quod id, quod non eſt delictum. ſit delictum, & n. 33.*

34 *Deciſio cauſa.*

QVÆSTIO XVII.

1 RIVVS eſt locus per longitudinẽ depreſſus, quo aqua decurrat, *l. 1. §. ait prætor, ff. de riuis.* Sic videretur eſſe vocandos alueos, qui in Campania per decem leucas à Nola, ad Linternum (Patria) omnes aquas deducunt. Vocãt vulgares li *Lagni,* ex Greco verbo (vt eruditus Ambroſius *cap. 9. fol. 12. de*

2 *Nola ſcripſit*) λάγυρος ; nam in eum riuũ
omnis fere aqua paluſtris, quæ propè
Nolam, & alias adiacentes Vrbes, ſta-
gnat, furtim penetrat. Sed ipſe lega-
3 liori nomine foſſas, lagnos iſtos vocarē,
per *tex. in l. 1. §. ſi foſſa, ff. de fluminibus*,
& in *l. vnica §. foſſa, ff. vt in flumine pu-
blico nauigare liceat*. Quia lagni iſti à pri-
mis ſæculis manufacti ſunt. Et quia de
tempore in tempus oportet illas repur-
gare, vt habet tex. in d. *l.* 1. *ff. de riuis.
Purgandi verbum plerique, quidam putant,
ad eum riuum pertinere, qui integer eſt, ſed
4 palam eſt, & ad eum riuum pertinere, qui
refectione indiget; Plerumque enim, & re-
fectione, & purgatione indiget*. Ex iſthac
repurgatione, pro qua quotannis facien-
da, ſed non in eodem loco ab antiquiſ-
ſimis temporibus Regnum totum colle-
ctatum fuit, & à Rege Ferdinando pri-
mo ordinaria impoſitione annuorum
duc. viginti octo mille grauatũ, meminit
Ponte *de poteſtat. Proreg. de regal. impoſit.
tit.* 4. §. 8. *n.* 58. Quæ noſtris temporibus
5 poſt reuolutiones, in noua generali ſi-
tuatione redacta eſt ad annuos duc. 12.
mille, vt *fol. penult. in vol. d. ſituat.* Hoc
repurgium accenſa candela, ſubhaſtatur
in Regia Camera Summariæ, & minus
offerenti deliberatur, & redemptor ope-
ris (ſic in iure vocatur *l. 1. & 2. ff. de oper.
6 publicis, & de ædific. priuat. l.* 10.) Vul-
gares vocant *partitarium*. Dixi minus
offerenti, nam partitum fit pro quadra-
ginta, vel 45. aſſibus pro qualibet vlna
cuba, *canna groſſa*, quæ eſt palmorũ 512.
hoc eſt 8. longitudinis, 8. latitudinis, 8.
altitudinis, qui inter ipſos complicati, &
7 explicati faciunt 512. Hoc repurgium;
ſiuè recauamentum menſuratur per pu-
blicos, & Regios Architectos, & quanti-
tas repurgij reducitur ad numerum vl-
narum, pro quantitate, quarum fit ſolu-
tio, ad rationem, quæ ſubhaſta remanſit.
8 Denunciatus fuit in anno 1634. Berar-
dinus Furnus redemptor operis prædicti
ab *Anello de Falco*, quod colludens cum
menſoribus ſupra ducatos triginta mille
ſuffuratus eſſet. Quia plus operis re-
tulerant Regiæ Cameræ menſores ipſum
effeciſſe in repurgando, quam quod ef-
fectiuè, & realiter perfeciſſet. Ad con-
uincendum *Auditor* N. cui Princeps cau-
9 ſam delegauerat, recepit *centum viginti
octo teſtes* (forte in canonizatione Sancti
Berardini tot non recepti fuere) credēs
ad duo in *iure* impoſſibilia pertingere, cũ
teſtium depoſitionibus. Primum pro-
bare quantitatem diſcretam, & falſitatē
denunciatam in menſurationibus, abſq;
reuiſione, per aliam menſuram. Secun-
do probare altitudinem operis recaua-
menti, poſtquam materia ipſa à foſſa ex-
tracta, erat ſuper aggeribus reiecta, exic-
cata, ac ferè conſumpta; & quod foſſa
prędicta poſt paucos menſes cęperat ite-
rum ex noua materia, herbis, & alijs,
quæ aquæ ſecum ducunt, repleri, & cō-
ſumari. Quo ad primum dictus Audi-
10 tor allegabat Euangelium D. N. *Mathęi*
8. 17. In ore duorum, vel trium teſtium
ſtat omne verbum; ergo & probatio al-
titudinis. Et quo ad ſecundum nitebatur
ex dictis per Reg. Salernit. *deciſ.* 29. &
ex poſitis per Regent. Sanfelicium *deciſ.*
28. ex quo corpus delicti haberi nō po-
11 terat, poſſe inquiri torqueri, & puniri, ſi
de illo conſtaret per præſumptiones, &
indicia.

Ipſe autem, qui & ſi adoleſcens de anno
1634. Berardinum operis redemptorē,
& alios in ergaſtulis, trium Caſtrorum
huius Ciuitatis ſecretiſſimè detentos de-
fendebam: dicto *Auditori* in recipien-
dis tot teſtibus tempus inaniſſimè teren-
ti; dicebam, hæc circa teſtium materiam
non verſari. Siquidem R. Camera men-
ſurari fecerat opus per Regios Archite-
ctos, & quantitas ab illis relata Partita-
rio fuerat iam ſoluta. Vel opus menſura-
tum, & ſolutum, extabat, vel non exta-
bat. Si extabat (ſaltim quod tunc actua-
liter perficiebatur) debebat reuideri per
alios menſores, ipſo Auditore, & Fiſco
Iudice Mugnoz, ad id dato pręſentibus.
Si non extabat, deficere corpus prætenſi
delicti, & ex inde nullam poſſe informa-
tionem, niſi nulliter conſtruere.

12 Ad primum, dicto Auditori dixi, quod
ea, quæ ad menſuram ſpectant circa te-
ſtium, & probationum materiam non
verſantur Maſcard. *de probat. cōcluſ.* 1048.
in fine, ex Bart. *in tract. teſtimon.* refert
alios Card. Tuſcus *lit. M. concluſ.* 202.
& lit.

Digitized by Google

& lit. A. concl. 318. & idem Maſcard. concluſ. 1174. n. 1. Farinacc. de homicidio q. 127. par. 1. n. 104. & n. 116. meliùs Bart. in tractatu teſtimoniorum n. 47. vbi dicit: Si de longitudine alicuius rei quæritur determinatè, & quod pedum ſit tota longitudo talis rei teſtis dixit eſſe decem pedum, quia vidit ſufficientem cauſam non reddit, quia per viſionem ſolam ipſius rei, de hoc certè nō reddimur, debet ergo dicere, quia vidi, & menſurari vidi. hoc etiam repetit in tract. de Alluuione cap. Quia circa, fol. 142. vbi dicit: Omnis ſcientia ancillatur huic; eſt
13 enim hæc Architectica de alijs cunctis diſponens, vt dicit Ariſtot. lib. 1. Ethicor. & eum ſequitur Alexander conſ. 177. n. 4. lib. 6. Præterea erat iam electa via peritorum in arte. Partitarius ſic capitulauerat cum R. Camera, vt opus ſuum menſurari per menſuratores Regios debuiſſet, etiam ſi per impoſſibile aliunde res probari potuiſſet, relationi peritorum omninò erat ſtandum, vt de Architectis dixit Rota coram Pirouano apud Farinacc. deciſ. 229.
14 in poſthumis 2. par. & in deciſ. 526. dicit, quod prætendenti ſe grauatum, nō competit aliud remedium niſi procurare retractationem relationis iudicio aliorum peritiorum; vt habetur in deciſ. 526. & dicit Berous conſ. 80. n. 1. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 30. n. 33. lib. 1. & pleniùs conſ. 212. per totum; alios apud Gratianum
15 cap. 600. n. 28. diſcept. for. Farinacc. par. 4. q. 127. n. 133. vbi benè probat, quod relatio periti vllo modo poteſt retractari, niſi contraria ſententia alterius magis periti. Et hoc eſt regulare, nam ſtandū eſt peritis in arte in omni materia, vt di-
16 cit Neuizan. conſ. 94. n. 18. Io: de Amicis conſ. 102. col. 3. & alij apud Tuſcum lit. P. n. 23. concluſ. 286. & ideò ſancitum eſt, vt medicorum iudicio ſtetur ſuper morbis, aut vulneribus, ſi ſint lethalia, nec nè, & an ſit remanſura cicatrix, Bart.
17 in prohem. ff. n. 8. & probatur in c. ſignificaſti il 2. de homicidio Farinacc. d. q. 127.
18 & an partus ſit immaturus obſtetricum, iudicio Alber. in l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu hom. eiſque creditur an partus viuere poſſit, Clarus §. teſtamentum quæſt. 45.
19 & eis in virginitate, & defloratione Anchar. conſ. 330. nu. 3. ſtatur ruſticis in Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

Agricultura Tuſcus concluſ. 183. lit. M. n. 5. & ſic de ſingulis generibus artium ſtatur iudicio artificum illarum artium. Rom. conſ. 255. n. 4. Becc. conſ. 44. n. 18. Alex. conſ. 148. excell. in princ. lib. 2. & magis creditur vni perito in peritia artis ſuæ, quam mille teſtibus imperitis Gra-
20 tian. d. cap. 600. ex n. 23. Farinacc. q. 127. n. 116. verſ. amplia 10. & nu. 133. verſ. verum; vbi dicit, quod hoc non ſpectat ad teſtes; & ideò probatio per inſpectionem oculorum cum peritis nunquam
21 excluſa intelligitur, Bald. in rub. C. de probat. col. 1. Alex. conſ. 186. col. fin. lib. 2. & conſ. 35. col. 2. verſ. propterea lib. 4. ſupra q. 7. & cunctis alijs probationibus præfertur. Alex. conſ. 134. in cauſa, & lite, col. fin. lib. 2. Bal. in l. contra negantem C. ad l. Aquiliam, Tuſcus lit. M. concluſ. 183. n. 22. & dicunt omnes Legiſtæ in prohem. ff. & in l. ſeptimo menſe ff. de ſtatu hominū, & Canoniſtæ in c. quia indicante de præſcript. & in c. propoſuiſti de probat. etiam ſi
22 periti non reddant rationem dicti ſui, eis eſt ſtandum, Dec. d. c. propoſuiſti 5. col. de probat. Dummodò ſi interrogati, reddant rationē, Felyn. in d. c. propoſuiſti 5. col. de probat. & per Bart. & Angel. in l. ſemel C. de re milit. lib. 12. Maximè quando duo
23 periti cōcordant, & maximè quādo ſunt peritiores omnibus, q ſūt in toto Regno, tunc omninò illis eſt ſtandum, Alex. in l. 1. §. fin. n. 4. ff. de verb. obligat. & eius dicto, etiam ſi de vita hominis, in cauſa quantuncumq; ardua ageretur debet ſtari, etiam non vocatis alijs peritis, ſic cō-
24 ciliatur per Decium in d. c. propoſuiſti, & per Galiaul. in l. 1. n. 22. ff. de verb. oblig. illa vexata controuerſia doctorum quærentium, an vnus, vel duo periti ſint vocandi. Farinacc. d. q. 127. maximè quādo habet ſalarium à publico, Alex. in d. l. 1. §. fin. & Galiaul. n. 12. ff. de verb. obligat. & Farinace. d. q. 127. n. 161. verſ. ſublimita primo, & quando partes conue-
25 niunt in electione periti, tunc dicunt DD. non poſſe quodadmodo ab eius dicto reclamari, Tuſcus lit. P. cōcluſ. 285.
26 Ratio eſt, quia teſtis deponens de peritia alicuius artis, cum ſit ipſe imperitus, eſt temerarius, & demens; & exempla ponit de hoc Soccin. conſ. 92. n. 10. lib. 4.

& Anchar. *conſ.* 330. *n.* 9. & ſplendidiſſimum exemplum eſt hic proceſſus fabricatus ab iſto Auditore; nã receptis 128. teſtibus Berardinus, & alij, renunciauerunt defenſionibus, & inſteterunt expediri ex eiſdem actis, quoniam ex ponderationibus in facto, compertum fuit inuериſimilia, & ridiculoſa depoſuiſſe; immò contra *Fiſcum*. Vtpotè malè interrogati, & peiori modo reſpondentes non intelligentes quæ deponerent.

27 Neque Iudex poteſt in aliam ſententiã ire, quam periti in arte iuerunt, tex. in *c. quia indicante de præſcript.* ibi. *Agrimẽſoris definitione, &c. & eam faciatis in veſtra præſentia terminare.* idem habet tex. *in auth. de non alien. reb. Eccleſ.* §. *quod autẽ* adhibitis *duobus inſignibus Architectis*, &c. *Definiatur ab Architectis, &c.* & in *l. ſi quis ſuper.* §. *ad officium ff. fin. regund. menſores mictere, & per eos dirimire, &c.* quæ iura loquuntur ad literam de Architectis *Bar. in d. tractatu teſtimoniorum*, & Maſcard. *d. concluſ.* 1174. *n.* 8.

28 In iſtis quoq; quæ ex peritorum iudicio dependent, adeò teſtibus non creditur, quod non creditur neque ipſi principali, adeò confeſſio propria, quæ omnem aliã ꝓbationẽ vincere ſolet; *l.* 1. *ff. de confeſſis*, in his parũ, vel nihil iuuat. *Signorel. conſ.* 115. in fin. *Caſtrẽſ. cõſ.* 299. *viſa inquiſitione col.* 2. *in fine* verſ. *quidam verò col.* 2. Tuſcus *lit.* P. *concluſ.* 286. *n.* 5. *& n.* 18. Alex. *conſ.* 113. *vol.* 3. viſa inquiſitione Hipolit. *in l.* 1. §. *præterea, n.* 37. *ff. de ſicar.* Follerius *in praxi* verbo *quod ſororem venenauit n.* 15. *& n.* 27. Ant. Gomeſ. *var. reſolut. tom.* 3. *tit. de homicidio n.* 8. Farinace. *quæſt.* 2. *n.* 35. vbi non ſufficit corpus mortuum viri Elenę, & eius confeſſio, quod eum ſublimato venenauit, & depoſitio illius, qui ei ſublimatum venedidit, eo quod periti in arte, aperto corpore retulerunt virum illum non fuiſſe *ſcelerè* occiſum. Vide de Laurẽt. *deciſ.* 20.

29 Scelerè enim eſſe occiſum hominem ante omnia oportet, vt liqueat Iudici. Quod nullo modo iuſtificatur ex ſola cõfeſſione occiſoris, niſi corpus occiſum videatur, & quod ſcelerè occiſus ſit cõſtet ex generalitate tex. *in l.* 1. §. *item il-*

30 *lud, ff. ad Syllanianum*. Et tota machina criminalis duobus, ſuſtinetur delicto, & delicti cauſa; ita Bal. *in l. diuus ff. de milit. teſtam. & in l. vn ca C. de confeſſ.* Marſ. *in praxi* §. *poſtquam n.* 48. *& in* §. *principium n.* 6. Angel. *de maleſic. in* verbo *& veſtem cæleſtem n.* 25. verſ. *quid ſi confitetur*; Boſſius *tit. de delicto n.* 2. *& per totum* Clarus *q.* 55. *per totam*, Maſcard. *concluſ.* 754. Grammat. *deciſ.* 2. *n.* 28. *& conſ.* 16. *n.* 5. & Farinac. *quæſt.* 2. *ex nu.* 7. verſ. *amplia* 5. Et ſi aliquis contrarium dixe-

31 rit, eſt exponendus in delictis *facti tranſeuntis*, vbi eſt impoſſibile conſtare de corpore delicti, quia poſt factum, nulla remanent veſtigia; quod ſi aliquis loquatur in delictis facti permanentis, vel nõ, legit *l. non tantum ff. de appellat.* vel *l. liber homo ff. ad l. aquiliam*; & caſum Annei infra referendum, & quod temporibus noſtris accidit. Et neſciuit, quæ dicit Aym. *conſ.* 262. *incip. Proteſtor nolle n.* 3. *&* 4. *vol.* 2. vbi plura narrat exempla, & Bertazol. *conſ.* 26. *n.* 7. *& conſ.* 28. *n.* 10. *& conſ.* 57. *n.* 8. *& conſ.* 103. *nu.* 20. *& conſ.* 187. *n.* 7. *& conſ.* 198. *n.* 9. *& conſ.* 242.

32 *n.* 19. Scilicèt, quod confeſſio non poteſt facere delictum, vbi delictum non eſt; nec minus illud punibile, vbi de iure pœnam non meretur. Quia per noſtrum affirmare, vel negare veritas rei non mutatur; *l. cum falſa C. de Iur. & facti ignor.* Farinac. *q.* 81. *ex n.* 63. de reo confeſſo, & conuicto; & melius *quæſt.* 2. *limit.* 10. *ex n.* 30. *cum ſeq.* vbi allegantur concor-

33 dantes. Vnde cum *Auditor* hæc non *audiebat*, & adhuc teſtes examinaret, ſi Excell. D. Prorex Emanuel Zunica, & Fonſeca Comes Montis Regij, & Fontium, poſt 130. dies, quibus cępit prolixum, & inutile examen, pluries de inanitate proceſſus informatus, tres Iudices adiunctos nõ dediſſet; ſcilicèt vnum Reg. Cõſ. *Ferdinandũ Exquerra de Roxas*, qui poſtea fuit Conſultor in Regno Sicilię, Regens Cancell. & duos Præſidentes Cameræ *Zufia, & Caracciolũ*, qui ambo fuerunt poſtea Regentes, & *Zufia* S. R. C. Præſidens; coram quibus, & *Ferdinando Mugnoz* Aduocato Fiſci dato in d. cauſa Iudice M. C. V. dein Regio Conſiliario, qui dicto Auditori nõ cõſenſerat; 22. Nouembris 1634. diſcuſſa cauſa cõmiſerũt

duobus

34 duobus Primarijs Architectis Regijs *Bartholomæo Picchiati, & Oratio Campane,* qui accedentes prius ſuper loco, & ibi auditis partibus, & Fiſco, relationem facerent de tota inquiſitione. Qui viſo loco, & ibi me pro inquiſitis, & dicto Anello de Falco denunciatore, & Ioſepho Gaudino miſſo à Fiſco auditis. Retulerunt, *nullam* in menſurationibus factis de opere exiſtenti adfuiſſe fraudem; In opere iam conſumpto non poſſe limitatè cognoſci: Sed ſecundum peritiam eorum artis, & ex veſtigijs, cognouiſſe; neq; adfuiſſe fraudem, ſed omnia ſecundum veritatē tùm ex parte partitarij Berardini, cum ex parte mēſuratorum proceſſiſſe. Decio Tipaldo Act. aſſumpto.

§. 2.

35 *Repurgium in lagnis quādo eſt neceſſariū.*
36 *Proteſtatio ex cauſa vera, & iuſta liberat proteſtantem.*
37 *Si res, quæ eſt menſuranda nō extat adhuc menſuratio probari non poteſt per teſtes.*
38 *Denunciatores æquiparantur diabolo.*
39 *Deciſio Salernitani 39. deſtruitur per ſingulas periodos vſq; ad n. 45.*
46 *Deciſio 28. Sanfelicij debet intelligi de illis indtijs, & præſumptionibus, de quibus loquitur Rouitus deciſ. 63. n. 8.*
47 *Etiam ſic intellecta non eſt ſecura 48. & 49.*
50 *Et ſi caſus rarus relatus per Anneum Robertum, & num. 51. idem crudelius occurſus Neap. n. 52.*
53 *Iudices condemnantes non conſtito de corpore delicti debent occidi, & n. 54.*
55 *Inſignis locus S. Auguſtini in materia quæſtionum.*
56 *Extollitur tex. in §. item illud.*
57 *Reprehenditur Caballus caſu 255. cum exemplo Patriarchæ Ioſephi n. 58.*
59 *& 60. Seria, & locationes in togas, & Iudices ignorantes.*
61 *Præſtat habere Iudicem potiùs furem, quā indoctum.*

35 Quia hoc repurgium, ſiuè recauamentum, ad plus poſt tres, vel quatuor menſes mutat for-

Conſt. Caſari Spec. Pereyr. an.

mam, tum in materia recauata, quæ ſuper aggeribus reiecta liquens, & aquea à Sole exiccatur, & ſi lapides inde auferuntur à diuerſis perſonis ad ſuos vſus; cum in lecto, ſiuè tabula lagni, vbi ſtatim alleghæ, & aliæ herbæ diuerſarum ſpecierum renaſcuntur; itaut ſingulis annis in illis diſſecandis 800. aurei expenduntur, cū ex materia, quę aqua (quæ adeo planè, ac lentè excurrit, vt vix motus cognoſcatur) in lecto relinquit; iterum repletur, & poſt duos, vel tres annos altera repurgatione indiget: Architecti, ſiuè menſores, qui opus dimenſi erant, etiam proteſtati ſunt in relatione menſuræ, quod poſt ſublata ſigna, ad nil aliud teneri volebant, quod ſi fiſcus prætendebat fraudem, reuideri feciſſet mēſurationem antequam ſigna tollerentur. Quam reuiſionem, cum fiſcus non petierit, & ſigna ſint deleta, nihil dicebam poſſe opponere; *Bart. in l. non ſolùm, §. morte, ff. de noui oper. nunciat.* vbi optimè Ant. Rubeus, Intrigl. *conſ.* 21. cum concordant. Quod quando proteſtatio fit ex cauſa vera, &
36 iuſta, debetur illi proteſtationi acquieſci. Et eſſe ipſam veritatem opus recauamēti poſt paucos dies deſtrui, & repleri, fiſcus negare non poterat contra rei euidentiā. Et vltra iura initio allegata ſcribit *Aloyſ. Grott. Cæcus Adriæ Orat. 9. fol.* 49. Vnde imputet ſibi fiſcus, qui factum permanentem neglexit, & nunc exagitat, poſtquam eſt effectum tranſeuntis. Vnde in propriiſſima materia. Bart. *eodem tract. teſtimoniorum* verſ. *in ijs,* vbi vt optimus Geometra docet modum menſurandi ſigna; & in puncto, de quo agimus dicit hæc verba notabiliſſima: *Hoc .n. cōmuniter omnibus notum non eſt ſed conſiſtit in artis peritia; ideo ſi res, de qua quæritur,*
37 *haberi poteſt, per Iudicem Menſuratoribus committenda, QVOD SI RES HABERI NON POTEST, nō credendum eſt teſtibus, qui de menſura dicerent limitatè, niſi conſtet in dicta arte Peritos.* Ecce tibi literatiſſimè A. qui Geometriam ad dicta teſtium ſatagis alligare? Sed ſunt alia peccata hominum. Vnde Anellus Falco denunciator, & Berardini ex alia cauſa inimicus, potuit habens dictum Auditorem ad ſui nutum in carcerem de facto

illum, & alios conijcere; terendo tempus in tot inani teſtium receptione. Sed iſte Denunciator Diabolus; ita iſtos vo-
38 cat Caſſiodorus *Pſal. 71. n. 4. Qui innocentiam alienam in reatum nititur exquiſita machinatione producere Diabolo congruè videtur aptatus, qui humanum genus ſuis fraudibus tot ſeculis videtur impetere.* Iuſto Dei iudicio de anno 1647. cum in deteſtandum crimen Maieſtatis læſæ incurriſſet, luit pœnas huius impudentis machinationis cum fœnore. Auditoris prædicti nomen, & eius in iure peritiam, reperies penès eruditũ Capiblancum de *Baron.* & penès *Thoro*, qui de hac cauſa meminit.

39 *Deciſio* verò Salernitani 29. non fuit à dicto Auditore allegata. Sed quia ibi reus de homicidio, fuit condemnatus, non reperto corpore occiſo, ſolùm per confeſſionem occiſoris, & ſociorum; & eſt ferè idem, quod attentare ſatagebat ipſe Auditor. Dixi eſſe non ſolum erroneam, ac periculoſam, ſed *inſupportabilem*, & fortè adinuentio alicuius, cum poſt tot annos eius obitus fuerunt deciſiones illę Ieiune, ac ſimul indigeſtè in lucem proditę. Quomodo *n.* 3. & 4.
40 ęquiparat confeſſionem in ciuili, cum confeſſione in criminali cauſa; contra dicta ſupra *n.* 30. & quod peius dicit eſſe eandem rationem. Quid de alio argumento ſumpto ex *l. Neratius*; non agnoſcens, fiſcum ab initio eſſe actorem, & ei omninò primam probationem incumbere, ſcilicèt, vt oſtendat quem ſcelere occiſum; & non releuari, quod reus confeſſus fuerit talem occidiſſe, vt exinde reus euadat actor, & cogatur probare illum eſſe viuum; ità vt fiſcus ex hoc releuetur à probatione prima fundamen-
41 tali ſuæ intentionis, & quod ſi reus cõfeſſus, non docuerit eſſe viuum, ex hoc fiſcus ſit in probatis? Meritò hoc reprehenditur à Boſſio *tit. de delicto poſt n.* 15. dicente talem opinionem, ſibi mirum immodum diſplicere; & meritò. Poſſet enim per indirectum, reus perire volens, ſic obtinere intentum, quod directè ei
42 omninò non permittitur, tum ex dicta ratione, cum quia nemo dominus membrorum ſuorum, & ex alia; quia non eſt in poteſtate rei efficere vt adſit delictum, vbi non adeſt; & Iudex dare anſam; vt quis permittendo ſe ipſum occidi,
43 maius piaculum admitteret, quam ſi extraneũ de medio tolleret, iuxta theoricã veriſſimam S. Auguſtini, deducta mirabilitèr ex ordine charitatis *in c. de occidendis* 23. q. 5. quem forte non vidit Salernitanus. Diſplicet etiã, quod ex d. §. *item illud*, arguit n. 5. & 6. ad *l. & ſi certus*, §. *& ſi vnus*, *ff. ad Syllanian.* Quod in d. §. *et ſi vnus*, torqueatur familia ad indicandã perſonã domini, ſolũ quod non compareat, & quod præſumatur occiſa. Vnde (dicit, & malè) illa nõ reperta, vel indicata poteſt ad pœnam deueniri: quia cõceſſo antecedente torturæ, videtur cõceſsũ cõſequens cõdemnationis. Sed inſipidè. Nõ .n. antecedentia cõceduntur ad eundẽ finẽ, vnde cõſequẽtia impoſſibile eſt vt producãt eundẽ effectũ. Certi de ſcelere, *in* §. *item illud* torquetur familia, ad liquidandã perſonã ſceleroſi, vt
44 liquidata rectè in eum animaduertatur. Torquetur in §. *ſi vnus* incerti de ſcelere, ad liquidationẽ facti, quo liquidato, adhuc dubij de ſcelere remanemus. Poſſet enim, abſq; ſcelere eſſe mortuũ, vel ſine ſcelere occisũ, vt in duobus caſibus *l. reſpiciẽdũ* §. *delinquunt ff. de pœnis*, & ſic nõ niſi ſceleratè, ex ſola cõfeſſione torti, deueniretur ad punitionẽ. Vnde *Bart.* in d. §. *et ſi vnus*, ſubdit ſtatim: *Nõ dico, quod hæc eſt plena probatio*. Et quomodo hominẽ eſſe mortuũ probetur ſe allegat ad *l. 2. §. ſi dubitetur ff. quemadmodũ teſtam. aper.* vbi ſi probatio mortis eſt in criminalibus, nõ poteſt probari, niſi per *ſenſũ corporis, et verè, quod vidit eum occidi*; vel quod *tetigit* mortuũ, frigidũ, & nõ habẽtẽ pulsũ, vel quod vidit eum humari, vel exhumari. Sũt ergo iura prędicta ad inuicem diuerſa, & ſeparata, vt ab vno ad
45 aliud nulla detur illatio, *l. Papinianus exul. ff. de minoribus*.

46 *Deciſio* autem Sanfelicij 28. quod poſſit formari inquiſitio, & torqueri inquiſitus non conſtito de corpore delicti per rei euidentiam. Modo conſtet per præſumptiones, & indicia. Si Sanfelicius nõ intellexit de illis indicijs, de quibus loquitur Rouitus *deciſ.* 63. *n.* 8. Dico eſſe

ęquè

Digitized by Google

ęquè erroneam, quam illam Salernitani; & ſi adſint indicia, de quibus Rouitus (qui vt *bonus nauta* loquitur ibi de liqui-
47 datione perſonæ ſupponẽdo factum iam probatum per euidentiam rei) adhuc non eſſe ſecuram. Non ſolùm quia *allegationes* à Farinacc. adductæ *quæſt. 2. n. 12. de inquiſitione*, qui ſunt Boſſius, Folerius, Clarus, & Menoch. ſi in fonte videãtur id ad quod allegãtur nullo modo dicunt, & Gabriel id dixit caſualiter, non reflectens, & nihil allegans. Baldus autẽ
48 *in l. quicumq; n.* 18. verſ. *octauo nota*, C. *de ſeru. fugitiuis*; miſſum quod duo Iura, quæ allegat, vnum non eſt in corpore Iuris, vel ſaltim eum reperire nequiui, alter nullo modo facere poteſt ad rem. Baldus loquitur cum tractatur de liquidatione perſonæ, & nullo modo de li-
49 quidatione facti. Dicant Salernitanus, & Sanfelicius ſi eis accidiſſet, quod con-
50 tingit Iudicibus in Gallia, apud Doctiſſimum, & non purum I. C. Anneum Robertum *cap. 4. rerum iudicatarum*, quid dixiſſent; & ſi homines Iudices nõ
51 timent, quid Deo? Mulier vidua, *cum aliquandiu à domo peregrè abſuiſſet, nec amplius in tota pagi Icciaci vicinia viſeretur, increbuit Rumor eam à ſcelerato aliquo occiſam; & cadauer illius ne reperiretur abiectum. Iudex prouinciæ latrunculator, cum ex muneris ſui officio, authores cędis requireret. Titium in ſaltu quodam deliteſcentem, & attonito, trementique ſimilem, reperiens, prehendit, eumque ſola criminis ſuſpicione, reum ad Præſidiales prouinciæ illius Iudices detulit. Titius nullo quæſtionis terrore, nullo tormentorum cruciatu, ſed aut deſperatione, aut facto aliquo, ſalutis ſuæ negligens, & vltro perire volens, crimen innocens agnoſcit. Interrogatus à Iudicibus, mulierem, cuius cędes ignoranti, obijciebatur, occidiſſe, ſe fatebatur. Confeſſus velut plenè conuictus, damnatur, & laquei ſupplicio punitur. Titij innocentiam euentus docuit. Nam biennio poſt mulier, quæ cum abſens eſſet, mortua videbatur, reuertitur, accuſantur, & puniuntur Iudices.*
52 Hæc non viderunt Sanfelicius, & Salernitanus. Vidimus *tres* nautas in anno 1650. hic Neapoli, acerrimè tortos, confeſſos, & morti traditos, ex quo mulierem, cum ſtupratore, vt hinc aufugerẽt, verſus Romam in ſuam cymbam euehiſſent. Et quod vt eis bona, quæ adoleſcentes à ſuis patribus ſurriperant, eis ſuffurarentur ſe occidiſſe, & in mari proieciſſe, vi quæſtionum confeſſi erant. Et tamen poſt annum viui extra Regnum, & inter ſe coeuntes reperti ſunt. Nautis autem acerrimè tortis, furcis ſuſpenſis, & deinde cadaueribus eorũ raptatis. Si raptarentur Doctores, qui ſcribunt corpus delicti probari per indicia, hæc crudelia, & inhumana in Republica non deplorarentur. Vnde Doctiſſimus Ant. Faber *definit. 8. C. ad l. Iul. de ſicar.* licèt propter quãdam Emphaſim id permiſerit (ſed malè) in odium aſſaſſinorum; vniuerſim, concludit, *adeo, vt qui*
54 *reum (non conſtito de corpore per viſionem euidentem) tanquam occiſorem, condemnauit, mori debeat, ſi poſtea probetur viuus, qui tum occiſus dicebatur.* Vides Lector, quod vtrobique periculum eſt. Siuè vt caſus Annei reus ſpontè confiteatur, ſiuè vt cum illis nautis metu, & vi tormentorum. Concludendum eſt cum Fœnice Ingeniorum S. Auguſtino
55 *de Ciuit. Dei lib. 19. cap. 6. Quid cum in cauſa quiſque torquetur: & cum quæritur vtrum ſit nocens cruciatur, & innocens luit pro incerto ſcelere certiſſimas pœnas, non quia illud commiſiſſe detegitur, ſed quia non commiſiſſe neſcitur.* O verba aurea. Ideò venerandæ Romanorum leges diuinitus per ora Principum promulgatæ poſuerunt fundamentum, quod ſemper debet eſſe immutabile. *Niſi prius conſtet*
56 *quem ſcelere fuiſſe occiſum, non haberi de familia quæſtionem.* Quem Tex. omnes ſciunt, omnes meritò extollunt. Vide Almontem *diſcept. 95*. Cuius obſeruantia ſaltim quo ad liquidationem facti, ceſſare faciet, altiſſimè conſiderata per S. Auguſtinum, & quæ ibi annotat doctiſ-
57 ſimus *Viues*. Et miror de Caballo, viro alioquin non mediocriter docto, qui *caſu* 255. ex eo ſolo, quod veſtimenta, & arma prætenſi occiſi reperta fuerunt penès prætenſum occiſorem, cadauere non habito cenſuit damnari poſſe ad mortẽ. Sed Caballo tunc in mentem non venit, penès vxorem Putifaris in lecto iacentem

tem repertum fuiſſe pallium Sanctiſſimi Patriarchæ Ioſeph; Ioſephum ipſum ſine pallio comprehenſum, & tamen tantum abfuit, vt adulterium commiſerit, quod
58 accuſans ipſa peior quam adultera. Caballus ſuſpendiſſet Ioſephum; conſideratiùs proceſſit maritus, qui illum non occidit, ſed in carcerem ſolū poſuit, donec veritas iudicio Dei patefieret.

PARERGON.

59 IN eodem loco S. Auguſtinus dicit, *Ignorantia Iudicis eſt calamitas innocentis*. Vide Antonium Santacrucium *in Secretaria d'Apollo in epiſtola ad Pium Aeneam fol.* 167. Si come, & infra: *Et perciò eſſendoci fatta inſtanza da' noſtri Letterati, a fine di ſapere la noſtra intentio-*
60 *ne ſopra la maggiore infelicità del Mondo, eſſendo nominate molte da Scrittori per tali, ve comandamo di far intendere à tutti, che la maggiore non è l'eſſer vecchio, e l'hauer il padre viuo; non l'eſſer nobile, e pouero; non niuna altra toccata dagli appaſſionati, mà l'eſſer giudicato da vn Giudice ignorante*. Et nélla lettera à gli Ateniesi fól. 487. *In vna Republica non può trouarſi coſa più monſtruoſa, nè più danneuole d'vn Giudice ignorante*. Et infra: *Nè vi ſono ignoranze nè più graui, nè più dannoſe, nè più inſopportabili di quelle, che vanno ornate con la Toga*. Memor ſum, quod cum Regente *Rouito* in ſuó Capimontio alloquutus eſſem de violenta carceratione Berardini, de probatione menſuræ cum exercitu teſtium, de probatione delicti re non extante; allegaſſe ſemetipſum
61 *in pragm. de Sale vendendo*, de duplici ſale ſcientiæ, & conſcientiæ ſuſtinere, præſtare Iudicem carere ſecundo, quam primo. Et ſi Rouitus ſecundo ſuper omnes etiam præſtaret, ſunt, vt dicit Ponte *deciſ.* 34. peccata populi.

ARGVMENTVM.

Confraternitates laicorum, erectę authoritate Epiſcopi, licèt affixæ alicui Eccleſiæ, vel Cappellæ, vel Oratorio, & ſi habeant ſtatuta approbata à Pontifice, ſubeſſe Iudici ſæculari eorum bona eſſe ſæcularia; & non Ecclesiaſtica: *l mortuo cum ſua materia, ff de fideiuſſ* pleniſſimè declaratur: cum deciſione S.R.C. bis confirmata cōtra Confrates, & bis contra Epiſcopum, cum nonnullis ſingularibus exemplis obſeruantię Regni Neap.

SVMMARIVM.

1 *Confraternitates laicorum affixæ alicui Eccleſiæ ſunt ſub Iuriſdictione Eccleſiaſtica, & infra per totam quæſtionem.*
2 *An ſi ſint erectæ authoritate Pontificis, & ab illo eorum ſtatuta confirmata, & n.* 3.
4 *Non ſunt ſub Iuriſdictione Eccleſiaſtica, ſed Regia, & quare n.* 5. *&* 6.
7 *Rota Romana decidit non eſſe de foro Eccleſiaſtico.*
8 *Deciſiones S. R. C. in hoc articulo.*
9 *Declarantur omnes Doctores in contrarium n. allegati.*
10 *An ſint mixti fori, vt ſit locus præuentioni.*
11 *An committens homicidium intus locum vbi hę confraternitates congregantur, dicatur ſimul commiſiſſe ſacrilegium?*

QVÆSTIO XVIII.

VSQVE ad ſacculum, & peram (vt vtar verbis *Iacobi de Arena*) fuit hiç articulus diſcuſſus, & decretū Iudicis Ciuilis Ciuitatis Cauæ, qui (& ſi poſitus ab Epiſcopo vtili domino Iuriſdictionis ciuilis, & mixtæ in illa Ciuitate) contra
1 petitionē Epiſcopi, pro Iuriſdictione Regia iudicauerat; quinquies per S.C. cum plenaria articuli diſcuſſione confirmatū. Allegabatur pro Iuriſdictione Eccleſiaſtica Paul. de Caſtro *in l. collegium C. de hæred. inſtit.* & Afflict. *de Iure prothomiſeos in princ. legis*; Magon. *deciſ.* 15. *Rotæ Lucenſis* Gratian. *cap.* 481. *n.* 20. *&* c. 617. Maſtrill. *deciſ.* 110. Carolus de Graſſis

de

dè effect. cleric. effect. 1. n. 118. Borgn. Ca-
ual. deciſ. 17. par. 2. Ponte conſ. 18. Lam-
bert. Fuſcus, Zerola, & alij, qui more
auium Lambertinum ſunt ſecuti.
2 Diſtinguebat inſuper inter Confraterni-
tates erectas authoritate Epiſcopi, vel
Summi Pontificis, & inter Confraterni-
tates taliter nõ erectas; vel quod habeãt
ſtatuta à Põtifice confirmata, vt iſtæ Iu-
dici ſæculari ſubijciantur quo ad bona,
& Oeconomiam; illę autem quo ad om-
3 nia Ordinario loci. Sicque Pro Confra-
ternitate ſub inuocatione Sanctiſſ. Con-
ceptionis Deiparæ D. N. erecta intus
clauſtrum Conuentus Sancti Franciſci
Fratrum de Obſeruantia in Ciuitate Ca-
uæ, quæ dicebatur habere ſtatuta con-
firmata ab Epiſcopo, & communicata
omnia priuilegia, & prerogatiuas Archi-
confraternitatis degentis in Vrbe. Hæc,
& alia ſtrenuè, & elegantèr pro more
opponebat Aduocatus dictæ Confrater-
nitatis D. Ioſeph de Roſa tunc Aduoca-
tus primarius, poſt Regius Conſ. nulli
verè ſecundus, deinde totius Regij Pa-
trimonij Fiſcalis Aduocatus, quomu-
nere, memorabili, ac inaudito exemplo,
(affectantibus alijs toto ſpiritu) ipſe ob
conſcientiæ ſuæ puritatem, ſpontè ab-
renunciato, iterum S. R. C. Reg. Conſi-
liarij munere aſſumpto, perenne ſpeci-
men præſtat, ac præſtabit virtutum ſuarũ.
Ipſe autem, qui duos fratres Franciſcum, &
Honuphrium Iouene defendebam: Pro
confirmatione decreti Iudicis Cauenſis;
dicebam, quod iſtę Confraternitates lai-
corum ſubſunt Iudici ſæculari, licèt ſint
affixæ alicui Eccleſiæ, etiam ſi ſint ſub
inuocatione Dei Optimi Maximi, vel D.
N. Ieſu Chriſti, vel eius Matris illibatæ
4 Virginis D. N. vel alterius Sancti etiam
ſi habeant Cappellas, Oratoria, in qui-
bus celebrẽtur miſſæ, & fiant in illis quę-
cunq; opera pietatis, ita vniuerſim, dicũt
Bart. in l. cum ſenatus, ff. de rebus dub. &
in l. ſodales, ff. de colleg. illic. ſed melius
omnibus, Bald. ab omnibus receptus,
in l. ſi quis ad declinandum §. in omnibus
num. 21. ff. de Epiſcop. & Cleric. vbi
narrat quæſtionem inter quendam Car-
dinalem de Tuderto; & Magiſtrum
Galitium; & dicit, quia cum habeant
iſti Confratres Statuta firmata ab Epiſco-
po, habeant Altare, & faciant ibi ce-
lebrare diuina, videntur redacti ad in-
ſtar Eccleſiaſtici Collegij. Tamen poſt
concludit, quod habent accidentia, ſine
5 ſubiecto, & quod omninò ſubſunt Iudi-
ci ſæculari; quod repetijt Bald. in quam-
plurimis alijs locis; idem ſenſit Caſtrenſ.
in l. cum Senatus ſub num. 3. C. de hæred.
inſtit. & in alijs locis, Imol. in c. officij n. 21.
de teſtament. Bartol. Soc. in conſ. 82. in
cauſa vertente inter cõfraternitatem S. Ma-
riæ de Lucignano n. 34. verſ. pro parte re-
ſtituenda lib. 4. Card. Zab. in conſ. 13. &
in conſ. 31. Card. Abb. Panorm. in conſ.
31. ſub n. 1. verſ. ſed his nõ obſtantibus,
Card. Pariſ. in ſolemni conſ. 34. circa reſo-
lutionem per tot. & præcipuè ex num. 28.
verſ. Ex quibus infertur, par. 4. & in
alijs conſilijs. Card. Verall. deciſ. 328.
par. 1. Card. Tuſc. lit. F. concluſ. 455. n. 2.
Rebuff. ſuper conſt. Gall. tit. de confratribus
n. 8. verſ. nec etiam; Roman. elegantèr
in conſ. 477. n. 10. verſ. ſed ſi oratorium,
& in alijs conſilijs; Nauarr. in conſ. 3. de fo-
ro competenti; Felyn. in c. 2. poſt n. 11. col. 2.
verſ. fraternitates diſciplinatorum de foro
competenti, & in quamplurimis alijs locis.
Iacob. Philip. Portius in regul. iur. ciuil.
& Pontific. lib. 5. concluſ. 6. verſ. limita 2.
fol. mihi 1077. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ in
præfat. verſ. item relictum factum confra-
ternitatibus; vbi refert opiniones hinc, &
& inde; ipſe autem ſequitur Bald. quia
concludit ſic: Cuius rei veritas ex eo pen-
det, quod ſcribit idem Bal. in l. ſi quis ad
declinandum, &c. vt ſupra ibi vide, Gabr.
comm. concl. lib. 1. tit. de pia cauſa concluſ. 1.
n. 13. verſ. quarto infertur; Ann. ſing. 90.
Petr. Cened. canon. qq. q. 22. n. 14. verſ.
nec ſupradictis fol. 206. Bouad. lib. 2. cap.
17. n. 141. caſu 96. & c. 18. n. 218. caſu
113. diſtinguit ſi res eſt ſpiritualis ſpectat
ad Epiſcopum; ſi pro re, & negotijs ſæ-
cularibus ad Iudicem loci; & notandum,
6 quod inter negotia ſęcularia reponit prę-
cedentiam in proceſſionibus, ſecutus fortè
deciſa per Annã in d. ſingul. 90. & Perez
de Lara, vt infra, Decian. in tract. crimin.
lib. 4. c. 9. n. 38. verſ. idem quoq; dicendum,
de prioribus fraternitatum, vbi ſequitur
theoricã Bald. Ceuall. q. 897. à n. 982.

ſequitur Bald. Viu. *in addit. ad ſuam dec.* 517. *n.* 41. qui loquitur in Confraternitate *S. Mariæ Conceptionis*, vbi quod *nullam admodum habet difficultatem*. Valaſc. *conſult.* 105. *per tot.* Capra *conſ.* 97. & alibi Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed.* 15. *n.* 31. ſed melius *in conſ.* 635. *ex n.* 1. *vſq; ad n.* 5. *lib.* 7. Gabr. *conſ.* 162. *& conſ.* 165. *n.* 13. verſ. *ex his lib.* 1. Doctor Marta *de iuriſd. par.* 3. *c.* 10. *n.* 25. *& c.* 18. *ead. par.* 2. *& par.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 113. *ex n.* 7. Franc. Anſald. *de iuriſd. par.* 2. *tit.* 9. *c.* 14. *n.* 10. *&* 41. Parlad. 3. *par. differ.* 9. §. 1. *n.* 9. Perez de Lara *de anniu. & capellan. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 16. *& eodem c.* 24. *n.* 20. facit diſtinctionem rerum ſpiritualium, & temporalium, & *ſuper præcedentijs proceſſionū* diſtinguit, quod ſi differentia eſt ſuper iure, ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum; ſi ſuper facto, ad Iudicem laicum, *in reliquis tēporalibus ſubſunt Iudici laico*. Quinimò idem *Doctor, eod. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 16. dicit, quod non poſſunt *per Epiſcopū compelli*, vt ad publicas *proceſſiones* accedant, ſed ſolùm *allici*, *& hortari*, quod etiam dixit Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 78. *n.* 24. verſ. 4. *limita*; vndè valdè, cum Arias de Meſa *lib.* 3. *c.* 41. *n.* 25. *& c.* 46. *ſub n.* 32. eſt demirandus Barboſ. qui in *eodem tractatu poſt pauca* ſubiunxit, eſſe de iuriſdictione Epiſcopi; quomodo ſunt, ſi & ipſe fatetur, eos non poſſe ad proceſſiones, & ſic ad actum ſpiritualem compellere? vndè nil mirum, ſi idem Barboſ. vt infra dicetur, ſe retractauit, vulgatùm eſt etiā *conſ.* Marantæ 133. *n.* 5. *& cōſ.* 18. de Ponte *lib.* 1. & D. Capyc. Latr. *deciſ.* 95. & D. Donat. Ant. de Marinis *c.* 116. poſt *num.* 8.

7 Et pro coronide adduxi *tres Sacræ Rotæ Roman. deciſ. diuerſ. coram Robuſterio, Valentina Beneficij Veneris 6. Octobris 1576. & eſt deciſ.* 574. *fol.* 553. *ead. Rot.* apud Farinac. *deciſ.* 603. *Romana domorum* 21. *Maij* 1614. *n.* 4. *par.* 1. quæ loquitur in *Archiconfraternitate Sanctiſſ. Trinitatis de Vrbe*; & ſic approbata à Santiſſ. iuxtà Conſt. Clementis Papæ VIII. de qua Quarant. *in ſumma Bullarij*, verbo *Confraternitas*, *Rota ead.* quæ loquitur in *Cōfraternitate S. Spiritus* apud Farin. *deciſ.* 193. *Taurinenſ. decimarum* 12. *Ianuarij* 1607. *tom.* 2. *n.* 7. verſ. *ideoq;* & alij per diſcurſum allegandi.

8 Et ita fuit deciſum menſe Ianuarij 1648. referente Domino Ioanne Baptiſta Filingerio Reg. Cōſ. in quo iudice nullum ex requiſitis poſitis in Reg. prag. 2. §. 4. *de off. S.R.C.* deſideraueras; à quo decreto cum procurator Confraternitatis reclamaſſet Martij eiuſdem anni referēte eodē Filingerio; adſtātibus Varela, Cioffo; Brancacio, fuit *decretum confirmatum*. Et cum ab vtroq; Congregatio petijſſet in integrum reſtitutionem; eiſdē Dominis votantibus fuit dictum *nō eſſe deferendū*.

Poſt hæc omnia, comparuit Epiſcopus Cauenſis, & petijt remiſſionem cauſæ prædictæ: Aſſerens decreta lata contra Cōfratres, & P. Guardianum Sancti Franciſci, qui & ipſe comparuerat, non parere exceptionem rei iudicatę contra ipſum. Itaq; iterum cauſa diſcuſſa, mortuo Filingerio; & commiſſa D. Stephano Carrillo de Salcedo tunc nouitèr Reg. Conſ. aſſumpto, nunc Reg. Coll. Conſ. & Reg. Cancell. Reg. die 7. Iulij 1648. fuerunt decreta prædicta *confirmata*, & Iudices votantes fuerunt DD. Varela, Cioffi, Brancatius, Petrus Carauita il ſecondo, & Capacius. Et non acquieſcente Epiſcopo; fuit in reclamatione decretum prædictum *confirmatum* Octobris eiuſdē anni, votantibus eiſdem ſex Iudicibus, cum interuentu *Præſidis Præſidum* Dom. Franciſci Merlini, vt in proceſſu Franciſci, & Honuphrij Iouene, in banca Iulij de Vennitto S.R.C. Act. Magiſtri.

9 Dixi ego, Doctores à D. aduerſario allegatos, non conuellere allegationem meam, quia Paul. de Caſtro *in l. Collegiū C. de hered. inſtit. ſub n.* 3. ſequitur Bar. & Bal. & expreſsè dicit, *quod ſubſunt Iudici ſæculari*, & licèt in rationibus decidendi dicit inter alias, quod non sūt erectę authoritate Epiſcopi, non eſt illa vna ratio, in qua ſe fundat, ſed aſſignat alias multas, & ſignantèr, quod ſunt laici, & per omnia approbat doctrinam Bal. *in d. l. ſi quis ad declinandum*.

Secundus eſt Affl. *de iure prothomiſeos*, qui in *principio legis*, §. *ſubſequenter quæro*, *n.* 13. *fol. mihi* 18. dicit D. *Rex noſter Ferdinandus iudicauit*, *quod ſunt bona laicorum*, *& ſub-*

& ſubſunt Iudici laico, & ante n. 14. *quod in eis habet locum ius congrui.*

Tertius eſt Magon. *deciſ.* 19. *Rota Lucenſis n.* 14. ſed hic dicit hæc verba n. 15. *Non dicuntur loca pia Confraternitates, quando nõ habent faciem Eccleſiæ, ſed Oratorij, & Oratorium dicitur locus profanus, & ſubſunt Iudici ſeculari;* & requiri omnia requiſita, de qua ſupra cum Felyn. *in c. de quarta,* & cũ noſtro *doctiſſimo Præſide D. Merlino controu.* 65. *lib.* 1. vt ſupra, licèt vt alij inter rationes decidẽdi afferat, & illam quod non fuit erecta authoritate Epiſcopi.

Quartus eſt *Gratian.* in duobus locis, nempè in *c.* 481. *n.* 20. quod penitùs id non dicit, ſed ſolùm, quod Epiſcopus poteſt illas viſitare, quod non negatur, modo locus non ſit exemptus, vt ſupra: ſecundus locus eſt *c.* 617. qui eſt contra aduerſarium; nam *num.* 5. allegat *Verall. in loco ſupra cit. Gabr. & Nauarr.* qui dicunt contrarium; & licèt in numeris ſequentibus diſcedat, non loquitur quo ad forum; ſed ſi reſtituãtur in integrum, quod non facit ad rem.

Quintus eſt *Maſtrill. in dec.* 110. ſed *Maſtril.* dicit totum oppoſitum, ſequitur D. *de Ponte, & Ann. & Borrell.* & licèt poſtea dicat, quod reſtituantur in integrum, ſecutus *Sforz. Odd.* hoc non facit ad rem, & debebat aduerſario ſufficere, quod *D. Capyc. latr. in d. deciſ.* 95. allegat *Maſtrill.* pro opinione noſtra, quæ eſt vera.

Sextus eſt *Carol. de Graſſis,* qui expreſsè ſequitur *Bal.* & quod ſubſunt Iudici laico *effect.* 1. *n.* 119. *fol.* 86. *àter.* quod pro re ſpirituali conueniuntur coram Epiſcopo; in cęteris indiſtinctè ſubſunt Iudici laico; & *n.* 120. ex *Hoſtienſ. Aufrer.* dicit, quod in hoc eſt attendenda conſuetudo, vltra quod requirit omnia, de qua Felyn. *in cap. de quarta, & D. Merlin. in d. c.* 65.

Septimus eſt *Borgnin. Caualc. in dec.* 17. *par.* 2. qui & ipſe lapſus eſt authoritate Lambertini ex *n.* 69. dicit id, ad quod allegatur, ſed ex inde conſcientia motus *in n. ſeq. fol.* mihi 333. ſe correxit; & dicit hęc verba: *Vel ſaltem haberet locum præuentio, cùm ſit de caſibus mixtis.*

10 Et quod re vera ſit mixti fori etiã quo ad res ſpirituales, id non potuit negare *Auguſt. Barboſ. in d. alleg.* 75. *n.* 15. vbi *Conſt. Caſari Spec. Pereg. qq.* dicit hæc verba: *Non competit igitur hæc poteſtas ad Epiſcopos priuatiuè, ſed inter ipſos, & ſeculares magiſtratus præuentioni locus eſt, per tex. in l. hæreditas,* ibi, *principali, vel pontificali, ff. de pet. hæredit. & in auth. de Eccleſiaſt. tit.* §. *ſi quis ædific.* & per alia *Iura,* quæ allegat, & quod ſit mixti fori tenent *Azeued.* & alij, ſed aduertatur, quod omnes requirunt quod ſit Eccleſia formata, & omnia requiſita *Felyn. in d. c. de quarta,* vltra quod *Barboſ. in addit.* ſe retractauit, vt infra.

Octauus eſt *D. de Ponte conſ.* 8. Sed iſtud *conſilium* facit pro nobis, vt ex eius lectura patet, & ideo illud pro Iuriſdictione Regia initio adduxi, & infra adducam.

Nonus eſt *Lambertinus, Fuſcus, Zerola,* & alij; qui tanquam *Aues* Lambertinum omnes ſecuntur, de quibus non eſt curandũ, non habet .n. requiſita, quę requirit Lambertinus, & quæ requirunt omnes ab Aduerſarijs allegati, quod nõ ſit Oratorium priuatum, ſed Eccleſia publica cum omnibus requiſitis, vt ſæpè replicatum eſt, ad cuius propoſitum non omiſerim, inter tot alios latiſſimè congeſtos, ſuper dicta doctrina Felyn. *in d. cap. de quarta* per omnes Scribent, quod de *Franch. in dec.* 402. *n.* 6. ingenuè profitetur; quod commiſſo homicidio intus,
11 vnum ex iſtis Oratorijs Confraternitatũ tempore quo Sacerdos inibi Sacrum peragebat, & *Immaculatã Hoſtiam eleuabat,* non eſſe ſacrilegium, quia non *eſt locus Sacer, quia non publicus; ſed ſolùm ad vſum illius Confraternitatis.*

§. 2.

12 *Quid importet erectio Confraternitatis facta à Summo Pontifice, & n.* 13. *&* 14.
15 *L. mortuo, ff. de fideiuſſ. declaratur.*
16 *Auguſtinus Barboſa in hoc articulo ſe retractauit.*
17 *Epiſcopi non poſſunt confirmare, neque erigere Confraternitates in loco exempto, neque illas viſitare, & n.* 18. *&* 19.
21 *Rex Neapolis dicitur Monarcha, & quidam corporalis Deus, eſt in quaſi poſſeſſione cognoſcendi de omnibus Confraternitatibus.* Exempla *n.* 22. *&* 23.

12 AGnoſcunt iſta aduerſarij, ſed cõfugiunt ad quandam diſtinctionem, .s. inter Confraternitates, erectas authoritate Epiſcopi, vel Summi Pontificis; & inter Confraternitates nõ erectas authoritate Epiſcopi, vel Papę. Quod iſtæ non ſubſunt Epiſcopo, illæ autem ſic; quia reputantur bona Eccleſiarum.

13 Sed & ſi multi hac diſtinctione nitantur, tamen conuincitur eſſe falſam, ex theorica Bald. quem ſequutus eſt Imol. *in d. c. officij n. 21. de teſtam.* Quia vel intelligitur eſſe erectam authoritate Epiſcopi, quia Eccleſia, in qua congregantur Confratres, fuit ab Epiſcopo conſecrata, vel benedicta, iuxtà ritum, & morem legis noſtræ Euangelicæ, de quo in Rituali Romano *Rub. de Benedic. Eccleſ. vel Orat. fol. mihi 252. & Caſtal. in prax. carem. lib. 2. ſect. 11. c. 6.* quod inſignis *D. Merlinus ex Mario Italia, & alijs* obſeruat in dedicatione eorum inanium templorum per ipſos Gentiles fuiſſe ſeruatũ, *cent. 1. cap. 65. ante n. 19.*

14 Vel hoc intelligunt non quod Epiſcopus dedicauerit, vel benedixerit Eccleſiã, vel Oratorium, ſed quia approbauit Cõſtitutiones, & Statuta eiuſdem Confraternitatis.

Vtroque modo, detegitur inanis inſtantia aduerſariorum, quia quoad primum modum reſpondet *Imol. ex Bald. in d. c. officij ſub n. 21. quod quia fraternitas, ſiuè collegium fraternitatis habetur loco perſonæ, l. mortuo, ff. de fideiuſſ. & ideò iſtæ perſonæ*

15 *poſſunt conſiderari ſeorſum, & in abſtracto; & de per ſe, & ſic, quia non efficiunt vnum corpus cum Eccleſia, & non ſunt ita obligati loco, ſicut Canonici Eccleſiæ, non poteſt dici quod collegium eorum ſit in Eccleſia, & Eccleſia in Collegium; & ſic quod cenſeantur eſſe vnũ, quod patet, quia per ſe poteſt ſpontè recedere perſona, & per eas etiam diſſolui collegium; & ideò oportet, vt inter collegium, & locum; ſit inſeparabilis coniunctio, quæ nõ eſt in dictis fraternitatibus.*

Ex hac theorica *Bald.* ſic explanata per *Imol.* deſumptum eſt *conſ. Gabr. 162. lib. 1.* in quo ſic dicit: *Primo quia fraternitas non poteſt dici locus pius: nam vicem perſonæ ſubſtinet ad l. mortuo, ff. de fideiuſſ. Et quãuis fraternitas in loco congregetur, tamen perſonæ non ſunt ita obligatæ; & ita inſertæ illi loco, vt poſſit dici locum ineſſe collegio, & collegium loco; ſed ſeparatim optimè conſiderãtur.* Et poſt multa elegantia quidem, quæ ſubnectit, concludit per hæc verba: *Ergo neceſſe eſt fateri fraternitatem non eſſe locum pium, quamuis propter ſigna dici non poſſit locus Eccleſiaſticus, nec refert, quod hæc fraternitas ſit erecta authoritate Summi Pontificis, quia authoritas ſuperioris non poteſt facere, vt perſona ſit locus, facit quidẽ, vt collegium dicatur licitum, &c.*

Hoc etiam argumento nititur *conſ. Abb. 31.* ſub *n. 1.* ibi: *Quia fraternitas non eſt adſcripta loco, ſed eſt collegium perſonale, & quoddam corpus fictum, & repræſentatum vt l. mortuo, ff. de fideiuſſ. poteſt enim congregari vbicumq; vult, cum enim tali fraternitati relinquitur, non habetur reſpectus ad locum, vbi congregatur, ſed ipſum corpus fictum, & repræſentatum; & ideò non deſinũt eſſe de iuriſdictione Iudicis ſecularis.*

Ex hoc etiam argumento ſumit ſuam concluſionem Cardinalis *in d. conſ. 13. n. 3.* verſ. *præmitto etiam*, .s. id *quod dixi de loco, quod non eſt religioſus, nec ſacer, ſeu Eccleſiaſticus, dictum eſt de hominibus fraternitatis, qui ibi congregantur.* Ecce quod Cardinalis non conſiderat locum, ſed perſonas, quæ laicę ſunt.

Sicq; fundamentalis *Doct. Ludou. Rom. in conſ. 477. n. 17.* vtitur eodem argumẽto. *Secundo patet, quia relicta huic hoſpitali cẽſentur relicta fraternitati diſciplinatorum, quæ ſibi dominatur, & illi quæruntur, quoniam relictum rei meæ inanimatæ, mihi relictum cenſetur, mihiq; quæritur cum fraternitas fungitur vice perſonæ l. mortuo, ff. de fideiuſſ.*

Sic etiam ex *d. l. mortuo* arguit *Soc. in d. cõſ. 82. in cauſa inter fraternitatem S. Marię de Lucignano n. 34. lib. 4.*

Ex dicta theorica fundatur doctrina *Martæ de iuriſdict. par. 4. cent. 2. caſ. 13. n. 7.* ibi: *Et ratio huius articuli eſt, quia fraternitas non poteſt dici locus pius, nam vicem perſonæ ſuſtinet, ex reg. l. mortuo, ff. de fideiuſſ. Et quamuis fraternitas in loco congregetur, tamen perſonæ non ſunt ita obligatæ, & inſertæ illi loco, vt poſſit dici locum ineſſe collegio, & collegium loco*: & poſt multa, quæ coincidunt in theoricam Imol. originalis

Bald.

Bald. ſubdit hæc verba *n.* 17. *Nec refert, quod huiuſmodi Fraternitates ſint erectæ ex authoritate Summi Pontificis, quia authoritas non poteſt facere, vt perſona ſit locus, facit autem vt collegium dicatur licitum.*

Sic per omnia arguit *Franciſc. Anſald. de iuriſdict. par.* 2. *tit.* 11. *c.* 14. *ex n.* 23. *&* *Viu. in addit. ad deciſ.* 517. *n.* 42. & confert *conſ.* 7. *Calder.* de quo eſt ſumptum *conſilium Io: Baptiſtæ Spadæ, inter conſ. Farinac.* 197. *n.* 9. *vol.* 3.

Ergo ex dicta theorica Bald. illuſtrata ab Imol. recepta ab vtroq; *Card. Zabar. & Panorm. à Rom. Soc. Gabr. Mart. Anſald. Viu. & alijs*, detegitur inanitas Cæſaris Lambertini, qui dixit, *quod quando confraternitates ſunt affixæ Eccleſijs per omnia ſubſunt Epiſcopis*: nihil penitùs allegans, ſed ſolùm teſtificans de obſeruantia in Ciuitate Trani, in qua tunc erat Epiſcopus: cum ex iam dictis pateat, quam abſurdum ſit hoc dictum Lambertini, cum non locus, ſed perſonæ conſiderentur: Ideircò nihil eſt faciendum de ijs, qui Lambertinum, velut aues, tanquam pecudes, vnus poſt alium ſecuntur, non digeſto articulo; vt ad propoſitum dixi *q.* 17. *ex n.* 1.

16 Vnde & ipſe *Aug. Barboſ.* licet in iure Eccleſiaſtico verſatiſſimus, ſe cum multis *Neothericis* poſt *Lambertinum*, præcipitauerit, vt eſt videre in ſuo tractatu *de pot. Epiſcopi alleg.* 75. *ex n.* 30. *&* 31. tamen ſe retractauit *in additionibus ad eundem tractatum fol.* mihi 904. *ad n.* 31. vbi dicit hæc formalia verba: *Subijciuntur poteſtati Epiſcopi, vt videlicèt poſſint compelli rationem ei reddere, vel per eum cogi, ad recipiendum, vel reiciendum aliquem, ex eorum cætu, item quod ſi agatur de ipſis rebus vniuerſitatis, vel iure aliquo ſpirituali. ITA QVOD RATIONE REI SVBIECTÆ iuriſdictio ſpectet ad Epiſcopum. In reliquis verò, quantumcumq; ſint affixæ Eccleſijs, & ſint INSTITVTÆ authoritate Epiſcopi, non habent priuilegium fori, &c.* & allegat aliquos modernos.

Ergo, & ſi locus, in quo congregarentur, eſſet conſecratus, quia non locus, ſed perſonæ conſiderandæ ſunt, & hæ perſonæ ſunt de iuriſdictione Regia Epiſcopus eſt omninò incapax.

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

Magis, quod locus, in quo iſti confratres congregantur, nō poteſt eſſe de iuriſdictione Epiſcopi, quia eſt locus exemp-

17 tus, vt pars ipſa fatetur in toto proceſſu, & teſtatur in ſuo teſtamento: *L'Oratorio della Santiſſima Concettione, conſtrutto dētro al clauſtro del Cōuento de' Frati Minori di S. Frāceſco d'Aſſiſi*; & ſic eſt locus exēptus *Clem. exijt de verb. ſignif. extrau. ad conditorem canonum eod. tit. Barboſ. de pot. Epiſc. alleg.* 87. *ex tex. in c. Epiſc. de relig. domibus in* 6. & in puncto *Imol. in c. officij ſub n.* 21. verſ. *poteſt dici, quod in quæſtione prædicta videtur conſiderandum, quod dicta fraternitas congregatur in loco non ſubiecto Epiſcopo, & ſic quod non præſumitur fundata authoritate ſua, & Abb. in d. conſ.* 31. qui loquitur in Confraternitate S. Crucis, fundata intus Eccleſiam Ordinis S. Franciſci, dicit, *quod non eſt ſub Epiſcopo, quia in loco exempto.* Et quod neq; poſt *Conc. Trid.* poſſit Epiſcopus viſitare Cappellas, & Altaria Confraternitatum, quæ intus Eccleſias exemptas conſiſtunt, dicit *Ricc. dec.* 209. *n.* 8. *par.* 4. ſicq; per Sac. Congreg. Card. Concilij interpetrum deciſum teſtatur *Barboſ. d. alleg.* 75. *n.* 13.

18 Ergo authoritas Epiſcopi non adfuit, neq; adeſſe potuit. Neq; authoritas Sanctiſſimi Romani Pontificis, quia id quod eſt præſentatum, eſt communicatio indulgentiarū conceſſarū Confraternitati de Vrbe, quæ nihil ad rumbum.

Vltra quod cum *Roman. in d. conſ.* 477. *nu.* 13. *& Felyn. in d. c. de quarta de præſcript. & Dec. in d. cap. patentibus de priuileg. & Carol. de Graſſ. eff.* 1. *tex. num.* 122. *vſq; ad num.* 125. & cum *Merlino dict. cap.* 65. *centuria* 1. poſſem dicere, nullam ſpeciem, nullumq; vel minimum ſignum adeſſe in hoc Oratorio, de ijs quæ à Felyno, Merlino, & alijs, vt ſupra enumerantur, quia nō habet ianuam ad viā, nō campanile, non campanas, non ſepulturas, nō celebratur publicè, nō quotidiè, ſed ſolùm in feſtiuitatibus ſolemniſſimis, & admiſſis ſolis Confratribus; nō adeſt Rector, ſed Pater ſpiritualis vnus ex Fratribus S. Franciſci. Vnde neq; ipſe

19 Cæſar Lambertinus auderet in caſu iſto heſitare.

Sin autem Pars aduerſa vellet dicere, quod eſſe

eſſe erectum authoritate Epiſcopi, intelligitur nõ propter locum; ſed quia Epiſcopus eis confirmauit ſuas Capitulationes, & Statuta; iam refellitur à *Bald. in d. l. ſi quis ad declinandum*, vbi dicit, etiam ſi habeant ſtatuta firmata ab Epiſcopo, ſic etiam *Imol. in d. c. officij ſub n. 21, verſ. ſed pro opinione D. Cardinalis*, dicit etiam ſi habeant Statuta ab Epiſcopo approbata, habent accidentia ſine ſubiecto, & ſunt laici: & ideò Gabr. Marta, Viuius, & alij dixerunt etiam ſi habeant Statuta à Summo Pontifice approbata, ſubſunt Iudici Regio.

30 Sed & Rex Siciliæ citra; qui eſt Monarcha, & quidã corporalis Deus in hoc ſuo Regno; vt dixi in *quæſt. 12. n. 36.* eſt in pacifica poſſeſſione, ſeù quaſi, ex immemorabili, cognoſcendi de omnibus cauſis Eccleſiarum Extauritarum, & Hoſpitalium, quæ per laicos gubernantur, *D. de Pont. d. conſ. 18. n. 6.* dicit hæc verba: *Et ob id fecerunt concluſionem communem DD. quod vbi apparet Hoſpitalia, Confraternitates, & Extaurias, regi, & gubernari per laicos, nihil in his habet commune Epiſcopus, & quod hęc eſt immemorabilis conſuetudo; & quod ſic pluries S. C. decreuit*, & allegat *Anna ſingul. 90.*

Afflict. de iure prothomiſeos in princ. legis, §. ſubſequenter quæro, n. 13. dicit, quod ſic *fuit iudicatum per Regem Ferdinandum, D. Capyc. Latr. deciſ. 95, loquitur in Eccleſia S. Ioannis in Carte*, quæ eſt in platea Iudechæ huius fideliſſimæ Ciuitatis, & *n. 6.* dicit ſic; *Attamen fuit dictum, quod quando Eccleſia fuit erecta, & regitur per laicos, poſſunt ipſi Gubernatores coram Iudice laico conueniri, & ſic deciſum 4. Aprelis 1637. referente D. Prouenzale.*

Et ante biſcẽtum annos hoc dixit *Napodan. in Conſuet. Si Eccleſia, de iure congrui, ante n. 75. & Viuius in additione ad deciſ. 517. num. 41.*

31 Et in proprijs terminis ad conſulta Præſidis Prouinciæ ſic reſpondit cum *voto Regij Collateralis Conſilij* Excellentiſſimus tunc *Prorex vltimo Septembr. 1593. Quod Præſes Prouinciæ permittat, vt Archiepiſcopus Salernitanus viſitet loca pia, quæ per laicos gubernãtur circa le coſe ſpirituali TANTVM*; & ſi dicta loca nõ ſunt ſub immediata Regia protectione poſſit Archiepiſcopus in viſione computorum interuenire; *mà che in neſſun modo facci amouere li libri delli Conti dalli luoghi, nelli quali ſi ritrouano; e quando li detti laici veniſſero ſignificati, & cõdennati, l'eſecutione da farſi à quelli, l'hauerete da fare voi*, quæ lex (nõ exemplum, vt malè aliquis dixit, quia ſi Prorex ad conſulta Præſidis Prouinciæ reſpondens cum voto Collateralis non condit legem, quando hoc erit?) eſt inſerta per *Danzam de pugna DD. tit. de legat. pijs cap. 3. fol. 343. vol. 1.* & ſubdit idem *Danza*, quod *ſemper fuit ſic obſeruatum* per Collater. Conſil. in nonnullis cauſis, quas ipſe defendit.

32 Adduximus etiam *nouiſſimam deciſionem* tempore Excellentiſſimi Ducis Arcos, nam cũ Epiſcopus Boianenſ. protuliſſet ſentẽtiam excommunicationis in Oeconomos laicos Eccleſiæ Parrochialis, eo, quod charitatem Sacerdotibus, qui ſacroſanctas Miſſas celebrauerant nõ perſoluiſſent; Prorex cum voto ſex Dominorum Regentium hortauiſſet Epiſcopũ quatenus cenſuras nullas declararet, cui cum Epiſcopus replicaſſet per hæc verba: *E benche come ſeculari ſiano ſoggetti alla Iuriſdittione Regia; con tuttociò come miniſtri di luoghi pij, e che dicono relatione all'iſteſſe Chieſe, che ſono adminiſtrate da loro, deueno cadere ſotto l'iſteſſa Iuriſdittione, ſotto la quale ſtanno dette Chieſe, nelle coſe concernenti alla loro adminiſtratione. Aggiungo di più; che li Veſcoui, conforme riferiſce l'Archidiacono in cap. Benè 17. q. 7. ſono primi, & precipui adminiſtratori, aut horizabili di qualunque Chieſa, & luogo pio della loro dioceſi, & iuriſdittione, & eſſendo li laici adminiſtratori di prouidenza, & ſollecitudine, conforme li chiama l'iſteſſo Archidiacono, ſono tenuti eſequire gl'ordini, e diſpoſitioni del Veſcouo, tanto più in materia concernenſe li diuini Officij, e celebratione delle Meſſe.* Et poſt pauca: *Et è tanta vera queſta dottrina, che non ſolamente in materia così graue della celebratione delli diuini Officij, e di Meſſe può coſtringere li Maſtri di luoghi pij con cenſure alla ſodiſfattione, che ſi deue al Clero, mà s'eſtende anco à poſſerli il Veſcouo coſtringere con cenſure all'oſſeruanza dell'hoſpitalità, & à dare*

del-

Digitized by Google

dell'elemoſina, conforme è commune ſentenza in cap. 1. de empt. & vendit. com'anco ſi poſſono coſtringere con cenſure à renderli conti della loro adminiſtratione, & à ſodisfare quello, che veniſſero ſignificati, ch'è aſſai di meno conſideratione, ch'il coſtringerli con cenſure à dar la mercede alli Sacerdoti, che dicono Meſſe alle Chieſe, & alia pluta per extenſum poſita in actis fol. 98.

D. Prorex cum Regio Collatetali ſic ei reſpondidit ſub die 5 Januarij 1647. *Quale lettere hortatoriali eſſendoni ſtate præſentate hauemo viſto vna lunga replica fatta per voi indorſo d'eſſe, per la quale volete darci ad intendere, che coſtringere li predetti Maſtri, e Procuratori della detta Confraternità à pagare le prouiſioni alli Cappellani di quella ſpetti alla voſtra Corte, adducendo molti Dottori per fundare la voſtra opinione; in riſpoſta di nuouo vi ſi dice, che per chiara diſpoſitione di raggione ſi forma vera la concluſione, che le Confraternità, & Collegij, che ſi gouernano da laici, ſono ſottopoſti al Giudice ſecolare; e li luoghi pij, che ſi reggono, e gouernono da perſone laiche ſi dicono ſecolari; e le robbe di quelle non ſi dicono Eccleſiaſtiche, & conſequentemente per l'vno, e per l'altro la voſtra Corte nō entra à coſtringere li predetti Maſtri, e Procuratori ſecolari al detto pagamento, mà ſi deue accudire al Giodice Regio, perche li coſtrenghi; & in cōformità di ciò viene communemente pratticato, & oſſeruato in queſta fideliſſima Città di Napoli nelli luoghi pij, Confraternità, & Hoſpitali, che li Gouernatori laici d'eſſa per il pagamento de' Cappellani, & altro ſi coſtringono dalli Tribunali di S. M. onde non obſtante quello, che replicate, & andate allegando, ſiamo moſſi di nuouo a farui la preſente, con la quale vi dicimo, & eſortiamo à voler reuocare, & annullare dette cenſure publicate per tal cauſa contro li predetti Maſtri, e Procuratori di detta Confraternità, & eſequire quanto in dette preinſerte noſtre lettere hortatoriali vi viene, & è ſtato eſortato, di modo che habbiano lo loro debito effetto, come ſi cōuiene; perche d'altra maniera paſſaremo all'eſpeditione delle prouiſioni di ſopra accennate vi permeſſe dalli Sacri Canoni, &c.* cui Epiſcopus ſic replicauit.

Il Veſcouo di Boiano di nuouo ſupplicando rappreſenta all'E. S. le raggioni fundate in Sacri Canoni mentionate nel diſcarico della prima lettera, per le quali hà poſſuto ordinare alli Maſtri di S. Maria della Croce à pagar li Sacerdoti, che celebrano in detta Chieſa li diuini Officij, e li diuini Sacrificij: & in contumacia di non hauer voluto obedire, d'hauer proceduto contro di loro alla ſcommunica comminatali. Tanto più, che l'ordine ſe l'è fatto in officio Sanctæ Viſitationis, ch'oltre l'autorità delegata della Sede Apoſtolica, conforme eſpreſſamente trattandoſi della viſita de' luoghi pij, ne parla il S.C. di Trento nella ſeſſ. 22. cap. 8. & 9. de reformat. e li Sacri Canoni nelli decretali de religioſ. domib. cap. 3. de xenodochijs. Nè ſoffraga alle parti il dire, che le Confraternità, e Collegij, che ſi gouernano da perſone laiche ſiano ſottopoſti al Giodice ſecolare; e li luoghi pij, che ſi reggono, e gouernano da perſone laiche ſi dicono ſecolari, e le robbe di quelli non ſi dicono Eccleſiaſtiche. Perche oltre che tutti li luoghi pij, eretti però con l'autorità del Veſcouo, ò del Sommo Pontefice ſono meri luoghi Eccleſiaſtici, e ſoggetti ſolamente alla Iuriſdittione Eccleſiaſtica; mà trattandoſi di Chieſe erette, e dotate con l'autorità del Veſcouo, ò del Sommo Pontefice, à fine del celebrarſi da' Sacerdoti li diuini Officij, e li diuini Sacrificij, doue ſono campanili, Sacreſtie, e veſti ſacre, non è dubbio neſſuno, che ſiano meri luoghi Eccleſiaſtici ſoggetti ſolamente alla poteſtà Eccleſiaſtica, &c. & alia plura, prout in proceſſ. f. 100.

Cui demùm Excell. Prorex cum voto Collater. Conſil. die 16. Februarij 1647. reſcripſit: *Quatenus pareat literis hortatorialibus; perche à baſtanza ve s'è dato ſodisfattione per quello, che v'è ſtato da noi riſpoſto nella preinſerta lettera oſſeruatoriale.* Et proinde dicit, quod omninò obſeruet; cui cum Epiſcopus replicaſſet velle Suam Excellentiam oretenus informare demum *paruit*, vt ex proceſſu patet fol. 14. fol. 15. & ex literis eiuſdem Epiſcopi, fol. 17. & 18. & in præſenti proceſſu ex f. 100. ad fol. 106.

Quod eſt fundatum in Sacris Canonibus ex doctrina *Imol. in d. cap. officij poſt n. 21. Roman. in d. conſ. 477. n. 10.* verſ. *Item ſi Oratorium per laicos regatur, Felyn. in c. 3. n. 8. de for. compet. & Decian. in loco allegato,* & alij paſſim.

23 Nupèr poſt ferè decē annos,quo cauſa iſta fuit finita, & Epiſcopus, & Confratres acquieuerunt ordinibus S.R.C. alia occaſione, dedi in proceſſum in banca Martini S.R.C.Act.Mag. & reperij,quod Archiconfraternitas ſub inuocatione *Sanctiſſimæ Trinitatis Peregrinorum*, quæ habet *duas Eccleſias magnas* cum omnibus requiſitis,& copioſo ſeruitio Sacerdotum, & maximum Hoſpitale toti Europæ celeberrimum, erectum authoritate Summi Pontificis *Gregorij XIII. anno* 1574. *Idibus Decembris Pōtificatus ſui anno tertio*. Cuius breuis, tranſumptum in forma valida, eſt in dicto proceſſu, intitulato *Gubernatorum, & Presbyterorum Sanctiſſimæ Trinitatis Peregrinorum ad fol.* 16. *ad fol.* 26. cuius Confraternitatis Primicerius, & Rectores, cum conueniſſent Rectorem, & Clericos primæ Eccleſiæ, fundatæ à Fabritio Pignatello in Curia Archiepiſcopali ſuper vſu Viridarij, quod adiacet dictis Eccleſijs, & Hoſpitali, & mœnijs Ciuitatis, à Porta Reali ad portam Pertuſij, quæ dicitur de Medina. Quia agebatur inter Eccleſias à laicis gubernatas, fuit denegatum Reg. Exequatur; breui impetrato ab *Hectore Pignatello Duce Montisleonis, tunc Legato Regis D. N. apud Regem Chriſtianiſſimum*, ex voto *Scipionis* Rouiti, tunc Regij Cōſiliarij, & Conſultoris Reuerēdiſs. Regij Cappellani Maioris; & iuſſum per Collaterale Conſilium, *& Marchionem Corleti Regentem Conſtantium*, ſub formidabilibus pœnis Confratribus laicis,dictarum Eccleſiarum, & Hoſpitalis, quatenus pro cauſis prædictis nullo modo accederent ad Curiam Eccleſiaſticam, ſed de eorum Iuribus experirentur in S.R.C. vt in alio proceſſu in eadem banca inter eaſdem partes fol. 37. 38. & fol. 41. & fuit coram dicto S.R.C. iudicium proſecutum, vt in dicto proceſſu eſt videre.

Vide ad hanc materiam Zeuall. *in tract. de cognit. per viam violentiæ par.* 2. *q.* 32. *fol.* 210. *& q.* 123. *fol.* 133. *ater.*

De origine autē harū Cōfraternitatū, vide Auguſtū *Thuanū lib.* 69. *anno* 1574. *f.* 93. aliqua indigeſta per Caſtill. *de alimētis c.* 7. *ex n.* 14. & in *addit. poſt n.* 22. & *de vſufructu cap.* 54. *n.* 24. vnde benè dicit de Caſtillo Carleual. *tom.* 2. *diſp.* 31. ſub *n.* 2. *fol.* 368. quod omnia confundit, omnia miſcet. Sed prædicta quoad redditionem computorum correctioni S. R. E. ſubijcimus.

ARGVMENTVM.

De Tutoribus, & Curatoribus affectantibus tutelas, & curationes aliqua valdè notabilia. Sacerdotes poſſe,ſi velint, ſuſcipere tutelam legitimam,etiam teſtamentariam iure agnationis, uel cognationis;ſed inuitos non compelli. Teſtamentariam autem, vel datiuam extraneorū, ſiuè nō agnatorum, uel cognatorum non poſſe; etiam uolentes. Balius quid ſit,cui detur in Regno; diſcrimen inter illum, & Tutores. Articulus in Tribunalibus nūquam antea excitatus, acerrimè diſcuſſus, & deciſus per M. C. V. & S. R. C.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes vocantur Dei.*
2 *Tutela dicitur miniſterium diuinum.*
3 *Tutanus Deus Tutelares Dij, Topici Dei, Tutilina Dea n.* 4.
5 *Sacerdotes patres populi, & magiſtri, & Sal Terræ n.* 6.
7 *Tutor eſt vicepatris,& magiſtri.*
8 *Monaci, Clerici, Epiſcopi à tutelis non remittendi videntur. & per totam quæſtionē, & n.* 9.
10 *A primis ſæculis fuerunt dati clerici tutores in tribunalibus Neap. & ſic sēper obſeruatū,*

11 *Coram*

11 *Coram quo Iudice clericus datus tutor per Iudicem laicum ad redditionem computorũ compellendus eſt.*

12 *Deciſio cauſæ in M. C. V. & n. 13. deciſio S. R. C.*

QVÆSTIO XIX.

1 SACERDOTES Deos eſſe nõ in vno loco Scriptura dixit, *Exodi 22. B. Malac. 2. B.* Mirabiliter ita in Concilio generali; Maximus Cõſtantinus illos dignatus eſt: *Vos Dij eſtis à vero Deo conſtitutos.* Euſeb. *in vita Conſtantini lib. 3.* idẽ *C. ad Sãct. Cœtũ* ita luculẽtiſſimè *tex. in c. Sacerdotibus 11. q. 1.* & habetur ex M. Gregorio in regiſtro ad Mauritiũ Cęſarẽ *lib. 4. c. 75. fol. 790.* Applica illos ad Deos,
2 ideſt, ad Sacerdotes. Vnde, vt Dij proprium eorum munus exercere dicuntur, cum aliorum tutelam ſuſcipiunt. Tutanus enim dicitur Deus Gentium, quem,
3 teſte Varrone, Romæ omnes, qui laborabant, inuocabant, quod omnes homines tueri putabatur. Hinc Tutelares Dij
4 *Alexander* noſter *dier. genial. lib. 6. cap. 4.* & Topici, Dij, Lelius Giraldus de Dijs Gentium ſyntagmate primo. & Tutilina Dea, quæ adeſſe mortalibus credebatur, ex Varrone Blondus *de Roma triumph. lib. 1.* Vnde nulli congruentius officiũ tutoris, quam Sacerdotibus, eſſet tribuẽ-
5 dum. Sacerdotes enim dicuntur populi patres, & magiſtri, *c. quis dubitat 96.*
6 *diſtinct.* & tutor datur vice patris, & magiſtri, *Inſtit. de legitima agn. tutel.* cum cõcord. Sacerdotes etiã dicuntur lux mundi, & ſal terræ; *c. Sacerdotes 93. diſtinct.* & tutor debet eſſe prouidus, & ſalem ſcientiæ, & conſcientiæ habere. *DD. in l. 1. C. de exc. tutor.* Iob etiã gloriatur apud Deum ſe liberaſſe pauperem vociferantem, & pupillum, cui non eſſet adiutor, *Iob 29. 12.* Contra Ieremias inuehit contra illos, qui cauſam pupilli non direxe-
7 runt, *Ier. 5. 29.* Vnde monacos, Epiſcopos, ac clericos à tutelis non remoueri habent *tex. in l. generaliter*, C. *de Epiſc. & cler. & in* §. *Deo autem amabiles, in Aut de ſanctiſſ. Epiſc. & in Auth. præsbyteros poſita Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq.* *poſt d. l. generaliter.* Ita Speculator *in tit de tutore*, §. *generaliter n. 10.* Bart. in *l. legitimos*, §. *vlt. ff. de legit. tutela, & con. 143.* *Paulus filius n. 1. lib. 1.* Bal. *conſ. 45. in q. iſta lib. 3. & Anchar. in c. 1. in fin. de poſtul.* Ioann. de Platea §. *item & in milite n. 1.* verſ. *nunquid autem Inſtit. de excuſat. tutor.*
8 & clericũ dari poſſe tutorem laico ſcribit Angel. Ant. in §. *ſed hoc iure, n. 3. inſtit. de Attill. tutor.* & licet aliqui diſtinguant inter tutelã teſtamentariam, legitimam, & datiuam; Menoch. autem in
9 *conſ. 1218. n5.* dicit nullam ſolidam rationem differentiæ inter tutelas prædictas conſiderari poſſe; & ideò tenet indifferẽter omnes Eccleſiaſticos poſſe eſſe tutores, & eũ ſequitur Barboſa, qui adducit concordantes *in d. l. generaliter*, & ſic in Regijs tribunalibus *à primis ſæculis* obſeruatum fuit, delatis tutelis in clericos, & monacos, & Epiſcopos etiam Baliatus; Itaut informanti mihi Iudices
10 M. C. V. ſenes, & decrepitos in dicto officio; dixerunt à nullo vſq; ad illam diem hoc fuiſſe cõtrouerſum; Quinimò informatus in gradu appellationis integerrimus Miraballus, demiratus de rei nouitatem, dixit quomodo Rouitus in *deciſ. 58.* tractat articulum, coram quo Iudice, Sacerdos, qui fuit tutor laici, datus tutor à
11 Iudice ſæculari ſe obligauit penès acta eiuſdem Iudicis de reddendis computis, & reliquis reſtituendis, compellẽdus ſit ad redditionẽ computorum, & ad reliqua reſtituenda, an coram Eccleſiaſtico,
12 vel coram ſæculari? De his feruentiſſimè fuit diſceptatum in anno 1650. cum enim eſſet datus tutor pupillæ Marchioniſſę Criſpani, de qua in *q. 13.* Reuerẽdus Sacerdos, eiq; delata tutela, & iam adimpleuiſſet adimplẽda fuit exortis aliqbus differẽtijs cũ auo materno pupillæ cõtutore, de quo in ſuprad. *q. 13.* allegatus ſuſpectus, vt hoc ex capite remoueretur a tutela prædicta; & diſputatũ per annum ſuper capitibus ſuſpicionum, an eſſent militantia. Cumq; terminus ſuper dicta ſuſpicione eſſet compilatus, fui vocatus in collegio aliorum Aduocatorum; vt viderem, & ipſe ſi ex capite ſuſpicionis remoueri potuiſſet. Ego dixi, breuiori ſemita efferendum eſſe ab hoc litigio, .s.

R quia

quia Sacerdos non poteſt dari tutor, & datus, debet remoueri; cũq; DD. collegæ quaſi me irriderent (eram enim iunior) aſſumpſi onus ipſe, & informata M. C. V. 8. Octobris 1650. votantibus DD. Iudicibus *Martuſcella, Vollaro, & Amato*, fuit prouiſum *Remoueatur Don N. à tutela Ill. Tereſia de Strada Marchioniſſa Criſpani, tanquam Sacerdos.* Et cum is Sacerdos appellaſſet ad S.R.C. die Iouis 15. Decembris 1650. ad relationem eiuſdem *D. Iu-*
13 *dicis Amati* fuit *confirmatum ſimpliciter* cum ſolita decretatione *remiſſa eſt.* Iudices fuere Domini Zufia Præſidens; *Iouinus, Miraballus, Martinez de Vidaureta, & Gomeſius.* Act. *Marcus Salernus.*

§. 2.

14 *Concluſio defenſa ab authore in hoc articulo.*

15 *Clerici in ſacris, & Epiſcopi quas tutelas exercere poſſunt, & n. 16. 17. & ſeq.*

19 *S. Cyprianus Doctor Præclariſſimus, & magiſter S. Auguſtini.*

20 *& 21. Canones decreti an habeat vim legis.*

22 *Enumerantur Doctores in hoc articulo ab Azone vſq; ad Anſaldum.*

23 *Leges Hiſpanorum in materia tutelæ copiatæ ab Auth. Iuſtiniani noſtri.*

24 *Sacerdotes Gentilium remouebantur à tutelis, & n. ſeq.*

27 *Sacerdotes poſſunt eſſe tutores omnium miſerabilium perſonarum, & quarè n. 28.*

28 *Verba Iuſtiniani contra affectantes tutelas, & magiſteria Eccleſiarum, quaſi in cœlo dictata.*

29 *Affectantes tutelas dicuntur tollitores, non tutores, & n. 30.*

31 *Clerici diuagantes, & Giriuaghi an poſſint eſſe tutores.*

32 *l. generaliter eſt correcta per §. Deo amabiles, & n. 33.*

34 *Cur Epiſcopi paſſim fiant tutores, & n. 35. & n. 36.*

37 *Paræneſis contra affectantes tutelas vſque ad n. 41.*

42 *Dicta pro tutela intelliguntur etiam pro baliatu vſq; ad n. 44.*

14 SVſtinui enim concluſionem. *Clericos in ſacris poſſe ſi velint ſuſcipere tutelam legitimam, iure agnationis, vel cognationis, etiam teſtamentariam prædictorum agnatorum, & cognatorum. Sed teſtamentariam, vel datiuam, extraneorum, non poſſe, quantumcumq; velint.*

15 Probari dictam concluſionem primo ex Authentica *Iuſtiniani, de Sanctiſſimis Epiſcopis, §. Deo amabiles*, quæ ſic dicit: *Epiſcopos, & Monachos, ex nulla lege tutores, aut curatores cuiuſcumq; perſonæ fieri permictimus; presbyteros autem, & Diaconos, & Subdiaconos, Iure, & lege cognationis, tutelam, aut curam ſuſcipere hæreditatis permictimus, proprio, & ſolo gradu cognationis, ad tutelam, & curam vocatis huiuſmodi ſuſcipere adminiſtrationem permictimus*, &c. Et ſic Iuſtinianus correxit *l. generaliter* 50. *C. de Epiſcop. & Cleric.* quę eſt canonizata per Gratianum in *canone generaliter ſancimus*, 16. *q.* 1. quia *d. l. generaliter* non indiſtinctè prohibuit: ſed indiſtinctè immunitatem tribuit clericis, præsbyteris, & monachis à tutela, ſiuè teſtamentaria, ſiuè datiua, ſiuè legitima, & à cura etiam, non ſolum pupillorum, & adultorum, ſed furioſi, ſurdi, & muti, aliarumq; perſonarum: at Ius Authent. *indiſtinctè* prohibuit omnem tutelam Epiſcopis, & Monachis; Sacerdotibus autem, & his, qui ſacros ordines habent permiſit ſolum iure cognationis, & ſic legitimam. Et quod *Auth.* corrigat dictã *l. generaliter*, vltra quod patet ad ſenſum ita punctualiter dicit *Bar. in d. §. Deo amabiles.*

16 De iure canonico, vltra *canones Apoſtolorum*, allegantur *c.* 3. 88. *diſtinct. & c. irreligioſorum prorſus* 5. *diſtinct.* 87. & *c. peruenit* 26. *diſtinct.* 86. in quibus generaliter omnia officia ſæcularia, & publica clericis prohibentur.

Probatur in *cap. neq; apud* 14. *diſtinct.* 88.
17 *& in cap. Cyprianus* 4. 21. *q.* 3. vbi S. Cyprianus prohibuit, quod pro laico, qui in ſuo teſtamento clericum fecit tutorem, effunderentur preces, quando *Singuli diuino Sacerdotio honorati, & in clericali miniſterio conſtituti, non niſi altari, & ſacrificijs deſeruire, ac precibus, & orationibus vacare debeant.* Et licèt infor-

manti

manti mihi, fuit motiuatum, quod & di-
cit gloſ. in *d. cap. Cyprianus*, illa eſſe ad
terrorem, & quod d. *cap. Cyprianus* non
19 eſt text. Ego ad primã non dico, quod
non oretur pro anima, de quo loquitur
gloſ. ſed ſolum quod remoueatur. De
ſecundo dico, quod authoritas Beatiſſi-
mi Martyris Cypriani eſt plus, quam ip-
ſius text. legant S. Hieron. *tract. de viris
illuſtribus*, & S. Auguſtinum, qui ſolum
nomine *Magiſtri* illum vocabãt, vt habet
*Petr. de Natal. in eius vita lib. 8. ex Fr.
Xiſtus Bibliotheca Sancta in Cypriano*. Vn-
de ſuperfluum eſt dicere, quod non ſo-
lum omnia capitula, ſed & Paleæ om-
nes, quæ ſunt in decreto vim legis, &
canonis ex vſu habent, confirmatũ totũ
in Concilio Florentino ab Eugenio IV.
21 *Federic. de Senis conſ. 76.* verſ. *non obſtat*,
& iterum fuit totum decretum confir-
matum à Gregorio XIII. vt teſtatur *Card.
Tuſcus lit. D. concluſ. 110.*

Nunc venio ad gloſſas, & Doctores, quos
omnes ſigillatim vidi in fonte.

22 Primus eſt *Azo* ante *gloſſ. in ſumma in
1. libr. Codicis, in rubr. de Epiſcop. & Cler.*
fol. mihi 4. *ſub n.* 10. dicit hæc verba:
*Non paſſim tutelis ſe immiſceant. Paſſim
autem ideo dico, quia monachus nullo modo
poteſt eſſe tutor. Alij autem clerici teſtamen-
tarij, vel datiui non poſſunt eſſe, legitimi au-
tem non coguntur eſſe.* Hæc *Azo* ad ver-
bum; idem dicit *lib. 5. in rubr. qui dant
tutores, &c.* fol. 126. at. *n.* 11.

Secundus eſt *Cynus in d. l. generaliter.*

Tertius eſt *Gloſſ. Accurſij in d. Auth. Præsby-
teros*, in verbo *præsbyteros*, dicit ſic: *Sed
iſti poſſunt eſſe legitimi volentes, ſed non te-
ſtamentarij, vel datiui, Epiſcopus autem,
vel monachus nullo modo.* Eadem *gloſ. in
d. §. Deo amabiles, in verbo permictimus*,
dicit ſic: *Aliud in milite ſæculari, qui nul-
lo modo admictitur. Sed nunquid poſſit eſſe
teſtamentarius, vel datiuus, reſpondetur
non, &c.*

Quartus eſt *gloſſ. in cap. Cyprianus 21. q. 3.*
in verbo *tutorem*, ſic: *Tutelam teſtamen-
tariam non recipient clerici: Sed legitimam
poſſunt ſi volunt, ſed non coguntur recipere*,
& eadem gloſſa (quam Bartolus, vt in-
fra dicetur, valdè commendat) *in cap.
peruenit 86. diſtinct.* in verbo *tutelas*, dicit
Conſt. Caſari Spec. Pereg. qq.

hæc verba: *Sed illud Cypriani de teſtamẽ-
taria tutela, ſiuè datiua hic autem de legiti-
ma tutela intelligitur. Item 16. q. 1. gene-
raliter contra, ad hoc dic, quod Clerici non
coguntur recipere aliquam tutelam, poſſunt
tamen legitimam recipere tutelam ſi volunt,
vt hic dicitur. Et eſt hoc priuilegium cleri-
corum, quod licèt ipſi poſſunt alicui ſuccedere
ab inteſtato, &c. Sed Epiſcopus, vel Mona-
chus etiam volens nõ poſſet recipere legitimã
tutelam*; de qua gloſſ. infra dicemus.

Quintus Archidiacon. *in cap. peruenit 86.
diſtinct.* allegat *Laur.* dicentem; *quod per
Iuſtinianum clericis conceſſum eſt, quod cõ-
modo ſucceſſionis, vel legati nõ priuentur,
onus tamen tutelæ ſubire non compelluntur:
Voluntarij tamen poſſunt ſubire legitimam,
niſi Epiſcopus, vel Monachus*; idem dicit
in cap. Cyprianus, & in *d. cap. generaliter.*

Sextus Speculator *lib. 1. partic. 3. de tutore,
& curatore, §. generaliter, verſ. forma ſub
n.* 10. ſuper quo dic; quod prædicti tute-
lam teſtamentariam, vel datiuam non
poſſunt exercere, vt ibi: *Sed clerici poſſunt
ſi volunt legitimam exercere.*

Septimus, Bartolus in *conſ. 143. Paulus fi-
lius Domini Gualterij*, vbi probat auum
Sacerdotem non poſſe eſſe tutorem te-
ſtamẽtarium nepotis ex filio ſpurio. Sic:
*Hoc ſic oſtendo de iure permictitur, præsby-
teris, Diaconibus, & Subdiaconibus ſuſcipere
tutelam legitimam tantum, quæ eis defertur
iure cognationis, tutelam autem datiuam,
vel teſtamentariam ſuſcipere non poſſunt.*
Et melius idem Bartolus *in d. §. Deo ama-
biles, Auth. de ſãctiſs. Epiſc.* vbi laudat *gloſ.*

Octauus Gaſpar Calderinus in *conſ. 2. de
cenſibus* verſ. *quædam non ſunt ſordida fol.
mihi* 81. *col. 2. circa medium.*

Nonus Salicet. in *l. generaliter, & in d. Auth.
præsbyteros n. 4.*

Decimus Angel. in *d. Auth. de ſanctiſs. epiſc.
§. & hoc quidem n.* 4. verſ. *& nota, quod
præsbyter.*

Vndecimus Franciſcus de Aretio *conſ. 26.*
factum, ſuper quo poſtulatur, *n. 3.* verſ.
circa ſecundum dubium, fol. 24. quod non
poſſunt neque iure Ciuili, neq; iure Ca-
nonico dari tutores in teſtamento.

Duodecimus Paulus de Caſtro in *d. l. ge-
neraliter* ante *n. 3.* fauore ſanguinis, vel
conſanguinitatis.

Digitized by Google

Decimus tertius Syluester in *ſumma* verbo *tutelam*, *n*.3. verſ. *tertio quæritur*, *fol*.364. allegat *Ioannem*, & dicit, quod ſolum legitimam; & ex gloſ. in *d. c. peruenit*, ponit limitationem, ſolùm miſerabilium perſonarum.

Decimus quartus Abbas Panormitanus in *c. non minus n*. 15. *de immun. Eccleſ.*

Decimus quintus Borgninus Caualca. *dec*. 19. *n*. 15. *par*. 3. *fol*. 696. qui eſt punctualis, & allegat *Stephanum Aufrerium*, & *Vincentium Manzium*.

Decimus ſextus Andreas Alciatus gentilis meæ illuſtris clientis, *de præſumpt. regul*. 3. *præſumpt*. 18.

Decimus ſeptimus Frater Bartholomæus Fumus, aliàs *ſumma Armilla*, verbo *tutela n*. vi. verſ. *Preti fol*. mihi 358.

Decimus octauus Petrus Follerius *ad Manuam par*. 4. *diſtinct*. 21. *n*. 65. verſ. *adde Uldrad. fol*. 92. *à ter*. qui ſolùm limitat in tutela miſerabilium perſonarum.

Decimus nonus Carauita *ritu* 19. *n*. 19. verſ. *decimum tertium*, allegat *Io. Fabrũ in d. Auth. presbyteros*.

Vigeſimus Molina *de Iuſtit. & Iure tract*. 2. *diſp*. 221. *fol*. 1033. verſ. *cleric. in ſacris ordinibus conſtituti*.

Vigeſimus primus Surdus in *deciſ*. 207. *n*. 7. verſ. *ſeptimo Lelius tanquam clericus erat omninò inhabilis; Sacerdos enim tutor teſtamento dari non poteſt*, allegat *Angel*. & molius in fine ex *n*. 22. *ſed ego hoc intelligo in legitima; verùm vbi agitur de teſtamentaria Sacerdos etiam volens non poteſt*, allegat *Bertrand. conſ*. 116. *num*. 1. *vol*. 1.

Vigeſimus ſecũdus Gutticrez *de tutelis par*. 1. *cap*. 1. *ex n*. 26. *cum pluribus ſeq*. dicit omnia pro noſtra propoſitione aſtruẽda, &c. allegat vltra *Iura communia*, leges *partitarum Regni Caſtellæ l*. 14. *tit*. 16. *par*. 6. quæ lex Hiſpana ad literam nihil pe-
23 nitùs mutato, idem dicit, quod *Iuſtinianus in d. §. Deo amabiles*, vnde lætatus fui, vt Domini Iudices Hiſpani, qui in hoc articulo votabunt ſuas patrias leges, nõ diſformes à iure communi conſpiciant.

Vigeſimus tertius Manſigerius *Inſtit. de excuſat. tutor. §. idem in milite*, verſ. *nec volens*.

Vigeſimus quartus Noſter Neapolitanus Doctor Marta *deciſ*. 239. in qua per illud collegiũ fuit remotus Sacerdos, etiã confirmatus à *Papa*; quia cõfirmatio fuit in forma communi, & non potuit ſanare nullitatem, quia eo ipſo, quod Sacerdos ſit tutor teſtamentarius eſt nullitas, & idem Marta *in ſumma deciſ. tom*. 5. *tit. de tutore cap*. 45. ſed ſolùm miſerabilium perſonarum, vt in *cap*. 2. *eiuſdem tit. ali*.

Vigeſimus quintus Vitius *deciſ*. 151. *per tot*.

Vigeſimus ſextus Lud. Schrader. *de feudis par*. 10. *ſect*. 20. *n*. 27. *fol*. mihi 576. verſ. *ſecundo hæc concluſio* limitatur in clericis, allegat omnes; & addit tres à me ſupra non allegatos, ſcilicèt, *Ægid. Thomat. in tract. de muner. & collect. §. ſi quiſpiam n*. 18. & *Ant. Piag. in tract. de tutore*, & *curatore, quæſt*. 3. *n*. 1. 2. & 3. & *Sylueſtrẽ Aldobrandin. Inſtit. de excuſ. tutor. §. idem in milite*; & verè in hoc articulo ſolus *§. Deo amabiles pro tex*. & *Schrader*. pro Doctoribus ſufficerent.

Vigeſimus ſeptimus eſt Carolus de Graſſis *de effectibus clericatus effectu* 16. *per totum*, cum quo ſolo ſperabam, quod cauſa eſſet decidenda, ſine alio ſcripto, vltra prædictos allegat *Io. Honotom. ſuper d. §. idem in milite*, *add. ad Bald. Carrocc. Simon. Maiol. Io. de Deo*, *Io. Pleſſ. Nicolaum de Neap. Marcabrun. Montan. Cuiac.* & *Germon*. & *n*. 2. addit hoc ſingulare, quod clericus agens vti tutor datiuus, vel teſtamentarius, poteſt ei opponi de nullitate tutelæ, & propterea reijci à limine iudicij.

Vigeſimus octauus eſt Epiſcop. Bellec. *diſquiſit. cleric. par*. 1. *de diſcipl. cleric*, §. 32.

Vigeſimus nonus eſt Io: Baptiſta Larrea *allegat. fiſcal*. 86. *n*. 3. *par*. 2. qui vltra loca prædicta, vti eruditiſſimus I. C. allegat
24 locũ curioſum *Plutarchi*, ſcilicèt, quod etiam Sacerdotibus Gentilium hæc erãt vetita.

Trigeſimus eſt *Squillante de priuilegijs clericorum cap*. 14. *per totum*, qui ex non allegatis addit *Ant. de Virgil. in tract. de legitima perſona in Iudicio comparente cap*. 9. *n*. 20. & *Paul. Layman. lib*. 3. *Theol. moral. tract*. 4. *cap*. 9. *n*. 4.

Trigeſimus primus adeſt punctualis *deciſio Io: Franciſci del Caſtillo* 82. non leuis eſt quæſtio. In qua fuit diſputatum, an ſacerdos, qui aliàs poſſet eſſe legitimus tutor,

tutor, quia agnatus; ſi relinquatur in te-
ſtamento ſit ne admittendus, etiam quod
ſit confirmatus ab Epiſcopo, & fuit de-
ciſum pro, & contra; & ex iam dictis,
non negamus, quod debebat admitti,
nihil intereſt, an qui alias eſſet legitimus
ab inteſtato, ſit teſtamentarius ex teſta-
mento; tamen tria Tribunalia iudicaue-
runt eſſe remouendum; ſolùm quia ha-
bebat nomen teſtamentarij, & erat fra-
ter teſtatoris.

25 Trigeſimus ſecundus nouiſſimus quem
vidi eſt celebris Doctor Florentinus Frã-
ciſcus Anſaldus *de Iuriſdict. part. 2. tit. 11.
cap. 28. fol.* mihi 255. qui *n.* 12. dicit:
*Hinc eſt, quod Doctores noſtri ex præmiſſis,
duas firmant regulas, prohibitiuam & aliam
generalem affirmatiuam.*

Ex prohibitiuis alteram, quod Epiſcopi
ſcilicèt, Monachi, & Canonici regulares
nullam tutelam gerere valeant; allegat
iura prædicta, & vltra allegatos, addit
26 *Ruinum conſ.* 89. quamuis copiosè ante
n. 1. vbi reſpondit, quod Archiepiſco-
pus Senenſis non potuit laico in curato-
rem dari;

Aliam verò, quod clerici, ſcilicèt tutelam
teſtamentariã, vel datiuam nullo pacto
poſſunt exercere adducit ex non allega-
tis. *Hoſtienſem in ſumma, & Campagnam
noſtrum ſuper clement. de vit. & honeſtat.
clericorum*; & demum proſequitur hanc
concluſionem per plures columnas. Vn-
de certò credo, quod temerarium ſit co-
gitare, tot DD. (qui ſunt ferè omnes)
fuiſſe hallucinatos; & *textum* non intel-
lexiſſe.

27 Neq; obſtant in contrarium allegata
ex Barboſa *in d. l. generaliter*; & ex Me-
noch. *in d. conſ.* 1218. quia loquuntur in
caſu ſuo, & ſic in tutela *legitima* iure co-
gnationis, vel agnationis delata; vel quã-
do eſſet tutor *miſerabilium perſonarum*,
Vbi vnica charitas, & non aliæ cauſæ,
exercendi tutelam tribuerent fomentũ:
& ſic intelligenda ſunt omnia, quæ initio
diximus: & hoc eſſet verè exercitium,
ac diuinum munus, & Dijs, hoc eſt Sa-
cerdotibus, propriè congruens. Exercẽ-
do miſerabilis perſonæ tutelã. Vbi autẽ
bona adminiſtrãda ſunt, ceſſat ratio ad-
ducta per Iuſtinianum in *Auth. vt ij, qui*

Conſt. Caſuri Spec. Peregr. qq.

obligatos ſe habere perhibent res minorũ, &c.
28 *§. quoniam. Quoniam autem videmus; cu-
ratores, quicumq; Dei memoriam habent ad
curam difficulter accedere, nam plurimis
volentibus ea, quæ minorum ſunt impie in ſe*
29 *vertere, amabilis eſt res, & appetibilis.* Ver-
ba in Cœlo dictata, ac per os tanti Cæ-
ſaris Iudicibus demonſtrata. Ceſſant in-
quã vbi aurum, ac bona attrectanda nõ
ſunt, quæ ex Alberico *in l. 1. ff. de tutelis*,
reportauit Rebuffus *ſuper Conſtit. Gall.
art. 3. gloſſ. 2. n. 9.* verſ. *olim ſolebant*; &
Camill. Borrellus *in ſumma decif. tit.* 22.
de libris, & illorum fid. n. 69. *&* 70. quod
30 affectantes tutelas, nõ dicuntur tuitores,
ſed tollitores ab effectu, quia tollunt, &
furantur bona pupillorum; Montanus
de tutelis cap. 36. *fol.* 171. *Crauett. conſ.*
18. *n.* 29. Marcian. *conſ.* 39. *n.* 6. *vol.* 1.

Non obſtat ſecundo, quod ex Barboſa, ſed
clarius ex littera tex. in d. *l. generali-
ter, in §. eos autem*, vt ne remoueretur
Don. N. pro ſe adduxit: ſcilicèt non lo-
qui, niſi de clericis altaris miniſterio in-
31 ceſſanter addictis, ibi; *Eos clericos, &
monachos huiuſmodi habent beneficium, qui
apud ſacroſanctas Eccleſias, vel monaſteria
permanent, non diuagantes, neq; circa diui-
na myſteria deſides:* Vnde nõ dubitauit ſe
diuagantem, & deſidem, in ſcriptis, & vo-
ce præconizare. Sed vltra quod non
cõſtat eſſe talem, ſed in his prorumpit,
ardere tutelæ ſuccenſus, reſpondendo for-
32 miter dico, quod d. *l. generaliter* eſt cor-
recta per Iuſtin. in d. *§. Deo amabiles*, vt
eſt teſtis Bartolus, vt ſupra; quia eſt re-
ſtricta ad Sacerdotes, Diaconos, & Sub-
diaconos; *l. generaliter* loquitur vniuer-
ſim de clericis, qui ſi non habeant ordi-
nes ſacros, poſſe eſſe tutores ſi velint, nõ
dubito; modo non ſint diuagantes, &
deſides.

Rurſus, quid intellexit tex. per diuagantes,
& deſides, declarat Baldus in *d. l. gene-
raliter*, per hæc verba: *Sed inſtat pone quæ-
rens, quod quidam ſunt clerici vagantes per*
33 *mundum, nunquid illi gaudere priuilegio;
Reſpõdet Imperator, & dicit, quod non: nam
cum hoc ſolum concedatur priuilegium, vt
diuinis inhæreant miniſterijs, ceſſante iſta
cauſa (quia vagantur per mundum) ceſſat
iſta immunitas priuilegij, &c.* Ergo lex lo-

quitur

Digitized by Google

quitur de clericis vagabundis. Sed quod
lex dat per priuilegium, Iuſtinianus pro-
hibuit; & hæc vna reſponſio ſufficit.

Non obſtat tertio, quod non obſeruatur
prima pars tex. in d. §. *Deo amabiles*, ſci-
34 licèt, quod paſſim videmus Epiſcopos
exercere tutelam legitimam; ergo non
debet obſeruari ſecunda pars, qua pro-
hibetur ſacerdotibus exercere tutelam
teſtamentariam.

Sed quomodo nō obſeruatur, ſi incepimus
ab Azone, & ſic à primis ſæculis vſque
ad nuperum Doctorem Anſaldum, &
omnes vnanimiter ita tenent? ſi exer-
cuerunt, forte non fuit oppoſitum, ſicut
ipſe N. exercuiſſet, ſi oppoſitorem
me non inueniſſet.

Sed vt videat differentiam conſulat *gloſſ. in
d. cap. peruenit* 86. *diſtinct.* in verb. *tute-
las*, vbi dicit: *Quod ideò Epiſcopi poſſunt
35 tutelam legitimam exercere ſi volunt, quia
per dictum Canonem forte præiudicatur di-
cto §. Deo amabiles, vt Epiſcopus, & mona-
chus, ſi velint, poſſint recipere legitimam tu-
telam, ſed non datiuam, vel teſtamentariã.*
Ecce differentia; deſinat nunc admira-
tio, hoc idem dicit Speculator clarius
lib. 1. par. 3. de tutore, & curatore, §. *gene-
raliter* ante *n.* 11. verſ. *vel dic*, *fol.* 250.
col. 2. per hæc verba: *Vel dic derogari il-
li Auth. per Canonem, vt etiam Epiſcopi, vel
monachi poſſint ſaltem legitimam exercere.*
Sicq; nulla penitus remanet anſa vlterius
dubitandi, quia videntur Epiſcopi, vel
monachi legitimam exercere tutelam;
quia forte Auth. eſt correcta per Cano-
nem, vt ſupra.

36 Quarto Menoch. licèt *num.* 5. dixerit,
quod nullum diſcrimen ſibi videtur in-
ter tutelam legitimam, & datiuam; ta-
men veritate compulſus *n.* 12. conclu-
dit, clericos nullo modo ex prohibitione
Concilij Calcedonenſis, & *c. Cyprianus*,
poſſe eſſe tutores teſtamentarios; & hoc
ſolùm quærimus, ſic loquitur Nauarrus
in conſ. 1. ne clerici, vel monaci.

Quinto, Si Magna Curia Vicariæ iuſtam,
æquamque tulit ſententiam remouendo
eum à tutela dictæ pupillæ, tanquam ſa-
cerdotem, conſiderate Domini Senato-
res, ſi ex hoc vnum (etiam nō ſacerdos)
omninò repellendus eſſet, quia appella-
uit? ex dicta præſumptione Cæſaris in
37 *d. §. quoniam*, quod tutelas affectantes
Dei memoriam habere nullo modo vi-
dentur. Herennius Modeſtinus, *Librum
vtiliſſimum* (inquit ipſe) *quē excuſationũ
38 tutelæ, & curatoriæ vocauit, Ignatio dextro
conſcripſit l. 1. ff. de excuſ. tutor.* Vlpianus
librum ſingularem excuſationum tutorum
exarauit *l. 9. ff. eod.* Paulum ea de re vo-
lumen edidiſſe conſtat, *l. 13. ff. eod.* Quin-
quaginta nouem leges, ad ſummouen-
39 das excuſationes in pandectis ex I. CC.
placitis Iuſtinianus compilari iuſſit, *toto
tit. de excuſat. tut.* Sed quid idem Cæſar
fecit in *Codice*? Vbi plenum titulum *de
excuſ. tutorum, & curatorum* poſuit alium
de excuſat. Veteranorum, qui numero li-
berorum ſe excuſant, alium rurſus, *qui
morbo ſe excuſant*; *Qui ætate ſe excuſant*;
deniq; *qui numero tutelarum ſe excuſant.*
Inſtitutiones eiuſdem Principis, talibus
titulis plenę ſunt. Et quod magnoperè
conſiderandum eſt: adeo in miniſtranda
pupillorum ſubſtantia, manus inijcere
40 homines exhorrebant, vt nè falſis alle-
gationibus tutores excuſationes ſurri-
perent, præcauendum pluribus legibus
olim fuit *C. Si tutor, vel curator falſ.* alle-
gat. &c. Quinimò ne appellarent à datio-
ne tutelæ, lege peculiari ſanxere, legiſ-
latores *l. 1. §. ſi quis tutor, ff. quando appel.
Inſtit. de excuſat. tutor.* §. *qui autem*, vbi
gloſſa in verbo *non appellant*; & quando
non excuſabantur, & appellare, & ex-
clamare audiebantur *l. 4. ff. de excuſ. tut.*
nec mirum, quia tutela dicitur grauamẽ;
& ideò excuſatio vocatur *Immunitas*.
Nunc (mira res) appellatur non quia
41 non excuſatus, ſed quia remotus. Sed
quid appellatur? Videte proceſſum, Do-
mini, videte, ſi vnquam cauſa tali ſedu-
litate fuit tractata, ſi omnem lapidem
non fuit motum, ſi talis affectatio fuit
vnquam exaudita.

Hæc dicta pro tutela omninò, immò fortius
pro baliatu intelligẽda ſunt. Primò, quia
omnes noſtrates quæſtiones pro baliatu
42 occurrentes decidunt cum legibus, quæ
de tutelis locuntur. *Fabius de Anna conſ.*
50. *de Ponte deciſ.* 20. *& deciſ.* 15. *& de
poteſt. proreg. tit.* 10. §. 1. *tit. de balio Reg.
Salernit. deciſ.* 55. *Franch. deciſ.* 10. *&*
340.

340. *Theodorus allegat.* 71. *D. Sanfelic.*
deciſ. 367. *Nouar. in collect.* 3. *in prag.* 2.
de minor. & in omnes. Ratio eſt, quia
43 baliatus nil aliud eſt, quam tutela, *An-*
dreas de Iſernia in conſtit. Regni In aliqui-
bus, in verbo *ſi verò minores filię* ibi, *immò*
balius eſt tutor; & idem *Iſernia in ead. cōſt.*
verſ. *cum ergo*; & idem in *conſtit. Regni mi-*
noribus, vbi *Bartol. de Capua*, *Afflict. &*
Gramat. & Franch. deciſ. 10. ante *n.* 2. &
& deciſ. 340. *in princ.* Sed egregiè *Regens*
Tapia lib. 6. *Iuris Regni tit.* 16. *fol.* 183.
dicit hæc verba: *Quo ad effectum nihil*
aliud eſt baliatus, quam tutela, & ideò quę-
cunq; de tutela practicantur, ad baliatum
referri poſſunt. Muta ad cap. Sicil. 388.
Vnde omnes tituli, qui de tutelæ admi-
niſtratione in iure locuntur, baliatui ap-
plicantur; clariùs D. Theodorus *d. alleg.*
71. *n.* 12. *Quod quæſtiones, quæ in Regno*
pro baliatu occurrunt, deciduntur cum le-
44 *gibus communibus, quæ de tutelis ſtatuunt.*
Vnde cum dictus articulus ſit à lege ci-
uili canonica, à primis ſæculis ab *Azone,*
Cyno, Hoſtienſe, vſque ad Anſaldum, con-
ſenſu imperturbato deciſus remanet, vt
intrepidi, & iuſtiſſimi Senatores, intrepi-
dè pro more partes ſuas agant; prout
hercle egerunt DD. Iudices eis inferio-
res M.C.V. Egerunt quidē vt ſupra n. 13.

ARGVMENTVM.

Maritus obligatus ex tabulis dotalibus, totam dotem conuertere in reemptionem annuorum introituum, venditorū per ſuos anteceſſores, & per ſe ſuper ſuis bonis; vt vxori acquireret ceſſiones, & locū, & gradum creditorum dimictendorū: recepta dote libera, pro parte adimpleuit, pro parte conuertit in alios vſus; moriens reſtituit partem vxori, non exprimentes in quā cauſam dabatur, & recipiebatur non cenſeri ſolutam in anteriorem, & potiorem cauſam, ſed in poſteriorem, & infirmiorem. Debitum anterius non conſiderari ex tempote, ſed ex die, qua debet fieri ſolutio: In dubio hæredem cenſeri ſoluiſſe debitum proprium, non hæreditarium; & alia ad materiam *l.* 1. & *l. cum ex pluribus ff. de ſolut.* cum deciſ. S.R.C.

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

SVMMARIVM.

1 *Soluens nihil expreſſo, quæ debita ſoluiſſe intelligatur.*
2 *Decretum S. R. C.*
3 *Deciſio S. R. C.*
4 *Soluens in actu ſolutionis, in quam cauſam ſoluiſſe dicere poteſt.*
5 *Iudex debet inquirere voluntatem ſoluentis expreſſam, vel præſumptam, & n.* 6.
7 *Reſpectu debitoris ſoluentis, raro adeſt cauſa ſoluendi plus in vnam cauſam, quam in aliam, & n.* 8.
9 *Præcipuum quid ſit, & quid importet.*
10 *Non exprimens ſoluens in quam cauſam exprimit creditor; & quando expreſſiſſe dicatur incontinenti, n.* 11.

QVÆSTIO XX.

1 REGVLA deſumpta ex Vlpiano *in l.* 1. & ex Paulo in *l. cum ex pluribus ff. de ſolut.* eſt quod in ſolutione *nihil à ſoluente, vel recipiente expreſſum potior habebitur cauſa eius pecuniæ, quæ ſub infamia debetur, mox eius, quæ pœnam continet, tertio, quæ ſub iure hypotecha, vel pignoris contracta eſt: Poſt hunc ordinem potior habebitur propria, quam aliena cauſa, veluti fideiuſſoris: quia veriſimile videtur diligentem debitorem admonitum, ita negotium ſuū geſturum fuiſſe, & ſi nihil horū interueniet,*

vetu-

vetuſtior contractus ante ſoluetur. Tractat meus magiſter D. Capyc.latro *deciſ.* 21. *&* 192. *Io: Vincent. de Anna alleg.* 112. *n.* 2. *Fab. filius conſ.* 30. *Gaſpar Theſaur. q.* 123. *Merlinus deciſ.* 741. *&* 507. *Ludouiſ.* 521. *Medices examinat.* 15. *Arias de Meſa lib.* 1. *cap.* 26. *Menochius caſu* 493. *de arbitr. & de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 136. *Reg. Marcianus diſp.* 37. *n.* 8. *Caſtill. tom.* 6. *cap.* 113. *n.* 32. *fol.* 5. & alij infra al-

2 legandi. Et quod vt plurimum ſemper vetuſtior contractus,& cõuẽtio, quæ ſub hypotecha,& pignore cõtracta eſt,intelligatur ſoluta, iſtaſque dici duriores cauſas exclamabant creditores Frãciſci Caualcante Ducis Turani contra Elenam Lupinazzi Duciſſam eius coniugem in anno 1654. Facto enim concurſu creditorum dicti Ducis, & eius patris, & graduata inter illos ſuo loco dicta eius coniuge; prætendebant creditores ducatos 3316. aſſignatos per virum durante infirmitate, ex qua exceſſit è vita,in tot argẽteis,ſuppellectilibus,& pecunia numerata dictæ ſuæ vxori, nihil expreſſo in quam cauſam; debere extinguere creditum antiquius, & durius dictæ eius vxoris; & malè digeſto negotio 15. Decembris 1654. referente D. Capiblanco, cũ interuentu Brancacij, & Campane, ſic fuit determinatum, ceſſiſſe, & cedere in extinctionem ſui crediti anterioris, & potioris. Sed conceſſa reclamatione,pleniſſimè cauſa ruminata contrarium, & meritò fuit deciſum Ianuarij 1655. cum interuentu DD, Præſidentis, & Gãboiæ,

3 Miraballi, & eorumdem qui in primo decreto interuenerunt; prouiſum extinguiſſe ſummam poſteriorem dotis, quam Dux vir contra pactum in tabulis dotalibus contentum, in emptionem, vel reemptionem nõ conuerterat: ſed in ſuos vſus conſumpſerat; ne perderet dotem, & ab anterioribus excluſa remaneret propter viri culpam, ac dolum.

Dixi primo aliam regulam immutabilem deſumi ex *d. l.* 1. quod debitor ex pluribus cauſis poteſt in actu ſolutionis dice-

4 re in quam cauſam velit ſolutum. Quod ſi in actu non dixerit *electio deuoluitur ad creditorem*, modo eligat in eam cauſam, in quam ſi eſſet debitor ipſe eligeret, ita tex. in *l.* 1. *ff. de ſolut.* vbi Bart. *n.* 6. Fulgoſ. *n.* 7. ita omnes nullo omninò diſcrepante, vt latiſſimè Gratian. *cap.* 105. *& cap.* 222. Chriſtoph. Mart. Medic. *examinat.* 15. Rota apud Farinac. *par.* 2. *Romana pecuniaria* 18. *Maij* 1615. *dec.* 695. eadem Rota apud Robuſterium *dec.* 92. *par.* 1. *& dec.* 176. *par.* 2. & eadem Rota apud Cantuccium *dec.* 123. *par.* 2. relati per Martam *tomo* 3. *tit. ſolutio*, *cap.* 57. 58. *&* 50. & Rota apud Clem. Merlinum *dec.* 507. *& dec.* 741. & Ludouiſ. *dec.* 521. vbi Beltram. Coſta *de ratione rata q.* 124. ex *n.* 22. Capyc.latro *dec.* 21. *&* 192. ita vt voluntas, & arbitrium debitoris ſoluentis in hoc totum facit, & illud ſolum attendendum eſt, & eius intentio ſequẽda: vt omnes prædicti dicunt, & habent Io: Vincen. de Anna *alleg.* 112. *n.* 2. & Fab. de Anna *conſ.* 30. *n.* 2. Gaſpar Theſaur. *q.* 123. *l.* 1.

5 Hæc voluntas, hæc intentio ſoluentis eſt inquirenda per Iudicem nõ ſolum ſi expreſsè illam declarauerit, verum etiam ex argumẽtis, ex coniecturis, ex indicijs, circumſtantijs, ac ex veroſimilitudine, nam & iſta (niſi ſimus in claris) attendenda ſunt, vt ſoluentis voluntas attendatur; ita in puncto Ludouiſ. *d. dec.* 521. *n.* 6. Gratian. *d. cap.* 224. *n.* 67. verſ. *vigeſima quinta*, Robuſt. & Cantucc. in dictis *deciſ.* Farinac. *d. dec.* 695. *n.* 4. verſ. *vltra quod attenta intentione*, Chriſtoph. Mar. Medic. *dec.* 25. *n.* 13. verſ. *cum omnes reſolutiones huius quæſtionis dimetiãtur præcipuè à præſumpta intẽtione ſoluẽtis, &c.* Videamus modo voluntas Ducis ſoluẽtis, ſi fuit præſumpta, vel expreſſa, vt imputaretur ei in antiquiorem debitum, an verò in illas ſummas ſolutas tempore matrimonij.

6 Si inquirimus de voluntate præſumpta, hæc ex duobus actibus inter viuos ex teſtamento, & codicillo, apparet adeò fauorabilis, ac propenſa in beneficium ſuæ vxoris, quod Dux omnem viam, ac modum tenuit, vt integraliter dos ei abſq; vlla diminutione, abſque litigio, ſtatim reſtitueretur Statuta (vrgentiſſimis verbis) graui pœna in caſu renitentię, additis etiam tot legatis ad ſui beneficium; ergo cum dixit illam partẽ dare ad compotũ

delli

delli ſuoi crediti della dote, & antefato, nullus ſani, & imperturbati iudicij credere poteſt intentionem ſuam voluiſſe, ita reſtituere illam partem, vt reliquam coniux tàm benemerita, tantiſq; modis commendata ammitteret.

7 Confirmatur hoc; nam reſpectu ipſius Ducis nulla aderat cauſa, vel vtilitas, reſtituere in vnam, vel in aliam cauſam antiquam, vel modernam, nam reſpectu ſui, qui erat debitor reſtitutionis, nullũ aderat diſcrimen, nullum vtile, nullũq; beneficium. Neque Dux habebat ſe pro decocto, & niſi ſua hæreditas expilata fuiſſet à Philippo Caualcante (colludẽte cum alijs Caualcantibus in necem huius dominę) omnes vberrimè caperent. Ergo quomodo credendum præſumptã eius mentem fuiſſe velle ſoluere in cauſam antiquiorem? vt coniux tot modis prædilecta, & commendata dotem perderet? nulla ratione hoc præſumi poteſt.

8 Quo ad voluntatem expreſſam, adeò mihi videtur clara, vt coniecturæ, & præſumptiones, & ſi vrgentiſſimæ ſint ſuperuacaneæ. Dicit enim poſtquam tradidit argentum, & pecuniam numeratam, *che per il reſto della detta ſua dote, & antefato habbia le ragioni precipuè, & à ſua elettione ſopra tutti, e ſinguli ſuoi beni,* &c. vt ſupra dictum eſt, quomodo haberet pro reliquo ſuarum dotium, & antephati, *le ragioni precipue.* ſi iſta ſolutio cederet in antiquiorem debitum? Præcipuum enim

9 dicitur, quod ante alios quis habet proprium, & peculiare, *l. Pomponius, ff. familiæ hercisc. l. ſi fratres, §. idem Papinianus in fin. ff. pro ſocio, Barboſa de dictionib. dict.* 274. *n.* 4. *& Rebuff. in l. quibus præcipua,* verſ. *præcipuum quoque dicitur, ff. de verb. ſignif.* & ſic præcipuum legatum vocatur prælegatũ, quod vnus ante alios hæredes capit, vt per *Barboſ. loc. cit. n.* 5. *& Rebuff. eod. loco,* verbo *præcipuum legatum.* Sic dotis cauſa ſemper, & vbique præcipua eſt, ideſt ſingularis, & priuilegiata dicit *Rebuff.* poſt alios, & habetur in *l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* itaque ſi voluit ante omnes capere, ſi voluit pro reliquo eſſe priuilegiatam, nullum ex iſtis ſortiretur effectum in reliqua dote, ſi iſtud quod fuit ſolutum, non cederet in debitum, quod aliàs remaneret irrecuperabile, vt melius infra dicemus.

10 Et melius, Dux ſoluens, qui potuit legem dicere apertius, quique nõ negatur, quod habebat electionem, in quam cauſam ſoluere volebat, hac electione ſe ſpoliauit, dixit enim, *che le daua à conto delli crediti della dote, & antefato,* non exprimens in extinctionem cuius partitæ dotis, & ſic cũ non expreſſerit ipſe, iuxtà tradita in prima concluſione, *electio deuoluta fuit ad mulierem creditricem,* vt in *d. l.* 1. *quod ſi debitor cum ſoluit, non conſtituit in quam cauſam poteſt conſtituere creditor, modo conſtituat in re præſenti;* & in præſenti conſtituit D. Elena, vt apparet ex proteſtatione facta quaſi incõtinenti nolle recipere in antiquiorem cauſam. Nec inficiet aduerſarius nõ feciſſe ſtatim, ſiuè in re præſenti, hoc eſt coram debitore, quia cũ debitor dedit ei electionem per contractum iuratum; remiſit illã electionem, quam lex dicit faciendam in re præſenti, ad hoc vt debitor ſi velit diſſentiat, & ſufficit illam feciſſe poſt duos menſes re integra antequam bona Ducis eſſent à nullo creditore attincta, & vt ingenuè loquar, ſtatim, ac ſe vidit in libertate à perſecutione calumnioſa.

Dicimus ergo, quod ſi electio Ducis eſt clara, quod voluit eſſe præcipuam, iam

11 aliud non occurrit, ſi hæc eſt ambigua, cum ipſi mulieri data eſt electio à iure, & à creditore ipſa elegit, quod æquum, ac iuſtum eſt non perdere dotem ſuam.

§. 2.

12 *Non præſumitur ſolutum in antiquiorem & duriorem cauſam; cum ſoluens in illis nõ erat obligatus nomine proprio, ſine iuramento, n.* 13.

14 *Periurus quando dicitur infamis, & quãdo debitum dicatur deberi ſub infamia, & n.* 15. *& eſt grauius homicidio, & adulterio, n.* 16.

17 *Solutio cenſetur facta in eam cauſam, ad quam eſt proportionata ratione ſumma.*

18 *Maritus, qui diligit vxorem, præſumitur ſoluiſſe in leuiorem cauſam, vt reliqua pars ſoluta fiat.*

19 *Antiquior cauſa, & vetuſtior contractus nõ dicitur reſpectu temporis, ſed quomodo.*

20 *In reſtitutione dotis attenditur tempus mortis mariti.*

21 *In dubio pecunia numerata dicitur excomputaſſe expenſas neceſſarias, quas inter reponit actor lectum viduale, & veſtes lugubres, & n. 22.*

23 *Vendito pignore conuentionali, creditor vendens imputat pretium in cauſam ſibi benè viſam.*

24 *Solutus niſi ſit decoctor, & ſit ei datus curator, ſoluit in quam cauſam ſibi placet, & n. 25.*

26 *Fauore dotis dicitur extincta leuior cauſa, iunior contractus, & ſine hypotheca.*

27 *Dos mulieris iuuenis, & quæ ſecundo, vel tertio nubere poteſt, neq; de eius conſenſu poteſt deteriorari, neq; permutari.*

28 *In dubio iudicandum eſt fauore dotis.*

DIxi ſecundo, quod in dubio ſoluens præſumitur ſoluere, non in cauſam antiquiorem, quando ipſe in cauſa antiquiori non eſt obligatus de perſona, vel
12 cũ iuramento, vel cũ guarentigia, vel vbi adeſt obligatio cameralis (quæ ferè idẽ eſt, quod pactum executiuum, & guarentigia) nõ cenſetur ſolutum in cauſam antiquam, ſed in hac cauſa, vt habet *Gratian. d. cap. 224. n. 27. Debitor cenſetur potius in dubio ſoluere pro debito, ad quod tenetur nomine proprio, quam pro eo, ad quod tenebatur pro alio, cum actus ſimpliciter factus, concernat per prius facientem potius, quam alium, quaſi prouidentia hominis incipiat à ſe ipſo, & maior affectio ſit circa propria, quam aliena.* Allegat *Bart. Bald. Ca-*
13 *ſtr. Surd. Menoch. & Clar.* quibus addo *Medices. d. examin. num.* 18. *&* 19. *&* 20. *quod attenditur debitum iuratum, vbi adeſt pactum executiuum, & quod in hac cauſa cenſetur ſolutum, & ſi vtrumque debitum habet executionem paratam, intelligitur pro eo, quod habet magis paratam,* & dato hoc debito non attenditur cauſa antiquior, ita *Medices, & Rota* apud *Farinacc. Cantucc. Robuſter. & Merlinum, & Ludouiſium* in ſuis *deciſionibus* omninò reuidendis, & ſemper pro debito proprio, non pro debito alieno, *Magon. deciſ.* 13. *Florent. n.* 26. *Maranta in praxi in proœm. n.* 20. verſ. *item ſeruatur.* At omnia debita, quæ in graduatione continentur, non ſunt propria Ducis, ſed eius patris, & aui, in quibus nõ erat obligatus proprio nomine, ſed vti poſſeſſor bonorũ hæreditariorum tenebatur creditoribus. Quis ergo velit præſumere, quod Dux vellet dare ſuum argentum, ac pecuniam numeratam, mobilia, & ſegetes (licèt iſta ob Caualcantium violentiam non potuit habere) nõ vt ſolueret debitum, in quo cum iuramẽto, & proprio nomine erat obligatus, ſed vt extinguendo debitum antiquiorem remaneret excluſum debitum proprium, & ſoluta, & incluſa debita patris, & aui ſui; ſciens omnem ſuam ſubſtantiam ei peruentam ex bonis ſoceri, & vxoris ſuę.
14 Dixi tertio, non etiam debita hæc eſſe propria Ducis, ſed ad illa teneri ſub infamia; & ſic eſt primus, ac potior caſus, *d. l. cum ex pluribus,* quia cum in capitulis matrimonialibus Dux iurauit ꝑ cautelà vxoris, totam dotem dare ſuis creditoribus anterioribus ad extinguendũ capitalia, vt dos in illa loca extinguenda ingrederetur, Periurus hoc non fecit, & ſic infamiam contraxit, ſed conuertit in vſus proprios ex eis ferè duc. 6000. pro reliquis pauca capitalia extinxit, ſed extinxit tertias; & in hoc etiã læſit vxorem ſuam, & incidit in periurium, quia pro intereſſe iſtorum capitalium, cum quibus tertiæ dimiſſæ fuerunt, non habet eandem anterioritatem. Sciens ergò habere iſta propria debita ſua, quibus apud Deũ peccato periurij tenebatur, & apud homines infamiæ pœnam eſſe incurſum, quia tam magnam partem dotis, quæ creditoribus danda erat in ſuos vſus cõuertit. Soluens argentum, & pecuniam numeratam, & ſegetes, & mobilia, credendum eſt, ſuæ animæ conſuli voluiſſe, & in iſtam cauſam proprij debiti ſolutũ cenſetur, non in antiquiorem per ſupradicta, & alia adducta per *Medices d. examinat.* 15. *n.* 39. & per *Merlinum, Robuſterium, & Cantucium in dictis deciſionibus.*
15 Periurum enim eſſe infamem largo, vel ſtricto modo iuxtà ſubiectam materiam, ſuper qua iuramentum eſt interpoſitum, *Geminian. conſ.* 105. *num.* 7. verſ. *primum quod periurium. Aſinius in tract. de execut.*

Digitized by Google

§. 9. *cap.* 1. *n.* 22. *fol.* 275. *col.*4. *cum ſeq.* Felynus *in c.teſtimonium n.* 20. *de teſtibus Cagnolus in l. ſi quis maior n.*181.*C.de tráſact. Clarus in* §. *periurium in princ. n.* 1. *Calderin. conſ.* 181. *alias* 5. *de iure iurando,Signorol. conſ.*237. *n.* 2. *Crauetta conſ.* 6. *n.* 16. verſ. *Item periuri*; quia periuriũ
16 eſt grauius delictum, quam ſit homicidium, vel adulterium, *Gemin.d.conſ.*105. *Tuſcus lit. P. concluſ.*292.

Dixi quarto eſſe impoſſibile, vt partita ducatorum 3316. cederet in extinctionem
17 antiquioris ſummæ, quæ eſt duc. 5068; cum iſta non ſit proportionata,neque illi congruit, ſed potius congruit, & correſpondet partitis, quas Dux contra iuramentum ſoluit poſterioribus, & penès ſe retinuit, & in dubio ſoluens,non dicitur ſoluiſſe in cauſam anteriorẽ, ſed in cauſam proportionatam; ità *Ripoll. var.reſol. cap. vlt. de execut.cenſual. n.* 508. ibi: *Nõ ſemper eſt verum, quod ſolutio cenſetur facta in duriorem cauſam,ſed quando quantitas, ſoluta eſt magis proportionata, ad debitum minus rigoroſum cenſebitur ſoluta ex hac cauſa, & non in duriorem*; in puncto S. P. Ludouiſ. *d. deciſ.*521. *n.* 7. *Menoch. lib.* 3.*præſumpt.* 136.*n.* 18. *Rota apud Seraph. deciſ.* 643.*n.*5. *& in recent. par.* 1. *deciſ.* 301. *n.* 3. *Magon. deciſ.* 13.*n.* 26. *Rota Florent.Hieronymus de Palma conſ.*46. *num.* 5.

18 Dixi quinto, cum hoc totum depẽdeat à voluntate præſumpta ſoluentis, & Iudices nil aliud agere debent,niſi inueſtigare intentionem Ducis, hanc intentionem non eſſet inſulſum deducere ex dictis *Bart. in eadem l.*1.*n.* 4.verſ. *quid enim ſi eſt homo*, vbi etiam *Imol. & Bald. ff. de ſolut.* quos allegat *Gratian. d. cap.* 224. *n.* 16. verſ. *quinta concluſio*, ex quorũ dictis facit hanc concluſionem. *Aliquando ſecundum qualitatem perſonarum potius deberet eligi cauſa lenior, & non grauior,quãdo videlicèt eſſemus in magno, & fideli cãpſore, qui accipiendo pecuniam ab amico ſub vſuris, & ſine vſuris præſumeretur potius ſoluiſſe in cauſam non grauem, & ſic potius ſe voluiſſe liberare à debito non vſurario,ne eidem amico præiudiciũ faceret, quo ad vſuras debitas, quaſi hoc conueniat, nobili viro, grato, ac curiali.* Hæc ex *Bart. Gratianus.*

Conſt.Caſari Spec.Peregr.qq.

Sic in caſu noſtro, vir, qui tota anima diligebat vxorem, quiq; ei dotẽ conſumpſerat, qui ius iurandum non ſeruauerat, præſumendum eſt, id quod cõſumpſerat reſtituere, non quod ſciebat eſſe tutum, & quod minimè perire potuiſſet *aſſecurare*, dicit, *volendo aſſecurare detta Signora, &c.* exemplo Chriſti D.N. veni,vt ſaluarem oues, quæ perierant, &c. *Matth.*10. *num.* 6.

Dixi ſexto. Quod etiam ſi eſſemus in claris, quod dixiſſet in antiquiorem cauſam,
19 hæc antiquitas non intelligitur inſpecto tempore contractus, ſed tempore quo debet fieri ſolutio, per theoricam *Bart. in l. cum ex pluribus, ante n.* 3. *ff. de ſolut.* & pars, quæ hæc irriſit, vellem vt adduceret qui dicat cõtrarium, vt ipſe confidenter dicere valeo, quod contrarium nunquam reperietur;ità enim tenent Papa Gregorius *d. deciſ.*521. vbi additio *Beltramini*, & melius omnibus Clemens Merlinus *dec.*507.*n.* 3. *& deciſ.*741. *n.*5. *Gaſpar Theſ. d.q.*123. *Grat.d.c.*224.*n.*59. *Medices d. examinat.* 15. *Coſta de portione rate quæſt.* 124. & ex noſtratibus *D. Conſ. Statbanus reſolut.* 183. *n.* 281. *Tuſcus cõcluſ.* 353. *n.* 44. *lit.* S. ſolum attenditur dies contractus, & antiquitas temporis, quando non eſt adiecta dies ſolutioni; in puncto *Medices deciſ.* 25. *n.* 5. verſ. *attamen*; ſed quando eſt adiecta dies ſolutioni, non attenditur vetuſtior contractus, vt dicunt omnes,vt ſupra, & melius *Medices n.* 6. At dies ſolutionis in caſu noſtro eſt dies mortis mariti, tunc eſt reſtituenda dos, vt in puncto dicit *Franciſcus*
20 *Niger, Cyriac. controuerſ. forenſ. cap.*328. *n.* 8. *tom.*2. quod non poteſt conſiderati creditum antiquius, vel vetuſtior contractus,cum debeat attendi tempus mortis mariti.

21 Dixi ſeptimo; dictos duc. 3316. fuiſſe duc. 1000. in pecunia numerata, de quibus in decreto S.C. f. 719. excomputati ſunt ad beneficium Marchioniſſæ pro expenſis funetis, & ſalario medicorum, & expenſis factis durãte infirmitate duc. 459. ſicque remanent duc. 541. Quis niſi hallucinatus, dicet ex iſtis non eſſe deducendas veſtes lugubres, ac lectum viduale ante omnia petitum f. 700. &

adhuc non datum, cum iſtæ dicantur expenſæ neceſſarijſſimæ, quæ ſi deducantur
22 vt reor, nil remaneret de contantis. Reliqui verò duc. 2316. non fuerunt numerati, ſed pignora; hoc eſt argentum, triticum, & mobilia, hoc eſt pignus cõuentionale. At in venditione pignoris creditor poteſt pretium imputare in illã cauſam, quam ipſe vult, etiam ſi debitũ
23 ſit ſolum naturale, etiam ſi non habeat hypothecam;ità omnes *Cyriacus d. cap. 328. ex n. 5. Gaſpar Theſaur. d. cap. 123. lib. 2. n. 3. Gratian. d. cap. 224. n. 56.* ergo potuit declarare, ac ſe proteſtare Marchioniſſa, prout fecit in ſcriptis in Regia Audientia, quod dicta pignora recepit non in cauſam dotis, ſed in cauſam antephati, & intereſſe dotis ob culpam, & cauſam hæredis, differentis reſtituere dotem, & ſoluere alimenta, non ſolùm ob renitentiam, ſed ob calumniam, cum reuerentia, vt declarauit in teſtamento.

24 Neque in agnoſcente bonam fidem, & reſtituente in partem, quod à ſua vxore receperat conſiderari debet, neq; poteſt fraus, quaſi quod Dux in præiudicium creditorum non poterat diſponere, ne imputaretur in antiquiorẽ cauſam: quia reſponſione hæc obiectio ferè non indiget. Primò, quia Dux tunc habebat liberam, atque explicitam adminiſtrationẽ ſuorum bonorum, & à nullo creditore fuerat actintus; ergo poterat pecuniam numeratam, & argenteam ſuppellectilẽ diſpergere; quãto fortiùs dare creditrici ex cauſa tam priuilegiata. Et illud ſcitũ eſt, quod niſi ſit facta graduatio, & datus curator, licitè contrahitur, & ſoluitur;
25 *Franch. deciſ. 55. Salgad. par. 1. cap. 13. §. 1. in Laberyntho*; & graduatio facta fuit nouem annos poſt mortem Ducis. Neq; facta fuit, quia hæreditas eſſet decocta, ſed q.a expilata, & abſcõdita fuerũt, & occultatę induſtriæ, mobilia, & magna vis pecuniæ, & confictum falſum teſtamentum D. Petri Antonij Caualcante, & occupati duc. quadraginta mille integrè hæreditatis dicti D. Petri Antonij, quæ hæreditas per quatuor annos fuit poſſeſſa à Duce, deſcripta in inuentario ab hærede, & poſt tot annos cum dicta iniqua adinuentione vſurpata à Philippo prædicto, vt ſuo nepoti illam ſartam, tectam, manibus vacuis remanentibus creditoribus iniuſtè conſeruaret.

26 Denique, & octauo, cõſiderandum eſt, quod hæc eſt dos, & quod Duciſſa tempore reſtitutionis dotis remanſit valdè iuuenis, & quod iterum maritari potuiſſet, prout de facto nupſit, & nũc ſi oporteret tertio nubere poſſet; quomodo ergo ſi Dux vellet extinguere expreſsè debitum potius, & anterius, & ipſa conſentijſſet, hoc fieri potuiſſet in præiudicium dotis? Certè nullo modo. Probatur, quia licèt dos ſit ſoluta in diuerſis terminis, & ſolutionibus, tamen in caſu aſſecurationis, vel reſtitutionis debet vnico contextu reddi, licèt aliud in capitulis matrimonialibus eſſet pactum; in puncto *Cancer. tom. 1. tit. de dote, cap. 9. n. 56.* verſ. *neque illud*; neque dos poteſt de pecunia in rem, aut ex re in pecunia, cõſtante matrimonio, in dotis detrimentũ permutari; *l. ſi ita conſtante 27. ff. de iure dotium*; *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 435. ex n. 1. per totum*; etiam ipſius mulieris accedente conſenſu, quia & ipſa poteſt cõtrauenire, & hic eſt caſus ſpecialis, in
27 quo licitum eſt venire cõtra factum proprium per punctualem doctrinam *Speculat. tit. de empt. & vendit. §. tertio loco, n. 9. cum ſeq.* ſi ergò conſideramus traditionẽ factam in vita per modũ aſſecurationis, hæc ſi cederet in anteriorem, & potiorẽ debitum nõ eſſet aſſecuratio, ſed deſtructio dotis, vt ſupra diximus, quæ eſt impoſſibile moraliter cõſtante matrimonio, reclamantibus omnibus iuribus de mũdo, vt in *l. Attilicinus de pact. dotal. Afflict. deciſ. 154.* cum concord. per *Gratian. d. cap. 435. ex n. 5. Capyc. latro deciſ. 109. per tot. Fõtanell. clauſ. 5. gl. 1. p. 2. n. 78. Sperell. dec. 164. n. 15. Staib. reſ. 152. vol. 2. cum vulgar.* ſin autẽ illã cõſideramus vti reſtitutionem, neq; potuit etiam accedente conſenſu mulieris valdè iuuenis fieri deterior illius conditio, iuxtà tradita per *Fontanell. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 5. n. 188. fol. 225.* Potuiſſet in reſtitutione fieri deterior dotis conditio, ſi mulier eſſet ſenex, in qua ceſſaret publica vtilitas; ergò ſi lex reſiſtit, vt fiat deterior dotis conditio etiam ſi adeſſet vtriuſq; expreſſus con-

conſenſus; quanto fortiùs hoc admittẽdum non eſt, vbi mulier in ſcriptis expreſsè proteſtata eſt nolle imputare in cauſam dotis, & vir neq; hoc contra valdè dilectam vxorem ſomniauit.

28 Vel hæc cauſa eſt clara fauore dotis, vel eſt dubia, aut ambigua. Si clara, vt credo, aliud non occurrit; ſi alicui ambigua fortè videbitur, in ambiguis pro dote reſpondendum eſt; *l. in ambiguis* 71. *ff. de iure dotium, l. in ambiguis* 86. *ff. de reg. iur.* latiſſimè, & eruditè *Ant. Merend. controuerſ. iur. lib. 6, cap.* 26. *fol.* 454. *& Fontanell. d. clauſ.* 5. *gloſ.* 1. *par.* 2. *n.*78. dicit hæc verba: *Ego ſemper in his dubijs controuerſijs in mulierum fauorem pro dotibus inclinarem libenter, & abſq; difficultate aliqua.*

ARGVMENTVM.

An ſit verè ius patronatus abſque iure præſentandi Rectorem in Collegio, vel beneficiatum in beneficio. Fundator Collegij Societatis *Ieſu* quid acquirat in Eccleſia, vel Collegio. An ſi pro fundatione Collegij taxatiuè donetur pecunia ſumenda ex certo corpore ſi illud in totum, vel in partẽ non ſit ſoluendo, taxatiua reſoluatur in demonſtratiuam. Plura de donationibus remuneratorijs, & ſi ſubiaceant *l. 2. de reſcind. vẽd.* & quando donans teneatur de euictione. Aliqua de inſtitutis Sanctiſs. Societatis *Ieſu*; cum decreto delegati.

SVMMARIVM.

1 *Donatarius nõ tenetur de euictione, & quare n.* 2. 3. *&* 4. *Si incepit a traditione.*
5 *Donans habet multas prærogatiuas contra donatariũ, & donatio debet interpetrari ab ipſo.*
6 *Laudatur Ponte circa Iudices delegatos ad vniuerſitatem cauſarum, & n.* 7.
8 *Cauſæ dotis Iuriſpatronatus ſunt ſummariæ, & fauorabiles n.* 9.
10 *Renunciatio quando eſſe non debet otioſa in Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq. contractu donationis.*
11 *Donatio pro fundatione Collegij non eſt donatio, ſed contractus innominatus, & plura de donatione ob cauſam, n.* 12. *&* 13.
14 *In donatione ob cauſam datur euictio, & ſubiacet regulę l. 2. de reſcind. vendit. n.* 15.
16 *Omnis contractus refrenatur, reſtringitur, ampliatur, & extenditur à ſua cauſa.*
17 *Donatio non eſt ob cauſam, quando donatarius promictit aliquid, ad quod tenebatur ex debito officij ſui.*

QVÆSTIO XXI.

1 CONTRA donatorem nullam donatario cõpetere actionem, ſi res donata euincatur, cẽſuit I.C. in *l. Ariſto,* 18.
2 *§. fin. ff. donat.* Donans enim magis diſtrahit, quam contrahit, *§.* 1. *inſtit. quibus modis re contrah. oblig.* Et cum donatarius nihil ſoluat, nihil det, cum res euincitur nihil caret, nihil ei abeſt; iure ergo de euict. non agit, arg. *l. non dubitatur, C. de euict.* elegantèr Bald. poſt Odofred. *in l.* 1. vbi Alber. *C. de iur. dotium*; maximè ſi dona-
3 tio traditione rei fuerit perfecta, vt Cyn. Azo, & alij in *d. l.* 1. *C. de Iur. dot.* Cuman. in *d. l. ariſto, §. fin. col.* 2. quia donans tradendo non habuit animum ſe obligandi de euict. Bart. & Imola in *l.* 1. *ad finem, ff. de donat. cauſa mort.* & ita vniuerſim quando donatio inceperit à traditione, (quod dicimus eſſe quando ſimul, & ſe-
4 mel quis promictit donare, & donat, & tradit verè, vel fictè, Abb. in *c. fin. n.* 10. *de empt. & vendit.*) dicunt omnes in *d. l. Ariſto*; & Afflict. *deciſ.* 53. verſ. *ſed quæ eſt ratio*;

ratio; Franchis *deciſ.* 213. *n.* 7. Viuius in
ſuis *communibus opin.* verbo *donatio*, vbi-
cumq; incipit à promiſſione n.7. Seraph.
deciſ. 534. *n.* 3: Card. Tuſcus *lit. D. con-
cluſ.* 715. Mangil. *de euict. quæſt.* 69. *per
totam.* Gratian. *diſcept.* 657. *à n.* 47. *ad*
50. *alij* apud Cutell. *de donat. contemplat.
matrim. tractat.* 2. *diſcurſu prim. Special.*
29. *ex n.* 1. Et ideò donans hàbet multa
5 priuilegia contra donatarium, quæ enu-
merat Tuſcus *d. concluſ.* 715. & inter alia,
quod verba donationis debent interpe-
trari à donante, non à donatario. Cra-
uetta *conſ.* 234. Plura ad propoſitum,
de quo agimus, per Tuſcum *concluſ.*
626. *lit. D.* Hæc, & ſimilia vehemen-
tiori ſtylo (poſt tamen *ablatam pecu-
niam*) conclamabat Agens in rebus
Domini Comitis de Lemos Don Frãci-
ſcus Fortezza nobilis Baleatis, tũc pridẽ
Neapolim appulſus, nunc Iudex M.C.V.
integerrimus, quia cũ Catarinę de Cer-
da religioſiſſimę Principi Neapolis, tunc
Proreginę fuerint in generalibus Comi-
tijs eiuſdem Regni tempore Præſidatus
eius viri *Comitis de Lemos*, aurei *triginta
mille* à baronagio donati, quos in pios
vſus, & quod mirum eſt in eiuſdem Re-
gni; & Ciuitatis decore, ab initio pientiſ-
ſima illa domina inſumere, & applicare
deſtinauerat: & oblata tam ingenti ſum-
ma deputatis fabricæ admirabilis Sacelli
D. Ianuarij noſtri Præſentiſſimi Patroni,
modo aliquo emblemate, vel ſcripturę
monumẽto ſuę largitatis recordatio, eo-
dẽ in Sacello linqueretur; eius oblatio à
Deputatis nõ fuit acceptata ſolùm, vt in
extructione, & patronatu tam prægran-
dis operis; Ciuitas Neapolitana ſociam
non haberet, quæ monumenta perpetua
eius ſocietatis in eo relinquere cupiebat.
Vnde cum ad illuſtrius opus, & vtiliorem
actionem animum ſuum applicuiſſet; in
fundatione ſcilicèt inſignis Collegij, &
optimæ architecturæ Eccleſiæ, quam *di-
uini cultus reparatores* Patres inquã So-
cietatis *Ieſu*, propè palatiũ Regiũ extrue-
re tunc cogitabãt in honorem Orientalis
Syderis S. *Franciſci Xauerij*. Concluſo
itaque negotio cum debitis licentijs Re-
uerendiſs. Patris Generalis, ac aliorum
Superiorum eius Societatis, deuenctum
eſſet ad contractum, qui celebratus fuit
die 22. Septembris 1624. Mantuæ Car-
petanorum, in quo, & in prohemio, &
diſpoſitiuis eiuſdem contractus, *taxati-
uè* donat dicto Venerabili Collegio Sã-
cti *Franciſci* dictos ſcutos triginta mille
in Comitijs Regni à baronagio eidem
Excellentiſſimę Dominę donatos.
Fundato Collegio, ac è fundamentis erecta
ingenti *Baſilica*, de dictis ſcutis triginta
mille, valutatis per Regiam Cameram
Summariæ in duc. 39. m. fuerunt magno
labore, atq; diligentia dictorum Patrum
exacti duc. 34000. reliqui duc. 5000. ad
complementum remanſerunt totaliter
inexigibiles; Et factis exquiſitis dili-
gẽtijs illorum exactionem compertũ eſt
totaliter ex corporibus taxatis eſſe de-
ſperatam.
Vndè ne tã grande opus remaneret imper-
fectũ certioratis etiã Patribus per quaſ-
dam epiſtolas (*vt fertur*) eiuſdem Ex-
cell. Dominę, quod de ſuo dictam ſum-
mam ſupplere intendebat, habuit Reue-
rend. Procurator Collegij S. Franciſci
recurſum ad Dom. delegatum Societatis
Ieſu, qui datis aliquibus ordinibus, ex
functionibus fiſcalibus (& ſic ex *alio cor-
pore*, quam donato) peruenerunt in poſſe
dicti Collegij ad finẽ conſumandi in ean-
dem fabricam duc. 3500. pro quorum
reſtitutione vehementiſſimè inſtabat di-
ctus Agens in rebus Lemenſium Comi-
tis hæredis dictæ pijentiſſimę donatricis.
Inuehebat, quod nullo Iuris ordine fuere
decreta, ſiuè ordines prędicti per dele-
gatum, Comite penitùs non citato ex-
pediri, & nullo iudiciario themate, ſed
ex abrupto emanati.
Exclamabat ex iuſtitia, quod etiam ſi dato
termino, & ſeruato iudiciario ordine eſ-
ſet proceſſum, tamen cum illa diſpoſitio
negari non poſſit, quin ſit *taxatiua*, ad
alia corpora eiuſdem donantis recurri
non poterat, per iura vulgaria; & ſic non
6 iure (Vt eſt ferè connaturale omnibus
delegatis) vt in puncto dicit Ponte *de po-
teſt. Proreg. tit. de delegat.* id fuit ordinatũ)
Et eſt veriſſimũ vniuerſim ſterni, & ꝓſter-
ni Iuſtitiã ferè ab omnibus delegatis tãq̃
eructãtẽ à cordibus ſtipẽdiatis ab actore.
Ipſe, qui partes Collegij defendere ſtude-
bam,

bam, ad vtramq; oppoſitionẽ reſponde-
re laconicè niſus fui. Et circa ordinem
fruſtra iudicio meo de ordine tractabatur
poſtquam decreta fuerant exequta per
realem exactionem, & effectiuam, immò
cõ ſumpta pecunia exacta in extructionẽ
fabricę ad exemplum noſtri Iuris muni-
cipalis in *prag. 77. de off. S.R.C.§. 19.* ſci-
7 licèt, quod poſt ſententiam dici non po-
teſt de nullitate actorũ; quãto magis poſt
exequtionẽ, & vt vno verbo me exol-
uam, *hoc iam reperitur factum*; factumq;
à Iudice ſupremo; Vnde quod factum
eſt, impoſſibile eſt, quin factũ nõ ſit, Pli-
nius *lib. 2. cap. 7.* & Magiſter 1. *ſentent.*
42. vltra quod cum hæc ſit res fauorabi-
lis, quia tractatur de dote, vt infra dice-
mus, poteſt Iudex procedere, dãdo bre-
uiores dilationes, ex quo cauſa eſt fauo-
rabilis, vt in puncto de dote iuriſpatro-
8 natus dicit *Paul. de Citadin. in tract. de
Iur. patron.* quem allegat, & ſequitur *Lã-
bertin. lib. 1. ar. 8. 5. q. princ. 1. par. n. 41.*
verſ. *vigeſimum octauum priuilegium, fol.*
mihi 85. & hoc eſt adeò verum, vt minor,
qui alias ſine decreto non poteſt contra-
here, poſſit ſine decreto conſtituere do-
tem pro inſtitutione iuriſpatronatus, vt
habet *Lambertin.* loco cit. ſub n. 2. verſ.
tu dic hoc priuilegium, & in ambiguis cum
tractatur de dote Iuris patronatus fit la-
tiſſima interpretatio, & ſemper pro illa
9 iudicatur, vt dicit idem *Lambert. loc. cit.
n. 33.* verſ. *vigeſimum ſecundum priuilegiũ*,
vltra quod ex corpore eiuſdem donatio-
nis, modus quo fuit. proceſſum *excuſari
fortè* poſſet; dicit enim ſic: *Doy facultad
à todas las Iuſticias de los Reynos, y Señorias
del Rey nueſtro Señor, paraque me puedan
compeler ala obſeruancia de ella, via execu-
tiua, y con todos rigor, como ſi fuera ſenten-
cia diffinitiua de iuez competente, por mi
petida, oyda conſentida, non appellada, y
paſſada en coſa iuzgada.* Ipſe autem po-
tius ad mulcendam iram dicti Agentis,
quam vt factum à delegato quo ad ordi-
nem ab eo tentum approbarem, ita ore,
non corde, dicebam; quod factum neq;
cõnſului, neq; ſciui, niſi poſtquam factũ
fuit.
Tamen quo ad iuſtitiam, & retentionem
dictorum duc. 3500. Collegium longè
vehementiori ſpiritu (vt contrarij excla-
mationes contunderem) defendi. Illam
totam pro Collegio ſtare perſuaſum ha-
bui. Et dixi. Terminos *l. Ariſto*, & alij,
de quibus ex *n. 1.* nullo modo applicari,
qui benè ſe habent ad ſimplicem dona-
tionẽ. Sed iſthanc nõ eſſe donationem,
ſed contractum innominatum, donatio-
nem ex magna cauſa, & quaſi permuta-
tionem dixi; tum ex cortice illius, tum
ex ſenſu, corpore, & ſubſtantia; incipit
enim ſic: *Sepaſe por eſta publica eſcritura
de donaçion, y de mas en ella contenido.* Er-
go nõ eſt ſimplex donatio; dicit enim, do-
naçion, *y de mas en ella contenido*, & in fi-
ne addit, quod renunciat, *auth. ſiuè à me;
C. ad Vell.* & quod renunciat omnibus
legibus partitarum; ac nuncupatim *Iuſti-
niani*, quibus cauetur ne mulieres rema-
neant *indotatæ*. Vnde cum iſti triginta
mille ſcutati, non ſint dos, fruſtratoria
eſſet hæc renunciatio, adeo ſpecifica, niſi
illa ſuper dote eſſet ſuum effectum ha-
10 bitura quoties in corpore taxato ſatiſ-
factio non haberet effectum; vnde recur-
ſum, ſiuè regreſſum, Collegium habitu-
rum eſſet ſuper alijs bonis, & ſi opus eſ-
ſet etiam ſuper dote dictæ Excell. do-
nantis.
In corpore verò, & in *ſubſtantia* eiuſdem
contractus, iſta euidentius innoteſcunt
habet enim dicta donatio ſequentia pa-
cta, & onera, non ſolùm æquiualentia
rei donatæ, ſed illam longè excedẽtia, &
ſuperantia. Primum, quod ipſa domina,
& Comes Lemenſis ſuus maritus ſint
perpetua nomenclatura vocati fundato-
res dicti Collegij, & Eccleſiæ. Secundo
ſuffragia ſacrificiorum, quæ in Eccleſia
prędicta fient, ſint communia pro anima-
bus dictorum Comitum coniugum. Ter-
tio, quod apponantur arma, & inſignia,
ac monumenta inſcriptionum, quæ de
fundatione neceſſe eſt vt perpetuò lo-
quantur. Quarto, vt ius patronatus eiuſ-
dem Collegij ſit perpetuum domus, &
ſtatus de Lemos, & dominorum illius,
qui ſunt, & fuerint poſt ipſam Comitiſ-
ſam. Quinto, quod dos dictorum 30000.
ſcutatorum ponatur in emptionem, &
nihil expendatur capitalis, ſed redditus
illius deſeruiant pro conſtructione fa-

bricę pro victu Collegiatorũ, & ędituum.
Sexto, quod Collegium prædictum nõ
ſolùm habeat nomen *Sancti Franciſci*
Xauerij, verùm etiã aliud nomen, & alia
inuocatio; ſcilicèt ſub nomine etiã *Beati*
Ducis Candiæ Franciſci Borgiæ, qui fuit
abauus dictæ Comitiſſæ donantis. Septi-
mo, (de qua quaſi nihil facio ex quo eſt
proprium inſtitutum huius *vtiliſſimæ* So-
cietatis Ieſu) vt ſint in eodem Collegio
Scholæ humanarum literarũ, & caſuum
conſcientiæ. Octauo, vt Patres accedãt
ad Caſtra Ciuitatis, ad Regias triremes,
ac ad hoſpitale, quod eſt ibi propè Di-
ui *Iacobi* nationis Hiſpanorum pro mini-
ſtrandis confeſſionibus, & alijs Sacramẽ-
tis. Nono, vt die Omnium Sanctorum
celebretur anniuerſarium cum miſſis re-
quiei pro omnibus defunctis præteritis,
& futuris de domo, & ſtatu Lemenſium
Comitis. Decimo, vt in die 19. Octo-
bris cuiuslibet anni, qua dictus Comes
eius vir exceſſit è vita, celebretur aliud
anniuerſarium pro anima eiuſdem Co-
mitis. Decimoprimo, quod idem fiat
pro anima donantis illa die, qua mori
contingerit. Decimoſecundo in prohe-
mio, aliam aſſignat cauſam erectionis di-
cti Collegij; illam ſcilicèt, quod cũ pue-
ri Hiſpanorum filij habitent illam regio-
nem huius noſtræ fideliſſimæ Ciuitatis,
quę multum diſtat à Collegio maiori,
eorundem Patrum, quod in medio Ci-
uitatis extructum eſt, dicti pueri remane-
bant excluſi à virtutibus, quibus à Patri-
bus imbuuntur; vnde pro commodita-
te ſuę Hiſpanicę nationis ſe dicit illud
Collegium erigere.

11 Quis ergo audebit dicere hanc eſſe pu-
ram, ac ſimplicem donationem? nullus
ęquidem. Eſtquè cõtractus innominatus
do, vt des, do, vt facias; & ideò ſi Co-
mitiſſa vult vt iſta obſeruentur, tenetur
ipſa ad ſatisfactionem duc. 39. millium
ex corpore taxato, ſi fuerit poſſibile ſin
autem de proprio alioquin, cum per Pa-
tres non ſtet, erit priuata, & Iure patro-
natus; & armis, & inſcriptionibus, & no-
mine fundatricis, & nomine Collegij
pro eius abauo *Beato Franciſco*, quæ con-
ditiones (vltra anniuerſaria, & miſſas)
ſolùm per me cõſiderantur, vti nõ ſolùm
ęquiualẽtia, ſed maiora ipſius rei donatę.
Vnde regulãda eſt cum terminis *l. 1. in prin.*
& l. Aquilius, ff. de donat. & l. ſi quis pro
pro vxore, §. 1. in fine ff. de donat. int. vir. &
vxorem; Franch. deciſ. 428. *num.* 3. *&* 4.
Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 13. *tit.*
15. *n.* 17. verſ. *ex his autem.*

12 Et quod non ſit donatio probatum eſt
ex ſupradictis, & *Alex. conſ.* 83. *viſa facie*
n. 13. verſ. *venio ad ſecundum, circa finem*
cũ ſequenti *lib.* 2. vbi quod licèt vtantur
verbo, donatio, verè non eſt donatio;
quia tantùm recipit, quantum donat; &
communem dicit *Iul. Clar. in §. donatio*,
quæſt. 2. *&* 3. *in princ.* vbi quod propte-
rea nõ indiget inſinuatione, neq; reuoca-
tur per ſuperuenientiam liberorum pro
ea rata, pro qua cauſa æquipollet do-
nationi, etiã ſi in donatione diceret me-
rè, purè, & liberè donauit; idem *Alex.*
13 *conſ.* 40. *ſuper primo n.* 12. *& ſeq.* maximè
n. 14. *lib.* 4. quando cauſa reſpicit fa-
uorem donantis; *Tiraquel. in l. ſi vnquã*,
in verbo *donatione largitus n.* 145. vbi al-
legat alios *C. de reuocand. donat.* ità pul-
chrè *Crauett. conſ.* 85. *n.* 2. vbi latius alle-
gat multos Gratian. *cap.* 202. *n.* 2. verſ.
cum iſta non ſit propriè donatio, & cap. 273.
n. 38. *& cap.* 782. *n.* 23. Cutell. *ſpecial.*
5. 7. *&* 29. *de donat. contemplat. matrim.*
ſed melius omnibus iudicio meo *funda-*
mentalis I.C. *feudiſta Franciſcus de Amicis*
de his, qui feudum dare poſſunt, cap. hoc
etiam verbum fol. 68.

Vnde in hac donatione deberi à donante
euictionem, omnes vno ore dicunt, quã-
14 tumcumq; inceperit à traditione Bart. in
l. Iulianus §. qui fundum; vbi Imol. Alex.
Franciſco de Aretio, Iaſ. Card. Albanus
ff. de verb. oblig. Iaſ. *in l. ex hoc iure n.* 68.
ff. de Iuſtit. & Iure; & in l. ſi non ſortem §.
libertus col. 7. *n.* 17. *ff. de condit. indebiti.*
Tiraquell. *ad l. ſi vnquam*, in verbo *do-*
natione largitus n. 51. *& ſeq. ff. de reuocãd.*
donat. Mangil. *de euict. q.* 59. *n.* 26. verſ.
quarto limitatur; Cutell. *d. ſpecial.* 29. *n.* 8.
dat concordantes. Immò debetur eui-
ctio, etiam ſi non ſit promiſſa, ex regula
l. non dubitatur; idem Cutell. *d. ſpecial.*
29. *ex n.* 5. *fol.* 417.

15 Vnde talis donatio contra naturam ve-
ræ donationis (in qua eſt impoſſibile
practi-

practicare remedium læſionis, ex *l.* 2. inductum) ſubiacet regulæ *d.l.* 2. & in illa practicari tam ex parte donatoris, quã donatarij, vt vtriq; ſuccurratur ex remedio *d. l.* 2. ſi alter ex eis ſit læſus; habent Rota *in Amerina domus lune* 4. *Maij* 1576. *coram Cantucio in deciſ. diuerſ. fol.* 627. *n.* 7. in impreſſis Venetijs apud Hæredem Damiani de Zenarijs in anno 1617. quã alio modo allegat Tuſcus *lit. L. concluſ.* 293. *n.* 66. *tom.* 5. *fol.* 181. & eam laudant, vltra Tuſcum, Hondedeus *conſ.* 42. *n.* 24. *col.* 1. *vol.* 1. Cancer. *tom.* 3. *cap.* 5. *de renunciat. n.* 226. verſ. *hac intellige.* Peguera *deciſ.* 137. *ſub n.* 6. verſ. *neq; etiam enormiſſimè, & n.* 9. *&* 10. Faber *defin.* 8. *n.* 9. *&* 10. & in *allegat. C. de reſcind. vẽd.* Fontanella *de pactis gloſ.* 8. *par.* 14. *clauſ.* 5. *n.* 24. Reuert. *deciſ.* 409. *n.* 3. & *deciſ.* 214. *n.* 2. Sed neruoſius Franciſcus de Amicis *d. fol.* 68. Omnis enim res, nõ à nomine, ſed à cauſa reſtringitur, refrenatur, ampliatur, & extenditur.

17 Nihil refragante punctuali deciſ. *Fräciſci Ripæ in l. fin. quæſt.* 14. in fine, *C. de reuocand. donat.* dicentis iſta procedere quando merita, & ſeruitia donatarij nõ ſint ex *debito officij ſui*; nam quæ ſupra diximus, nõ ſunt ex debito Patrũ Societatis; niſi quæ diximus in 7. & 8. & partim in duodecimo capitibus, & ad 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. & 11. nullo iure Patres Societatis tenentur; ideò nõ eſt donatio, niſi vt dicit *tex. quadam mercede remuneratum*, ideò tenetur de euictione, diſcuſſo corpore donato, vſquè ad ſacculum, & peram, & eo inexigibili reperto.

§. 2.

18 *Quid ſit Ius patronatus; & ſi non habet Ius præſentandi n.* 19. *&* 20. *&* 21.

22 *Ius patronatus quomodo acquiratur, & qui honores in Eccleſia patrono debentur n.* 23.

24 *Patronus agit in Eccleſiam, & Eccleſia in patronum, ſicut pater in filium, & filius in patrem, & n.* 25. *& n.* 26.

27 *Patrono competit actio rei vendicationis.*

28 *Eccleſia in neceſſitate debet alere patronũ, & familiam, & de uxore Regis Friderici cum filijs alimentatis à Monaſterio Montis Oliueti.*

29 *Dos pro acquirendo Iure patronatus qualis, & quanta eſſe debet, & n.* 30. *& n.* 31. *cõpellitur patronus ad illam ſoluendam ex ſimplici pollicitatione.*

32 *Patronus quando cogatur redotare Eccleſiam, & n.* 33.

34 *Solutum indebitè fauore dotis nõ repetitur.*

35 *Quid intereſt an nomen debitoris ſit ceſſũ ſolutionis cauſa, vel datum inſolutum, vel venditum.*

36 *Inuerecundum nõ conſũmare opus inceptũ.*

37 *Exitus huius quæſtionis.*

Verùm quia Dom. Aduocatus Excell. Comitis lubricè locutus, dixit hoc ius patronatus eſſe quandam *bagianaria*, ex quo nullum habet ius præſentandi; &
18 ſic deſtrueretur cauſa, vel minueretur, vnde ſolùm pro rata deberetur euictio, vt poſt *Alber. Fulgoſ. & Iaſ.* habet *Mangil. loc. cit.* Grauiter ei ſucceſſui, & dixi, hanc nõ eſſe bagianaria, ſed inſigne opus pietatis, excelſum maximę nobilitatis monumẽtum; immortalitatis nõ ſolùm animæ, ſed familiæ, & domus Lemenſis præclarum elogium.

19 Primo. Quod dicitur non habere ius præſentandi, non per hoc deſinit eſſe verum ius patronatus; nam iura patronatus ſunt in duplici diſcrimine, alterum quo
20 fundantur Eccleſiæ, & beneficia; alterũ quo fundantur Collegia, atquè Monaſteria; & licèt in vtroquè poſſit adeſſe, & abeſſe ius præſentandi, tamen ſi deſit nihil obeſt quin verè ius patronatus ſit, cũ remaneant alia iura dominicalia, quibus patronus obligatur erga Eccleſiam, & Eccleſia erga patronum, vt diſcurrunt *Rocch. Paul. de Citadin. Nicol. Dalphin. & Lambert. in prohem. tract. de iure patron.* & Viuianus, qui prædictos non allegat, *lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 7. *de Iure patronatus*; & quod eſt verè; & propriè ius patronatus, etiam ſi non habeat ius præſentandi Rectorem in Collegio, vel beneficiatum in beneficio reuideatur *Rocch. & Lambertin. lib.* 1. *quæſt.* 1. *prima par.* ante *n.* 16. vbi reprobat
21 definitionem *Hoſtienſ.* & defendit definitionem *Goffred. de Trano*, qui dicit ius patronatum rectiſſimè conſiſtere poſſe, & verè eſſe ius patronatum etiam ſine ali-

quo iure præſentandi, vel Rectorem in
Collegio, vel beneficiatum in beneficio,
quod latiſſimè fundat *in 4. ar. 11. quæſt.*
par. 1. lib. 1, verſ. *ſed dubitatur quarto loco.*
Et ratio eſt, quia ius patronatus acquiritur
ex dotatione, & fundatione, vt habet idē
Rocchus q. 2. Lambertin. lib. 1. ar. 14. q. 5.
22 *princ. 1. par. lib. 1. & art. 15*, per totum, Vi-
uian. *par. 1. lib. 2. cap. 1. & cap. 2*, cum non
ſolùm in præſentatione honor iuris pa-
tronatus conſiſtat, ſed in honore proceſ-
ſionis, ſeù prælationis, vt habet Rocch.
Paul. & Card. Simoneta *in tract. de iure*
patr. Viuian. *lib. 1. cap. 2. n. 12. & 13.* qui
declarantes in quo conſiſtat hic honor
23 proceſſionis, ſiuè prælationis, dicunt,
quod patronus dicitur quaſi *pater*, qui
deducit Eccleſiam de nō eſſe ad eſſe, &
dotans illam ad bene eſſe; Vnde debe-
bitur patrono ea reuerentia per rectorē,
24 repræſentantem Eccleſiam, quæ debetur
per filium patri carnali, vel ſpirituali, vel
per diſcipulum magiſtro, à quo habuit
benè eſſe, vt ex Rocch. Paul. & alijs docet
Lambertin. lib. 3, prima quæſt. princ. n. 10.
fol. mihi 1013. vbi notabiliter dicit, ex
Tito Liuio, & alijs per rectorem Eccleſię,
cum ſuis clericis, ſi quos habuerit in
Eccleſia, ſaltim vſq; ad ambitum ianuæ
patrono venienti ad Eccleſiam occurre-
25 re debere, & illum honorabiliter intro-
ducere, & in excellentiorem locum vltra
omnes laicos collocare, & præ cæteris
laicis illum honorare, in pace, Turibu-
lo, & ſimilibus, & in proceſſionibus ſol-
lēnibus, ſtatim poſt rectorē, qui debet eſ-
ſe vltimus clericorum, ſed ante omnes
laicos incedere, vt præcæteris honore-
tur, vt dicūt Rocch. Paul. & Nicol. Dal-
phin. & Cardin. *Simon.* & ex eis *Lambert.*
26 loc. cit. fol. 1013. n. 11. & demum re-
ctor debet eam reuerentiā patrono præ-
ſtare, quam libertus præſtat patrono, vt
Paul. de Citadin. *de iure patr. 6. par. in 2.*
quæſt. videlicèt in aſſurgendo, illumquè
honorando cum *bireto*; & de iure cōmuni
tenentur in Eccleſia patronata quotidiè
in Miſſa in oratione pro eo cōmemora-
tionem facere, vt notabilitèr ſcribit Ro-
man. *in conſ. 339.* incipiens *dictus mona-*
cus; Et Eccleſia, quæ fundauit, dicitur
ſua, & pro ea competit patrono reiuen-
27 dicatio, Rocch. & Lambert. *lib. 3. 7. ar.*
1. quæſt. princ. fol. 1017. Demum, quod
eſt notabilius ſciendum eſt, eam præci-
puam eſſe obligationem Eccleſiæ erga
patronum, vt ipſum, & ſuam familiam
in caſu neceſſitatis teneatur congruè ali-
mentare, vt ex pluribus iuribus, commu-
niq; *Doctorum* omnium authoritate fun-
dat Lambert. *2. ar. 3. quæſt. princ. lib. 3. fol.*
28 1035. *& n.* 10. quod patrono datur actio
cōtra Eccleſiam, vt ipſi præſtet alimenta,
& ſi patronus erit nobilis iuxtà eius qua-
litatem, & dignitatem pro ſe, & familia
ſua, *6. art. quæſt. princ. 3. lib. fol. mihi* 1039.
& *art. 11. 3. quæſt. princ. lib. 3. fol.* 1045.
Surdus *de alimentis quæſt. 54. tit. 1. & q. 18.*
n. 38. tit. 4. & q. 23. n. 13. & q. 24. tit. 4.
& tit. 7. q. 32. n. 2. Viuianus *lib. 1. cap. 2.*
n. 20. Vt cōtingit filijs, & vxori Regis Fe-
derici Arag. Ferrariæ refugiatis, cū Mo-
naſterio S. Mariæ Montis Oliueti Nea-
polis. Ecce tibi ſi his eſt titulus onero-
ſus, ſi eſt donatio ob magnam cauſam. Et
ſi hæc ſunt in erectione, & fundatione
cuiuslibet Eccleſiæ; quid dicendum in
fundatione, tam almi, & Illuſtris Colle-
gij, in cuius fabrica, ornamentis, ac ſu-
ſtentatione vigintiquinque Patrum in
eo exiſtentium nō modò duc. 39. m. ſed
ſupra centum mille vſque hodie expenſi
ſunt, & expendi todidem neceſſe eſt.
29 Vnde hæc dotatio duc. 39. mille eſt exi-
gua conſiderata qualitate Collegij, ma-
gnitudine Fabricæ, ſitu, cōdirione loci,
& qualitate Religionis, verè *ſuperilluſtris*,
quæ hodie in Eccleſia Dei principem lo-
cum obtinere, vel ęmuli ipſi confitere
coacti ſūt. Vnde Lābertin. *lib. 1. art. 21. 5.*
quæſt. princ. 1. par. lib. 1. fol. 105. differens,
quæ dicitur dos ſufficiens pro erectione
Iuris patronatus, dicit n. 13. *tantam* de-
30 bere eſſe, quod ſufficiat monachis, pre-
sbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, cā-
toribus, & alijs ſeruientibus ipſi mona-
ſterio per *textum* diui *Iuſtiniani in auth.*
vt determ. ſit num. cler. §. 1. *col. 1. & in auth.*
vt nullus fabr. orat. dom. §. 1. *collat.* 5. vt
diſcurrit *Lambert. ar. 21. quæſt. 5. princ. 1.*
par. lib. 1. fol. 105. Viuianus *lib. 1. cap. 2. n.*
65. & lib. 2. cap. 4. per totum; Vnde cum
duc. 39. mille vix ſufficiant pro ædificio
medietatis Eccleſiæ vltra fabricam con-
uentus,

Digitized by Google

uentus, & emptionem ſiti, qui maximo pretio in loco tam celebri comparandus eſt, talis dos non ſolùm nõ eſt exceſſiua, ſed valdè incongrua, ac tenuis, vt tam inſignis Collegij, & Eccleſiæ, eum tot oneribus iuſpatronatum conſequatur.

Demùm hęc fuit dos huius Collegij, cuius perpetuum iuſpatronatum dicta domina acquirere voluit non ſolùm pro corpore Collegij, verùm pro cognomento, vt S. *Franciſco, alium Sanctum Franciſcũ* ſuum *abauum* aſſociaret; quo pretio iſta comparari poſſunt? Vnde non ſolùm rectè fecit (in Iuſtitia intelligo) delegatus Societatis adigere Comitiſsã ad ſolutionẽ duc. 3500. ſed ad reſtantem ſummam vnà inſimul cum intereſſe iure compelli poteſt, vt in puncto ex ſimpli pollicitatione fauore dotis Eccleſiæ fieri poſſet
31 fundat *Epiſcop. Lambert.* 4. *ar.* 4. *princ.* 1. *par. lib.* 1. *fol.* 65. Viuianus *lib.* 2. *cap.* 4. *per totum*; quod licèt pollicitatio de iure ciuili non producat actionem, ſecùs eſt de Iure canonico; ideò patronus ſemper tenetur de euictione, quantumcũq; taxatiuè fuit loquutus; vt benè fundat Lãbertinus, qui ſolus, ſi regulas, & iuris principia non haberemus ad cauſæ deciſionẽ ſufficeret 7. *ar.* 5. *quæſt. princ.* 1. *par. lib.* 1. *fol.* 79. *ſub n.* 13. verſ. *primo caſu* habentur hæc formalia verba: *Primo caſu, quando ſumus in habente dotare, quia fun-*
32 *dauit, & conſtruxit, ſi pro dote delegat aliquem ſuum debitorem, & diœceſanus acceptat, ſi debitor reperiatur nõ ſoluendo primus patronatus adhuc tenebitur dare aliam dotẽ, allegat gloſſ. Innocent. & alios.* Ergo ſi facta delegatione, & debitore reperto non ſoluendo, cogitur iterum dotare, hic eſt caſus noſter, Et iterum fundat, quod patronus Iure communi pro dote iuriſpatronatus tenetur de euictione, *art.* 8. 5. *quæſt. princ.* 1. *par. lib.* 1. *ſub n.* 7. *fol. mihi* 82.

Item ſuaderi hæc poſſent etiam ex illis, quę diximus, fundationis Collegij etiam in loco non conſecrato pro vtili, & expedienti cauſa ſuæ nationis Hiſpanicæ, etiã ſi non eſſet Eccleſiæ, & ſacro Collegio annexum, ſed merè temporali, vt in *l.* 1. *& toto titulo ff. de Iure patr.* ſicut fecit Epiſcopus Spinellus fundator Collegij Nea-
33 politani pro Studẽtibus in Ciuitate Patauij, vt habet idẽ *Lambertin. ar.* 14. 11. *quæſt. princ.* 1. *par. lib.* 1. *fol.* 249. & Magnus Cardinalis Ægidius in fundatione pro Hiſpanis Collegij Bononienſis, iſta, quæ ad immortalitatem tendunt, vix vllo pretio extimari, & comparari poſſunt, quãto magis, quod duodecim onera, & cõditiones ſimul cumulata, & vnita ſunt; quibus non donatio, ſed contractus longè oneroſus, & fortè cum lęſione Societatis dici poteſt.

Plura alia dici poſſent, quod etiam ſi hoc
34 indebitè eſſet exactum nõ daretur locus repetitioni fauore dotis Iuriſpatronatus, vt ex *Rocch. & Lambertin. lib.* 1. *fol.* 84. *n.* 27. Viuiano *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 14. ex textu literali *in l. cũ duo* 25. *ff. de condit. indebiti*; ſublata *enim falſa opinione remanet pietatis cauſa*; ſed iſta, & alia omnia conſulto in re tam clara ommittuntur.

Item ommictimus illam quæſtionem, an nomen debitoris datũ ſit in ſolutum, vel venditum, nam tunc ſi non eſt promiſſa exigibilitas vendens, vel dans inſolutũ ad nihilum tenetur.

An verò ceſſum ſit nomen debitoris, ſolutionis cauſa, vt ex pecunijs exigendis ſibi ſatiſfiat, hoc caſu, ſi facta diligentia pecuniæ non poſſunt exigi, vel ſi integrè non exigantur, cedens non liberatur, & tenetur de proprio, vt ex *Alex. & cõmuni*
35 probat *Arias de Meſa lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 25. & D. *Staiban. reſol.* 190. ergo cùm hoc nomen debitoris ceſſum ſit pro dote, & ſolutionis cauſa; & factis diligentijs magnis pro hoc reſiduo, repertum in exigibile de ſuo dotem ſupplere Comitiſſæ neceſſe habet.

Demùm ſi de equitate hæc quæſtio dirimẽda eſt, tota eſt pro Patribus, tota contra Comitiſſam, ipſa nihil expendens de proprio, quia in Comitijs ſibi donatum, & ab ſe alteri Eccleſiæ oblatum, & non receptum, Tam honorificũ iuſpatronatũ, nacta eſt, tot honores, tot beneficia pro anima ſua, & ſuorum in perpetuum permanſura: quid intereſt, vt tam magna Princeps de ſuo hoc minimum addat, vt opus tam vtile, neceſſarium, ac honora-
36 bile perficiatur, & imperfectum non remaneat, contra illud Euangelicum, *Hic*

homo cœpit ædificare, & nõ potuit conſumare.

36 Datis his ſcriptis per Patres Societatis Ieſu; Spectabili *Don Decio de Vzeda*, tunc Loc. Magni Camararij, & non vulgari I.C. illis viſis conſuluit Excell. D. Comiti, tunc in Regno Sardiniæ Proregi, vt Patres pro pecunia exacta, mandaret, vt nõ moleſtarentur, prout executum fuit. Dum hæc reuideo 1662. Hæc baſilica perauguſto, & Vitruuiano fronteſpicio inſignib⁹ lapideo Corinthio, & Cõpoſito ordinibus perfecta eſt, ſublata ex Regis D. N. venia, noui operis nunciatione Patribus facta. Quod de Propugnaculis Caſtrinoui, muralia tormenta, arcam propè Regium palatium mundare, & expurgare, non poſſe gratis hæſitabatur.

ARGVMENTVM.

An ſit verè conciliata, vel conciliabilis antinomia inter *l. ſi conuenerit, ff. de Iuriſd. omnium Iudicum*, & *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis* Euertuntur quatuor fundamenta, quibus nititur *deciſio* 74 quondam Spect. Reg. Rouiti, & aliqua in *deciſ.* 194. D. Reg. Capycij Latro. DD. Officiales procuratoris Cæſaris, ſi ſint actores nullo modo pro cauſis proprijs trahere alios ad ſuũ Tribunal, ſi conueniantur. Poſſe ſuo foro renunciare, & cõſentire in proprium Iudicem naturalem, & ordinarium. An talis renunciatio valeat ad præſcriptum *d. l. ſi conuenerit*, & an ſit irreuocabilis ex *d. l. ſi quis in conſcribendo*, cum deciſione S. R. C.

SVMMARIVM.

1 *Antinomia inter l. ſi conuenerit cum l. ſi quis in conſcribendo irreconciliabilis.*

2 *Placet ſolutio Duareni, quod ſit correcta per l. ſi quis in conſcribendo, & ll. correctio quãdo vitanda n. 3.*

4 *l. ſi conuenerit an procedat in pacto nudo; & quid ſi in contractu adſit iuramentum n. 5.*

6 *Iuramentũ ſortitur naturam actus, cui adhæret, & ideò contractum ſui natura reuocabilem non efficit irreuocabilem.*

7 *Guarentigia an firmet iuriſdict. ex d. l. ſi conuenerit. & n. 8. guarentigia æquiparatur ſententiæ.*

9 *Variæ ſolutiones ad l. ſi conuenerit.*

10 *Duarenus defenſus ab authore contra Carlenal.*

11 *Omnes, etiam ſacerdotes, poſſe ſuo foro renunciare per pactum, & per totam quæſtionẽ.*

12 *Legatum pro maritandis virginibus eſt omnium præſtantius.*

13 *Deciſio cauſæ domi, deinde confirmata per S.R.C. & per Collaterale, vt infra.*

14 *Officiales Cameræ etiã actores trahunt reũ ad ſuum Tribunal, & per totam quæſtionẽ.*

15 *Laudes Freccia, & defenſio eius doctrinæ, n. 16.*

17 *Non curandum de exemplis, & de deciſionibus Tribunalium, quæ ratio habenda, n. 18. & 19.*

20 *Rouitus commendatur, ſed euertitur eius deciſio 74. & n. 21. & 23.*

QVÆSTIO XXII.

OBSCVRAM, & tenebricoſam non ſolùm, ſed vndique irreconciliabilẽ reputaui ſemper, Antinomiã inter *l. ſi conuenerit, ff. de Iuriſdict. omn. Iudicum*, cum *l. ſi quis in conſcribendo*, C. *de pactis*. Ita vt nulla mihi reuera conciliatio (ex tot, & tantis à *Doctoribus* excogitatis) arrideat, niſi illa, quæ Alexandrino nodo (*vt ita*
2 *dixerim*) in Gordio tradidit Duarenus
in tit. de Iudicijs ſub rub. de varijs Iudiciorũ præ-

præceptis. Scilicèt, vt *d. l. ſi conuenerit* ſit correcta per Iuſtinianum in *d. l. ſi quis in conſcribendo*. Sicuti in ſimili belliſſimè dicit Gloſſa in eadem lege, in verbo *dignitatis*, ſcilicèt quo ad clericos eſſe correctam per Fredericum in *auth. Statuimus*, & per Pōtifices in *c. ſi diligenti*;
3 licèt enim correctio legum ſit ſemper vitanda, tamen hoc intelligitur quando eſt poſſibile, Tuſcus *lit. C. concluſ.* 1037. Barboſa *axiomate* 60. *n.* 3. & hæc eſt melior ſolutio. Quis autem toleret, tot diuinationes, quas Doctores pro illis conciliandis eis accommodare ſunt, quarum nulla planè ſatisfacit. Aliqui, quod *l. ſi conuenerit* procedat in pacto nudo,
4 non pacto ſtipulatione vallato, vel veſtito coherētia cōtractus, vt ex Bart. & alijs claſſicis, habet Iulius Pacius *legum conciliatarum cent.* 1. *tit. de Iuriſd. q.* 60. Fachineus *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 61. cum alijs per Carleual *diſput.* 2. *q.* 8. *n.* 1010. *&* 1025. & fuit ſi bène perpendatur originalis ſententia Gloſſæ *in d. l. ſi conuenerit* in verbo *ſtare*; ſed in eodem loco dicit,
5 non valere ſolutionē. Aliqui ſi iuramētū ſtipulationi, & cōtractui adhibitū fuerit cum iuramentū in hoc ſeruari poſſit ſine diſpēdio ſalutis ęternę. Ita Ancharanus *conſ.* 192. *in auxilium veritatis n.* 4. verſ. *dixi tertio*, *& n.* 5. Felyn. in *c.* 1. *n.* 6. Decius *in* 1. *lect. n.* 127. Ripa ex. 57. Alciatus *n.* 30. *de Iudicijs*. Gutierez *de iuramēto cōfirmatorio* 3. *par. cap.* 16. *n.* 5. *&* 6. *&* 1. *par. cap.* 28. *n.* 9. Seraphinus *de priuileg. iuram. priuil.* 74. *ex n.* 165. *ad n.* 194.
6 Sed hoc negant alij; quia cum iuramentum ſortiatur naturam actus, cui adhęret, ſi actus ille ſui natura ſit reuocabilis, per iuramentum non efficietur irreuocabilis, vt Decius *in d. l. ſi conuenerit n.* 4. & Iaſ. *n.* 5. & idem Seraphinus dicto *priuileg.* 74. *n.* 192. verſ. *quarto allegatur*, Vaſq; *de ſucceſſionibus tom.* 1. *lib.* 3. §. 29. *n.* 20. *& tom.* 3. *lib.* 1. §. 1. *n.* 1. cū ſeq. Gutierez, & Carleual *loco citato ex n.* 1033. cum igitur conſenſus in Iudicem, & conuentio de illius Iuriſdictione proroganda,
7 natura ſua ſit reuocabilis, etiam ſi iuramentum accedat; manebit reuocabilis. Alij ergo confugiunt ad guarentigiam nam per inſtrumentum guarentigiatum tenetur præcisè ſtare contractui, neque tunc admictitur pœnitentia, quia cum
8 guarentigia ęquipareтur ſententiæ obtinenti authoritatem rei iudicatæ nō auditur, etiam ſi ante litis conteſtationem contra pactum quis pęniteret. Alij recurrunt ad renunciationem, .s. ſi dictę *l. ſi*
9 *conuenerit* renunciatum ſit. Alij ad geminationem pacti prædicti. Alij ſi lis fuerit conteſtata coram illo Iudice. Alij, quod eſt ſpeciale, quod nō valeat pactū, quod Iuri publico, ꝙ in iuriſdictione conſiſtit renūcietur, & Alij diuerſis ſubterfugijs, effugere conantur, generalē deciſionem d. *l. ſi quis in conſcribendo*, vbi Iuſtinianus expreſſiſſimè dicit, *milites ſacerdotes*, & quicumq; alia dignitate inſigniti, poſſe per *pactum* ſuo foro renuntiare, nec poſſe vllo modo contrauenire, ſed pactū ſeruandum eſſe. Et licèt dicant Duarenū malè loqui, qui dixit hanc legem, Veterē antiquaſſe, Carleual repręhendat Dua-
10 renum ante n. 1042. Ego puto Duarenum optimè locutum, & leges prædictas ſimul ſtare eſſe impoſſibile. Et quod benè dicat Duar. probatur etiā ex lit. dicti *tex.* vbi expreſsè tollit legem veterem, qua lege ſublata, nulla alia eſſę poteſt, niſi *d. l. ſi conuenerit*, ibi: *Licèt antea dubitabatur, ſiuè oporteret eamdē ſcripturam tenere, & eum, qui hoc pactus eſt, non debere aduerſus ſuam conuentionem venire, &c.* Standum
11 eſt ergo generalitati regulæ *d. l. ſi quis in conſcribendo*; qua cautum eſt non etiam milites, & quicumq; fori priuilegio gaudent, ſed etiam *Sacerdotes* poſſe fori priuilegio per pactum renunciare; niſi quo ad Sacerdotes (vt infra dicemus) hoc immutatum, & correctum poſt Iuſtinianum reperiretur. De his contingit acerrimè diſceptari in S. R. C. ad inſtantiam Occonomorū Noſocomij S. Mariæ Pietatis Puerorum Turchinorum huius fideliſſimæ Ciuitatis, cum Ioanne Alphōſo Trotto *Regia Camera Summaria Rationale*. Si quidem cum is Io: Alphonſus vendidiſſet Ioanni Dominico Catogno ann. duc. 152. pro capitali duc. 1800. de què dicta ſumma confeciſſet inſtrumentū ad formam *bullæ*, & iuxtà *Reg. prag.* 1. *de cenſibus*, quæ guarentigiam pacta executiua, ac reſciſſoria continet, vt eſt notorium,

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

riũ, renunciãs indiuidualiter, & expreſsè dictus Trottus ſuo foro Regiæ Cameræ Summariæ; & mortuo Catogno, dictum Noſocomiũ hæredem ſcripſiſſet, vt fructus ſuæ hæreditatis in perpetuis maritagijs pauperum pũellarum modo *Gheuſiorum*, ſiuè *Lazarorum* filiæ non eſſent (vt hinc etiam fides erga Regem D.N.) honorati quidem ſubditi deprehendatur. Quo operę nihil ſanctius, nihil Reipublicæ vtilius, nil Deo acceptius reperiri inter omnia pietatis opera, vix poſſe
12 ſcripſit Boterus *6.part.ſuarum relationum fol. 664.* Oeconomi conuenerunt in S.R.C. Magnificum Rationalem dictæ Regię Camerę quatenus vigore pacti executiui ſolueret duc. 964. pro cenſibus decurſis, cumq; petijſſet cauſam ad Regiam Cameram *remitti*, vti notorius Rationalis illius. Dom. *Martinez* domi interlocutus fuit, vt ſoluat vigore pacti executiui, oppoſitis non obſtantibus, aliàs expediãtur literæ exequutoriales: cumq; de hoc decreto obtinuiſſet fieri verbũ in S.R.C. & appellaſſet etiam ad Regium Collaterale (quod toleratur ex lege municipali,
13 de qua per Rouitum *deciſ.* 74. *n.* 5.) S.R.C. dedit mihi incumbentiã, vt Oeconomos hoc in articulo defenderem. Ipſe autem benè fuiſſe per D. Martinez iudicatum fundaui ex pluribus.
14 Primo, quod licèt Afflict. in *conſt. Regni Caſtellanorum*, dixerit, quod Officiales Regiæ Cameræ ſiuè agant, ſiuè conueniantur, ſiuè accuſentur, nõ habent aliũ Iudicem, niſi Regiam Cameram, vt patet in eorum antiquis priuilegijs; vnde Rouitus *d.deciſ.*74. *& Capyc.latro deciſ.*198. dixerunt non ſolũ quando officiales cõueniuntur ſortiri forum eorum Tribunalis, (*ſed quod Iuris ordinem conuertit*) etiã cum alios conueniunt ad ſuum trahi tribunal. Hæc, & alia nullam Iuris habere ſubſiſtentiam dicebamus; nam cõtra Afflictum adeſſe teſtimonium alterius ma-
15 gni Doctoris (vt eum monarcam vocat Rouitus in *rub. de off. Iudicum n.*10.) Marini Frecciæ, qui non obiter, vt Afflictis, ſed ex profeſſo locutus de illo Tribunali *de ſubfeudis lib.* 1. ſub *tit. de Magiſtro Camerario n.* 13. fol. 31. per hæc verba: *Exercet magnus Camerarius officiũ per Locumtenentem à Rege deputandum cũ Præſidentibus, & Rationalibus, & circa fiſcalia, & Regis patrimonialia verſatur hodie, cum ea, quæ partes reſpiciunt, & fiſcum non tangunt etiam ſi ſunt cauſæ officialium Cameræ ex conſt. Diui Caroli Domini noſtri ad alia Tribunalia remittuntur, neq; in hijs cognitionem exercet.* Quæ verba capta ſunt ex *proœmio Regiæ pragmaticæ* editæ de ordine dicti Diui Caroli in anno 1533. quę eſt 14. *de officio procuratoris Cæſaris*, quæ tantum abeſt, vt dicat DD. Officiales Cameræ extare in poſſeſſione, vt fecit fi-
16 dem Afflict. vt dixerit eſſe *quandam eorum prætendentiam*, dicit ſic: *Et quanto alli Officiali di queſta Camera, & altri Officiali dependenti da eſſa, li quali pretendono le cauſe proprie douerſi vedere da queſta Camera, & ad eſſa douerſi remettere, vi ordinamo, che ne auiſate delle pendente, & ſuo tempore delle mouende, perche in ciaſcheduna di eſſe mandaremo doue ſi hà da litigare.* Ecce cui ſit ſtandum, Afflict. ne, an Frecciæ? *Pragmatica* enim clarè loquitur eſſe prętendentiam dictorum ſpectabilium Dominorum Officialium, & Regiam Cameram in nullam cauſam eorum poſſe procedere, *niſi Principe conſulto*, qui cognita qualitate cauſæ, & occupatione tanti Tribunalis, vt optimè concludit Sãfelic. *in deciſ.* 291. in fine ibi, *ac Regia Cameræ occupatione*, mandabit vbi litigandũ ſit; vnde Tapia, vir in Regno tãtæ auctoritatis, & experientię, vniuerſim negat ſuper dictã *pragmaticam* iuriſdictionem Camerę in Criminalibus ſuper Officiales
17 illius, niſi delictum ſit intuitu officij, & teſtatur de obſeruantia *lib.* 2. *de iure Regni rub.6.* fol.203. Sanfelic. *in praxi ſect.* 18. *n.* 20. *fol.* 50. quod eſt conforme iuri communi, per textum ad literam mox allegandum. Et S.R.C. referentibus Cõſiliaris grauiſſimis iudicauit cauſas plurium Cameræ Rationalium non eſſe remittendas. Sed remanere debere in
18 Conſilio, & iudicatum etiam per Collaterale, referente Domino Conſtantio, quod non remittantur, *deciſiones* refert Thoro 1.*par.* verbo *remiſſio*, fol.436. Vnde ſi exemplis non eſt iudicandum, & exempla ſint hinc inde, non debent mouere animum iudicantis, niſi quantum ipſa

ipſa ratio, vt de deciſionibus in genere ſcripſit ingenuus Carleual *de iudic. tit. 1. diſp. 2. q. 7. ſec. 3. n. 976. & tom. 2.* in ap-
19 pendice *de iudicijs fol. 12. §. 6.* vbi dicit non eſſe deciſiones, ſed ſententias nullas, & eum ſecutus ita etiam de deciſionibus profitetur meus Magiſter D. Capycius latro *dec. 91. ex n. 13. et dec. 111. n. 4.* Prout nullam, cum reuerentia, dico ipſam *dec. 74.* quondam circumſpectiſſimi Viri, & grauiſſimi, & integerrimi Senatoris Ro-
20 uiti; Habet enim illa *deciſio* quatuor fundamenta. Primum ex *l. non alias 24. §. ſed ſi poſtuletur, ff. de iudicijs.* Secundum ex *l. penul. C. vbi cauſæ fiſcales cum pr. gloſ.* ibi & diſcurſum Reg. *Reuerterij*. Tertiũ doctrina Afflict. in *d. conſt. Caſtellanos.* Quartum aliqua exempla.
21 Sed primum nõ obſtat. Loquitur enim ille §. in reo; vt lippis etiam patet. & notat Ant. Faber ibidẽ *in Rational.* Item eſt particulare priuilegium Legatorum, vt idem Faber in *eod. loc.* aduertit. Perſonæ enim legatorum cenſentur iure gentium ſacroſanctæ, Iacob. Auguſt. Thuanus (vt alios omittam) *Hiſtor. lib. 134. fol. mihi 1089.* Malè etiam ex hoc inductum fuit ad DD. Officiales Cameræ, qui non ex tribus mundi partibus, Romam, vt legatione pro ſuis prouincijs defungerẽtur, aduentabant; Sed in proprio palatio, in quo præſident, Iudices ordinarios ſemper paratos habent. Vnde hodie legati hoc priuilegio in Rota nõ potiuntur ex *deciſ. 23. de dolo, & contumacia*, & *deciſ. 6. de foro competenti in D. N.* quia ex his non impeditur legatus ſuo munere perfungi: Porrò, ex alio nihil omninò faceret (etſi in actore loqueretur) nam non agitur de cauſis occurrentibus, dum legatione funguntur, vt in tribus *legibus ſequentibus 25. & 26. & 27.* vt optimè explicat ibi Faber poſt *antiquos*, & ipſe non omiſerim, quod hæc ratio non extrahendi Iudices à ſuis tribunalibus, parum vel nihil, vrget; quando ſunt actores: Quandoquidem ex d. *ratione* expreſſa per *Iuſtinianum in Auth. vt clerici, apud proprios Epiſcopos, §. ſi verò,* ibi: *Vt nõ propter huiuſmodi cauſas, ſacris amoueãtur obſequijs* clerici, etiam primi Pontifices, non poſſent actores, reo laicos

Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq.

ad ſua trahere tribunalia, contra *l. Iuris ordinem*, vt actor ſemper rei forum ſequatur.
22 Malè etiam fuit adductus *textus* in d. *l. penul.* quia loquitur in reo, & aliter loqui nõ poſſet, niſi conuertendo iuris ordinẽ, & in illa cauſa D. Salinas erat actor, & quod mirum eſt diſcurſus Reuerterij, quem allegat dicit totum contrarium, & eſt *deciſio 7.* in nuper impreſſis n. 4. ibi *Tunc etiam ij Officiales non poſſunt alibi conueniri, quam coram procuratore Cæſaris, prout eſt caſus in l. penul. C. vbi cauſæ fiſcal.* quod intellige paſſiuè, quando *ſcilicèt conueniuntur*, prout loquitur ille *textus*; ſecùs verò ſi actiuè quando agunt quia tunc eſt attendenda regula *l. 2. C. de iuriſdict. omn. Iud.* Hęc Reuert. Vide lector, ſi Longus reus erat ſequendus forũ Salinas actoris: Magis quod neſcio, an iſti Domini Camerales velint vti illo textu, qui in cauſis criminalibus *illos relinquit ſub iuriſdictione Præſidis prouinciæ.* Ad doctrinam Afflict. eſt reſponſum ſupra cum doctrina Freccię, cui aſſiſtit *Regia prag.* Ad quartum de exemplis relatis per Rouitum ſupra ſatis reſponſum eſt; Vt omittam quæ in pũcto dicit Piſanell. ad *deciſ. 56. Afflict.* qua deſtruitur totaliter *deciſio* Rouiti, quo ad actorem, quæ tamen non obſtat in caſu noſtro, vt infra dicemus. Nec hæc conturbat *dec. 198.* mei Magiſtri Capycij latro, nam, vt ait altiſſimus, & ſupradoctiſſimus Vates Etruſcus *Inferni Cantica 19.*

E ſe non fuſſe, che ancor la mi vieta
La reuerenza delle ſomme chiaue;

dicerẽ, ꝙ illa nõ eſt deciſio, ſed decretũ nullũ, cũ reuer. vt optimè in ſimili dicit Carleual in d. appẽdice *de Iudicijs 2. to. §. 6. fol. 13.* & illius nullitates detegere eſſet æquè, facilè, ac fuit in dicta Rouiti: Sed quæ refert, ſunt motiua partium, non quod ipſe ita ſentiret; vt cõpilando eandem deciſionẽ (in illo tamen quod etiã ſi actores traherent iuxtà Rouitũ) mihi pluries dixit.

§. 2.

24 & 25. Theſis renunciationis fori in hac cauſa, & n. 26. 27 So-

27 *Solemnis limitatio ad l. ſi conuenerit, & n. 28. & 29. & de ratione dicta limitationis n. 30. & 31. & n. 32. & n. 33.*

34 *Clericus non ſolùm non poteſt conſentire coram Iudice ſæculari, ſed neq; coram Iudice Eccleſiaſtico non ſuo, niſi exemptus conſentiat in Iudicem naturalem, & ordinarium, & n. 35. & 36.*

24 SED quicquid ſit de prædictis, quæ ſi fortè non placeant *inſcripta volo, & offero ſpongiam, vt deleantur*, decretum Domini Martinez ex hoc etiam confirmãdum erat, quia dictus magnificus Rationalis cum iuramento in eodem inſtrumento vẽditionis annuorum introituum, hoc modo ſe obligauerat. *Et perche eſſo magnifico Rationale Gio: Alfonſo potria pretendere; come Rationale della Regia Camera, in caſu liquidationis, ſeù alias quouis modo douerſi agere contro eſſo in Regia Camera Summaria, ſuo foro competente; Perciò ex certa ſcientia informato della remiſſione à detto ſuo foro competente, etiam ſub alieno, ſeù quocumq; quæſito colore, & che li competeſſe, e ſe li doueſſe tal priuilegio de foro per diſpoſition di leggi, ſeù di ragioni, ò di conſuetudine alcuna, etiam che foſſe in oſſeruanza titulo quorumcumq; priuilegiorũ, à quale cõ giuramẽto expreſſè renũtia ex nunc pro tunc, ſi obliga non dimandarlo, nè pretenderlo, & ex nunc pro tunc, preteſo, ſeù addimandato, ſeù ottenuto, ſeù ad eſſo Rationale competente, detto ſuo foro cõ giuramento renuntia, volendo expreſſè poter eſſer conuenuto in M. C. V. & ſtare à quello, che ſarà da detta Gran Corte deciſo, ſeù determinato*. Hinc ſi Rouitus in *conſ. 90. n. 14. lib. 2.* dicit in terminis nõ cõpeti fori declinatoriam magno Admirato, quia poſt adeptum officium illud, expreſsè voluit, vt poſſet liquidari inſtrumentum in M. C. Quid dicendum de iſthoc inſtrumento, quod non ſolùm habet dictũ pactum de ſtylo, quod habent omnia inſtrumenta, ſed pactum adeo ſpecificum, ac luculentum? Nihil omninò, niſi vt contra eum conſignentur litteræ exequutoriales.

25 Quia etiam ſi cum communi velimus tenere, quod lex *ſi conuenerit*, non ſit correcta per *legem ſi quis in conſcribendo*, tamen eſſemus in limitationibus dictæ *l. ſi conuenerit*, ſcilicèt, quod illa loquitur in *nudo pacto*; & ideò eſt locus pœnitẽtiæ, ſed nos ſumus in contractu, in quo eſt adhibitũ in ſpecie iuramẽtũ, quo adhibito, prorogatio redditur efficax, & irreuocabilis, & nõ poteſt iurãs à cõuẽtione recedere, vt habent *Fel. in c. 1. n. 6.* Dec. ibi *in prima ſect. n. 127.* cum ſeq. Ripa *ex n. 57. Alc. n. 30. de iudicijs*, Gutierez, Seraphinus, & alij vſq; ad nauſeam per Carleual. *lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 8. ſect. 2. n. 1032.* verſ. *hac tamen concluſio*, vel prop-

26 ter ſtipulationem, vel quia dictum pactũ eſt in inſtrumento publico guarentigio, quod omnem pœnitentiam omninò excludit, quia obligatio guarentigia, vt ſupra dictum eſt, æquiparatur ſententiæ habenti authoritatem rei iudicatæ, & obligatus ex illa ad factum, quemadmodum ex ſententia tenetur præcisè facere, nec liberatur ſoluendo intereſſe, ita Fel. Dec. Gutierez, Seraphinus, & alij per Carleual *n. 1036.* verſ. *limita ſecundo.*

Sed ſi hæc conuelli poſſunt per dictam legem *ſi conuenerit* (ob quam confuſionem ſecutus fui Duarenum dicentẽ eſſe correctam per *L. ſi quis in conſcribendo*) Certè dicta lex loquitur cum partes vo-

27 lunt *prorogare* iuriſdictionem Iudicis incompetentis, ibi, *Vt alius prætor quã cuius iuriſdictio eſſet ius diceret*. Secùs cum renunciatur exceptioni fori, ad corroborandam iuriſdictionem Iudicis iure communi competentis ex alio capite, quam ex prorogatione, vt eſt in caſu noſtro.

28 Quia M. C. V. cui ſe ſubmiſit, eſt Iudex cõpetentes, & ordinarius tàm Catogni, quam Rationalis. Et ſiquę exemptio fortè prætendere poſſet Rationalis eſſet ex priuilegio iuris, vel hominis (vt ſupra oſtenſum eſt) hoc caſu quia tale pactum eſt potius de non declinando iudice, quã de prorogando, tunc prorogatio eſt effi-

29 cax, & irreuocabilis, Fel. *in c. cum acceſſiſſent* 8. verſ. *adidem quod notat Federicus conſ. 14. de conſt.* Elegantiſſimè hoc defendit Iaſon. in *l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ex n. 9. vſq; ad n. 12. ff. de pactis*, qui pluribus argumentis hoc firmat idẽ habet Nauarrus *cõſ. 13. n. 4.* verſ. 2. quod lex *de priuilegijs* Cartarius *dec. 6. Genua*

Caro-

Carolus de Craſſis *de effectibus clericatus n. 63.* verſ. *primo limitatur*, cum alijs per Carleual *n.* 1051. verſ. *ſecũdus eſt caſus.*

Et ratio, in qua fundatur theorica Fede-
30 rici eſt, quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam, & Ius commune, & ſic priuilegiatus nõ vtens priuilegio poteſt prorogare iuriſdictionem proprij iudicis ſui ordinarij, cui naturaliter ſi ex priuilegio non eſſet exemptus, eſſet ſubiectus, quantumcumq; tale priuilegiũ eſſet toti vniuerſitati, toto Collegio, toti ordini, & propter publicam vtilitatem conceſſum, in quorum terminis loquitur Fel. & omnes prædicti alij allegati, &
31 vniuerſim (ſi poſſunt conciliari) lex *ſi cõuenerit* procedit quando partes ſpreto Iudice competenti, paciſcuntur de prorogando iuriſdictionem incompetentis, vt tunc locum eſſe poſſit pœnitentiæ, & quod lex *in conſcribẽdo* procedat in pacto quod quis conueniatur coram Iudice ſuo, quem poterat ex priuilegio declinare.

32 Maximè cum non ſimus in caſu, quo Princeps ſibi *reſeruauerit* cognitionem talium exemptorum, quo caſu aliqui dubitauerunt de theorica Federici, Felyni, & ſequaciũ, ſed ſumus in exemptis ab ordinario, ſubiectis tamen alteri ſupremo tribunali vniuerſim, & ſemper in rebus ab eodem ſupremo Tribunali dependẽtibus, & in non dependentibus quando
33 Princeps ſic declarauerit, vt in d. *prag. 14. de officio procuratoris Cæſaris.* Vnde iſti non ſunt verè, & propriè exempti, & neq; ſpecialitèr ipſi Principi immediatè reſeruati. Vnde benè intrat reuerſio ad ſui naturam, & ad ius cõmune Eraſmus Cochier *de iuriſdictione ordinarij in exẽptos* cum alijs per me ſupra *q.* 15. *n.* 40.

34 Deniq; ex alio deducitur, hoc argumẽtum contra Rationalem. Omnes DD. dicunt, clericum non ſolum nõ poſſe conſentire coram Iudice ſæculari, ſed neque coram Iudice Eccleſiaſtico non ſuo, ſine conſenſu Epiſcopi, ex infinitis, quos allegat Carolus de Graſſis *de effect. cleric. effect. 1. ante n.* 54. tamen ſi is clericus eſſet exemptus ratione officij, priuilegij, ſtatuti, cõſuetudinis, à ſuo ordinario, & proprio Iudice cõpetenti, dat exemplũ, ſi eſſet ſubditus in Regno Siciliæ Cappellani Maioris, poſſet nihilominus priuilegio renunciare, & ſe ſubijcere Iudici ſuo ordinario, ex Abb. *in conſ.* 25. *col.* 2. verſ. *ſed hoc non obſtantibus*, *lib.* 1. Fel. *in*
35 *cap. cum acceſſiſſet n. 6. de conſtitutionibus*, Dec. Pappon. & alij, quos allegat *d. eff. 1. n. 63.* verſ. *limitatur*, ex dicta ratione Federici, & Felyni, quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam, & iuriſdictio reducitur ad Ius commune, hoc etiã prædictis, non allegatis habet Carleual *lib. 1. tit. 1. diſp. 2. quæſt. 8. ante n.* 1054. verſ. *idque præſertim*.

Igitur, ſicut Pontifices in dd. *c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti*, correxerũt *d. l. ſi quis in cõſcribendo*, reſpectu Clericorũ; potuiſſent etiam illã corrigere, reſpectu ſæculariũ, vt iſti etiã nõ poſſent ſuo foro renũciare; adhuc Rationalis ommiſſo, vel ſpreto ſuo Iudice, ex priuilegio, qui eſſet R. Camera, potuiſſet Iudici ſuo naturali, ac ordinario, qui eſt M. C. V. ſe per pactum ſubmittere, & conſentire, per dictam theoricam Federici de Senis, quæ eſt cõmuniter approbata, vt euidentius patebit in ſequenti.

ARGVMENTVM.

Solum clerici, & monachi, & alij Eccleſiaſtici, non poſſunt eorũ foro renunciare. Omnes alios, ſiuè milites, ſiuè Senatores, & & nuncupatim Rationales Regiæ Cameræ Summariæ, poſſe in Iudices quoſcumq; conſentire, & eorum Iuriſdictionẽ prorogare. Non eſſe veram rationem cur Neapolitani non poſſunt, niſi in Iudices Neapolitanos conſentire, quia priuilegiũ ſit vniuerſitati conceſſum. Quo caſu Tribunus militum, uel Tribunal, poſſit pro proprio intereſse, cõſenſum, ac prorogationem militis, uel Senatoris impugnare. Conuentus uigore pacti executiui (modo non ſit clericus, uel Eccleſiaſticus) nullam poſse fori declinatoriam opponere, & quare? Quid ſi pro apochis banco directis; Et quid in contractu cenſus conſignatiui, cum decif. Regij Collateralis, & S.R.C.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici, & milites non poſſunt eorum foro renunciare, & n. 13. & per totam quæſtionem.*

2 *Rationales Regiæ Cameræ quid ſint?*

3 *Non poſſunt exempti per priuilegium cum clericis quo ad forum æquiparari.*

4 *Iuriſdictio laici in clericum eſt negatiua, & prohibita abſolutè.*

5 *Prorogare Iuriſdictionem quid ſit, & qui prorogare non poſſunt.*

6 *Clerici ſunt expreſsè Deo, & pro eo Summo Sacerdoti reſeruati.*

7 *Ratio decidendi in d. c. ſi diligenti, quibus non probatur; & quæ ſit n. 8. & 9. & 10.*

11 *Omnes laici remanent ſub regula l. fin. C. de pact. & l. ſi quis in conſcribendo, C. de Epiſc. & cler.*

12 *Mediolani Senatus Senatores verè Senatores vocari poſſunt, & quare.*

13 *Senatores, & milites quomodo, & quando poſſunt eorum foro renunciare, & n. 14. & 15.*

16 *De quota parte ſtipendij milites poſſunt paciſci.*

17 *Periuri non poſſunt fori declinatoriam opponere.*

18 *Ratio hucuſq; adducta cur Neapolitani nõ poſſunt eorum foro renunciare, non eſt vera, quia vniuerſim nõ eſt verũ, quod in priuato negotio per pactum particularis perſonæ Iuri publico derogetur, & n. 19. & 20.*

QVÆSTIO XXIII.

NEQVE audiendus eſt Ioannes Alphonſus Rationalis Trottus, qui, vt à dictis in precedẽti *quæſtione*, ſe exoluat, opponit ſe ad inſtar Sacerdotum, & omnium Eccleſiaſticorum non potuiſſe ſuo foro, quem dicit eſſe Tribunal Reg. Cameræ, etiam cũ tali ſpecifico iuramento renunciare, ex vulgari regula *c. ſignificaſti, & c. Si diligenti de foro competenti.* Vbi notant *omnes,* quod quia priuilegium illud ſit toti or-
1 dini conceſſum, non poteſt per pactum particularis perſonæ, cõtra Ius publicũ ei derogari; maximè, quod non defuerũt qui hoc extenderunt ad milites, & ad Senatores; & Rationales, licèt Senatores non ſint, tamen honorabilem, ac non
2 exiguam partem illius magni Tribunalis eſſe, fateri oportet, vt diſcurrit *Galeota controuerſ. lib. 2. cap. 11.* Sed quod veriſſimum in omnes Eccleſiaſticos confitemur; in omnes alios, & præſertim in magnificos Rationales, conſtantiſſimè negamus. Rati, ampliſſimum ordinem ſecundum noſtram propoſitionem iudicaturum,

turum, prout iudicauit, vt videbis in calce quæſtionis.

3 Quia nulla æquiparatio dari poteſt inter clericum conſentire volentem in Iudicē ſæcularem, cum Officiali laico exempto per priuilegium, & ſe iudici ſuo ordinario, cui dempto priuilegio naturaliter eſſet ſubiectus, ſe ſubmictenti.

4 Quia iuriſdictio in clericum, vel religioſum eſt negatiua, & prohibita abſolutè, non ſolùm per Nouellas Iuſtiniani 78. 83. & 123. & Frederici in *Authent. Item nulla Cōmunitas, Auth. Statuimus, & Auth. Quicumq;* C. *de ſacroſ. Eccleſ.* quæ *authent.* Frederici ad literam inſeruntur per Io: Andr. & per Abb. Panorm. *in d. c. ſi diligenti* ante *n.* 7. Sed etiam per Concilia, & Pontifices. hoc eſt, ex Concilio Chalcedon. *can.* 9. ex Conc. Agathenſe *can.* 32. Cartaginenſe 3. *can.* 9. Toletano 3. *canone* 13. Matiſconenſe *can.* 8. ex *Epiſtola* S. Cai Papæ, & Martyris ad Fœlicē Epiſcopum, ex *epiſtola* 1. S. Marcellini PP. & Martyris, & ex *epiſtola* S. Gregorij 54. *lib.* 2. ad Ioannem defenſorem. Item ante Iuſtinianum, & Fredericum, ex oraculo Conſtantini Monarchæ (*c. fundamenta de elect. in* 6.) ad Epiſcopos, quē refert *Ruffinus lib.* 10. *hiſtor. cap.* 2. & poſt eum S. Gregor. *epiſt.* 75. *lib.* 4. & nos ſupra *q.* 19. Vos Dij eſtis à ſummo Deo conſtituti, æquum non eſt, vt homo iudicet Deos. Ex quibus, & alijs meritò grauiſſimi Pontifices Innoc. & Gregor. conflauerunt *c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti de foro competenti*. Cum ergo iuriſdictio non ſit, aut eſſe poſſe, negetur; abſq; ſpeciali venia Summi Pontificis, prorogari nullo modo poteſt. Quandoquidē

5 prorogare nihil, aliud eſt quam extendere, & vt extenſio fieri valeat, ſubiectum Iuriſdictionis debet adeſſe; Barboſa *in l.* 1. *art.* 1. *n.* 20. *ff. de Iudic.* Maranta *de ordine Iudic. par.* 4. *diſtinct.* 12. *n.* 18. A. Barboſa *in collect. ſuper d. c. ſignificaſti n.* 4. Quod in Iudice ſæculari erga perſonam Eccleſiaſticam eſt impoſſibile per prædicta; ergo, &c. ita poſt antiquos Patres, benè diſcurrit Anſald. *de Iuriſd. Eccleſ.*

6 *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 38. Rurſus Clerici ſunt expreſsè Deo, & pro eo Summo Sacerdoti D. N. Papę reſeruati, Numer.

cap. 3. *de Leuitis*, & propriè ſuos eſſe, atquè eos ſibi ex omni populo delegiſſe, & Aaroni, & eius filijs, hoc eſt Summo Pontifici, & ſucceſſoribus dono datos, vt ſolidè diſcurrit pijſſimus Bellarm. *tom.* 2. *ſecundæ controuerſ. generalis, lib.* 1.

7 *de clericis cap.* 28. *lit. D.* Et licèt quo ad caſum noſtrum DD. mirè variant in explicanda ratione, quare clerici, nequè iurantes poſſint dicto priuilegio renunciare; & Innoc *in d. c. ſi diligenti n.* 1. aſſignet vnam, quod hoc priuilegium eſt inductum in fauorem, & in odium laicorum, ſunt enim laici (inquit *ipſe*) clericis oppidò infeſti, & quod priuilegio ſolum inducto in fauorem quis renūciare poteſt; quæ ratio nō recipitur per Ab-

8 batem, & alios *DD. in d. c. ſi diligenti*; & quomodo ſuſtineri poſſit, vt per pactū particularis clerici, ſuper certo, & priuato negotio, Ius publicū lędi poſſit; quod diſplicuit Cuiacio *in l. Ius publicum, ff. de pactis*, quem non audiendum dicit Barboſa *in d. c. ſi diligenti* poſt *n.* 4. & Dom. Iulius Caponus celeberr. I.C. & collega noſter, & primarius in almo Neapolitano Gymnaſio Anteceſſor lepidiſſimus, *de pactis, & ſtipulat. cap.* 36. *ex n.* 1. *fol.* 258. nouiſſimè niſus fuit refellere Cuiacium. Mihi re vera arridet ſolum ſolutio Alex. *in l.* 1. §. *& poſt operis n.* 19. *ff.*

9 *de nou. operis nunciat.* qui reiectis aliorum rationibus, concludit primariam, & formalem rationem huius deciſionis ponēdam eſſe in ſpeciali Sacrorum canonum prohibitione, nullamq; efficacem, & cōcludentem rationem aſſignari poſſe, quā etiam, ne in pelagum, aliarum ab antiquis, & neothericis excogitatarū, incurreret, videtur ſequi eruditiſſ. A. Barboſa *in d. c. ſi diligenti*, ſub *n.* 4. verſ. *dic igitur*, ibi, *per ſequentes Pontifices aucta eſt prohibitio.* Et meritò, (ex alia ratione di-

10 uerſa ab illa, quam ipſe adducit) nè clerici vel vi, vel ſuaſionibus importunis ad cōſentiendum adigeruntur à potētibus. Securi, quod cōſenſus nihil iuuaret; & ſic in primo gradu libertatis (vt par eſt)

11 reponerētur. Remanet ergo quo ad omnes laicos, qui ſunt in mundo, in ſuo robore; *l. ſi quis in conſcribendo*, C. *de Epiſc. & clericis*; & in *l. penult.* C. *de pactis*, & hallu-

Conſt. Caſuri Spec. Peregr. qq. V 2

hallucinati omnes, qui non viſis in fonte
anguſtijs Doctorum in explicatione *dd.*
c. ſi diligenti, & c. ſignificaſti, cęcè inferũt
ad laicos diſpoſitionem dictorum cano-
num; Cum doctores tanti nominis, vix
rationẽ excogitare potuerunt; niſi quod
ita Summis PP. æquum, ac iuſtum viſũ
ſit, vt in particulari, ac mundano nego-
tio; quis non poſſit priuilegio ſuo, nec
cum iuramento renunciare. Cum ergo
quo ad laicos dictæ *leges* mutatæ nõ ſint,
vniuerſim ab omnibus ſeruandæ ſunt.
Vnde Ant. Merẽda nõ vulgaris nominis
I. C. *lib. 24. cap. 19. ex n. 1. fol.* 187. lo-
12 cutus de Senatoribus Inſubriæ Senatus,
qui verè Senatores ſunt. Curant enim
nõ ſolum iuſtitiam, vt noſtrum S. R. C.
ſed etiam gubernium, quod facit hic Re-
gium Collaterale dicit ex generalitate
dd. ll. ſi quis in conſcribendo poſſe actiuè,
& paſſiuè eorum foro renunciare, & n. 9.
dicit, *remoto ordine Eccleſiaſtico, vix nullus*
eſt ordo, cui dedecus afferat, litigare coram
Iudice, qui dempto priuilegio competens eſſet,
& ex noſtris Ponte *de poteſt. proreg.* §. 7.
tit. 7. n. 16. verſ. *quæ procedunt*, ingenuè
dixit, quod *in clerico ſolo*, cautum reperi-
tur, vt nec voluntariè poſſit à Iudice ſæ-
culari cognoſci: & eſt originale dictum
gloſſæ in d. *c. ſi diligenti*, in verbo *pacto*
priuatorum, vbi dicit laicos benè poſſe
alium Iudicem ſibi eligere in ciuili ne-
gotio, ſed in criminali non. Ita etiam
dicit Bart. *in rub. de Iudicijs n. 1.* & me-
lius *in l. 1. §. & poſt ſub n. 8. ff. de nou.*
oper. nunciat. Viuius deciſ. 125. Marta tit.
prorogat. tomo 1. *cap. 6.* D.N.
13 Vnde ſubdit Ponte loco citato, quod
etiam Collaterales Conſiliarij, quorum
exemptio cenſetur conceſſa *Vniuerſo or-*
dini, Cetui, Collegio, & Tribunali, & qui-
cumq; exempti, etiam milites, modo nõ
ſint armatæ militiæ actu militãtes (quod
nõ cõcedo, niſi reſpectu perſonæ, vel to-
tius ſtipendij) poſſunt ſuo foro renun-
ciare, & ſe ſubmictere M.C.V. quæ cõtra
illos inſtrumenta liquidare poteſt. Eſt
enim (dicit ipſe) hoc inductum in *fauo-*
rem, vnde benè potuit renunciare; quod
in terminis decidit *gloſſ. in l. ſacris*, in
verbo *eos, C. de prox. ſacr. Scrin.* vbi *Bart.*
ibi enim nõ poterat cõueniri, niſi coram
Magiſtro Officiorũ, *ſed benè ſponte poteſt*,
quia renunciauerat fauori, & ſuo priui-
legio; vt eſt caſus in d. *l. ſi quis in conſcri-*
bendo, quæ clarè loquitur propter cingu-
lum militiæ ſuæ, vel dignitatis, vel etiam
Sacerdotij prærogatiuam. Ergo *tex.* eſt
clariſſimus, & includeret etiam Sacerdo-
tes, nedum clericos, niſi à *Pontificibus*
eſſet immutatus, vt ſupra. Cęteri om-
nes exempti, vel propter cingulum mi-
litiæ, vel dignitatis, remanent ſub regula
d. l. ſi quis in conſcribendo, cum diſtinctio-
nibus tamen ſupra allatis, & ſignantèr,
quod nõ proregetur iuriſdictio *penitùs*
incompetẽtis, in quibus terminis locuntur
14 eruditus Franciſcus de Petris *conſ.* 25. &
alij per D. *Marinis cap.* 108. *lib.* 2. Nec
recipiendus eſt Carleualius; qui vno ver-
bo applicauit ad milites actu militantes,
15 *tex. in d. c. ſignificaſti, & c. ſi diligenti*, quia
lapſus eſt manifeſtiſſimè; niſi exponatur
vt de *perſona propria* militis, vel de toto
ſtipendio (*poteſt enim de tertia parte illius*
16 *paciſci*) intelligatur; quia tunc ab obſe-
quio, & ſeruitio militari in præiudicium
Reipublicæ diſtraheretur. Dum hæc re-
uideo plures Centuriones, & maior In-
ſtructor (Sargente maggiore) militum
Hiſpanorum in S. R. C. actores, atq; rei
litigare videmus; & ita tenent Ayala *de*
Iure bell. lib. 3. cap. 8. n. 3. Rouitus in prag.
16. n. 44. de militibus, cũ alijs ꝑ nos infra
q. 25. & alibi. Benè ergò renũciare potuit
magnif. Rationalis, & renunciatio cum
tam ſolemni *iuramento* ſeruanda eſt. Nec
omiſerim, quod per periurium incurſũ
17 omni fori priuilegio ſpoliatus etiã eſſet,
vt eſt *tex. in l. penult. C. de dignit. lib.* 12.
quem in puncto expendit, & adducit Põ-
te *de poteſt. proreg. tit. 7. de aſſenſ. Reg.* §.
7. n. 51.
Hinc colligitur non eſſe veram rationem
18 huc vſq; adductam à Regnicolis, cum
qua etiam pertranſijt Carleual *diſp. 2. q.*
6. ſect. 8. n. 676. & n. 1061. Iccircò Nea-
politanos nõ poſſe in alios Iudices con-
ſentire, nec aliorum, quam Neapolita-
norũ Iudicum forum prorogare. Quia
eorum priuilegium in *ritu* 301. fuit toti
ciuitati, vniuerſo ordini, & cœtui con-
ceſſum, & quod ius publicum lædatur
ſi in particulari, & priuato negotio quis
con-

conſentiat, & renunciet. Vera ratio eſt; quia Neapolitani ſunt expreſsè reſeruati ipſi Regi D. N. vndè cum ſint ſub ipſo Rege relicti, ſiuè velint, ſiuè nolint, nō poſſunt alienam iuriſdictionem proro-
19 gare. Quæ ratio fuit Friderici Longhi nobilis Cauenſis, & Fiſci patroni, relata per Carauitam in d. *ritu* 301. & agnouit Nouar. *de elect. & variat. fori q.* 69. verſ. *quam retinendo*, vbi eſt inſerta copioſa *allegatio* dicti Longhi ex Innoc. Bal. Guliel. de Benedictis, & alijs claſſicis conflata.

20 Quod in baronibus dicimus clauſulas priuatiuas, & abdicatiuas; vnde non poſſunt in eorum præiudicium prorogare, vt habent omnes noſtrates, & Carleual *diſput. 2. quæſt. 8. ſect. 2. n.* 1059. Gaſpar Guliel. *deciſ. Rotæ Spirenſis* 198. *par.* 4. *& deciſ.* 40. *par.* 1. *Cam. Imper.* Marcus *deciſ.* 313. *par.* 2. Franchis *deciſ.* 723. Marta *tit. forus cap.* 178. Viuius *deciſ.* 125. Vnde benè dixi in præcedenti quæſtione; quod dicta in *deciſ.* 198. D. Capyc. latro ſunt motiua partium, quod DD. Camerales in particulari negotio non poſſent in alium conſentire, ex d. ratione, quod priuilegium ſit vniuerſo tribunali (vbi eſt?) conceſſum; quia repugnat omnibus prædictis, & notatis in d. *l. Ius publicum, & l. ſi quis in conſcribendo.*

§. 2.

21 *Conuentus vigore pacti executiui nullam habet fori declinatoriam, & nullā exceptionē opponit, præter ſolutionis, nouæ conuentionis, vel falſitatis, & quare n.* 22.

23 *Inſtrumentum publicum vnde habet Ius executiuum ex ritu* 166. *an à Iure communi, & ex quibus n.* 24.

25 *Apochæ bancales quas exceptiones reſpuant, quas admittant, & de decreto* 4. *aularum.*

26 *Appellatione Curiæ quid contineatur? an Regia Camera, an magnum Parlamentum, & Conſiſtorium Principis, & n.* 27. *&* 28.

29 *Quod dicitur de liquidatione inſtrumenti, dicitur de pacto executiuo, & n.* 30.

31 *Pragmatica prima de cenſibus, omnem fori declinatoriam tollit, & n.* 32.

33 *Tres exceptiones admittuntur contra inſtrumentum, & apocas; & quæ, & quare, n.* 34.

35 *Deciſio cauſæ.*

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

21 HÆc procederēt ſi citatus fuiſſet in Iudicio ordinario, ſed ſumus in pacto executiuo; quo caſu eſt ei denegāda audientia: citato enim reo vigore dicti pacti nullam omninò exceptionem opponere poteſt, neq; ad ſuperiores appellare; data tamen validitate inſtrumēti, tres ſolum ei permittitur opponere exceptiones, ſcilicèt ſatisfactionis nouæ conuentionis, vel falſitatis, quas ſi allegat, *datur terminus* nō ordinarius, ſed ſummarius ad illas probandum, ſin autē ſtatim expediuntur litteræ exequtoriales, reſeruatis alijs exceptionibus in iudicio ordinario; ita meus magiſter D. Capyc. latro *deciſ.* 58. *num.* 13. Sanfelic. *dec.* 312. Mauſonius *de cauſis executiuis lib.* 1. *ampl.* 6. *ex n.* 26. Foller. *de cenſibus tit. tanquam res indicatas n.* 60. *fol.* 516. Carauita *rito* 167. *n.* 32. verſ. 6. *quæro, D. Staibanus reſolut.* 84. & alij, vt infra, & eſt praxis notoria.

22 Ratio eſt in promptu, quia cum dictum pactum ſit in inſtrumento publico guarentigiato, extimatur ac ſi eſſet res iudicata, ſeù ſententia diffinitiua tranſita in rem iudicatam; Carauita *rito* 166. *n.* 32. Pater Duard. *de cenſibus* §. 3. *q.* 20. *ex n.* 4. *fol.* 530. & ſic ſeruari in Germania, Gallia, Hiſpania, Romæ, & in vtraq; Sicilia probat ex d. *n.* 3. vſq; ad *n.* 10. quia inſtrumentum publicum facit probationem probatam, manifeſtam, & euidentē, quæ non indiget fori diſceptatione, vt poſt alios probat Rolandus à Valle *conſ.* 52. *n.* 2. *vol.* 3. *& conſ.* 60. *n.* 55. *vol.* 4. latiſſimè *Anna conſ.* 73. *n.* 1. vnde cum nullam exceptionem opponere poſſit, neq; audiri, & cum nō ſit litigandum, ſed ſtatim cōſignandæ litteræ executoriales, nihil eſt, quod iudicandum remittatur. Et ideò licèt nō negauerim ex forma *ritus* 166. & *Reg. prag.* denegari audientiam, & ſic ſilere omnem fori declinatoriam, cum illa via inſtrumentum præſentatur, tamen nō per hoc ſequitur, quod iſtud etiam nō ſit de iure communi non virtute *ritus*, non ex actu *liquidationis*,

ſiuè

Digitized by Google

ſiuè præſentationis; ſed vigore *pacti*, vigore *guarentigiæ*, vigore *confeſſionis* in inſtrumento exiſtentiũ, vt optimè probat Carauita ſuper dicto *ritu* 166.*n*.31. vſq; ad *n*. 34. vbi fundat iure communi idē omninò eſſe, & illam virtutem denegãdi audientiam, habere inſtrumentum ex *ſe*, non propter *ritum*, ſubdit tamen, *Benè tamē fateor, quod quoad quadã in tex. diſpoſita ritus noſter dicitur eſſe contra ius commune, prout eſt illud, quod qualibet exceptio oppoſita non audiatur, niſi in carcere, prout eſt ſolutio pœnę*, de qua ipſi nunc nõ agimus. Illud vnum probare intendimus, iure cõmuni eſſe denegatam audientiam debitori cõuento vigore *pacti*, *nullamquè exceptionem opponere poſſe etiam ſi ritus M.*
24 *C.V. non adeſſet*, & id ſolùm *ex denegatione audientiæ*, & reſeruatione exceptionũ in iudicio ordinario prouenire. Exēplum in apochis banco directis, quę nul-
25 lo modo cõparari poſſunt cum inſtrumentis; ſaltim propter ius iurãdum, quo iſtę deſtitutæ ſunt; Anechinus *de præuentione cap*. 1.*num*. 70. verſ. *nemo*, *fol*. 42. & tamen ex eo ſolo, quod *Reg.prag*. 64. *de offic. proc. Cęſaris*, §. 2. dicit *non poſſa allegare exceptione alcuna*; & in §.6. dicit *non ſia inteſo*, fuit per totum S.R.C. iunctis Dominis quatuor aularum ob diuerſitatem deciſionum in ſimilibus factorũ diffuſiſſimè diſputatus articulus, & reſolutum per maximam partem votorum, quæ fuerunt numero *quindecim*, vt nullo modo cõuentus vigore apochæ prædictę *audiatur* ſi petat ſe remitti ad baronem, vel ad quodcumq; Tribunal, niſi conſtituto in vinculis, vel facto depoſito, quo facto, tunc auditur ſuper fori declinatoria, etiam ſi ipſe reus nõ petat ſe remitti, ſed remiſſio petatur ab ipſo Barone, vel ab ipſo Tribunali, verba decreti ſunt, *nõ eſſe admittendam exceptionem fori declinatoriam, ſiuè apponatur à parte, ſiuè à Barone, aut quauis alia curia, prætendente cauſa remiſſionem virtute quorumuis priuilegiorum niſi poſt apochas recognitas, aut legitimè verificatas fuerit factum depoſitum per debitorem conuentum, vel ſe conſtituerit in vinculis*; quod decretum iunctis quatuor aulis, quod eſt lex in Regno, refert *D.Rouit.in d. pragm. de offic. proc. Cęſ. n*. 5. nec facit ad rem, quod nuncupatim non loquitur de Officialibus Reg. Cameræ, nam vltra quod loquitur de Officialibus Magni Admirati, & ſic hoc ſufficeret iuxtà Ro-
26 uit. *conſ*. 90. *ex n*. 5. *vſq; ad n*. 12. Gizzarell. *deciſ*. 73. decretum clarè loquitur, dicit enim *à quacumq; Curia*, vigore quorumuis priuilegiorum, *Curia* autem vocatur omne tribunal etiam *Tribunal Dei*, vt exponens nomen Curiæ ſcribit Doctor Doctorũ S. Auguſtinus *de Ciuitate Dei lib*. 10. *cap*.7. Curia appellatur illa, vbi ius reddit ſummus Pontifex, vbi præſidet Cæſar, vbi iudicat Rex, vbi reſident Senatores.

Et propriè tribunal etiam ſi eſſet parlamētum magnum vocatur Curia, vt de parlamento Parienſi habetur apud Iacobũ Auguſtum Thuanum ex *lib*.1.*ad lib*.148. *ſuarum hiſtoriarum*, in quibus quampluri-
28 ma *arreſta* cum tit. *Curia Parlamenti* inſerta ſunt, & patet in arreſtis Papponij, Rebuffi, Guidonis Papæ, & Gerardi, Mainardi, Petri Mathęi, & aliorum. Immò ipſa parlamēta formant eorum *arreſta* hoc titulo *Curia parlamenti*. Ergo decretum *quatuor aularum*, quod hac formula vſus
29 fuit à quacumq; *curia*. Comprehendit *tribunal Regiæ Cameræ*, ſi ipſum pro remiſſione ſuorum Officialium pro apochis conuentorũ velit M.C.V. hortari. Si ergo denegatur fori remiſſio in apochis bãco directis ex eo ſolo, quod *Reg.prag*. denegat audientiam, & prohibet exceptiones, cur idem nõ eſt dicendum de inſtrumento habente *pactum executiuum*, quod & ipſum iure communi habet maiores prærogatiuas, & in eo nulla admittitur exceptio, niſi ſolutionis.

29 Vnde ſicut M.C.V. liquidat inſtrumenta contra *omnes homines* Regni, contra illos, qui ſunt de *Collaterali Conſilio* cõtra habentes ſeptem Regni Officia, & ſicut contra caput Tribunalis R.C. vt exempla adducit Ponte *de poteſt. proreg. tit*. 7. §.4. *ex fol*. 226. per totum. Dom. Capyc. latro *deciſ*. 200. *n*. 3. & 42. Rouit. *conſ*. 90. *vol*.2. Merlinus *cap*.64.*n*.2. ita etiam facere poſſet, ſi pacto executiuo conueniretur.

30 Quia non liquidat inſtrumentũ M.C.V. cõtra notoriè exēptos à ſua iuriſdictione, prout

prout ſunt illi, qui habēt ſeptem Officia ex eo, quod habeat iuriſdictionem in illos: *Sed quia iſti exempti vocati vigore ritus non poſſunt aliquam excepti nem, & ſic nec fori declinatoriam allegare.* Cum ergo hoc etiam ſit virtute guarentigiæ, confeſſionis, & pacti vtroq; modo denegatur audiētia,& exceptiones, ergo,&c. Si hæc procederent ſi cauſa eſſet in M.C.V. quid dicendum, cum ſimus in Regis cōſiſtorio in Iudice appellationisM.C.V.

31 Et ſi omnia prędicta deficerent nullo modo audiretur dictus magnificus Io: Alphonſus Rationalis Trottus, neq; ipſum tribunal R.C.ſi remiſſionem peteret, quia illud quod petitur vigore pacti ſunt cenſus, & vigore *Reg. prag.* Diui Alphōſi primi conuenitur.

32 Et ratio eſt, quia cum *pragm.* denegat omninò audientiam ante ſolutionem cenſus, & omnes reijcear exceptiones per hec verba; *Hac edictali lege perpetuò valitura ſancimus huiuſmodi cenſualium contractus, ſeù inſtrumenta tanquam res indicatas nulla prouocatione ſuſpenſas prōptam, & paratam executionem habere*; & infra *quæ quidem executio nullo falſitatis nullitatis, aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri valeant quomodolibet, vel differri, præterquam realis ſolutionis,* & infra *ſed in cauſa executionis huiuſmodi, in qua ſolum de allegata realis ſolutionis exceptione, de qua ſupra diximus, conſtare habeat tractari volumus.* Et infra: *Et aliarum quarumuis exceptionum, ſeù iurium vtriq; parti in alia iudicij inſtantia reſeruata.* Quid clarius dici, aut ſtatui potuit? Vnde Duardus *loco citato fol.* 540. *num.* 69. & 70. dicit. in terminis dicti pacti non admicti contra obligationem Cameralem, niſi

33 tres exceptiones *falſitatis, ſolutionis, & noua conuentionis.* In terminis dictę Regię pragmaticę n. 74. dicit, quia reijciuntur *exceptiones omnes*, ad impediendam executionem contractus cenſualis, prerer exceptionem realis ſolutionis, proculdubio cenſentur reiectę omnes alię exceptiones, quoniam ſtatutum, vbi reijcit exceptiones omnes, pręterquam ſolutionis aliquam excipiendo exceptionem, quam tantum permittit, opponi omnes aliæ exceptiones non permiſſæ cenſentur excluſæ, nam illud permiſſum non eſt trahendum ad conſequentiam ex paritate rationis, vel fortiori ratione, hæc Duard. de quo articulo fuſiſſimè tractaturi ſumus in pluribus *quaſt.* à *quaſt.* 40. vbi de literis cambij, & apochis banco directis ex profeſſo dicturi ſumus.

34 Ratio, quare dictæ tres tantum exceptiones opponi poſſunt, & nō alię, illa eſt; quia iſtæ tres exceptiones contractum non impugnant. Sed duæ illum ſupponunt, immò confirmant. Solutione enim eius, quod debetur tollitur omnis obligatio, & ſic etiā iuramētū; modò ſolutio non ſit calumnioſa, vt puta poſt condemnationem allegata; Sic & noua cōuentio ſupponit contractum, ſed ab eo diſceſſum; quod ſimiliter intelligo, modo non adſit odor calumniæ. Tertia falſitatis non impedit vniuerſim, ſed in caſu Reg. pragm. 2. *de falſis.* Scilicèt, vt attēdatur tempus, quo quis fuit attintus, & falſitas allegata.

35 Fuit decretum D. Martines confirmatum contra Rationalem Trottum per S. R. C. & per Collaterale Conſilium ad inſtantiā Caroli Mazzellæ Catogni Cognati in banca Litti, & expoſita venalis, dum hæc reuideo eius domus, ſuper qua cenſus erat creatus 1663.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Eques, & Commendatarius Sacrę Religionis S. Io: Hieroſolymitani, qui conuenit aliquem in Tribunali Regio, & impetrauit ab eo commiſſionem ſuæ cauſæ, vni ex Regijs Conſiliarijs, & expediri curauit citationem, cum inſertione libelli, an poſtquam fuerit citatio exequta, & in calce ipſius citationis ***reconuentus***, ſi ad euitandam reconuentionem non ***reſtituit amplius citationem*** in banca, & dereliquit litem, poſſit id iure facere, vt ei ſit deneganda remiſſio ad Eminentiſſimum Magnum Magiſtrum dictę Sacrę Religionis, cũ *deciſ.* S.R.C. confirmata in ***reclamatione,*** & alia ***multa*** de reconuentione, & in Ant. Fabrum, & remedio ***Capitulorum Regni.***

SVMMARIVM.

1 *Antonij Fabri laus, audacia. ac mores, & n. 2. & 5.*
3 *S. Thomæ Aquinas ſupra cæleſtis modeſtia, & n. 4.*
5 *S. Bernardi cum primo Rege Neap. diſcurſus ad Ant. Fab. adaptatus.*
6 *Author non audet in Fabrum inuehere.*
7 *Faber negat reconuentionem in clericum coram Iudice laico, & malè n. 8. & 9. & malè n. 17. & 18.*
10 *Reconuentio fit de negotijs quantumcumq; à conuentione independentibus.*
11 *Forma commiſſionis in S.R.C. & hypoteſis cauſæ.*
12 *Quare in ſupplicationibus non fit præſentata, & dipinguntur mores Magiſtrorum actorum, n. 13. & 14.*
15 *Fides nuncij quando fidem faciat, & n. 16.*
19 *Sola citatio executa eſt ſufficiens materia reconuentionis, quantumcumq; citans pæniteret, & per totam quæſtionem.*
20 *Quando prouocatus, ac iniuriatus, ſiuè laceſſitus non poſſit reconueniri, & n. 22.*
21 *De remedio capitulorum Regni.*
23 *Opponens exceptiones in forma, vel petens ſibi fieri iuſtitiam, poteſt reconueniri.*
25 *Deciſio cauſæ.*

QVÆSTIO XXIV.

1 SVBLIMEM, ac mirabilem I. C. Antonium Fabrum confitemur libenter, ſed ſimul Fontanellę *de pactis nuptialibus clauſ. 5. gloſſ. 8. par. 13. n. 50. fol.* 201. & Larreę *deciſ. Granat. d. 33. n. 105. fol. 426. at. & fol.* 427. & Redena-
2 ſco *conſ. 32. lib.* 1. audaciam Fabri contundentibus, manum damus. Quod Faber vnus, verè, & quod magis eſt priuatiuè; quoad omnes, omnes, inquam, non etiam neoterichos, ſed venerandos antiquiſſimos patres Iuris ſcientiam calluerit: Tribonianum ipſum, Azonem, Roffredum, Accurſium, Bartolum, Baldum, & ſimilis farinæ Viros, vbiq; nullo loco habuerit. Quis hæc haurire poterit? & hominis audaciam æquo animo ferre? Addiderim dictis Larreæ, & Fontanellæ Sãctiſſ. ac Angelicũ Aquinas, non etiam
3 Dyoniſium, Auguſtinum, Baſiliũ, Chryſoſtomum, & alios primarios *P*atres, ſẽper collaudaſſe, ſed omnes ortodoxos antiquos Scriptores, vbi potuit ſecutum, & impensè laudatum eſſe, vbi erraſſe benignè expoſuiſſe, excuſaſſe. Vnde ex
4 tanta diuini hominis modeſtia laudem conſecutum, quantã ex Angelica doctrina admirationem comparatum ſcribit Frater Xiſtus in eius *Biblioth. Sancta.* In S. *Thoma*, & Paul. Reg. in eius *Vita.* Vt
5 exinde non immeritò Fabro inuri poſſit; quod olim Sanctiſſ. Bernardus, Rogerio primo Neap. Regi, increpanti, dixiſſe fertur. Vel illum ſolùm oculorum luce frui, & omnes *Principes* Mundi cęcos eſſe,

eſſe, vel ſi hoc eſſet impoſſibile, ſequi ip-
ſum cecutire, & alios vera luce frui, vt
in eius vita *lib.2. cap.7. fol.* 470. Poſt. 2.
tom. eius oper. Sic vel Faber ſolus vidit, &
omnes II. CC. à Triboniano ad ipſum
cęci, & errones, vel ipſe ſolus oculatus,
& ſapientia præſtans. Sed ſi hoc S.Ber-
nard. non credit, ſequitur quod Faber
6 (non dixerim cæcus, nec *ex me* aliquid
in illum addam) ſed ſicut Larreg, Fonta-
nellæ, viſus; propè fuit.
7 Is Faber *coniecturarum iuris lib.*20. *cap.*5.
exibilat omnes *II.* CC. in materia recon-
uentionis, negans illam Iure veteri, &
Iure *Codicis* limitat, & diuidit ſuo modo,
vt *cap.6.7.& 8. lib.* 20. & ſignãter *cap.* 7.
quod omnes interpetres, & pragmatici,
qui tradunt clericum, qui agat contra
laicum, coram Iudice laico, poſſit corã
eodẽ Iudice à laico reconueniri, & quod
hoc, quod eſſe verum putant Interpe-
tres, indeq; errãdi occaſionem arripue-
rint, ipſum iam probaſſe, *tam falſum eſſe*
8 *quam falſiſſimum.* Modeſtiùs Afflict. no-
ſter *deciſ.* 173. dixit hunc eſſe articulum
forte ad decidendũ propter multas au-
thoritates hinc inde contrarias.
9 Quem articulum non diſputamus, quia
hodie eſt incontrouertibilis, tam in pun-
cto Iuris, quam de conſuetudine; vt ex
d. *deciſ.* Afflict. 173. Capycij 18. Frãch.
deciſ. 191. 319. & 349. & 376. Viuij *de-
ciſ.*49. Ricc. *collect.*2287. Reg. Marcian.
diſput. 73. ex *n.*1. ad *n.* 9. & nos in *quæſt.
ſequenti*, & in alijs *quæſt.* vltra *deciſionẽ* in
præſenti cauſa. Magis quod hæc quæ-
ſtio in Regno ex alio non eſſet diſputa-
10 bilis per *ritum M.C.V.*67. quantumcũq;
reconuentio ſit pro negotio totaliter à
conuentione independenti.
Contingit de his pertinaciter contendi in
anno 1642. Siquidem Frater Albertus
Paganus Miles, & Commendatarius S.
Ioãnis Hieroſolymitani, actintis alijs ſuis
fratribus, in S. R. C. in banca tunc de
Scacciauento, nunc Lauiani ad inſtantiã
Alphonſi Perſichelli Cremonenſis: cõ-
uenit dictum Alphonſum, petendo ſuper
bonis eius patris, Achillis Pagani à Per-
ſichello executis aliqua legata, & por-
tionem dotium maternarum, vt ipſum
Perſichellum excluderet, vel ei præfer-
retur in pretio. Porrexit ergò Frater
Albertus ſupplicationem S.R.M. quę de
more fuit prouiſa, Idem magnificus V.
11 I. D. Thomas de Aquino Reg. Conſ.&
cauſæ Commiſſ. ſupplicata recognoſcat,
partes audiat, prouideat, & in S.R.C.re-
ferat. Marcheſius S.R.C.Præſidens.Pro-
uiſa per Spectabilem &c. Neap. die 12.
Septembris 1642. de Scacciauento. Cu-
rauit ipſe Frater Albertus expediri cita-
tionem, quam in S.C.vocamus *cõtraſup-
plicata*, quæ expeditur cum inſerto te-
nore libelli, & dedit illam vni ex appa-
ritoribus S.R.C.vt ꝓcuratori Perſichelli
intimaret, illaq; intimata, mihiq; per pro-
curatorem oſtenſa, reconueniri feci in
eadem citatione Fratrem Albertum, vti
hæredem Achillis eius patris, ad ſoluen-
dum Alfonſo duc. 3500. ſtante quod re
vera non erat Iulia Antinora mater Al-
berti hæres ſui patris Achillis; ſed ipſe
frater Albertus inſimul cũ ſuis fratribus.
Exterritus frater Albertus à recõuentione,
pœnituit, & nõ reſtituit citationem exe-
qutam; in cuius dorſo erat ſcripta recõ-
uentio, vlterius in banca, in qua tantum
remanſit ſupplicatio originalis, cum di-
cta Regia ſignatura Spectabilis Domini
Præſidentis; Sed frater Albertus recon-
uentus formiter ab Alfonſo cum alio
ſpeciali libello negauit conuentionem,
& ſe nunquam Perſichellum conueniſſe,
ex libello enim originali de conuentio-
ne non cõuincebatur. Quia cum per *Re-
giam pragm. emanatam die* 21. *Ianuarij*
12 1632. per Excell. Proregem Comitem
Montis Regij, & incipit: *La ſuprema auto-
rità del* S.C. q̃ hodie eſt *de offic. S.C. prag.*
79. §. 7. ſtatuiſſet, vt actorũ magiſtri nihil
reciperent pro præſentatione ſupplica-
tionum, vt de qualibet ſcriptura, quæ in
proceſſibus à partibus præſentatur, reci-
piunt aſſes (grana) 10. aſſignans ratio-
nem, *baſtando quel ſolo deritto, che ſe n'è
pagato à tempo della lettura della ſupplica*;
qui directus eſt grana duodecim cum di-
midio. Iſti, qui ſolũ quæſtũ ambiũt, & vo-
13 cãtur publici latrones, (pace bonorũ) nõ
ſolũ per Carauit. *in rit.*301. vbi dicit, *Va-
let cõſequentia, Actuarius, ergo latro*, ex *gloſ.
in l. quicumq; C. de apochis publicis lib.* 10.
in verbo *Actuarius*, & per Taſſon. *de ante-*

fato verſ. 3. obſer. 3. alleg. 4. n. 189. Sed ex Columella, & Thoma Actio *de ludo Scaccorum q. 3. principali n. 4.* ex *tex.* etiam in *c. ſtatutum §. notarios de reſcriptis in 6.* & ſatis lepidè in liberculo *Vita del piccaro*, ex ore Angelorum *par. 1. lib. 1. cap. 1. fol. 13. 14. & 15.* & Gerardus Mainardus *deciſ. Toloſana 13.* vocat eos *Arpias*, ex illo tunc, deſtiterunt facere præſentatas, in capita ſupplicationum, per quas indubitantèr conſtat per quem præſen-
14 tatur, qui eſt abuſus peſſimus, & à quo magna inconuenientia exorta ſunt, & exoriuntur. Apparebat tamen illa ſupplicatio ſubſcripta à Doctore Io: Carolo Marotta procuratore Iuliæ, matris fratris Alberti, iuxtà eandem *Reg. pragm. in §. 1.* quæ innouauit pragm. *Regis Ferdenandi primi*, quod ſupplicationes antequã ſignentur à Spectab. Dom. Præſidéte ſubſcribantur ab Aduocato cauſę.

Sed his occurrimus ex parte Perſichelli cũ fide facta ab apparitore, ſiuè porterio de ordine Superioris, quod illi fuit cõtra ſupplicata data ad intimandum ab eodẽ fratre Alberto, & quod idem frater Albertus ei ſoluerat mercedem pro intimãdo procuratore Perſichelli, eoq; intimato, ac facta replicatione in ſcriptura, & in ea reconuẽtione, per dictũ procuratorem Perſichelli ipſam reſtituit fratri Alberto. Hæc probatio quicquid clamabat
15 Aduocatus fratris Alberti, fuit approbata à S.C. per tex. *in l. prohibitum. C. de iure fiſci lib. 10.* Bart. *in l. 1. §. cura carnis de offic. præfecti Vrbis*; & *in l. magis puto §. ne tamen ff. de rebus eorum*; & *in extrauaganti Ad reprimendum*, verſ. *per nunciũ* ad finem, cum concordantibus per Ma-
16 ſcard. *de probat. concluſ.* 1120. Et quia nuncijs non creditur quando agitur de graui præiudicio alterius, idem Bar. *in l. diuus 2. col. 3. ff. de cuſtodia reorum*, cum concord. per Maſcard. *ead. concluſ. n. 9.* verſ. 2. *ergo* Baron. *de citat. q. 5. 6. & ſeq.* Adminiculauimus, relationem nuncij, cum fide Scribæ cauſæ, qui teſtatus fuit, illam ſupplicationem fuiſſe ei exhibitam per quendam Equitem Hieroſolymitanum inſimul, cum Io: Carolo Marotta, & quod ipſe ſcripſit citationẽ contraſupplicata, quæ amplius ei nõ fuit reſtituta. Probatum etiam fuit per tres teſtes, qui legerunt reconuentionẽ ſcriptam in illa contraſupplicata, poſtquam fuerat executa per porterium, ex quibus omnibus ſimul iunctis S.R.C. habuit pro abſoluto conuentionem fuiſſe factam à fratre Alberto, & reconuentionem ab Alfonſo.

17 Poſito pro indubitabili articulo reconuentionis tam de iure, quam de cõſuetudine, vt ſupra fundatum eſt, & poſt hanc cauſam deciſam vidi, prędictum articulum optimè comprobantem Anſaldũ *de Iuriſdictione par. 3. tit. vnico cap. 9.* verſ. *in omnibus ex n. 52. ad n. 76.* & ſignãtèr, quod ſi clericus mouerit vnam quæſtionẽ poterit recõueniri ſuper *infinitis*. Remanebat ſola difficultas ſuper *pænitentia* fratris Alberti, ex quo citationem non reſtituerat Actuario in banca, & nihil
18 aliud fecit; Sed S. C. viſo Speculatore *lib. 2. tit. de recon. §. videndum*, verſ. *quid ſi reus*, (vbi eſt caſus ad literã) quod ſtatim ac eſt intimatus ab actore libellus poteſt recõueniri, *quantumcũq; pæniteat*, vel ipſum non reſtituat in actis, quem ſecuntur Affl. & Franch. in dictis *deciſ.* Peregr. *deciſ. 142. n. 13.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. G. 13. par. 2. n. 17.* & Carolus de Graſſis *de effect. cler. eff. 1. n. 748.* poſt Maran. *in praxi diſtin. 6. n. 17.* verſ. *item procedat*, cum alijs adductis per D. Marcianum poſt hanc cauſam deciſam editum, & per Anſald. loc. cit. n. 108. denegauit *remiſſionem* Fratri Alberto.
19 Ratio eſt, quia licèt per ſimplicem libelli oblationem, & impetrationem iudicis nullum ius quæratur reo, cum res ſit integra, tamen poſtquam intimauit, res deſinit eſſe integra, & quæritur ius reo, qui ſi in illo inſtanti ſit reconuentus, nõ poteſt deſiſtere, ad finem, vt forum declinet iudicis Pagani, quem ipſe vltro ſelegit, Coſta *de remed. ſubſid. remed. 20. n. 23. & 24.* Et malè dicũt, qui credunt eſſe neceſſariam litis conteſtationem, vt fusè probatum eſt in ſequenti *quæſtione*, quia ſufficit ſola citatio executa.

Sed motiuauit contra Alfonſum vnus ex Dominis, quod ex alio nõ poterat Frater
20 Albertus reconueniri, quia non vltro venit ad iudiciũ, ſed vexatus ab Alfonſo Perſi-

Perſichelli, nam cum ipſe rem poſſidebat fuit ab Alfonſo executa, & expoſita venalis, ipſumq; ad euitandam venditionẽ, ad Iudicem laicum veniſſe, quo caſu ceſſare reconuentionem habetur ex tex. in *c. relatum, de iure patronatus*, ex Bart. *in Auth. & conſequenter n.* 15. C. *de ſententijs, & interlocutionibus omnium Iudicum*, de quo videtur tex. *in l. Papinianus* 14. C. *eod.* & dicit Barboſ. *in l. qui prior. n.* 49. *ff. de iudicijs*, Reg. Marcian. dicta *diſp.* 73. ante *n.* 3. Valaſc. *deciſ.* 88.

Exemplo remedij capitulorum Regni, in
21 quo, *quaſi* iudicio quando clericus venit ad ſe defendendum contra laicum, non poſſe reconueniri, eſt in Regno inculcata opinio ex Franch. *deciſ.* 193. *n.* 11. Anna *ſingul.* 432. Tapia *de Iure Regni in rubr. quando Rex inter Eccleſiaſticas perſonas, lib.* 3. *num.* 12. Magiſter meus Marchio Capyc. latr. *deciſ.* 69. *n.* 9.

Sed reſpondi, quod factum aliter ſe habebat, vt patet ex tenore ſupplicationis Fratris Alberti, & quod in facto conſtabat ipſum nunquam ab Alfonſo Perſichelli fuiſſe pulſatum, ſed ſolam contra Iuliam eius matrem proceſſum.

Dixi etiam in puncto iuris (ni ſophiſmata Fabri ſequi velimus) quod tunc quis non poteſt reconueniri, quando verè venit ad ſe defendendum, coactus ab aliquo, qui ei intulit iniuriam in perſonam, vel in bonis, ad hoc, vt iniuriatus, & laceſſitus adeat Iudicem pro emenda contra iniuriantem, & ex inde coram
22 eo reconueniatur; vt elicitur ex dicto *c. relatum*, cum *gloſ. Inn. Abb.* & com. & habetur in *c. literis*, & *in c. ex conqueſtione de reſtitutione ſpoliatorum*, & ex tex. *in l.* 2. §. *ſi agant, ff. de iudicijs*, Anſald. *loc. cit. n.* 115. Carauita *Ritu* 67. *in* 7. & 8. *limit. n.* 17. & ſequent. Tapia *in conſt. de Burgenſaticis fol.* 21. *num.* 1. & *num.* 7 Larrea *diſp.* 4. *n.* 6. Marcian. *loc. cit. n.* 4

Et ad illud, quod dicebatur de remedio
23 capitulorum Regni, Reſpondi, quod oportet, quod ſit cautus clericus, quando comparet, nam ſi opponat exceptiones in forma, vel petat ſibi iuſtitiam miniſtrari, poterit, etiam in illo quaſi iudicio reconueniri, vt fuiſſe deciſum iunctis Aulis per S.R.C. in anno 1590. contra Epiſcopum Triuici pro Vniuerſitate Caſtelli Baroniæ, in banca tunc Tera-
24 ciani ſcribit Amendola ad Franch. *deciſ.* 193. *n.* 18. *verſ. ſed aduertat clericus*, licèt in eo quod dicit, quod ex ſola oppoſitione exceptionũ, poſſit reconueniri, iudicio meo ſubſiſtẽdum ſit, & melius cogitandum, cum caſus occurrerit.

Cum ergo omnia iſta ceſſabant in caſu Fratris Alberti die 14. Iulij 1644. fuit ei denegata remiſſio ad Eminentiſſimum Dominũ Magnũ Magiſtrũ ſuæ Sacræ Religionis, & iuſſum procedi in S. R. C. votantibus DD. Marcheſio Præſidente,
25 Aquino Relatore, Vargas, Arias de Meſa, & Anibale Moles Regijs Conſiliarijs in banca tunc de Scacciauento, nunc Franciſci Lauiani, & cum dictus Frater Albertus non acquieuiſſet, fuit commiſſa reclamatio in eadem aula, alteri Reg. Conſ. ſcilicèt Ill. Alphonſo de Vargas, Duci Cagnani, & datus Fratri Alberto terminus ad non poſita ponendum, & non probata probandum. Et compilato proceſſu, per aliam Regiam ſententiam fuit dictum, benè iudicatum per ſententiam S.R.C. latã ſub die 14. Iulij 1644. & malè reclamatum per dictũ Frat. Albertum; & ei (vt moris eſt in noſtro magno Tribunali) impoſitum perpetuũ ſilentium.

ARGVMENTVM.

Sola citatio executa in perſonam laicam, quę eadem die exceſſit è vita, & ei ſucceſſit clericus, excludere clericum ipſum hæredem vniuerſalem, à remiſſione ad Iudicē Eccleſiaſticum, cauſæ in citatione contentę, nec requiri litis conteſtationē, declaratur ſolemnis gloſſa antiſignana in hoc articulo in *c. clericum nullus* 11. *q.* 1. funditus refellitur Molfeſius, qui mutuatis argumentis à Cagnolo, contrarium adſtruxerat ſuper *conſuet. par.* 2. *tit. de perſonis q.* 8. cum deciſione S. R. C. confirmata in reclamatione.

SVMMARIVM.

1 *Gloſſ. in c. clericum nullus in verbo ſecularem* 11. *q.* 1. *expenditur. & n.* 2. *Sciſſit interpetres in duas claſſes, & n.* 3.
4 *Qui requirant litis conteſtationem, & non ſufficere dicant citationem executam.*
5 *Deciſio cauſæ, & n.* 6. *&* 7.
8 *Gloſſa in d. c. clericum loquitur in iudicio mouendo, non in iudicio iam moto per defunctum laicum.*
9 *Clericus hæres laici non declinat forum Iudicis laici, & n.* 10. *&* 11.
12 *Reprobatur Molfeſius in d. articulo, & n.* 13. 14. *&* 15.
16 *Marantæ Contradictio in hoc articulo.*
17 *An opinio Molfeſij ſit fauore Eccleſiæ, & num.* 18.
19 *Litis conteſtatio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit citatio executa, vt clericus forum non declinet; & n.* 20.
21 *Deciſio in cauſa illorum de Turboli.*
22 *Tex. in l. amplius ff. rem ratam haberi declaratur.*

QVÆSTIO XXV.

1 TRADVCVNT *Doctores* ex Gloſſa in *c. clericum*
verbo *ſæcularem* 11. *q.* 1.
ſententiam illam, quod
clerico heredi laici pro
lite cępta cum defuncto
coram Iudice ſæculari, competat declinatio, ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum
competentem. Nam Gloſſans *canonem*
Agathenſ. *concilij*, quod clericum nullus
præſumat apud ſæcularem Iudicem pulſare; gloſſat; *niſi in caſibus exceptis*; inde
ad caſum noſtrum. *Item fortè cum ſuccedit clericus laico: vt ff. de iudicijs l. hæres abſenis; quod falſum eſt.* Loquitur enim ab
initio per verbum *forte*; inde ſtatim dicit,
quod falſum eſt,
2 Quæ *Gloſſa* benè non ponderata, ac non
intellecta, ſciſſit Interpetres in *duas* partes: altera affirmantium, & aientium;
quod inſtantia cepta cum defuncto laico, tranſeat in clericū vniuerſalē ſucceſſorem, vt cogatur reſpondere in illo iudicio coram Iudice ſæculari, altera negantium, quod teneatur actor iterum
inchoare illudmet iudicium coram Iudi-
3 ce Eccleſiaſtico. Quam opinionem pro
Iudice Eccleſiaſtico ſequentes, dictam
Gloſſam defendunt latiſſimè Molf. *ſuper conſuet. par.* 2. *tit. de perſonis q.* 8. *n.*
22. *fol.* 47. qui ad literam totum eius diſcurſum, & argumenta copiauit à doctiſſimo Cagnolo in *l.* 2. *ex n.* 249. *vſq; ad n.* 253. *fol.* 179. *C. de pactis inter emptor. & venditor.* Defendit hoc etiam Marta
de iuriſdict. par. 4. *cap.* 33. *n.* 11. *& ſeq.*
& idem Molf. 2. *par.* cum alijs per Dom.
Reg. Conſ. Hodierna ad Surd. *dec.* 110.
n. 4. & dicunt, quod hæc opinio, quam
tenent Canoniſtæ, eſt verior de iure, cōmunior, & receptior.
4 Alij autem mediam viam tenentes diſtingunt, an lis fuerit ſolùm cępta per citationem exequutam; an verò fuerit nō
ſolùm cępta, ſed etiam lis conteſtata cū
defuncto laico, vt ſunt Ceuallos *cōmunes contra communes quæſt.* 36. *fol.* 53. Gail.
obſeruat. 37. *n.* 8. *&* 10. *lib.* 1. Franciſcus
de Petris *conſ.* 13. *n.* 3. *&* 4. *& conſ.* 23.
D. Ho-

Digitized by Google

D.Hodierna ad Surdum *deciſ.* 110. *n.* 18. vbi dicit ſic ipſum dictas opiniones pugnantes reconciliare per tex. in *l. amplius ff. rem ratam habere*, quaſi ſola petitio nō ſit petitio,ſed videatur quis velle petere; vt habet litera d. *l. amplius.*

5 Sed contrarium meritò per S. R. C. fuit *deciſum* die 23. Octobris 1645. in cauſa Io: Franciſci Pica cum clerico Ferdinando Pica. Mandauerat Martinus Pica Io: Pica eius hæredi, ac nepoti,vt reſtitueret Io: Franciſco argentea vaſa pondo 110. quam reſtitutionem, detrectans Ioannes fuit conuentus in S. C. vt cogeretur ad reſtitutionem ; intimata cōtraſupplicata, eadem die Io: laicus exceſſit è vita ; ſucceſſit ei Ferdinandus Pica eius pater , & germanus Io: Franciſci actoris. Hic Ferdinandus aſſerens eſſe clericum , petijt cauſam remitti ad Epiſcopum Ciuitatis Aquilæ Iudicem ſuum competentē.Quæ remiſſio fuit ei denegata,referente D.Filingerio, & iuſſum procedi in S. R.C. ad

7 vlteriora contra clericum Ferdinandum petita remiſſione ad Epiſcopum Ciuitatis Aquilæ non obſtante in banca Berardi Spera S.R.C. Actorum Magiſtri.

8 Et cū dictus clericus Ferdinādus reclamaſſet die 26.Ianuarij 1646. cū interuētu Spectabilis Pręſidis Marcheſij,& DD. Varele, Trelles, Filingerij, & Cioffi RR. CC. fuit dictum, benè prouiſum ſub die 23. Octobris 1636. cum magna , & quā magna cauſæ diſcuſſione.

Dixi enim ego, *gloſſam* fuiſſe malè inductā, & ab omnibus ſequtā ſine delectu.*Gloſſa* enim loquitur non in iudicio moto contra laicum,ſed in iudicio mouendo vigore contractus , vel quaſi cum defuncto laico celebrati; quod patet, quia dat exemplum ſi ſuccedit clericus laico , vt *ff. de iudicijs* , *l. hæres abſens* , qui textus expreſſiſſimè loquitur nō in iudicio cępto, ſed in iudicio incipiendo ; ibi *Defen-*

9 *dendus eſt vbi defunctus debuit* , *& conueniendus*, &c. Qui articulus veriſſimus eſt fauore clericorum , quod clericus pro contractu defuncti conueniendus eſt coram Iudice ſuo, non corā Iudice defuncti, & ideò optimè *Gloſſa* ſequta fuit per verbum *fortè*, & deinde ſubdit *falſum eſt*, & re vera falſiſſimum eſt.Sed gloſſa nullo modo dicit, nec dicere voluit id eſſe falſum ſi lis non erat mouenda, ſed iam mota contra laicum , vel ſi iudicium per citationem fuerat ceptum contra eum. Et ſic omnes intelligendo *Gloſ.* præcipitati ſunt vnus poſt alium more auium, vt ſupra cum Dante *q.* 15. Vnde contraria opinio eſt canonizata in S. C. per *deciſ.* die 26. Ianuarij 1627. in cauſa Io: Troiani Gattæ cum hæredibus Caroli de Adamo, & fuit denegata remiſſio ad Iudicem Eccleſiaſticum petita per Io: Bernardū de Adamo clericū, quia lis cū defuncto ſolū cępta,in banca Lombardi; vt refert Sāfelic. *dec.*2.*n.*13. vbi dicit nullā fuiſſe habitā rationē de dictis per Molfeſ. Hāc opinionē defendūt omnes Legiſtæ; Et qa eſſet tediosū omnes allegare,recēſebo ſolū,q ex ꝓfeſſo hūc articulū proſequti ſunt.Et primo Carolus de Graſſis *de effect. cleric. effect.* 1. *n.* 281. qui licèt in verſ. *ſub amplia* , & ipſe ceſpitauerit in dictam gloſſam, tamen *n.* 282. verſ. *ſed quod imò prædicta ampliatio* , concludit, quod in litibus, & quæſtionibus iam inceptis cum defuncto laico clericus nullo modo declinet forum , allegat 42. DD. & ex *n.* 283. aſſignat ſeptem validiſſimas rationes (quæ realiter non ſunt ſuæ ad inuentionis) & ante *n.* 291. dicit hæc verba: *Retenta tandem opinione , quod in litibus inceptis clericus hæres laici ex perſona ſua non poſſit declinare forum , ſed tenetur litem proſequi coram eo Iudice , coram quo agitabatur cum defuncto .*

Ex noſtris etiam D. Carleual (nōpœnitendus Doctor) hanc veritatem latiſſimè cōprobat,& reſoluit omnia contraria *lib.* 1. *diſp.* 2. *q.* 5. *poſt n.* 309. *fol.* 144. verſ. *ſed prædictam limitationem*; qui vltra DD. allegatos à Carolo de Graſſis, allegat Angelum, Crot. Fel. Socc. Burgos de Paz Miſinger. Barboſ. Didac. à Spin. Farinac. Caſtill. Auendan. Bouadil. Foller. Rodriq. Carauit. Cald. Pereir. & Gregorium Lopez.

11 Sed melius omnium hunc articulum diſcuſſit D. Franciſcus Salgad. *de ſupplicatione ad Sanctiſſ. ſeu de retentione bullarum cap.* 12. *n.* 32. verſ. *at quando fol.* 198. dicit hæc verba: *At quando contra defunctum lis cepta fuerit, & per citationem præuenta*

uenta iuriſdictio à Iudice defuncti laici in eiuſdem hæredem clericum tranſit inſtantia, & iudicium cęptum actiuè, & paſſiuè, itaut remiſſio ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticū omninò ceſſat; & idem repetit, & defendit *de Reg. protect. par. 4. cap. 8. n. 303. fol. 390.* Et pro omnibus Italis Franciſcus Anſald. *de Iuriſdict. ſæculari par. 3. tit. vnico cap. 10. per totum fol. 336.* quorum ſcriptis nihil addi poteſt, & Georgius *Obrec. de iuriſd. lib. 3. cap. 2. n. 3. Scacc. de iudicijs lib. 1. cap. 11. n. 13. Farinacc. de inquiſit. q. 8. ampl. 17. ſub. n. 46. fol.* 87. Ceuall. *d. q.* 36. Sed aliqualiter indigeſtè.

12 Et re vera multi, qui allegantur pro opinione, quod non declinet forum; id non dicunt, & allegantur à tenentibus contrariam opinionem, & quia non viſi in fonte, adducuntur, qui dicunt totum contrarium, & certè, vt exteros omittam noſtri Regnicole, fuerunt valdè nimis incurioſi, & Molf. vt ſuam ſententiā aſſeueraret, ſomniauit in Parnaſo, & primo *n.* 22. allegat *gloſſ.* prædictam, cui ſupra reſponſum eſt, allegat Innoc. *in c.*

12 *quia G. de iudicijs*, qui non ſolum id nō dicit, immò totum contrarium, ibi non enim transfertur proſequtio litis de perſona in perſonam, *niſi in hæredibus, vel vniuerſalibus ſucceſſoribus.* Butrius in eodem *loco n.* 11. verſ. *venio ad quartum*, quò ad omnia ſequitur Innocentium. Allegat etiam Felin. *in c. quia G. de iudicijs ex n.* 3. verſ. *dicit hic Dom. meus contra Abb. fol. mihi* 82. & verè Felin. defendit contrariam ſententiam, quod inſtantia inchoata *contra laicum tranſeat in clericum ſucceſſorem*; & Dom. ſuus Andreas Barbat. & additio, quam allegat Molf. eſt contra eum, vt patet *in 2. limit. fol.* 83. verſ. *limita* 2. dummodò inſtantia ſit *inchoanda contra clericum, ſecùs ſi iam inchoata contra defunctum erat, tunc enim tranſit ſecundum modernos hic contra Abb. & hoc tenet etiam Imola in l. ſi hominem, ff. de fideiuſſoribus, & Paul. de Caſtr. in l. hæres abſens,* & *Ludouic. in l. ſi conſtante* §. 1. *ff. ſolut. matr. nō obſtat, quod dicitur de fiſco,*

13 *quia eſt falſum, quia imò inſtantia tranſit in fiſcum*. Hæc Felyn. Ecce tibi ſi Felyn. & additiones ſunt contrariæ. Nec *deciſio dominorum de Rota* poſita in d. *additione* facit ad articulum; non nego, quod nouiſſima additio, ibi: Philippi Simmonette recedat à prædictis. Allegat Bald. in *c. in præſentia de prob.* & re vera verbum nullum ibi de quæſtione, & in *l. ſi quis præsbyter n.* 4. verſ. *ex quibus concluditur* loquitur quando eſſet punienda perſona clerici, & de hoc nō dubitamus, allegat Cagnol. *fol.* 179. *n.* 249. verſ. 91. & omnia argumenta Cagnoli tranſcripſit, vt ſupra dixi; ſed debebat addere concluſionem

14 poſitam à Cagnolo poſt *n.* 252. quare *dubitaui de ſententia contra clericum illum prolata, ſed quia coram Eccleſiaſticis Iudicibus immortales ſunt lites, vt ſubditi à laboribus, & expenſis releuentur, iuſtitia celerius per Excellētiſſ. Ducalē Senatum partibus adminiſtrata, vt retuli, inclinarunt partes iuriſdictioni; etiam Domini fauentes*. Hæc Cagnol. à Molf. allegatus, & eſt quod dixi ſupra, quod omnia tribunalia ſic iudicauerunt, vt innuit Surd. *in d. dec.* 110. ibi: *Senatus autem quia inuenit contrariam partem ſæpius alias ab anteceſſoribus approbatam, iudicauit clericum ſucceſſorem laici ligari inſtantia iam coram laico inchoata, quæ opinio, ſi rectè videantur, & numerentur DD. eſt cōmunior, & plures habet auctores*, dicit ergo Surdus, quod in ſuo Senatu ſæpius ab anteceſſoribus fuit approbata. Id etiam dicit Peregrinus à Molf. allegatus in *art. vlt. n.* 20. *de fideicomm.* quod eſt *in curijs ſæcularibus recepta opinio*, & allegat Boer. Couar. Gail. & Surd. quos quia refert in ſecunda opinione, illam cenſetur approbaſſe. Allegat *Salyc. in l.* 1. *C. ſi pendente appellatione mors interue-*

15 *nerit*, & Salyc. & Bart. verbum *nullum de clerico*, loquntur enim in fiſco, & argumentum fiſci, qui eſt Cagnoli, & non Molf. eſt reſolutum à Graſſis, Carleual. Salg. Anſald. & alijs; Allegat Iacob. in *l. hæres abſens*, qui ſequitur dictam *gloſ. in d. c. clericum nullus*, & refert Alberic. dicentem eſſe opinionem Canoniſtarum, Allegat Dec. in *conſ. vlt. n.* 6. qui non loquitur in lite cępta cum defuncto. Allegat Boer. *dec.* 69. circa finē, qui refert opiniones hinc, & inde, & concludit, quod opinio noſtra ſeruatur *indiſtinctè* in tribunalibus Regis Francogallorum. Curtius in d. *l. hæres abſens*, nihil firmat, ſed refert *opiniones*

Bor-

Borgninus *deciſ.* 8. *n.* 11. *par.* 1. qui vltra quod perfunctoriè loquitur, expreſsè dicit, quod lis *nõ erat cepta cum defuncto.*

Demum Iaſon. *in auth. quas actiones C. de Sacroſ. Eccleſ.* dicit ſecundum opinionem noſtram.

16 Maranta autem *par. 5. rub. & omnia fiant durante inſtantia*, dicit id, ad quod allegatur à Molfeſ. ſed debebat aduertere, quod hic *ſenex Venuſinus* dixerat totum contrarium ſupra *par.* 4. 11. *diſt. n.* 79. *fol.* 93. ater. ibi: *Item ſi contingerit clericum ſuccedere iam conuento coram Iudice ſeculari*; vbi allegat Imol. Paul. de Caſtr. Angel. Bal. & alios, &c. Vt hoc notauit Anſald. *fol.* 336. *n.* 24. vbi allegat Marant. pro opinione ſua, & videtur eſſe fatale, vt præcipuè in hoc articulo DD. ſibi metipſis contradicant.

Aduerte etiam, Lector, quod moderni aliqui Regnicole in ratione dubitandi allegant pro opinione contraria Gramat. *deciſ.* 31. *Capyc. deciſ.* 195. *& Aunam*, & iſti hoc neq; ſomniarunt; & Caputus *conglossator* Molfeſij ſuper *conſuet. in prohem. Caroli* §. 7. *n.* 8. *fol.* 86. tenet contra Molfeſium pro opinione noſtra.

Deniq; dicit Molfeſ. ſe ſequi hanc opinionem, quia eſt fauore Eccleſiæ, vt *n.* 24.

17 fol. 48. Si eſſet fauore Eccleſiæ, ipſe non etiam libentiſſimè ei ſubſcriberem (licèt pro veritate articuli hæc non deſeruiant) ſed etiam effunderem propriũ ſanguinem, prout ex nunc pro tunc ei ſubſcribo quoties fuerit declaratũ à Sãcta Sede Apoſtolica Matre, Domina, ac Magiſtra omnium noſtrum, eſſe fauore Eccleſiæ, interim donec aliter Eccleſia declarauerit, videtur non eſſe fauore Eccleſiæ in genere ſumpta, neque fauore clericorum in ſpecie.

18 Primam fundo ex *gloſ. ordinaria ſuper 36. Exodi* ſuper verbo *plus offert populus.* Secũdã ex dictis Cagnoli *ex locis ſupra cit.* & melius ex dictis per piiſſimũ, ac nõ vulgari sãctimonia refertũ Patrẽ Lãdulph. *de vita Chriſti c.* 61. *f.* 638. verſ. *ex hoc etiã patet.* In Tribunalib⁹ Regijs expẽſas facit Rex; nullę ſportulę ſoluũtur; ſolũ in S.C. 1. ½ pro 100. Nihil, vel parũ ſoluunt litigatores Actuarijs, quia negotia affluũt in infinitũ, & licèt Actuarij nõ ſint oues, tũ non ſunt omnes lupi. In Tribunalibus noſtris, q̃ cõgregãtur in Caſtro Capuano ſingulo mane, ante contagium erant decẽ mille homines ad minus, vt ſcribit *Coſtus lib. 3. & 4. com. Regni*; & ego vidi 31. annis de his decima pars ad minus sũt, monacorũ, & clericorum omniũ, & quarumcumq; ordinum, qui ſunt in Eccleſia Dei omnium ferè nationum Mũdi. Interrogentur iſti vbi illis expedit litigare? Nec ipſa ſententia Rotalis (vt accinam Cagnolo) terminat cauſam, ſicut terminat ſententia, vel decretum S.R.C. executio enim vnius decreti, vel ſententiæ non retardatur vllo humano remedio, neq; Rex ipſe manus apponit, niſi per reſtitutionem in integrum, quæ priuilegiato litiganti competat, vel per nullitates formiter propoſitas, q̃ ſint cõtra expreſſum caſum legis, vel ſcripturam publicam in actis præſentatam ante decretum, vel ſententiam; in Rota autem requiruntur tres conformes.

Deniquè, dum hæc reuideo, dedi in inſignẽ locum excellentis Doctoris Canoniſtæ Palacios Ruuios *in c. per veſtras, notab.* 2. *n.* 24. *fol.* 246. *col.* 2. qui non relato loco gloſſ. ſuper Exodo, neq; P. Landulphi, omnia prædicta, quod non ſit fauor, quod lites ibi ſiunt immortales, quod apud illos Iudices rarò ſit Iuſtitia, & quod illos Iudices affectare ſit inſania; & alia notabiliſſima dicit: quem locũ etiam refert, & laudat Anſaldus *de iuriſd. mixti fori par.* 4. *tit.* 10. *cap.* 1. *n.* 99. *fol.* 487. Videat modo Molfeſ. ſi eſt fauor Eccleſiæ. Sed hæc, vt dixi, nõ ad nos, neq; ad articulũ.

19 Fuit etiam deciſum in hac cauſa, & cõfirmatum in reclamatione, vt ſupra, non eſſe neceſſariam litis conteſtationem; ſed ſufficere ſolam *citationem executam*, quia eadem die, qua Io: clericus fuit citatus, mortuus fuit, quia Paulus in d. *l. hæres abſens*, dicit, niſi *iudicium fuiſſet ceptum contra defunctum* in Curia ſeculari; ſic Angel. ſic Carolus de Graſſis, Couar. & alij ſupra allegati; omnes ponunt exemplum in *lite cepta, & in iudicio cepto*, & ex noſtris Carauit. *ritu* 134. *n.* 3. dicit, *litem nõ dum ceptam*, quia litem eſſe ceptam per ſolam citationem exequtam, eſt tex. in §. *fin. inſt. de pœna temere litigantium*;

Conſt. Caſari Spec. Peregr. 99.

tium; & ita in puncto, quod ſufficiat ſola citatio ex Alex. Bar. & Bald. fundat Cagnolus in d. *l. 2. de pact. inter empt. & vẽd.* ante n. 253. verſ. *an autem inſtantia.*

Sed & melius hoc tenent, & docent pro indubitabili Carleual. *loco citato fol.* 144. *col.* 2. circa finem. dicit hæc.

20 *Addendum tamen eſt ad effectum ipſum translationis inſtantiæ cœpta cum defuncto in clericum hæredem ſatis eſſe iuſta dicta ſuperius n.* 297. *ſi defunctus citatus fuerit, non etiam requiri, vt lis fuerit cum defuncto conteſtata, quicquid Mſinger vbi ſupra dixerit*; & idem Carleual in d. n. 297. fol. 139. *quod non requiratur litis conteſtatio cũ tex. in l. ſi defunctus* 15. *in principio, ff. de procuratoribus*, & authoritate Bal. Iaſ. Couar. Barbat. & Molin.

Ita etiam tenet Parladorius *lib.* 2. *cap. fin.* 2. *par.* §. 1. *fol.* 177. omnes apud Salgad. *in d. ſupplic. ad Sanctiſs. fol.* 198. *n.* 34. & erit *aduertendum, vt ad hoc vt inſtantia tranſeat in clericum hæredem vniuerſalem ſufficit vt defunctus mortuus ſit re non integra, & tunc dicitur res non integra, quando in vita fuit citatus abſq; eo, quod ſit cum defuncto lis conteſtata, quia per citationem ſolam præuenitur, & perpetuatur iuriſdictio iuxtà iura, & DD. ſuperius citatos, vt ex c. gratum, & c. relatum de offic. deleg. cum concordantibus, & Gloſ. Innoc. Abbas, & alijs in c. ſignificauit de reſcriptis, allegat* Io: Andream Philipp. Franch. Borell. Barboſ. Rebuff. Valenzuola, Giurba, Moneta, & alios vſq; ad nauſeam. Ita etiam tenet, quod ſufficiat ſola citatio Pater Merolla *de iuriſd. delegata diſp.* 7. *difficult.* 5. *n.* 32. *f.* 391. verſ. *tertia denique*, vbi ex Sanchez, & alijs, exponit illud de lite conteſtata, quod intelligatur, *maximè* .i. prorogata per *citationem, & maximè per litis conteſtationem*.

Fundatur etiam in Clementina 2. *vt lite pendente*, vbi per ſolam citationem res efficitur litigioſa, inducitur litis pendentia, & res deſinit eſſe integra, vt eſt tex. *in c. ſignificauit de reſcriptis.* Omnes apud Anſald. *de iuriſd. Eccleſ. par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 12. *n.* 104. *Maſcard. de prob. concl.* 987. *Reg. Marcian. diſput.* 22. *n.* 6. verſ. *hac tamen regula*.

21 Et quia D. Cõſ. Hodierna cum Miſing. Franc. de Petris, & alijs requirit litis cõteſtationẽ; cum tractabatur cauſa Annibalis Turboli; de qua ſupra *in quæſt.* 14. quia dictus D. Hodierna interueniebat vti adiunctus, & Anibal fuerat ſolũ citatus, nec de perſona, ſed in curia deſignata in inſtrumento. Reſcitũ veſpere præcedenti fuit, dictũ Dom. velle votare pro clericatu. Mane cũ cauſa in aula perorabatur pro Anibale, à Dño Scipione Martino Aduocato primario. Ipſe defenſionẽ Duciſſę D. Iulię, & D. Annæ exorſus fui ab hoc articulo; & cũ de hoc articulo nunquã dũ cauſa fuerat voce, & in ſcriptis per domos DD. Iudicũ informata, hęſitatũ; Domini, de meo exordio demirati sũt: Talitèr, quod idẽ Dñs Scipio, ſua ingenuitate dixit; ego hoc nõ oppoſui, neq; dixi. Cui ſtatim reſpõdi: & ego in aere locutus fui. Ponamus ante omnia hoc fundamentũ indubitabile, quod ſola citatio executa ſufficiat; quo poſito, defendi cauſam, & obtinui, vt in d. *q.* 14. hoc totũ euenit dicto D. Hodierna corã, qui cũ quinq; alijs Conſenatoribus ſedebat in aula; & cauſa fuit ſic deciſa ſolũ per citationẽ in curia, vt d. *quæſt.* 14. *per totam.*

22 Et re vera tex. in *l. amplius non peti, ff. rem ratam haberi*, nihil obſtat. Aliud eſt, vt quis cõtrauenire dicatur, & cõmittere ſtipulationẽ amplius non petendi, aliud quod dicatur cauſa præuenta, & iuriſdictio penès aliquẽ Iudicẽ radicata, & cęptũ iudiciũ, quo quis forũ declinare non poſſit. Ad primũ, nõ ſufficit citatio ſola executa, ſed requiritur actus litis conteſtationis, tractatur enim, vt q̃s incidat in pœnã, vel cõmittatur ſtipulatio, & ideò tex. requirit aliũ actũ (qui iure cõmuni nil aliud eſt, niſi quod citationi, citatus replicet, vel reſpõdeat) Quo ad forũ vero, & vt illũ nõ declinet, tot iura, etiã canonica poſt d. *l. amplius* promulgata, dixerunt ſufficere citationẽ executã, quæ vna facit vt res amplius integra dici non poſſit, vt nil mirũ ſi hæres, qui vna, & eadẽ perſona cũ defuncto exiſtimatur, vel inuitus teneatur in ſe inſtantiam cum defuncto cęptam ſuſcipere, & cõtinuare.

Porrò Bart. in d. *l. amplius* ante *n.* 1. opponit de *l. procurator*, & *l. quo enim* §. 1. & *fin. ff. rem ratam haberi*, vbi ſtipulatio cõmittitur

tur

tur ſine conteſtatione. Reſpondit, aliud eſſe in ſtipulatione rem ratam haberi; aliud in ſtipulatione, quod amplius non petatur, *quia tardius committitur iſta, quã illa*, vt in *l. decem cũ petiero*, ſupra *de verb. obligat.* vbi *gloſſ.* dicit, *aliud ibi*, aliud *hic*. Sic in materia noſtra, vbi non tractatur de committenda ſtipulatione; ſtipulatio inquam, *quæ* tardius, teſte Bart. committitur, ſed de reconuentione. In qua omnia Iura,& præſertim canonica ſupra, & in *ſequenti*, & *alibi* allegata, dixerunt per ſimplicem citationem executam, radicari iuriſdictionem, iudicium eſſe fundatum, rem deſineri eſſe integram, parti cui citatio fuit intimata,ius eſſe quæſitũ, Nil mirum, ſi dixerũt ſtatim poſſe citans reconueniri, nec poſſe inuito citato pœnitere. Vnde ex ſeparatis illatio non eſt facienda, vulg. *l. Papinianus de minorib.* Sufficit ergo citatio executa.

ARGVMENTVM.

Cauſa ſolutionis canonis emphyteutici pendente in Sacro Romano Auditorio,ad inſtantiam clerici appellãtis a decreto Nũciaturæ, mortuo appellante, inſtituta hærede laica perſona, hanc non poſſe conueniri pro eadem re, coram Iudice ſeculari,ſed remittendam ad Iudicem Eccleſiaſticum,quid ſi ſit ſimul hæres, ac poſſeſſor rei cenſuatę, & conueniatur vti poſſeſſor eiuſdem rei; an vti talis poſſit attingi coram eodem iudice ſeculari pro cenſibus decurſis in vita clerici; Quãdo continẽtia cauſæ poſſit diuidi, cum deciſione S. R. C. cum adiunctis, & interuentu Dom. Præſidẽtis, confirmata in reclamatione.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſæcularis non ſe intromittit in cauſa laici hæredis clerici pendente coram Iudice Eccleſiaſtico, & n.* 2.

3 *Iudex Eccleſiaſticus non eſt ſic incompetens erga laicum, ſicut laicus erga clericum, & Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq. quare n.* 4.

5 *Tertius poſſeſſor tenetur ad cenſuum ſolutionem, & quomodo.*

6 *Deciſio cauſæ, quod procedatur contra hæredes, ſed vti poſſeditrices.*

7 *Poſſeſſor non tenetur, niſi quanti valet ipſa res, & quare, n.* 8. *&* 9.

10 *Deciſio cauſæ etiam in reclamatione.*

11 *Poſſeſſor malæ fidei tenetur reſtituere fructus nõ ſolùm perceptos, ſed qui percepi potuerunt; ſed quando, n.* 12. 13. *&* 14.

15 *Continentia cauſę, quando poſſit diuidi.*

16 *Tex. in l.* 3. *§. hæres ff. commodati declaratur.*

17 *Bart. in l.* 4. *§. cato, ff. de verb. oblig. declaratur.*

18 *Afflicti deciſ.* 372. *expenditur.*

19 *Scriptura an probet quando non eſt in protocollo remiſſiuè.*

QVÆSTIO XXVI.

ADHVC excandeſcit Iudex M.C.V. aduerſus Sãtolum de Vrſo procuratorem Ioannæ, ac Margaritæ Capparellæ: Quod is Sãtolus ſatageret Regiam iuriſdictionem euertere, & dictas ſæculares perſonas Iudici Eccleſiaſtico ſubmittere. Et non ſolùm ſtat in iuſſit procedi in M.C.V. ad inſtantiam Ioannis Antonij Carrafæ, ſed ſeuera interlocutione pauperem procuratorem comminatus, *vix fuſtium caſtigationem remiſit*. Qui procurator exterritus,ad me venit, & exaudita Iudicis excandeſcentia, & procuratoris trepidatione, excepi eum,cum riſu.

Et ſtatim interpoſita appellatione ad S.
R.C. In quo facto verbo in Aula Dom.
1 Aquini, oſtendi, quod erat impoſſibile
Iudicem ſæcularem ſe intromittere in
cauſa prædicta, ſiquidem dictus actor
Carafa illam introduxerat in Tribunali
Nunciaturæ Apoſtolicæ, contra clericum
Io. Baptiſtam Capparella, cuius dictæ
Margarita, & Ioanna erant hæredes, &
per ſententiam dictæ Nunciaturæ fuerat
condemnatus dictus clericus ad ſoluen-
dum dicto Carafa duc. 1600. pro cenſi-
bus decurſis; à qua ſententia dictus cle-
ricus appellauerat ad Summum Pontifi-
cem, & cauſa appellationis pendebat in
2 Rota; Et dicebam, quod ſicut clericus
hæres laici non declinat forum iudicis
ſæcularis, ſi lis ſit ſolùm cępta cum de-
functo laico, iuxtà probata, & deciſa ſo-
lemniter in *quaſtione pracedenti*, eò faci-
liùs (dicit Anſald. & benè) laicus hæ-
res clerici debet remicti ad iudicem Ec-
cleſiaſticum, ſi lis fuit cępta coram illo
contra clericum, ità idē Anſal. *de iuriſd.
par. 3. tit. vnico cap.* 10. *n.* 74. verſ. *& de-
nique, fol.* 338. per tex. in *c. quia G. de iu-
dicijs*, vbi Bellamera *n.* 1. Abb. *n.* 11. verſ.
nota benè hoc vltimum, & verſ. *ſecundus eſt
caſus*, Alciat. *conſ.* 32. *in praſenti difficul-
tate n.* 3. *lib.* 6. quod negare non potuit,
idem Salgad. *de retenſ. bullarum* 2. *par.
c.* 12. *n.* 33. Et benè dixit Anſal. *eo faciliùs*,
quia nō eſt ſic incōpetēs Iudex Eccleſia-
3 ſticus, cōtra laicū, ac ſæcularis, cōtra cle-
ricum, vt habent Oldrad. *conſ.* 83. *n.* 7.
& Carleual *diſput.* 2. *quaſt.* 8. *ſect.* 3. *n.*
1120. *fol.* 463. laici enim non ſunt pro-
hibiti ſubmittere ſe Eccleſiaſtico Iudici,
4 immò permiſſi, *l. ſi qui ex conſenſu*, & *l.
Epiſcopale, C. de Epiſcopali Audientia*.
Quia tamē Dominus Aduocatus partis ex-
clamabat, quod etiam ſi non eſſent hæ-
redes dicti clerici, ſed vti tertij poſſeſſo-
res tenebantur ad ſolutionem cenſuum
decurſorum, etiam in vita clerici, & al-
5 legabat Afflict. *deciſ.* 95. *Rouit. in prag.*
1. *de cenſib. num.* 21. & quę ipſe ſcrip-
ſi in alia cauſa, licèt ibi tractabatur de
cenſu conſignatiuo, nos autem ſumus
in emphyteutico. Vnde S.R.C. ad rela-
tionem M. C. V. remiſit cauſam eidem
6 M. C. vt procederet contra dictas ſoro-
res de Capparella *nomine, vt in actis, fol.*
67. lętus Dominus Aduocatus partis,
(cui hæc cauſa cum cępit illam deguſta-
re attulit lęthū) lętus inquam, quia de-
negauerat *verbo* remiſſionem ad Iudicē
Eccleſiaſticum, non percipiens, quod in
ſubſtantia, & re ipſa intelligebatur re-
miſſa, ipſe ſtatim formaui aliam ſuppli-
cationem, vt decretum S.R.C. declara-
retur fol. 73. his verbis: *Verùm Sacra
Maieſtas, quia in actis adeſt praambulum,
in quo ſupplicantes ſunt haredes dicti quōdā
clerici Io: Baptiſta Capparella, & in futurū
poſſet dubitari quo titulo ſupplicantes vocan-
tur in iudicio, nam vti haredes hoc eſſet im-
poſſibile, quia hares, vel inuitus ſequitur fo-
rum, vbi lis cępta eſt cum defuncto, & iudi-
cium ibi finem habere debet, vbi cęptum eſt,
ideò ſupplicant Maieſtati Veſtra dignetur
mandare eidem Veſtra M. C. V. quod iterū
de pradictis faciat verbum in Veſtro S.R.C.
ad finem, vt declaretur expreſsè ſupplican-
tes non eſſe conuentas coram Iudice ſaculari
vti haredes, neq; iure hareditario ad aliquid
teneri, ſed ſolùm eſſe obligatas, prout de Iu-
re vti poſſeſſores, &c.* Et iuſſum M. C. V.
iterum fieri verbum, illo facto, S. R. C.
interpoſuit decretum: *Remiſſa eſt cauſa
eidem M.C.V. qua procedat contra ſorores de
Capparella vti poſſeditrices Territorij in
actis deducti.* Et ab hac die partis D. Ad-
uocatus cępit deguſtare, perdidiſſe in
ſubſtantia cauſam, quia canon erat an-
nuorū duc. 50. territorium redditus an-
nuorum duc. decem, cenſus decurſi in
vita clerici duc. 1600. Statim interpoſitis
dictis decretis, Capparellę dereliquerūt
territorium in manus iudicis, vt illud tra-
deret Carafæ domino directo; Petebat
dictos duc. 1600. pro cenſibus decurſis,
de quibus quæſtio pendebat in Sacra
Rota, aſſerens poſſeſſorem rei cenſui ſu-
biugatæ teneri ſoluere cenſus decurſos.
7 Veriſſimum replicabam. Sed quanti va-
let res poſſeſſa, & non vltra. Et hinc cla-
rius deguſtauit diſcrimen inter hæredē,
& poſſeſſorem; hæres tenebatur ſoluere
illos duc. 1600. (hæreditas .n. clerici
erat opulentiſſima) poſſeſſor nequaquā,
niſi quāti valet ipſa res poſſeſſa; Res poſ-
ſeſſa ei fuit oblata, imò derelicta à poſ-
ſeſſore, ergo ad aliud nō tenebatur. Pro-
batur hoc ex eadem *deciſ.* Afflict. 95. quę

fulcitur authoritate Paul. de Caſtr. in *l. Imperatores*, *ff. de publican. & vectig.* vbi ſic dicit: *Intellige tamen ſanè, nõ vt fiſcus agat de directo contra poſſeſſorem, vt ſoluat pro tempore præterito, quia pro illo non eſt obligatus vti poſſeſſor, ſed ipſa res poſſeſſa, ſed agit per indirectum, .s. hypotecaria, &*
8 *ſi poſſeſſor vult euitare, quod ſibi res nõ auferatur, cogetur ſoluere pro tempore præterito*. Et ratio eſt, quia vt dicit Lanarius *conſ.* 24. *n.* 10. poſſeſſor non eſt debitor, & ideò ne ad quid minimum condemnari poſſeſſor poteſt, quia ipſa ſola res poſſeſſa obligata eſt, Ant. Faber *lib.* 3. *ti.* 7. *dif.* 5. *n.* 4. *C. de ord. Iudic.* Ipſa .n. res poſſeſſa, licèt inanimata, repræſentat per-
9 ſonam, onus imponentis, atque eius nomine poſſeſſor, & non proprio conuenitur. Vela *diſſert.* 14. *n.* 17. Fructus autem non deberi à poſſeſſore, niſi à die litis conteſtatæ ad peius, poſt alios deciſum refert Dom. Capyc. latr. *deciſ.* 65. M. C. V. referente Dom. Staibano (qui in locum illius excandeſcentis ſucceſſerat) nunc Reg. Conſiliario digniſſimo, iudicauit iuxtà prædicta, nam iuſſit locari
10 territoria nomine M.C.V. & condemnauit dictas de Capparella ad ſoluendum fructus à die *litis conteſtatæ* pro quantitate liquidanda, & pro fructibus perceptis ante litem conteſtatam dedit terminum. Aſſumpto dicto Dom. Staibano ad munus Conſiliarij, iterum tentauit aduerſarius Iudices ſucceſſores prætendens clauſulam illam decreti pro fructibus ante litem conteſtatam, referendam ad fructus perceptos à clerico, de quibus pendebat lis in Sacra Rota Romana, ſed referente Dom. Carolo de Amato clari ingenij Iudice, liquidati fuerunt fructus in duc. viginti, nõ ad rationem canonis, ſed ad rationem fructuum, & ſic cauſa cępta cum clerico, remanſit in Rota, & penitùs nõ fuit actinta coram Iudice ſæculari, quæ liquidatio approbata fuit per S. R. C. cum interuentu D. Præſidentis Merlini in eadem aula D. Aquini, & in reclamatione fuit confirmata, cum interuentu D. Præſidentis ſucceſſoris. Penes Secretarium. Aucta Act. M.C.V.

Replicaueram enim ad omnia obiecta Dñi Auocati, qui poſtquam intellexerat diſcrimen, ne hę ſorores conuenirentur vti heredes, ſed vti poſſeditrices, ingenioſa allegatione conatus fuit quãtum potuit effugere cadentiam.

11 Dixit primo tentans confundere titulũ hæredis cum titulo poſſeſſoris; iſtas eſſe poſſeditrices malæ fidei, & ideò debere ſoluere, nõ etiam fructus perceptos, ſed etiam pro præterito, & qui percipi potuerant, quos dicebat eſſe ad rationem canonis cum clerico conuenti ex doctrina Decij, & Cagnoli *in l. generaliter ff. de reg. iur.*

Sed termini non applicantur Decius .n. in eodẽ *loco* ab aduerſario allegatus in fine ſe limitat duobus modis: Primo, ſi poſſeſſor malę fidei habeat cauſam à Domi-
12 no: Secundo ſi habet titulum; ſecundo inquit Decius *limitatur regula noſtra ſecundum gloſſ. hic, niſi mala fidei poſſeſſor haberet titulum, quia tunc non tenetur de fructibus percipiendis*, quod approbat Cagnol. in eod. *loco*, & eſt doctrina *gloſſę*, quam approbat Paul. de Caſtr. *in l. ſi fundum* ſub *n.* 4. verſ. *titulus excuſaret* à *percipiendis*, *C. de rei vendic.* iſtę ſorores de Cappęrella habent cauſam à domino vtili Franciſco Capparella, habentque titulum, quia, vt diximus, ſunt hæredes, ergo neq; ſunt poſſeditrices malæ fidei, (quilibet titulus etiam inualidus excuſat à mala fide DD. in *c. cum perſonę de priuileg. in 6. & in d. l. generaliter*) & eſto quod eſſent tales, quod negatur, titulus, & quia habent cauſam à domino: excuſaret à percipiendis.

13 Secundo *gloſſa* in ead. *l. fin.* §. *ſi nauis*, *ff. de rei vendicat.* à Dom. Aduerſario allegata, in verbo *generaliter*, dicit, quod habens titulum excuſatur à percipiẽdis. Subdit aliam queſtionem ad propoſitum quid ſi poſſeſſor potuerit, petitor non, an poſſeſſor malæ fidei teneatur? reſpõdet, *non tenetur*, qui eſt caſus noſter; quia ijdem Carafa petitores, ipſi percipere non potuiſſent, quia tot loca vacua, & inculta in eodem loco habent, & impediti à vicinis, vt in facto eſt oſtenſum.

14 Tertiò, quæ mala fides conſiderari poteſt in duabus vetulis, quæ de conſtruẽda ſepultura, non de extruendis ędificijs cogitare debent? vetulæ ſine filijs, ſine

hæredibus, ſine hæredibus ſuis; vſufructuariæ, eorum vita durante? & ſic cum ipſę non contraxerunt ad vſum fabricæ, ſed aduenit ad ipſas dictum territorium cum vniuerſitate bonorum ſuorum conſanguineorum de Capparella, quę quęſo mala fides ſomniatur cum ipſis?

15 Neque de continentia cauſæ eſt curandum, primo, quia non eſt nouum, quod hæres poteſt repræſentare duplicem perſonam, quia hoc ei permittitur de iure *l. ſi pupilli §. videamus, ff. de negot. geſtis, l. quoties, §. item ſi in temporali, & §. ſeq. ff. de negot. geſt.* quæ iura allegat Staibanus ſenior *conſ. 9. n. 11.* in puncto Reg. Salernitanus *deciſ. 54. ex n. 3.* reuidendus; & quando actor, & reus ſunt diuerſi fori, non eſt incommodum diuidi cauſæ continentiam, & proceſſus eſſe ſeparatos quoties niſi continentia cauſæ diuideretur eſſet conueniendus reus coram Iudice incompetente *cap. ſignificauerunt*, vbi Innoc. Imol. Abb. Butr. & Barboſa *de Iudic.* & quod punctualiſſimum eſt in caſu noſtro; quando Iudex non habet iuriſdictionem ſuper totam litem, nam tunc oportet diuidere iudicium, & ſuper illo pluri ſupra Iudicis iuriſdictionem, adire alterum Iudicem, Bart. *in l. incommodato §. duabus, ff. commodati*, Iaſ. Matheſil. & & alij per Carleual. *diſput. 2. tom. 2.* ſub *n. 13.* verſ. *item quando*. Sic ad propoſitum S.C. non tribuit iuriſdictionem M. C. ſuper tota lite; quia ſimpliciter cauſam eidem remiſit, ſciebat enim S. C. Capparellas eſſe hæredes; & vti tales omnes actiones actiuas, atq; paſſiuas in illas tranſijſſe vulgata *l. veteres*, tamen id noluit; ſed conceſſit vt procederetur contra illas, vti poſſeditrices; quid ergo inquirendum ſi tenentur vti hæredes? & quod quia ſunt ſimul hæredes, idcircò teneantur? cum reſtrictio, quæ ex decretis S.C. reſultat ſit inſuperabilis, vt infra dicetur.

16 Ideò licèt curioſi termini Dom. aduerſarij, tamen prorſus inapplicabiles; & primo *tex. in l. 3. §. hæres, ff. commodati*, loquitur in hærede; & hæc vna reſponſio ſemper, & vbiq; eum vincit. Sed vt & ipſi ne incurioſè pertranſijſſe videamur (cauſa enim iudicio meo hæc non exponſcit) Paul. de Caſtro *in eod. §.* dicit ſic: *Item prædicta vera niſi lis fuiſſet conteſtata cum defuncto, quia tunc tranſiret pro parte contra illum, qui habet facultatem rei reſtituendę.* Hæc Paul. & eſt originalis theorica Martini, quem ſequitur Accurſ. *in l. 2. in gloſſ. magna ff. de prætor. ſtipul.* Cuiac. *lib. 25. obſer. cap. 29.* Ant. Fab. & alij, quos cum *deciſ.* noſtri S.C. refert nouiſſimè Arias de Meſa *lib. 2. cap. 38. ex n. 3.* Ecce, quod ille *tex.* (etiam ſi eſſent conueniendę Capparellę vti hæredes) non ſuffragaretur, quia lis erat cum defuncto conteſtata; & ſic intelligendæ ſunt aliæ leges allegatæ à D. Aduerſario; quas vti concordantes allegat *gloſſ. in d. §. hæres*, in verbo *inſolidum*.

17 Rurſus doctrina Bart. *in §. Cato n. 3.* quod ideò hæres pro parte ſi habet totius rei reſtituendæ facultatem, condẽnatur in totum, quia hoc facit vnio actionis perſonalis, & realis, vt vna habeat aliquid ab altera, ſicut alibi ius accreſcendi, propter vnionem, quam habet, cũ ſubſtitutione pupillari trahitur ad bona impuberis, non facit ad cauſam, quia licèt veriſſima ſit illa theorica Bart. tamẽ non poteſt procedere niſi contra hæredem, non autem contra ſingularem ſucceſſorem, vt eleganter declarat Alciatus in *eod. §. Cato, l. 4. n. 55. ff. de verb. oblig.* nec enim (inquit ipſe) *actio perſonalis quãuis vendicationi coniuncta, in eum* (ſingularem ſucceſſorẽ) *iure noſtro datur.* Quod clariùs declarant in *eod. §. Cato*, Carol. Ruyn. & Hieron. Buttigella ante *n. 89.* ſcilicèt, quod hæres iam tenetur actione perſonali, pro portione tanquam hæres, & ideò ratione vnionis, quæ eſt inter actionem perſonalem, & reiuendicatiònem fit extenſio ad aliam partem, pro qua non eſt hæres; quæ extenſio nõ poteſt fieri contra extraneum, qui nullo modo tenetur. Hæc Ruyn. & Buttigella; & dicta eſt anima rationalis illius *§. hæres*, & dictæ theoricæ Bart. Cũ ergo Capparellæ coram Iudice Eccleſiaſtico ſint hæredes, coram M.C. ſingulares ſucceſſores doctrina Bartoli non applicatur, iuxtà verum ſenſum Ruyni, & Buttigellę. Magis quod Alciatus in *eod. §. Cato n. 54.* vocat fragilẽ illã traditionẽ Bart. quia

regu-

regulariter, quoties alicui duplex actio datur, quælibet ſecundum propriam naturam datur.

Mihi autem conſiderãti verba Bart. ex alio applicabilia non videntur, quia dicit Bar. *ſi poteſt cum ea concurrere reiuendicatio, licèt non concurrat.* In caſu noſtro nõ poteſt neque actu, neque habitu, quia eſt prohibitum per decretum S. C. quia contra poſſeſſorem nõ poteſt tranſire actio perſonalis vllo modo, niſi ſit hæres.

18 Demùm *deciſ.* Afflict. 372. non facit ad rem, quia licèt actum fuit contra filium vti hæredem patris, qui monſtrauit non eſſe hæredem patris, ſed ſolùm ſuæ matris, fuit condemnatus, quia etiam vt hæres matris erat obligatus, licèt non fuerat actum illa via, quia non erat prohibita S. C. ſecunda, quæ patebat, licèt ex illa non fuerat actum, ſicut ſupponimus eſſe M.C. vt non procedat, niſi vna via contra Capparellas, nempè vti poſſeſſores.

Magis, quod animaduertens Afflictus illã deciſionem eſſe contra regulas, dicit in fine, quod poſt magnam deliberationẽ S.C. vocauit partes, & eis declarauit, quod allegarent quicquid vellent, quia conſilium vult pronunciare ſuper dicto debito, tanquam contra hæredes matris, & quia erant confeſſi, & non habebant defenſionem, fuerunt condemnati ad ſoluendum dictum debitum vti hæredes matris. Hæc Afflict. Ecce quod Conſilium, & ſi ſuper notorio, & contra confeſſos noluit pronunciare; niſi iterum vocatis partibus, & eis oblatis defenſionibus; vt etiam aduertit Vrſill. ibidem *num.* 2. Cum ergo ex doctrina Afflict. & Vrſilli requiratur, quod M. C. vocet iterum Capparellas (dato quod proceſſus eſſet inſtructus) & declaret eis, quod vult pronunciare, nõ ſolùm vti poſſeſſores, ſed vti hæredes Franciſci Capparellæ, & proinde quod ſe defendant ſuper hoc: & cum ex defectu iuriſdictionis ſibi limitatę à S.C. quinimò à legibus, hoc non poſſit facere. Vna prædicta deciſio Affl. ab aduerſario allegata, ſi vt par eſt, cõſideretur, dabit (vt dedit) cauſę victoriã

19 Vnde ſuperuacaneum eſt oſtendere Iuſtitiam cauſæ principalis, quod inſtrumentum pretenſi canonis eſt nullum, quo ad ſcripturam, & quo ad contractũ, quo ad ſcripturam, quia non eſt in protocollo, iuxtà *prag.* 2. *de Notarijs, Gram. deciſ.* 106. *Sanfelic. deciſ.* 182. *n.* 8. & nos latiſſimè *lib.* 2. quo ad contractum, quia res redditus duc. 10. cenſuatur pro duc. 50. cũ hæc diſceptanda ſint corã doctiſs. & Reuerẽdiſſimis Dñis Sacri Apoſt. Palatij Auditoribus. Aucta Actuar. M.C.V.

ARGVMENTVM.

Continuatur articulus pręcedentis *Quæſtionis*. Remiſſionis laicæ perſonæ hæredis clerici ad Iudicem Eccleſiaſticum, nec cõceſſa licentia, quod procedatur coram Iudice ſæculari, contra eandem, vti poſſeſſorem; poſſe vllo prætextu condemnari vti hæredem. Propoſitionem ex *c. deteſtantes, & ritu M.C.V.* 289. ex Maranta, Anna, Gizzarello, & alijs conflatam per D. Merlinũ *lib.* 1. *cap.* 34 poſſe *s.* in Regno proferri ſententiam ſuper id, quod eſt probatũ licèt non deductum in libello, eſſe valdè generalem, non applicari ad *quæſtionem*, qualiter ſuſtineri queat: quid ſit agere omiſſa qualitate, vel expreſſa contraria qualitate. Ponderatur Tex. in *c. Abbate de re iudicata in* 6.

Conſ. Caſari Spec. Peregr. 44.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Agens ex vna cauſa, quando poſſit obtinere ex alia probata, licèt non deducta, & n.* 2.
3 *D. Merlinus cap.* 34. *lib.* 1. *quomodo exponendus, & n.* 4. *& per totam quæſtionem.*
5 *Si ex actis conſtet reum plus debere quam per actorem fuerit petitum, an poſſit ſuper illo pluri ex officio iudicari, & n. 6.*
7 *An vice libelli ſufficiat in reſcriptum, & an ſufficiat ſolùm præſentare inſtrumentum, num.* 8.
9 *Deciſio cauſæ, & quod plerique errant ſuper illud de iudicãdo ſola facti veritate inſpecta & n.* 10.
11 *l. Bebius Marcellus, ff. de pact. dotal. declaratur.*
12 *Poteſt iudicari ſuper non deducto parte nõ opponente.*
13 *Non poteſt iudicari expreſſa cõtraria qualitate, & n.* 14. *c. Abbate declaratur.*

QVÆSTIO XXVII.

NEQVE faciunt ad rem, quæ aduerſarius proponit; Ex Robert. Maranta *in l. is poteſt* ante *n.* 153. verſ. *ſecundo limita, ff. de acquir. vel omict. hæredit.* dicit, quod in cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, & ſine figura iudicij (prout eſt in Regno per *c. deteſtantes, & per ritum M.C.*289.) obtinet is, q agit ex vna cauſa, & probat ex alia; & ideò receditur à regulis iuris communis, & cenſentur ſublatæ omnes ſolemnitates iuris ciuilis poſitiui, adeo, quod proceditur in cauſa manu Regia, & ideo poteſt ferri ſententia, etiam non conformis libello, & ſubdit Maranta poſt *n.*154. verſ. *vnde infer-*
2 *tur*, quod hodie in Regno indiſtinctæ obtinet is, qui agit ex vna cauſa, & probat ex alia, cum alijs ſimilibus allegatis per Anna *ſingul.* 312. Gizzarell. *deciſ.* 65. aliàs 68. in fine, & per D. Merlinum qui generalem propoſitionẽ ex hoc
3 conflauit, ſententiam in Regno noſtro proferri poſſe ſuper id, quod eſt probatũ licèt in libello non deductũ *cap.*34.*lib.*1. & ideò licèt agatur contra poſſeſſores, cũ negari non poſſit, etiam eſſe hæredes, debent ſoluere omnia debita defuncti. Hãc limitationem Marantę agnoſcunt DD. vt per Tiraquell. *de retractu conuentionali ad finem tituli n.* 98. vbi dicit, quod in cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, non refert ex qua cauſa actum ſit, modo cauſa ſufficiens pro-
4 betur cum concordantibus per Cancer. *de iuriſdict. omn. Iudic. cap.*2.*n.*239. verſ. *hac concluſio cum n. ſeq.* & melius omnibus latiſſimè M.Ant. de Amatis *dec. Marchiæ* 61. licèt contra ſuum votum fuit (& benè, vt infra) per ſuos collegas deciſũ.
5 Videbatur etiam facere pro actore doctrina Petri Barboſæ *ad l. non poteſt* 23. *n.* 33. *ff. de Iudicijs fol.* 363. etiam ſi actor non emendet libellum, ſed ex actis publicis conſtet reum plus debere, quam per actorem fuerit petitum, quia tunc Iudex, id quod ſibi conſtat ex actis publicis deberi, poteſt ex officio ſupplere, & reum condemnare in omni eo, quod ex actis conſtat eum debere, nam Iudex
6 ex officio poteſt ſupplere id, quod ſibi eſt notorium ex actis publicis, *gloſ. fin. c. euidentia de accuſat.* tradit *Alex. l.*4. § *hoc autem Iudicium n.* 16. infra *de damno infecto, & l. vnica n.* 6. *C. vt quæ deſunt aduocat.* & in his terminis accipiendum eſt id, quod ſignificat §. *minus inſtit. de act.* vt eleganter aduertit Purpurat. *in l. edita n.* 68. *C. de edendo*, vt etiam in ſimili dicit Scaccia *de iudicijs lib.*1. *cap.* 53. *n.* 12.
7 *fol.* 132. Immò ſine libello poteſt valere proceſſus, ſi vice illius adſit reſcriptum, dummodò de veritate conſtet, idẽ Scac-
8 cia *eod. tract. cap.* 64. *n.* 25. verſ. *his difficultatibus*; ſiuè ſine libello ſufficit inſtrumentũ præſentatũ dixerunt Afflict. *deciſ.* 191. *n.*6. Ozaſcus *dec.*6. *n.*6. & alij, & nos latiſſimè *lib.* 2. *quæſt.*82.

Sed his, & ſimilibus non obſtantibus dixi ſupra, quod benè fuit deciſum per Rotã Marchiæ contra votum M.A. de Amatis, & melius per noſtrum Sacrum Regium Supremum Iuſtitiæ Conſilium in cauſa iſta, vt in *præcedenti n.*10. apud magn. Secretarium, & in proceſſu M.C.V. in banca Auete Act. Magiſtri. Quia benè dixit Cancer. *loco citato n.* 241. nonullos non pœni-

9 pœnitendæ eruditionis viros in hoc articulo, *de ſola facti veritate*, &c. & *exinde de ſententiando ſuper probatis, licet non deductis*, erraſſe, Primo, quia doctrinæ prędictæ intelligendæ ſunt cum grano ſalis, & cum ſuis applicationibus congruentibus, ad factorum ſpecies, ne alioquin totus ordo iudiciorum confundatur, & ſubuertatur, Bart. Bald. Iaſ. Alex. Alberic. & alij in *l. vt fundus, ff. comm. diuidundo.* Gramat. *deciſ.* 15. per totam.

10 Primo, hæc intelligenda ſunt quoties, quis fecit libellum generalem, & ad vnã ſpeciem actionis non ſe reſtrinxit, ſi ad vnam ſe reſtrinxit, licèt alia competat, nullo modo iudicandum eſt, niſi ex illa actione, quam deduxit, non ex alia quãtumcunque ea competat, Magon. *deciſ.* 117. *n.* 53. *Rota Florent.* Marcell. Marcian. *conſ.* 3. *n.* 1. Surd. *conſ.* 214. ante *n.* 15. ibi: *Quia cum vnam cauſam deduxerint in Iudicio, & ſe reſtrinxerint ad illam, non poſſunt obtinere ex alia, etiam quę competeret, non enim prodeſt actori, quod ius habeat, niſi aptam, & cõpetentem inſtituat actionem.* Idem Surd. *conſ.* 273. *n.* 14. vbi allegat plura iura concordantia, & plura *conſ.* Pauli de Caſtro, & Alex. quod deducens verum matrimonium non obtinet ſi probat ſponſalia de futuro, cum interuentu ſubſequtę copulę, & plura ſimilia, & corollaria adducit. Et alia in *conſ.* 4. *n.* 34. Plura Triuiſanus *deciſ.* 22. Signorol. *conſ.* 250. *n.* 3. verſ. *ſed eſt deductum.* Tuſc. *lit. R. concluſ.* 304. *& concluſ.* 243. *n.* 56. vbi plura ſimilia congerit, quia ſemper attenditur petendi, & excipiendi forma, Iaſon. *in* §. *omnium n.* 66. *inſtit. de act.* de Ponte *conſ.* 42. *vol.* 1. *n.* 15. *quod ſi egi ex vna cauſa, & probo ex alia me ius habere, quod non poſſum obtinere; ſed reus abſolui omninò debet, cum debeat libellus iuſtificari ex cauſa deducta, & non ex alia, & reus, qui vidit propoſitionẽ actionis ineptę, & cauſæ non veræ, non curauit ſe defendere circa aliam actionem fortè cõpetentem, & propterea ſuper alia non deducta, nullo pacto poteſt iudicari, quia nõ adeſt de ea iudicium.* Hæc de Ponte, & ſubdit, quod eſt doctrina Bart. Pauli, Bald. Aret. Abb. & Alex. communiter recepta, & *n.* 20. allegat Bald. *in l.* 1. *n.* 19. C. *ſi plur.*

vna ſententia, quod requiritur actio, & agere, ſcilicèt actio deducta ad agere, cum actio non intentata, nihil patrocinatur, & è conuerſo agere ſine actione eſt quædam cifra ſine ſpiritu. Et *n.* 22. notabilitèr ſubdit: *quod hic eſt propriè caſus textus in l. Bębius Mar-*
11 *cellus, ff. de pactis dotalibus, qui tex. mandat omninò, fore reum conuentum abſoluẽdum, nullo præiudicio generato in petitione fideicommiſſi, licèt de illo conſtabat, ſed quia noluit petere illa via, propterea ſequitur ſententia abſolutoria.* Et *n.* 24. dicit ſic fuiſſe iudicatum per S. C. vt per Afflict. & per Cõſiliũ Franciæ, vt per Boer. *deciſ.* 42. & concludit eodem *n.* 23. quod de hac concluſione non fuit Doctor; qui dubitauerit, & ex *n.* 25. cum pluribus ſequẽtibus dicit prædicta *nõ conturbari ex clauſulis in fine libelli, omni modo meliori, petẽs ius, & iuſtitiam, &c.* (ad quæ non inſiſto, quia, vt infra dicam, non poſſunt conferre ad cauſam noſtram) Et ne videantur hæc noua; ecce *tex.* ad literam, licèt vulgatum *in l. habebat* 13. *ff. de inſtit. act.* ibi *Putans creditor ad merces eum accepiſſe, egit, propoſita actione probare nõ potuit, mercis gratia eum accepiſſe, licèt conſumpta eſt actio, nec ampliùs agere poterit, &c.* cum concordant. per Surdum *in conſilijs allegatis.*

Et licèt aduerſarius replicauerit, quod ipſe non ſe reſtrinxit (licèt re vera ſe reſtrinxit, vt patet f. 1. *Fà inſtanza ordinarſi à dette ſorelle de Capparella, poſſeditrici del detto territorio, che paghino ad eſſo comparente le quantità debite per detti cenſi decorſi, ſtante che eſſe hanno perceputo per lo paſſato, & al preſente percepeno li frutti de detto territorio.* Et ſic ſtante quod perceperunt fructus, ſtante quod poſſident, ergo non ſtante, quod ſunt hæredes) tamen quicquid ſit maius eſt, quod hæc reſtrictio fuit facta à S.R.C. quod ne cõtra ius ſententiaret, voluit, vt non vti hæredes, ſed vti poſſeditrices cõuenirentur; & ideò benè dixi, quod non ſumebam diſputationem de viribus clauſularum ſalutarium in fine libelli, ſtante *reſtrictione decretorum* S. C. quibus clauſulæ prædictæ ſtrictius ligatæ, non poſsũt ſpatiari, & ſuas virtutes diffundere. Non perdit ergo aduerſarius ius ſuum, ſed vt in

in caſu *l. Bebius* reſeruatur ei *coram Iudice competenti* proponendum, cum M.C.V. non habeat in hae cauſa iuriſdictionem, niſi limitatam, ei cõceſſam reſpectu præſentis poſſeſſionis, reſpectu fructuum, quos nunc Capparellæ, quæ ſubditæ sũt M.C. pereipiunt, & à die litis conteſtatę percepere.

12 Et ideò idem Robert. Maranta (vt ad caput redeam) *in eodem loco n.* 155. limitat illud, quod ab initio diximus, iudieandi ſuper libello inepto, & ſola veritate, &e. intelligi *parte non opponente*, & de Ponte *in eod. conſ. ante n.* 24. verſ. *nec vlla de limitationibus*, quod non procedit quando conſtat de expreſſo diſſenſu actoris, & hic conſtat de expreſſo diſſenſu S. R. C.

Secundo expendenda eſt aurea theorica Baldi in *l. edita in* 2. *lectura nu.* 42. C. *de*
13 *edendo*, vbi ad propoſitum, quod S. C. expreſſit diuerſam qualitatem, & ſuper illo fundamento eſt ędificandus totus proceſſus, cum ſolidis rationibus diluit omnia contraria, per hæc verba notabilia. *Decimo oppono, quod ſine detractione, vel additione ad libellum, quis poſſit condẽnari ſuper qualitate, nam ſi egi furti ſimplicis, & probaui de manifeſto, & è contra, &c.* illud debet intelligi, *quando talis libellus fuit ſimplex, & indefinitus*. Item *aliud eſt agere ommiſſa qualitate, aliud expreſſa contraria qualitate, nam ſi expreſsè fuiſſet dictum, ago de furto non manifeſto, ſententia lata in quatruplum eſſet ipſo iure nulla, quia lata ſuper diuerſa actione, &c.* Hæc Bal. ſic in caſu noſtro S.C. expreſſit contrariam qualitatem, ſcilicèt, vt ageret contra poſſeſſores, non contra hæredes; poſſeſſor non eſt debitor, niſi quatenus valet res poſſeſſa, & fructus; hęres eſt debitor in totum, & eſt idem, quod defunctus: ergo non valet libellus indefinitus; ergo non eſt qualitas cohęrentialis, ſed ſubſtantialis, & fundamentalis; vt Bal. *in eod. loco* ſubtiliſſimè ſubiungit.

14 Ad idem *tex.* notabilis, & verè partus illius pręgrandis I.C. Innocentij IV. & eſt *c. Abbate de re iudicata in 6.* ibi: *Cũ egit aliqua cauſa ſpecialiter non expreſſa; ſecùs tamen eſt ſi certam, & ſpecialem in ſua petitione ſubiunxerit*, & in §. *ex ijs quando cauſa fuit expoſita ſpecialis, nec debet, nec poteſt Iudicis animum ad proferendam ſententiam informari, &c.* Ergo eum cauſa ſpecialis hic ſit expreſſa, per mandatum Supremi Iudieis Appellationis, qui remiſit cauſam ad Iudieem à quo, limitatè omnia, quæ oppoſita fuere, punctum non pereuſſerunt. Act. Aueta, vt ſupra.

ARGVMENTVM.

Clericum hæredem laici, conuentum coram Iudice ſęculari pro exequutione ſententiæ, contra defunctum laicum latæ, ſi ſit præſcriptum ius exequendi, vel perempta inſtantia exequutionis, eſse remittendum ad Iudicẽ Eccleſiaſticum; In exequutione ſententiæ dari inſtantiam priuilegium fori reo ſuperueniens poſt peremptam inſtantiam, ei prodeſse ad illud declinandum; laicum obligatum penès acta Iudicis ſæcularis effectum clericum debere remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum pro incuſatione obligationis, cũ deciſione S.R.C, confirmata in reclamatione contra votũ Authoris.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *In bonis clerici hæredis laici an poſſint renouari litteræ exequutoriales expeditæ contra defunctum.*

2 *Præſcripto iure exequendi, & mortuo Iudice literæ executoriales renouari non poſſunt, niſi hæres citetur, & quare, n. 3.*

4 *Perempta inſtantia clericus hæres laici condemnati à Iudice laico, iuſtè petit ſe remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum.*

5 *Inſtantia inſtaurata per ſpiritus inſufflationem non tollit Ius tertio interim quæſito. & n. 6. quod obtinet non ſolùm fauore hæredis, ſed ipſius rei, & quare, n. 7. & 8.*

9 *Iura ciuilia prohibent Iudicibus paganis ne procedant in cauſis clericorum.*

10 *Inſtantia datur etiam poſt ſententiam in executione, & quomodo, & n. 11. & 12.*

13 *Mortuo Iudice, qui mandatum de exequendo ſubſcripſit, vel illo mutato, oportet mandatum renouari per ſucceſſorem.*

14 *Obligatus penès acta Iudicis laici vti laicus ſi poſtea efficitur clericus, debet ad ſuum Iudicem remitti.*

15 *Deciſio cauſæ contra ſcripta per Authorem.*

16 *Rationes, ſuper quibus potuit deciſio, fundari ab eodem authore conſideratæ, ab eodem refelluntur vſq; ad n. 24.*

QVÆSTIO XXVIII.

TRANSCVRSO tempore à Iure præfixo ad exequendum literas (vt nos vocamus) exequutoriales cõtra laicum, per Iudicem ſæcularem expeditas, interim laico illo vita defuncto, relictis filijs hæredibus, clericali caractere inſignitis, ex regulis in proximis præcedentibus *quæſtionibus* obfirmatis, & caſibus inibi deciſis, inſtabant hæredes creditoris literas prædictas renouari cõtra clericos hæredes debitoris, nõ in perſonas,
1 vel bonis proprijs clericorum, ſed in bonis hæreditarijs debitoris laici, contra quem non etiam lis cœpta, vt in *præcedẽtibus*; ſed etiam ſententiatum, ac iudicatum, & mandatum exequutiuum traditum proponebatur ab hæredibus Doctoris Flaminij Monaci (qui addictiones *deciſionibus* Minadoi ſcripſit) contra Ioſephum, & Petrum Salernum clericos beneficiatos, & alias remiſſos, filios, & hæredes Fabritij, contra quem per Regiam Audientiã Calabriæ citra fuerunt illę litteræ exequutoriales expeditæ.

Sed negabam ipſe Salernos defendens, id moraliter fieri poſſe, ſed debere omninò ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti renouationem dictarum literarum executorialium. Siquidem cum contra Fabritiũ non fuerunt executæ; & contra hæredes,
2 impoſſibile eſſet illas exequi, lapſis etiã 29. annis, & mortuo etiam Iudice, qui illas ſubſcripſerat, nullius erant momẽti; Niſi in renouatione citarentur hæredes ad dicendum cauſam, quare illę literæ renouari non deberentur. Iuxtà
3 praxim traditã ab Afflict. *in conſtit. Regni dilationes n. 3.* verſ. *autem*; quia poterant opponere multas exceptiones, & ſignãtèr ſatisfactionem, quæ citatio non poſſet fieri per Iudicem ſęcularem contra clericum, iuxtà terminos notorios in *c. fin. de appellat. & in c. bonę memorię de elect.* cum infinitis per Carol. de Graſſ. *de eff. cleric. eff. 1, n. 448. ampliat.* 67. vſq; ad *n.* 470. & illud, quod dicebatur de lite cępta, immò iudicata contra defunctum laicum, vt ſupra, omnes illud limitant, dummodò inſtantia nõ ſit perempta, quia illa perempta non vindicant ſibi locum
4 dicta in *præcedentibus*, & nuncupatim, quod clericus hæres laici, hoc caſu debeat remitti ad ſuum Iudicem competẽtem Eccleſiaſticũ; dicunt omnes, vt per Carolum de Graſſ. *de effect. cler. eff. 1. ex n.* 291. verſ. *retenta, vſq; ad n.* 298. Carleual. *diſp. 2. quæſt. 5.* ante *n. 212. fol. 146.* Ita Anſaldus, Salgadus, & alij, etiam de illa juriſdictione, non tam tranquillo animo ſentientes; quæ procedunt etiã ſi inſtantia ſit inſtaurata per inſufflationẽ
5 ſpiritus vitæ, quia talis inſtauratio non operatur in præiudicium alterius, cui medio tempore, .s. poſt inſtantiam peremptam, & ante litem reſtauratam eſt ius quæſitũ, Gramat. *deciſ.* 103. *n.* 113. Minadous *deciſ.* 5. Rouitus *in rub. de inſtant. cauſæ non reſtituenda n.* 14. verſ. *quę omnia*, Marta *de iuriſd. par. 4. caſu* 141.

Vinc. de Anna *ſingul.* 129. Paſchal. *de patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 218. Gallupp. *in prax. S.C. par.* 2. *cap.* 16. *n.* 38. Trentacinqu. *lib.* 2, *reſolut.* 4. *n.* 40. *de Iudirijs*, & Carleual *diſput.* 2. *q.* 5. *n.* 311. verſ.
6 *qui tamen*. Immò ipſe reus conuentus, qui in Iudicem conſenſijt; & poſtmodū perempta inſtantia ei fori priuilegium ſuperuenit, poteſt ex illo nouo priuilegio, ei ſuperuento forum, vbi iudicium fuit ceptum, & in quo conſenſijt declinare. Alber. *in l. properandum n.* 13. *ff. de iudicijs*, Graſſis dat cōcordātes *d. loc. ſupra cit. eff.* 1. *n.* 291. verſ. *retenta*, Carleual. *diſp.* 2. *q.* 5. *ante n.* 312. *fol.* 146. quia perempta inſtantia, lis habetur pro non incepta, nec dicitur amplius lis, Lācellott.
7 *de attent. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 598. quanto facilius id permittēndum eſt hæredi illius, qui fuerit in Iudicio illo cōuentus. Cum
8 ergo oporteat à capite litem incipere, impoſſibile eſt (vt iudicium conſiſtat) reū non citare, quā citationē, nè dixerim, Iura canonica, ſed ipſa Iura ciuilia, expreſsè inhibent Iudicibus ſecularibus attentari contra Eccleſiaſticas perſonas,
9 vt in Auth. *Iuſtiniani*, & *Fredrici* ſupra *q.* 23. *n.* 4. Idem putabam eſſe; in executione literarum executorialium, quā-
10 do eſt præſcripta ratio exequendi. Quādoquidem datur etiam inſtantia in executione ſententiæ, vel literarum executorialium: quæ inſtantia, tranſcurſo tempore ad exequendum; dicitur perempta, vt fundat Afflict. *deciſ.* 346. *n.* 12. vbi dicit hæc formalia verba. *Si tamen ſæpius in iudicio eſſet petita exequutio ſententiæ, & ab vltima petitione, non eſſet decurſus triennium, tunc non dicitur inſtantia perempta, ità dicebat Dom. Ioannes Antonius Caraſa in recollectis ſuis in dicta l. properandum, in principio, & fuit originale dictum Bald. in* 2. *vol. in conſ.* 348.

Et ratio eſt, quia datur inſtantia etiam in exequutiuis, & ſummarijs, & vbi proceditur ſine figura iudicij, vt dicit Bart. *in extrauagant. ad reprimendum*, in verbo *figura*, & dicunt omnes *Doctores* in dicta *l. properandum*, *C. de iudicijs*; & etiam datur inſtantia, vbi lis non conteſtatur, in tantum, quod *Romanus in conſ.* 174. dixerit dictam concluſionem eſſe *firmam ſicut Deus eſt*, vbi Mandoſ. in *add.* in verbo *concluſio*, cum alijs cumulatis per Afflict. *d. deciſ.* 346. ex *n.* 7. vnde cum in executione ſententiæ *opponitur exceptio contra executionem*, ibi datur inſtantia in executione, quaſi obiectus exceptionis; ideſt perimentis executionē facit habere litem pro conteſtata, vt ex Cyn. Io. And. & Bald. habet Affl. *d. deciſ. n.* 9. & Vrſill. ad dictam *deciſ. Afflict. n.* 3. vbi dicit, quod hæc eſt communis opinio.

Sicq; cum non vnum triennium, ſed decem ferè triennia à die expeditionis dictarum literarum executorialium, tranſcurſa ſint remiſſionē, ad Iudicē Eccleſiaſticū, dicebam denegari iure nō poſſe.
11 Rurſus omnium Doctorum communis ſententia eſt ad deciſionem dicti articuli, an in exequutione ſententiæ detur inſtantia, quod vel agitur ad exequutionem officio Iudicis, vel actione in factū.

Si officio Iudicis, quia non eſt neceſſarius libellus, quia talis exequutio, eſt quædam *compulſio*, quæ petitur in principio litis in libello, vbi petitur reum condēnari, & compelli, & dicta cōpulſio pertinet ad officium Iudicis, dicunt hoc caſu non dari inſtantiam in exequutione, vt concludit Affl. & deciſum refert per S.C. dicta *deciſ.* 346. ſub *n.* 12. & in *Cōſt. Regni Dilationes*, *n.* 28. verſ. *tertia concluſio*, quem ſequuntur omnes, vt probat Scaccia *de appellat. quæſt.* 11. *n.* 294. verſ. *in ſecundo caſu diſtinguo*.

Dummodò exequutio, quæ Iudicis officio petitur, ſit liquida, aliàs eſſet *neceſſaria actio in factum*, vt dicit Affl. ſub *n.* 11. verſ. *ſed ſi non eſt liquida*; & Scaccia *loc. citat.*
12 Sin autem agitur actione *in factu m, vel iudicati*, tunc quia eſt *neceſſarius libellus*, omninò ſit litis conteſtatio, & datur inſtantia, vt concludit Afflict. *loc. cit.* & deciſū refert, ità Aſinius in *prax. iudiciar. in princ. cap.* 3. *ſub n.* 46. & propriè ſub *n.* 48. ibi: *planè ſi in factum*, concordātes apud Scacciam *d. n.* 294. quam *deciſionem* Afflict. laudat, & ſequitur Card. Tuſcus *concluſ.* 205. *n.* 3. *lit. I. Marta D. N. tom.* 1. verb. *inſtantia cap.* 26. & Vrſill. *n.* 3. dicit eſſe communem opinionē.

Hic eſt caſus noſter, nam cum Fabritius ſit mor-

mortuus, contra quem fuerunt expeditę literæ exequutoriales, eſt impoſſibile, cũ illis literis exequutorialibus, exequi cõtra ſucceſſorem, vel hæredem non nominatum in illis, vt dicit Innoc. *in cap. quia, in fine, de iudicijs*, Bald. Bart. & alij, quos allegat, & ſequitur Afflict. ſuper dicta *Conſtit. Regni Dilationes ſub num.* 27. verſ. *ſi autem res*, ideò hæres dicti Flaminij in libello præſentato triginta ferè annos, poſt expeditionem dictarum literarum exequutorialium, propoſuit actionem in factum, quia petijt compelli hædes ad ſolutionem vigore dictarum literarum exequutorialium, & obligationis per eundem Fabritiũ præſtitę penès acta M.C.V. vt fol. 1. in dicto proceſſu Patris Frãciſci Monaci. Ergo cum ex cõfeſſione partis ei fuit neceſſaria dicta actio in factum, ſine qua fuiſſet impoſſibile hęredem attingere; neceſſariò concludendum eſt adfuiſſe inſtantiam, & illam peremptam, iuxtà deciſionem S. C. ab omnibus receptam, vt ſupra. Et ſi perempta omninò cauſa ad Iudicem Eccleſiaſticum remittenda eſt per ſupradicta.

Vt non omittam, quod ex alio literis exequutorialibus prædictis expeditis, etiam
13 ſi eſſet viuus Fabritius, non poſſet Monacus illis vti, quia Iudex, qui illas ſubſcripſit, nõ ſolum eſt mutatus ab officio; ſed mortuus, vnde Iudex ſucceſſor, non poteſt illas exequi, niſi renouentur citata parte, vt habet Affl. *in d. Conſt. Dilationes n.* 28. verſ. *quarta concluſio*, ad exemplum eius, quod dicitur; quando ſententia eſſet deperdita, & ſic cum iſta ſint facienda contra perſonas exemptas à iuriſdictione Iudicis ſæcularis, neceſſario coram Iudice competenti explicanda ſunt.

Hæc dicta ſunt quo ad exequutionem dictarum literarum exequutorialium contra Fabritium in ſimplici actione perſonali expeditarum, cum quibus, vt ſupra dictum eſt, nunquam bona, ſed ſolùm perſona Fabritij fuit attincta.

Hæc etiam quo ad vocationem, & citationem factam dicto prætenſo creditori, vt compareret in S.C. viſurus, & interfuturus deciſioni articuli, an eſſet creditor proprius Fabritij, vel ſocietatis, nam pręterquamquod, hoc eſt, quod ſupra diximus, dari inſtantiam in exequutione, quoties aduerſus illam aliquid opponitur, iam à die, quo fuit vocatus à Fabritio, lapſum eſt, non ſolùm vnum, ſed decem triennia. Et ſic vndequaque pars ſe voluat, reperit litem extinctam, & peremptam, & ideò cauſa remittenda ad ſuum Iudicem à Catholicis, & doctiſſimis Iudicantibus poſtulabam.

Quo verò ad aliam rationem in eodem libello fol. 1. à dicto Patre Monaco propoſitam, ſcilicèt, quod Fabritius ſit obligatus penès acta M.C.V. quæ obligatio præſtitit, cum fuit excarceratus vigore decreti generalis per ferias.

Hoc tantùm abeſt, vt induxerit præuentionem contra hæredes clericos dicti Fabri-
14 tij obligati, vt neq; contra ipſum Fabritium, ſi poſt obligationem fuiſſet factus clericus potuiſſet à Iudice ſæculari incuſari, vel contra ipſum procedi vigore illius, ſed debuiſſet omninò ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti, vt eleganter de more fundat Dom. Carleual *diſp.* 2. *q.* 7. *ſect.* 3. ex *n.* 917. vſq; ad *n.* 929.
15 S.R.C. referente Dom. A. Miraballo, in aula Dom. Iouini, denegauit clericis remiſſionem. Sed quare, ipſe neſcio. Fortè habuit pro vero, cauſam concurſus creditorum Fabritij eſſe indiuiduam cum multis laicis; ſed hoc non ſufficit
16 per dicta ſupra *quæſt. præcedentis* & 26. & alibi; Vel quia fortè erant attincta bona, ſecutum Viuium *deciſ.* 385. & Molfeſ. *conſ.* 47. qui volunt, quod perempta inſtantia non pereat vitium litigioſi; quos refert Anichin. *de præuent. cap.* 2. *quæſt.* 5. *poſt n.* 3. nam vltra quod hoc non vidi in proceſſibus, Viuius, Molfeſius, &
17 alij in dicto articulo miſerè ſe inuoluerunt, non diſtinguentes quomodò res efficiatur litigioſa. Putantes effici rem litigioſam per Iudicium in actione perſonali, vel hypothecaria, & hi toto Cœlo aberrant. Solùm res litigioſa efficitur per iudicium reale quando agitur ad rei dominium; ita ex Bal. Ponte *conſ.* 55. *n.* 22. *&* 23. Lancellott. *de attent. in præfat.* 2. *par. cap.* 4. *n.* 499. verſ. 19. & omnes
18 apud Farinacc. *par.* 2. *fragm. lit. L. n.* 291. verſ. *litigioſa res fol.* 219. *&* *n.* 283. *&* *n.* 284. *fol.* 218. Afflict. *in conſtit. Regni eo-*

*rum fraudibus, n.*13, verſ. *ſextus eſt caſus.* A.Faber *definit.*8. C. *de litigioſis fol.*1058. Marcianus *diſpu.* 42. *lib.*1.etiam attento *c. conuentus,* cuius diſpoſitio alio tendit; Sed non quia litigioſa; ſed propter contemptum Iudicis,alienatio etiam in iudicio perſonali annullatur, vt benè aduer-
19 tit Salgad. *in Laberinth.par.*1.*c.*14.*n.*14. *&* 15.Qui ergo contemptus; mortuo Iudice,præſcripto iure exequendi, perēpta
20 inſtantia, conſiderari poteſt? Vel quia cū Iure canonico inſtantia ſit perpetua; etiam ſi per mille annos coram Eccleſiaſticis Iudicibus lis duraret,Ant. de Butr. *in c. cum dilectus,* verſ. *finem,* verſ. *an pereat n.* 16. in fine *de arbitris,* & *in c.quinto nullis differ.* 18. *in fine n.* 28. *de iur.iur.* Hieron. Zannett. *tract. de different. inter Ius canonicum, & ciuile differ.* 30. *n.* 43. *fol.*201. Scaccia *de iudicijs lib.*2. *cap.*2. *n.* 687. verſ. *loquendo, fol.* 104. Anichinus *de prauentione cap.* 2. *q.* 5. *n.* 19. Iſti clerici, qui canonicis ſanctionibus ſolum, ligantur inſtantiæ peremptionem ſi allegent pro ſe non audiuntur. Sed hæc ra-
21 tio nihil valet, quia Abbas *in c. Eccleſia S. Mariæ n.* 19. *de conſtit.*& Scaccia *de iudicijs lib.* 2. *cap.* 2. *n.*457. verſ. *ſecundo quia ſtatutum,* dicunt, quod ſi cauſa laici erit coram Iudice Eccleſiaſtico non habebit locum peremptio inſtantiæ, quia non habet locum de iure canonico, ſic è conuerſo, ſi clericus litiget coram Iudice ſeculari, peribit, cum omninò pereat Iure ciuili *d. l. properandum.* Vel fortè, quod inſtantia non pereat in S. R.C. ſed qui hęc dixerint ementiuntur cum reue-
22 rentia; Perit, & pluſquam perit.Non aduertentes, quod Iuſtinianus in d. *l.properandum* loquitur cum præfecto pretorio. Et Molfeſius in d. *conſ.*47. ſub *n.* 33. ad conſarcinādum dictum figmentum,dixerit actorem nullam habere cautelam ne inſtantia pereat, cum cautela ipſis ſollicitatoribus notiſſima, ac facillima ea ſit, vt moneatur pars ad dicendū, quæ per tres alios annos inſtantiā prorogat, Sanfelic. *deciſ.*6,Galeota *controuerſ.*19.*&*20. *lib.*1. qui etſi in curſu fatalium loquuntur, idem omninò eſt,vt inſtantia prorogetur *D.Capyc.latr. deciſ.* 68. *n.*13. Teſtis oculatus ſum 33. annorum in innumerabilibus cauſis, quæ defendi,& defendere vidi, pertinaciſſimè fuiſſe diſceptatum, de inſtātię peremptione vide d. *deciſ.*68. *n.* 13. verſ. *dicebatur,* vſq; ad *n.*17. & per
23 totum. Deniq; fortè fuit, quod non ſit eadem ratio, ſi pereat inſtantia ante, ſicut poſt ſententiam; hoc ingenuè fateor mihi non liquere, (licèt nunc dedi in Octauianum Zuccar. *deciſ. Lucenſ.* 35. *n.* 9. verſ. *Item fateor, fol.* 68. qui dicit in cauſa executionis propriè non eſt inſtantia) & certè hoc non euincit, ne clericus debeat citari in exequutione, hoc eſt ad dicendum cauſam quare, &c. & hoc non intelligo qua via poſſit moraliter fieri per Iudicem ſæcularē, etiam Iure ciuili attento. Proceſſus eſt in banca Borrelli. Scriba Honuphrius Mollica, & cum nō poſſem acquieſcere, reclamari feci; (in S. R. C. non exprimitur cauſa, neque ratio in decretis, & ſententijs) & fuit confirmatum in reclamatione cum interuentu Spectabilis Domini Præſidentis; Et ſic etiam in alia cauſa, contra clericos Philippum,&
24 Alexandrū Cappa de Ciuitate Aquilæ, conuentos vti heredes,eorum Patris iam condemnati 30. ab hinc annis per ſententiam S. R.C. ad inſtantiam Pauli de Martino, quibus fuit denegata remiſſio ad Epiſcopum Ciuitatis Aquilæ. Referente Dom.R.Conſ. Franciſco Rocco,in aula Regij Conſ. Ill. Marchionis Laterτiæ,& ſimiliter confirmatum in reclamatione, & cum interuentu Domini Præſidentis. Proceſſus eſt in banca Litti S. R.C. Actorū Magiſtri. Scriba Cinera.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Pendentiæ litis exceptionem procedere licèt tribunalia ſint ſub diuerſis Principibus, vel rebus publicis, induci ſolùm per citationem executam, obſtare quoties obſtaret exceptio rei iudicatæ, de illius effectibus, cur nō procedat in cauſis criminalibus, & quid ſi tribunalia eſſent Principum inter ſe bellantium, vel ad quos imperuius eſſet acceſſus, cum deciſ. domi cauſæ Commiſſarij.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio litis pendentiæ oppoſita, & neglecta proceſſus redditur nullus.*

2 *Non obtinet quando tribunalia, in quibus allegatur, non ſunt ſub eodem Principe, & per totam quæſtionem.*

3 *Per ſolam citationem executam inducitur exceptio pendentiæ litis, & non requiritur graduatio, & quare n. 4.*

5 *Inconuenientia reſultantia ex non admiſſione exceptionis litis pendentiæ, quando procedant n. 6. eius virtutes n. 7.*

8 *Procedit etiam ſi actor velit deſiſtere à iudicio, & quid ſi pendeat coram arbitro n. 9.*

10 *Non procedit quando tribunalia non ſubſunt eodem Principi, ſed hoc in cauſis criminalibus, & quare, n. 11. & 12.*

13 *Exceptio litis pendentiæ obſtat vbicumque obſtaret exceptio rei iudicatæ.*

14 *Limitationes Authoris ad regulam, quod exceptio prædicta admittitur etiam ſi tribunalia ſint ſub diuerſis Regibus, & num. 15. & 17. 18.*

16 *Exceptio litis pendentiæ non habet locum in executiuis.*

QVÆSTIO XXIX.

INDVCTAM litis pendentiam coram ſpectabilibus
Iudicibus Montis Pietatis
Ciuitatis Florentiæ Cauſidicus quidam qui Iura
Ioannis Bardi Militis, &
Commendatarij Sacri Militaris Ordinis
Sancti Stephani tuebatur impudentèr
negabat, ex quo licèt in concurſu creditorum Michaelis Angeli Baleonis
Marchionis Murconis, is Bardus eſſet
graduatus, non tamen ei erat factum,
prout cęteris creditoribus aſſignamentū
in bonis Marchionis. Allegabat inſuper
Iudex illius cauſæ, quod exceptio litis
pendentię, licèt in iuris regulis, ac principijs, ſolidè fundata, vt ea omiſſa, vel ne-
1 glecta à Iudice nullus ſit proceſſus, Marcianeſius *conſ. 47. n. 23. lib. 1.* Muſcatellus
gloſſ. tribunali n. 14. fol. 28. dicebat tamē
hoc non obtinere, cum cauſa agitur in
duobus tribunalibus, quorum alterum
diuerſo Principi ſit ſubiectum ex Carleual. *diſp. 2. n. 821.* verſ. *tertiam mediam
ſententiam*, cumq; tribunal Montis Pie-
2 tatis Florentiæ conſiſtat; non eſt ſub
dictione *Regis Neapolis Domini Noſtri*. Et
is Bardus inſtituerat iudicium in S. R. C.
petendo condemnari dictum Marchionē
Murconis ad quantitatem petitam pro
dotibus Mariæ eius nepotis, licèt pro
eodem credito fuiſſet coram illis Iudicibus graduatus; quia tribunalia non
erant ſub ditione eiuſdem Principis, litis
pendentiæ exceptionem minimè obſtare
contendebat. Et cum ſic me abſente
domi iudicaſſet; cum de huiuſmodi decreto ad inſtantiā Marchionis fieret verbum in aula in gradu appellationis, aduenit nuncius, dum prædictis actualitèr
replicabam, quod Eques Bardus mortuus erat Florentiæ; vnde hic articulus
decidi non potuit. Replicabam ipſe ad
primū tàm Cauſidicum, quàm (ò Deus)
Auditorem cauſæ, hæc tirocinia non at-
3 tingere. Citationem ſolùm executam
litis pendentiam inducere fundatum ſupra *q. 25.* etiam ſi pœniteat, & illam in
banca nō reſtituat ſupra *q. 24.* & in *q. 14.*
etiam

etiam ſi fuerit in curia deſignata citatus. Sic & in alijs *quæſtionibus* ſupra, & infra. Videtur tex. in *l. Sempronia libellos* 74. *ff. de furtis*, quem allegat Anichinus *de præuentione cap.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 22. & ſic ad inducendam verã, & propriam, litis pendentiam aliud non requiri, niſi quod ſola citatio ſit executa, vt in *l.* 1. *C. vt lit. pendent. l.* 1. *&* 2. *C. quando libell. princ. dat. tex. in l. ſi quis poſtea quam, ff. de iudicijs*, vbi *Petr. Barboſ.* à *n.* 13. & Bart. *in l. ſi quis pluribus n.* 1. & Iaſ. *n.* 24. *ff. de leg.* 1. Affl. *deciſ.* 294. *n.* 3. concordantes apud Carleual. *de iudicijs lib.* 1. *diſp.* 2. *ex num.* 876. & præcipuè *n.* 879. verſ. *quarto per citationem*, & alios apud Marcianum filium *diſp.* 27. *n.* 6. verſ. *hac tamen regula*, Salgad. *de reg. protect. par.* 2. *cap.* 13. *num.* 287. *Rota* apud *Farinac. deciſ.* 431. in poſthumis 2. *par.* D.R. de Marinis *ad Reuert. deciſ.* 87. & idem ad *deciſ.* 224. eiuſdem *Camill. de Medic. conſ.* 28. *n.* 11. & de hoc ſunt Iura canonica in *c. ſuggeſtum de appellat. c. cauſam* 2. *de teſtib. c. penult. de foro competenti, clem.* 1. *vt lite pendente*, vnde *in impetratione reſcripti ad lites*, eſt narranda litis pendentia, ex ſola citatione inducta, Gramat. *conſ.* 554. *n.* 4. Valenzuela *conſ.* 125. *n.* 8. & quid inſulſius exaudiri poterat, vt vltra citationem, & graduationem (quæ vice ſententię ſuſtinet) executio illius per capturam poſſeſſionis bonorum ad litis pendentiam inducendam deſiderari potuiſſet; cum tunc lis eſſet finita, ac creditum ſatisfactum, quia nõ erat opus occurrere actioni per dictam exceptionem, cum illa per adiudicationem fuiſſet extincta, niſi forte in caſu *euictionis*, vnde intrabat regula *l. vbi*
5 *ceptum, ff. de iudicijs*, & non poterat vllo modo in hoc ſecundo iudicio procedi, quia eſſet laborioſum, & diuerſæ poſſent oriri ſententiæ, Paul. de Caſtro *in l. nulli C. de indic.* Socc. *conſ.* 38. *vol.* 1. *num.* 7. & procedit exceptio pendentiæ litis, ſiuè ſit in eadem cauſa, ſiuè vtraq; in idem reincidat, ſiuè vna ſit præiudicialis ad aliam ex eo, quia ſententia in vno poteſt
6 parere exceptionem rei iudicatæ in alio, Ponte *conſ.* 70. *vol.* 1. eſt proinde talis exceptio pendentiæ litis impeditiua iuriſdictionis ſecundi iudicij, donec nõ ſit perempta inſtantia coram primo; & ideò omninò corã Iudice impedit litis ingreſſum, & oppoſita abſque *nullitatis* labe
7 non poteſt ad vlteriora procedere. Martianeſius *conſ.* 47. *n.* 23. *lib.* 1. Muſcatell. *loco citato*; & hoc eſt adeò verũ, vt Felyn. *in c. exceptionem num.* 31. verſ. *Item dic de exceptionibus*, poſtquam fundauit, quod dicta exceptio impedit litis ingreſſum ex Bal. Salyc. Paul. & Alex. quos allegat, & per *tex. in auth. qui ſemel C. quomodo, & quãdo Iudex* notabilitèr dixerit,
8 quod habet locum talis exceptio, etiam ſi actor eſſet paratus renunciare inſtantiæ inchoatæ, quia inuito reo non poteſt, niſi actor vellet deſiſtere, alitèr renunciando etiam Iuri ſuo, quia cũ nihil tunc intereſt rei, poteſt eo inuito renunciare, quæ theorica Felyni eſt ab omnibus approbata. Ponte *conſ.* 70. *n.* 5. *&* 6. Carleual. *dicta diſp.* 2. *n.* 906. verſ. *tertius effectus*, quod neque actor, neque reus poſſunt forum mutare, quo ad litem ceptã, & præuentam, ſed etiam coram præueniente Iudice proſequi tenentur, & finire. Et ſi lis pendeat coram arbitro, co-
9 ram Iudice conueniri non poteſt, Paul. de Caſtro *in l. pecuniam, ff. ſi cert. pet.* vbi *Alex.* & idem *Caſtrenſ. in l. qui fidem, ff. de tranſact.* Iaſon. *conſ.* 12. *n.* 3. *& conſ.* 105. *dub.* 2. *vol.* 1. niſi ex cauſa alimentorum, *M.A. de Amatis deciſ.* 90. Thoro 1. *par. fol.* 324. *liti compromiſſi.* Ad ſecun-
10 dum, quod tribunalia non erant ſub ditione eiuſdem Regis, quia repentinè factum aliqualiter ſubſiſti. Et conſideraui quomodo Carleual, Vir plenè doctus, & in materia fori competentis ſatis expertus, volebat in his principijs miſerè prolabere; vnde ipſo reuiſo, apparet, quod loquitur *in cauſis criminalibus*, vt ex *rubrica* ante *n.* 800. *fol.* 334. per tõtũ; ſecùs eſt in cauſis ciuilibus, vt expreſsè dicit *n.* 808. verſ. *neque obſtant, quod pro contraria ſententia* fol. 339. explicans diſcrimen, cur in cauſis ciuilibus obſtaret exceptio in quacumq; parte Mundi. Illud eſſe, quia in ciuilibus non adeſt intereſſe
11 publicum, ſed ſolùm actoris, ac rei, in criminalibus ſecùs, cum intereſt Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, & dat etiam exemplum in intereſſe baronũ

erga

Digitized by Google

erga eorum vaſſallos; ità etiam melius
declarat Petrus Caballus *reſol.* 162. per
totam *fol.* 365. & D. Marta *tomo* 1. *tit.*
ſirus cap. 79. *D. N.* & ſi hæc non ſcrip-
ſiſſet Carleual, quid inde? & ſi conuen-
tus laicus coram Iudice ſęculari, deinde
viua inſtantia, & ſic pendente lite, is lai-
cus fiat Sacerdos, nône ſi procederet pri-
ma opinio, declinaret forum Principis
ſęcularis, quia ſub eo iam non eſſet per
Sacerdotium, vel clericatum adęptum;
12 & tamen eſt receptiſſima omnium DD.
ſententia, quod quo ad illã litem cęptã,
ac pẽdentẽ, forum Iudicis ſęcularis nul-
lo modo declinat, vt eſt tex. in *c. propoſui-
ſti, de foro cõpetenti,* vbi expreſsè Marian.
Socc. *n.* 36. *&* 38. & Graſſis *de effect.*
cler. eff. 1. *n.* 1239. *cum ſeq.* *Ipſe* ſupra
latiſſimè in *quęſt. pręcedentibus*, & alibi
ſupra. Cur ità? quia per citationem exe-
cutam eſt præuenta iuriſdictio, & ibi lis
finiri debet vbi eſt cępta, & vbi pendet,
Salgad. *de retenſ. bullar. fol.* 198. *n.* 34.
13 Suadẽtur etiam hæc, quia exceptio pen-
dentiæ litis obſtat vbicumq; obſtaret ex-
ceptio rei iudicatæ, at iſta indubitanter
obſtaret quando ritè, & rectè ſit inter
actorem, & reum iudicatum Neapoli, li-
cèt poſtea alter ex eis, alterum pro eadẽ
re vellet conuenire Romæ, & ſic non ſub
eodem Principe, maior habetur ex
Bart. *in l. fundum, & in l. fundi, ff. de ex-
cept.* & *in extrauag. ad reprimendum* in
verbo *ſine figura*, minor eſt indubitata,
& habetur ex DD. *in l. finè propenis*, C.
de except. rei iudicatæ, vt ex dictis per
Andr. *in cap.* 1. *n.* 15. verſ. *ſed quid de
controuerſia inter vaſſallum*, & alium *de
benefic.* cum alijs per Molinam *in cap.* 98.
poſt n. 20. *cent.* 2. retinendo thema cau-
ſarum ciuilium. Ergo diſcrimen, quod
non ſit ſub diuerſo Principe nihil omninò
operatur; Quod tamen æquitas limitã-
14 dum ſuadet, modo Principes ſint inter
ſe *amici*, vel confederati, et alterutri ex
litigantibus non ſit imperuius acceſſus
per ſe, vel per procuratorem ad tribunal
Principis, vbi lis pendet, arg. *clem. paſto-
ralis*, §. *notorium cum gloſſ.* in verbo *noto-
rium de ſentent. & re iudicata*, ne ſub hoc
prætextu quis retineret rem alienam
abſque ratione, & cauſa contra tex. *in l.*
Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

ſi me, & Titium ff. ſi cert. pet. quam legẽ
in Cœlo dictatam aſſerit Petrus Matth;i
in ſua *Hiſtoria par.* 1. Vt Ioanni Domini-
co Boue Bibliopolæ, qui empta habita
fide de pretio à mercatore Gallo ingen-
te librorum quantitate contingit,
exorto de anno 1635. bello inter Regẽ
Dominum Noſtrum, cum Rege Franco
gallorum, ſublato vtrinque commercio,
Boue fuit Galli illius pennis contectus.
Hic enim mercator reperto Boue in qua-
cumq; parte, & ſi de pretio in Gallia, vel
15 Neapoli eſſet lis cępta potuiſſet iterum
illum vbiq; de eadẽ re conuenire. Intel-
16 lige etiã in cauſis ordinarijs, nõ in exe-
cutiuis, in quibus vel poteſt variari per
pactum, vel denegatur audientia per ſta-
tutum: in his enim non procedit *l. vbi
ceptum ff. de iudicijs*, Iaſ. *in l. nul'i n.* 8. *&
conſ.* 9. *n.* 7. 41. 42. *lib.* 1. Trentacinque
var. reſol. tit. de iudicijs reſol. 10. *Caſyc.
deciſ.* 33. *n.* 3. *Giurba deciſ.* 100. *n.* 16. *Ce-
uall.* 3. *par. q.* 815. *ex n.* 24. *cum ſeq.* alij
per Salgad. *in laberynth. lib.* 1. *cap.* 16. *n.*
36. *&* 37. *& ſeq.* Carleual. *diſp.* 14. *tom.* 1.
& quid in iudicio *l. diffamari C. de ingen.
& man.* Mar. Socc. *in c. propoſuiſti n.* 27.
de foro competent. Gaill. *pract. obſeru. lib.* 1.
obſer. 11. *per totam*, Franchis *deciſ.* 385. *D.*
Reg. de Marinis *ad Reuert. deciſ.* 87. *&*
17 *lib.* 1. *reſolut. cap.* 357. Intellige etiam
modo abſit quilibet *odor calumniæ*, quem
ex facti circumſtantijs, & qualitate de-
fenſorum, Prudens Iudex facilè olfaciet.
Vellem etiam, quando litis pendentia
18 allegaretur extra Regnum in partibus
longinquis, vt ante dationem termi-
ni ad docendum de illa in alio tribuna-
li excipiens, ſaltim per *pinguem* fumum
doceret aliqualiter de illa. Prout fuit in
cauſa iſta. Marchio enim, non etiam na-
tus Florentiæ, & exlegatus ſui Principis
apud Dominum Noſtrum Mãtuæ Car-
petanę; Sed actualiter Senator in Regno
Ætruriæ, licèt in Regno iſto Murconum,
& Coſſianum titulo Marchionatus poſſi-
debat, & Caſtrorũ Magiſtri officio ſtre-
nuè erat etiã perfunctus; actor autẽ Flo-
rẽtię incola, patritius, Eques, & Cõmen-
datarius illius Sacri Ordinis exiſtebat, &
in aula ſui Magni Principis certo officio
defungebatur. Vnde non calumniam,
ſed

Digitized by Google

ſed euidentem iuſtitiæ defenſionem talis exceptio redolebat, & ideò à me allegata, ad fauorem ſplendidiſſimi non etiam clientis, ſed mei debitoris in annuis duc. 285. qui dum hæc reuideo, plenus dierum Cortonæ exceſſit è vita, dum illam Ciuitatem, & Comitatum pro Sua Celſitudine gubernaret. Requieſcat in pace. Amen. Proceſſus eſt in banca Franciſci Lombardi S.R.C. Act. Magiſtri.

ARGVMENTVM.

Redemptor, vulgo partitarius, alicuius ędificij, teneri de vitio apparente, in illo uſque ad decimumquintum annũ, quia tãto tempore pręſumitur proceſſiſſę ex malo magiſterio; exceptis caſibus fortuitis. Tex. *in. l. omnes C. de oper. publ.* habere locum etiã in ædificijs priuatis expéditur *prag. 2. de magiſtr. art.* cum deciſione M. C. V. confirmata per S. R. C.

1 *Non eſt quis puniendus ſine culpa, & n. 2. adhibens diligentiam in rebus alienis quam in proprijs excuſatur.*

3 *Oeconomi SS. Eccleſiarum non excuſantur & quare; iſta ambientes, Dei memoriam habere non præſumuntur.*

4 *In dubio quis præſumitur ſuo officio benè perfunctum.*

5 *Deciſio cauſę in M.C.V. & in S.R.C.*

6 *Conducens operas publicas, vel priuatas ad quid tenetur, cum triplici diſtinctione, & n. 7. & 8.*

8 *Conductor operis publici tenetur de vitio operis vſque ad quindecim annos, & n. 9. idem in ædificijs priuatis.*

10 *Caput magiſter tenetur de culpis magiſtrorum cum à ſe deputantur.*

11 *Non tenetur ex caſibus fortuitis.*

12 *Si adeſt pactum tenetur etiam de leuiſſima culpa.*

13 *In Prouincia tenentur vſq; ad quinque annos, & quid ex lege Regni, n. 14. & de Oeconomis Eccleſiarum.*

QVÆSTIO XXX.

1 NON intrat pœna vbi culpa non reperitur, *l. ſancimus, C. de pœnis*; & ſine culpa, niſi ſubſit cauſa non eſt aliquis puniendus, *c. ſine de reg. in 6.* alia per Caball. *tomo 1. caſu 1.* & diligentiam, ſi quis habet, in rebus alienis, ſicut in proprijs nõ imputatur damnum, quod euenerit, *l. item*
2 *quæritur, ff. locati, l. in rebus, ff. commodati*, cum ſimilibus, & *l. ſi merces 28. §. qui calumnias*, vbi eſt caſus; (licèt hoc fallat in Oeconomis Sanctiſs. Eccleſiarum, & piorum locorum, in quibus lex requirit maiorem diligentiam, quam in rebus proprijs in Auth. *vt determinatus ſit numerus clericorum in fine*, ibi: *quia non minor vobis cura eſt, horum quæ Sanctiſſimis Eccleſijs proſunt quã ipſius animæ*; (Quod nota pro ſuperbis ambientibus, & toto ſpiritu huiuſmodi magiſteria procurantibus, quod vt plurimũ Dei memoriã habere non dicuntur. In *Auth. de his, qui obligatos habent ad ratiocin. §. quoniam*; nã *qui habet Dei memoriam, ad curam difficulter videtur accedere.*) Et ſicut diligens nõ dicitur, qui facit contra formam pacti, Bald. *in l. ſi ijs, C. de furtis, & l. eum, qui §. finali, ff. commodati*; ſic qui ſeruauit pactum negligens reputari non debet, & in dubio præſumendum eſt benè, & ſecũdum regulas artis ſuo officio, quẽ eſſe
3 perfunctũ, vt ducto argumento ex *c. ad aures, de ætate, & qualitate*, deciſum dicit *Nouar. in praxi electionis fori, quæſt. 6. n. 10. ſect. 1. & collect. 2. ſup. prag. 1. de mag. art. n. 9.* Et meritò, quia delictum non præſumitur. *l. merito, ff. pro ſocio*, hæc, & ſimilia dicebat in M. C. V. & in S. R. C. Mathęus de Siluestro, Faber cęmẽtarius inſtru-

inſtructor molendinorum, contra M. Io: de Ligorio de Ebulo, qui ipſum Matthæum inſtabat condemnari ad omnia damna, expenſas, & intereſſe, ex eo quia Matthæus per Inſtrumentum publicum ſe obligauerat, ædificaturum Eboli molendinum triticum molentem, ad laudem bonorum, & expertorum Magiſtrorum, qui Matthæus ſumptibus Ioannis extructa ingenti Turri, ex cuius cacumine, & per eius cētrum tubuli aquam deſuper exciperent, & in machinas ligneas, quæ molam triticariam reuoluerent cognicerent, appoſitaq; in illis aqua, quà citiſſimè machinas reuoluens triticum molebat, ſed poſt duas horas diſruptis tubulis, turris tota iuit in ruinam. Vndè formato ſuper hoc proceſſu, fuit per M.
5 C. V. Martij 1637. condemnatus Matthæus ad reficiendū Ioanni omnia damna, expenſas, & intereſſe, vt ex actis in banca Saccardi, qui cum etiam ad S.R.C. appellaſſet, fuit decretum M. C. V. confirmatum referente D. Iulio Maſtrillo R. Conſ. in Senatoria familia exorto, ac Duce Mariliani. Proceſſus eſt in banca Martini.

Non enim habuit rationem M.C. neq; S.C. de excuſationibus Matthæi, ſiquidem dicebam ipſe pro Ioanne, quod vel artifex, in opere extruendo ponit de ſuo cemēta, & magiſterium, ſiuè operam manuum
6 ſuarum, vel ponit ſolùm cęmenta; Vel ponens perperam falcem in meſſem alienam, (vt colligitur ex tex. punctuali *in l. ex quo 12. §. inſuper, verſ. & qui deſignauit Architectus, aut qui opus recepit, C. de ædif. priu.*) Perfungi vult etiam officio Architecti, (de quo etiam in *Auth. de reb. Eccl. non alienandis, §. quod autem*, cum *gloſſ.* in verbo *architectus*, & Bart. *in tract. de alluui. cap.* 1. vbi dicit ex Ariſtotile, quod omnis ſcientia ancillatur Architecturæ, & nos ſupra *q.* 17). & ipſe met Faber machinam deſignet; & tunc licet cementa, & opus manuum, nullo vitio laborent, imò perfecta ſint, ſed malum tamen opus ſit, ſecundum regulas archite-
7 cturæ, de quibus apud Vitru. Serlium, Palladium, Scamotium, Io: Baptiſtā Alberū, & aliqua per Bartolum *dd. tract. de Iſula, & Tyberiad. & alluuione*, & alios *Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq.* innumeros ſcriptores eius liberalis artis, & in his fuerit erratum, vt notoriè errauit Syluester, & tunc, licèt non teneatur ex malò magiſterio, quod in cementis, & opus manuum conſiſtit, tenebitur ex imprudenti, ac irregulari *Graphia*,
8 quam vocant *diſegno*. Dicebant periti, Syluestrum in graphia erraſſe, & iſtis eſſe credendū ſupra *quæſt.* 17. fundatū eſt. Vel non errauit in graphia, mappa, ſiuè diſegno, ſed poſuit mala cęmenta; vel in manuum magiſterio defecit, & tunc ſimiliter tenetur ſi in opere infra quindecim annos aliquod vitium appareat.

Quia tenetur redemptor, vulgo partitarius opera publica ædificans, illa ſarta tecta, ac abſque vllo vitio ſpatio quindecim annorum poſt peractum opus conſeruare. Quia omne malum, quod in-
9 fra illud tempus in opere apparet pręſumitur ex malo magiſterio. Deciſio eſt *tex. in l. omnes 8. C. de oper. publ.* quę licèt loquatur in ædificijs publicis, idem eſt in priuatis, quia eſt eadem ratio. Vnde Bal. in *d. l. omnes* dicit: *Nota caſum contra magiſtros, qui accipiunt ad conſtruendum laborem opera communia, vt ſi quid infra quindecim annos, vitij in ædificijs patiuntur eorū ſumptibus reficere teneantur, & hoc ideò, quia lex præſumit, quod omne vitium apparens, infra quindecim annos ex def. ctu magiſterij.* Salic. in *l. etiam* confirmat, & dicit nota caſū cōtra iſtos *Ingegnerios*. Odo fred. *n.* 3. Io: Fab. *n.* 2. idem dicunt in eadem *l. omnes*, Angel. *in d. l.* dicit nota caſum *contra magiſtros, nam ſi quid infra quindecim annos vitij ædificio apparuerit eorum ſumptu proprio reddere tenentur, & hoc ideò, quia lex præſumit, quod omne vitium apparens in ædificio, infra quindecim annos ſit ex defectu magiſterij*. Sin autem redemptor ſuo officio tantùm fuit perfunctus, & non immiſcuit ſe in graphia, mappa, ſiuè diſegnio, ſed ordines, & mandata architecti (qui in iure dicitur eius Princeps, & Superior, d. §. *quod autem*, cum *gloſſ.* vt ſupra in verbo *Architectus*) & tunc ad nihilum redemptor tenetur, ſed Architectus omnia damna de ſuo reficiet, d. *l.* 12. *C. de ædif. priu* licèt ſi præceſſerit conſultatio plurium Architectorum, qui in idē concurrerint,

Digitized by Google

& ſeruauerit regulas ſcriptas in Vitruuio, Serlio, Palladio, & alijs eorum doctoribus, eum excuſarem; porrò ſi verè regulas ſeruauerit, damnum non continget.

Hoc etiam declarat Rom. *conſ.* 297. *in caſu iſto, in principio*, vbi dicit, quod Capi magiſtri tenentur ad omnia damna, expen-
10 ſas, & intereſſe pro opere vitioſo fabricato, etiam ſi culpa fuit aliorum magiſtrorum, à ſe deputatorum, quia imputandum eſt eis, dicit etiam, quod efficitur infamis, & ideò criminalitèr punitur, vbi notat *Apoſtilla* in verbo *incurrit*, & Card. Tuſch. *lit.* E. *concluſ.* 39. Franciſcus Niger Cyriacus *controuerſ. forenſ. cap.* 166. *tom.* 1. confirmat in proprijs terminis omnia prædicta, & addit hæc verba: *Ne dum tenetur pro culpa propria, ſed etiam eorum, quorum opera vſus eſt, vel quos præpoſuit l. ſi merces* 25. *aliàs* 28. §. *ſi quis colūnam, ff. locati*, vbi Bal. *notat, quod capi magiſter tenetur de culpa fabrorum, quos ponit ad opus*.

Gregorius Lopez *tit.* 8. *de los logueros par.* 5. *lib.* 17. in verbo *Seia accabada*, fol. 43. at. dicit teneri etiam, ſi opus ſit perfectū, ſi tamen corruat intra quindecim annos, vt in *l.* 21. *tit. finali par.* 3. & in *l. omnes, C. de oper. pub.* quæ licèt loqui videantur in operibus publicis, & ità ibi DD. intelligunt, tamen idem videtur in ædificijs priuatis, ex ratione prædictarum legum, cum præſumatur intra dictum tēpus opere dirupto vitio magiſtri corruiſſe: quæ ratio ità militat in priuatis, ſicut in publicis; vnde in dubio, ſi non cō-
11 ſtat de caſu fortuito, ex quo opus corruit tenebitur magiſter intra dictum tēpus. Hæc Lopez ad verbum, & addit in *l.* 17. *tit.* 18. *par.* 5. in gloſ. *manera quier*, quod quando fuit deductum in pactum, quod teneatur ad intereſſe, tenetur de leuiſſima culpa, & etiam de caſu fortui-
12 to, vt pactum aliquid operetur, idem Lopez ad *l.* 10. *tit.* 8. 5. *par.* in verbo *ſer ſabitor*, & in *l.* 17. 5. *par. tit.* 8. *de los lequeros*, in verbo *deſtajo*. Hoc etiam cōfirmat Auend. *de exeq. mand.* 2. *par. cap.* 13. *fol. mihi* 193. *per totum*.

Et pro coronide reuidendus eſt Clapper. in *cent. cauſ. fiſcal. caut.* 108. *fol. mihi* 341.
13 vbi dicit, placuit Regiæ Curiæ, in operibus publicis, quæ magna impenſa conſtruuntur vſq; ad annos quindecim, ab opere perfecto conductorem, & eius heredes teneri, itaut ſi quid vitij intra id tempus apparuerit, id omne conductor præſtare cogatur, & ſi in contractu id expreſſum nunquam fuerit, cum legis conſtitutione ineſſe credatur in cęteris operibus, quæ non grandi impenſa, nec tam perpetuò deſtinantur vſq; ad luſtrū, de vitio conſtructi operis, in illa curia de conſuetudine ſeruatur.

14 In Regno autem hoc ius commune eſt ampliatum; nam vltra intereſſe condemnātur ad pœnam pecuniariam capi magiſtri luendam in corpore, ſi nō habeant in ære, & eſt *Reg. prag. edita per Eccellentiſs. Comitem Beneuenti in anno* 1607. quæ eſt 2. *de mag. art. n.* 3. vbi dicit, *che li maſtri fabricatori ſiano tenuti di pagare qualſiuoglia male magiſterio, che faceſſero nell' opera, che lauorano: & oltre di pagare detto intereſſe, che pagano dieci onza de pena alla Corte, e che quel fabricatore, che non hauerà modo di pagare l'intereſſe, vada in galera, e che del guadagno, che ſi farà in detta galera paga l'intereſſe, che hà fatto*. Si hoc in magiſtris cęmentarijs cum Principe Terræ, quid in magiſtris Eccleſiarum cū Principe Cœli? qui impudentiſſimè, ac malis artibus (Dei memoriam non habentes) ambitioſi, ventoſi, & ſuperbi id ſibi procurant, vt effodiant, & furentur, vt alijs placeant, vt petentibus de bonis Eccleſiæ nulla negent? O miſeri! In alio mundo guſtabitis, quæ Iuſtinianus, *Vice, & nomine* Magni Dei, in dictis *Authenticis*, quam grauiſſimè, & veriſſimè prædixit, & diſpoſuit. Magiſter; Exponitur (inquit Caramuel in *Theol. fundament.*) ideſt *Ter Magis*. Videte O' homululi Oeconomiam affectantes, ſi ter magis eſtis idonei, ſi ter magis mundis manibus, ſi ter magis firmo pectore; vt potentibus obſiſtere valeatis. Si ter magis, vt ait Apoſtolus, 1. *Timoth.* 3. domui veſtræ fuiſtis benè præpoſiti? Sed hæc ad Corinthios.

ARGV-

ARGVMENTVM.

De Nundinis plura. Officium Rectoris, ſiuè Magiſtri Nundinarum, vulgo *Maſtro Mercato, ò Maſtro di Fera,* regulariter, cuius eſſe ſolet, baronum an vniuerſitatum: In dubio baro, an vniuerſitas ſit manutenenda in poſſeſſione illius; à ſententijs Curiæ Magiſtri Nundinarum appelletur ne ad officiales baronis, vel Regis? cũ *deciſ.* S.R.C. cũ tribus DD. adiunctis. Prag. 4. §. 1. *de nundinis* declaratur, & reducitur ad intellectum Iuris. Cum pluribus decretis Regiæ Cameræ Summariæ pro nundinis Ciuitatis Salerni, cum alia *deciſ.* Excell. D. Proregis.

SVMMARIVM.

1 Inuentio nundinarum, & quare introductæ, num. 2.

3 Nundinæ, quæ Lugduni, deinde Veſuntij, poſtmodum Placentiæ, nunc verò Noui in Liguria celebrantur.

4 Nundinæ non poſſunt concedi niſi à ſupremo Principe, & quid de mercatis, vel ex præſcriptione, & conſuetudine n. 5.

6 Iuriſdictio Principis, vel baronis ſilet tempore nundinarum, & exercetur per magiſtrũ nundinarum; & quid de D. Duce Placentiæ, & Parmæ. n. 7.

8 Si nundinę celebrantur ex priuilegio conceſſo à Principe ante infeudationem ſunt vniuerſitatum.

9 In Regno omnes ſunt Vniuerſitatum, & nõ baronum.

10 Cayphæ dictum accommodatum ab authore ad factum cuiuſdam Iudicis.

11 Papa, & Cæſar non poſſunt contra inauditam partem aliquid definire.

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

12 Deciſio cauſæ.

13 Princeps vendens Ciuitatem intelligitur vendidiſſe, quod moraliter poteſt.

14 Actus poſſeſſiui Ciuitatis Lanciani.

15 Vnicus, & vltimus actus quando ſufficiat in poſſeſſorijs ſummarijs.

16 Ex emanatione bannorũ, & cõceſſione ſalui conductus probatur poſſeſſio Iuriſdictionis.

17 Tale iudicium reſpuit omnem Iuſtitiæ cognitionem.

19 Poſt 50. annos omnis ſolemnitas præſumitur interueniſſe.

20 c. cum perſona, de priuilegijs in 6. declaratur.

21 Poſſeſſio declarat priuilegiũ dubium, titulus coloratus, & præſumptus quando ſufficiat. n. 22. & 23.

24 Nundinæ quando dicantur deſtitutæ, & ceſſaſſe.

25 Eccleſia non in totum diruta, dicitur eadẽ Eccleſia.

26 Habenti legis aſſiſtentiam quando datur manutentio, & n. 27.

28 Continuans ſuam poſſeſſionem non intelligitur vim facere, neq; attentare.

QVÆSTIO XXXI.

VT plurimum Nundinę, & earum immunitas ob benemerita Ciuitatũ fuerunt à Principibus inſtitutæ, nec ſine ipſorum Principũ cõpendio, vt oſtendit eruditiſſimus Petr. Tholoſ. *lib. 25. ſyntagm. Iu-*
1 *ris c. 3. n. 9.* Petr. PecKius *de iure ſiſtendi cap. 12. n. 2.* Menoch. *conſ.* 1105. Humanæ enim ſocietatis facilius conſulitur, data immunitate nundinis, & relatiuis oneribus vectigalium, quæ ſępè deterrent à commercio mercatores, dataq; ſecuritate, ac ſub tutela publica extraneis
2 receptis, qui alioquin ſibi metuentes, nobis nequaquam ſua communicarent, Franciſcus Salernus *conſ.* 47. §. 2. *n.* 22. Mauſonius *de cauſis executiuis lib. 1. ampliat. 1. num.* 15. verſ. *declara. Franc. Marcus deciſ.* 268. *deciſ.* 415. *& deciſ.* 513. vbi de nundinis Lugduni olim,
3 dein Veſuntij, poſtmodum Placentiæ celebrari ſolitis, nunc autem in Terra

Noui translatis, vt habet Raphael de Turri *de cambÿs in prologomen. n. 3. & 4.* Scaccia *de cambÿs* §. 2. *gloſſ. 4. per totam.*
Nundinę autem non poſſunt, niſi à ſu-
4 premo Principe concedi, & permitti, licèt mercata poſſint à baronibus, Natta *conſ.* 511. & 512. Theſaur. *deciſ.* 264. Reuert. *deciſ.* 111. vbi D. R. de Marinis *n.* 3. Borrellus *conſ.* 86. Capiblancus *prag.* 8. *de bar. par.* 2. *n.* 51. & 52. & *in* 2. *tomo c.* 39. *n.* 2. & *c.* 47. *n.* 6. D. Capyc. latr. *deciſ.* 191. Gaill. *obſer.* 60. *lib.* 2. Apicella *allegat.* 8. Chriſtian. *deciſ. Belgica* 99. *par.* 3.
5 Vel ex conſuetudine, & præſcriptione immemoriali, quæ fungitur vice principis, idem Natta de Nundinis *conſ.* 511. & 512. Borrellus *d. conſ.* 86. in cauſa Ciuitatis Biſaciç, quod ex ſola præſcriptione fuit declaratum habere ius nundinarum ex immemorabili abſq; alio priuilegio. Ita Mauſon. *n.* 16. verſ. *primo ſubdeclara*; Capyc. latr. *d. deciſ.* 191. qui loquitur de nundinis Ciuitatis Salerni, in feſto Sanctiſſimi Mathæi Apoſtoli, & Euangeliſtæ per tex. ad literam in *c. ſuper quibuſdam* §. *preterea de verbor. ſignific.*
6 Silet Iuriſdictio Regia, ac baronum durante tempore nundinarum; ſed illa leuato velo exercetur per Magiſtrum nundinarum, quaſi in omnibus ciuitatibus Regni, vbi Feriç celebrãtur. Immò ex Raphaele de Turri *de cãbÿs n.* 4. & 5. in principio libri adeſt de hoc cõſpicuũ exẽplũ in Domino Duce Parmæ, qui omnẽ Iuriſdictionem à ſe abdicauit in quibuſcũ-
7 que cauſis etiam à nundinatione independentibus, in primaria ſuæ Celſitudinis ditionis Vrbe Placentia, illa in conſules feriarum illis durantibus tranſlata; vt etiam dicit Scaccia *de cambÿs* §. 2. *gloſ.* 4. *n.* 7. & 8. Vide Borrellum *d. conſ.* 86.
8 & Minadoum *conſ.* 24. quod eſt verum quoties nundinę celebrantur ex priuilegio principis conceſſo Vniuerſitati ante infeudationem, vt notat Capiblãc. ſuper *prag.* 8. *cap.* 39. *de Bar. tom.* 2. vbi tamen dicit non eſſe de eſſentia, quod Iuriſdictio in nundinis ſit vniuerſitatis. Sed hæc dixit in gratiam ſui Baronis Muri; nam in toto Regno non oſtendet vnam villulam, in qua nundinę celebrentur, in quibus Iuriſdictio non ſit Vniuerſita-
9 tũ, vt eſt Capuæ, duobus vicibus, & in Sancta Maria Maiori; licèt Gubernator Capuæ ſit vnus ex Senatoribus S. R. C. & tamẽ ſilet eius Iuriſdictio in nundinis. Sic Auerſæ, ſic Fogiæ, ſic Biſaciæ apud Borrellum, *d. conſ.* 86. ſic apud Minadoũ *conſ.* 24. ſic apud Capyc. latro *deciſ.* 191. vbi refert reliquas nundinas; Sic in dicto luculento exemplo Ducis Parmæ Sereniſſimi in ſua primaria Vrbe; Sic Lugduni, ſic in Belgio apud Chriſtianeum *deciſ.* 99. & 100. & deniq; ſic in antiquiſſima Ciuitate Antiani, ſiuè Lãciani; olim totius Orbis memorabile emporium, licèt Salerni ex priuilegio reſidet apud familiã Ruggi. Qua Ciuitate Lanciani me defendente contra Ill. Marchionẽ Vaſti, in cuius vtile dominium paulò ante, Ciuitas ipſa conceſſerat, vt in *ſeqq. qq.* de his contingit in anno 1654. pertinacius diſceptari in S. R. C. & coram intrepido Senatore Antonio Miraballo in banca Litti, in qua cauſa, cum quidam Iudex M. C. V. die 11. Auguſti 1653. inſtante eodem Ill. Marchione Vaſti, domi interpoſuiſſet decretum, non intimato libello dictę Ciuitati; nec ipſa vllo modo audita; quod *Viſo inſtrumento venditionis dicta Ciuitatis Lanciani, inito inter Regiam Curiam, & Alex. Pallauicinum, fuit prouiſum, & decretum, dictum officium magiſtri mercati, ſpectare, & ſpectauiſſe dicto Ill. Marchioni Vaſti poſſeſſori dicta Ciuitatis, & proinde eſſe manutenendum in poſſeſſione illius*, &c. Vt ex Iudicum Inferiorum manibus me eximerẽ; cõmitti feci cauſã manutẽtionis in S. R. C. & in allegationibus per me datis D. Miraballo, & DD. Cõſenatoribus, adduxi nõ infacetè exẽplum Caiphæ, qui licèt peſſimam infandam, ac ſupra ſceleſtiſſimam ſententiam protuliſſet contra *Regem, & Deum Noſtrũ*
10 *Dominum Ieſum Chriſtum*, tamen collaudatus fuit, quod prophetauit. *Io.* 11. 50. Sic & ille Iudex M. C. V. qui fecit, quod Summus Pontifex, qui omnia poteſt, fatetur ſe non poſſe facere; in *c.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & proprietatis*; Scilicèt inau-
11 dita parte proferre ſententiam diffinitiuam, *dicendo ſpectauiſſe, & ſpectare.* Prophetauit, hoc eſt indicauit parti, id quod indiget, ſcilicèt plenario petitorio, vt videat

deat ſi fortè obtinere poterit illud ſpectauiſſe, & ſpectare. Voluit ergo ei indicare illud, ꝙ indiget, nõ illud ꝙ poſſit obtinere. Quia cum ciuitas ante venditionem ipſius factam, per plura ſęcula mãſerit in poſſeſſione, & etiam poſt venditionẽ conſeruauit ſe; in illa eſt manutenenda; Prout decreto eiuſdem S. R. C. ſub die 30. *May* 1654. licèt paucis die-
12 bus ante fuerit cum duobus alijs Senatoribus, & Spectabili Præſidente vna cũ Immobili Miraballo Commiſſario facta paritas. datis per Dominum Proregem *tribus DD. adiunctis* Marciano, Carrillo, & Staibano. Fuit paritas cum ſolemniſſima cauſæ diſcuſſione dirempta ad fauorem Ciuitatis. *Infra decem dies partes deducant incumbentia tam in poſſeſſorio, quã in petitorio; & interim Ciuitas Lanciani manuteneatur in poſſeſſione eligendi Magiſtrũ Nundinarum in Ferijs eiuſdẽ Ciuitatis*, &c. Penès Lictum vt ſupra.

Dixi ego, quod Ill. Marchioni non ſuffragabatur Inſtrumentum venditionis dictę Ciuitatis nuper factę Alex. Pallauicino, qui licèt in oblatione, ſuper qua fuit licitatum, poſuiſſet dictum officium ſub verbo *ſignanter*, tamen fuit reformata in margine à Reg. Camera, vt intelligeretur de officijs ſolitis, & conſuetis, & ſine præiudicio Fiſci, & tertij; Vnde Inſtrumentum venditionis ſtipulatum cum dicta clauſula nihil ad fauorem venditoris ponebat in eſſe. Vltra quod clauſulę ſolitę inueſtiturarũ Regni poſitæ per Ca-
13 pyc. *in inueſtitura feudali*, intelliguntur appoſitæ, *ſicut poſſumus*, quatenus *ad nos ſpectat*, quatenus *iuſtè poſſidet*, & altera *ſi que, vel ſi qua*, quæ conficiunt, vt intelligatur venditum illud ius, quod Regia Curia vendens moralitèr, & iuſtè vẽdere poteſt.

Contra. Ciuitas adducebat pro ſe capitulũ per Cæſarem in anno 1536. conceſſum: *Item ſi ſupplica V. M. Ceſarea le piaccia di fare gratia alli Giudici della Feria della predetta Città, la iuriſditione criminale cũ*
14 *mero, & mixto imperio, & gladij poteſtate contra qualſiuoglia delinquente, che commetteſſe qualſiuoglia delitto, etiam atrociſſimo che ſia in detta Feria, & alli eletti Giudici per le cauſe predette concederli carceri, ſi come l'hãno l'altri giudici, e Maſtri Mercati dell'altre Ferie del Regno.* Decretatio Suæ Cæſareæ Maieſtatis dicit ſeruetur ſolitum, & conſuetum. Ratio cur Ciuitas ſupplicauit Cæſari pro iuriſdictione criminali, tempore nundinarũ, fuit quia non etiã in nundinis, ſed etiam vniuerſim, & toto anno iuriſdictio ciuilis, ſiuè Baiulatio eſt Ciuitatis cum poteſtate liquidandi Inſtrumenta. Deinde, cum in anno 1601. inſurrexiſſet magna altercatio reſpectu huius ſoliti inter Regium Gubernatorem Ciuitatis, cum Magiſtro nundinarũ Illuſtriſs. & Excellentiſsimus Prorex, cum Collaterali Conſilio mandauit Regiæ Audientiæ illius Prouinciæ, vt decideret caſus, qui ſpectant ad magiſtrum nundinarum, & qui ad Gubernatorem, & audito vtroquè; Gubernatore ſ. & Ciuitate, Regia Audientia interpoſuit decretum fol. 36. quod ad vnguem fuit ſeruatum, non etiam vſque ad diem venditionis Ciuitatis, ſed etiam vſq; ad diem litis motæ.

Secundo præſentauit ampliſſimum ſaluum conductum in forma bandi, quod omnibus Mercatoribus, & hominibus ad dictas nundinas confluere volentibus à primis ſæculis conſueuit facere, & concedere Ciuitas prædicta, quod aſſecurat, non etiam omnes Chriſtianos, ſubditos, & non ſubditos Suæ Catholicæ Maieſtatis: verùm etiam infideles, & ſic hoſtes Regis D. N. vt patet in omnibus ſaluis conductis ex fol. 47. ad fol. 53. cum titulo *Lancianum fideliſſima Ciuitas*, & ſubſcriptione magiſtri nundinarum, cum prohibitione, quod nullus alius præſumat adminiſtrare Iuſtitiam, niſi vnus magiſter nundinarum à Ciuitate electus.

Præſentatæ etiam fuerunt in Regia Audiẽtia copiæ duorũ proceſſuum fabricatorum in nundinis coram Magiſtro mercato à Ciuitate electo die 10. Septembris 1652. qui interponit decreta fol. 42. at. recipit teſtes fol. 43. at. fol. 44. & ater. & profert decretũ diffinitiuum ſubſcriptum à magiſtro Iurato, & magiſtro mercato, hoc eſt à Iudice nundinarum, & à Sindico Ciuitatis.

Altera copia ſunt acta ſequeſtri facta menſe Septembris 1653. cum diſſequeſtro, & alijs

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

alijs actis iuridicis factis coram dicto magiſtro mercato à Ciuitate electo fol. 62. & à ter. & fol. 63.

E' contra Ill. D. Marchio nihil omninò produxit. niſi dictum prætenſum Inſtrumentum factum cum Regia Curia, & dicto Pallauicino, nullum omninò actum poſſeſſiuum, nihil penitùs. Vndè erubui in re tam clara cum tractatur de interim, ſiuè de poſſeſſorio ſummariſſimo aliquid allegare.

15 Quia ſcitum, quod in hoc Iudicio ſummariſſimo ad manutenendum, & defendendum poſſeſſorem, ſufficit *vnicus, & vltimus actus*, alio non poſſidente, iuxtà theoricam *Innoc.* ab omnibus receptam *in cap. 2. n. 2. de Cappell. Monac.* quem ſequuntur omnes, vt per Speculat. *de iuriſd. omn. Iudic. §. 1. n. 35.* Paul. *in l. reſtituta, ff. ad Trebell.* per vnum actum ſingularem, ſi tamen cauſa, & intentio vniuerſalis adſit. Lanar. *conſ. 32.* maximè quando actus non eſt violentus, Capiblanc. *in prag. 14. de Baron. num. 31.* Poſtius *in tract. de manutenend. obſeru. 18. n. 10.* qui dat cōcordantes, Reg. Conſ. Staiban. qui dat alios concordantes, *reſol. 27. n. 19.* cum ſeqq. & *reſol. 87. n. 12. & reſolut. 101. n. 16.* cum ſimus in incorporalibus, qui actus dicit *Innocentius loc. cit.* dicitur *cum cognoſcitur de cauſa vna, ſiuè ciuili, ſiuè criminali, vel ſi excommunicauit aliquem, & idem eſt quidquid aliud faciat, quod ad iuriſdictionem pertineat.*

16 Et nuncupatim, quod ex emanatione bannorum, & quod maius eſt ex conceſſione ſalui conductus conceſſi per Ciuitatem etiam infidelibus, & hoſtibus probetur poſſeſſio Iuriſdictionis, vt de publicatione ędictorum, vel bannorum tradit idem Innocent. *in d. cap. dilectus, col. 1. in fin.* & 2. verſ. *generalis autem poſſeſſio, de Cappel. Monac.* vbi expreſsè ait cenſeri acquiſitam poſſeſſionem Iuriſdictionis in aliqua Ciuitate, vel Prouincia per vnū actum, etiam ſi nullus incurrat in ipſum edictum, vel bannum, Specul. idem dicit per formalia verba *loco citato*; Maſcard. qui dat concordantes, & teſtatur de communi *concl. 947. n. 2. & n. 25.* alij per Poſtium *obſeru. 31. num. 31.* verſ. *probatur.*

Quanto fortiùs, quod ſalui conductus, & bandiměta præſentata, & exequuta ſunt per quatuordecim annos, vſq; ad diem litis motæ, & vltra prædicta adſunt dictę duæ copiæ proceſſus fabricati, & iudicati à Magiſtro Nundinarum per Ciuitatem electum, de quibus multi produci poſſunt.

Tali igitur poſſeſſori datur manutētio, quia

17 hoc poſſeſſorium iuſtificatione nō eget, nec admittitur in eo meritorum, ſeu dominij cognitio, & nulla in hoc ſummariſſimo iudicio admittitur exceptio, vt ex infinitis probat Poſtius *obſer. 42. n. 67.* verſ. *quinimò*, quia in hoc iudicio agitur ſolùm de ſimplici ſtatu, & de eo conſeruando, vt per eum *loc. cit. n. 83.* & ſufficit etiam poſſeſſio, ſeù detentio, quam vocant *aſininam*, ſeù *aſinariam*, quia nuda facti inſiſtentia competit etiam *aſino*, vt per eum *n. 86.*

18 Quanto fortiùs Ciuitati, quę habet titulum non ſolùm iuris per plura ſęcula, ſed etiam hominis, vt in partem viſum ex titulo *Cæſarea Maieſtatis*, qui iuſſit ſeruari ſolitum, & ſolitum cum cauſæ cognitione iam declaratum eſt, nedum per Regiā Audientiam, quæ eſt Iudex competens in tota ſua Prouincia, ſed per Audientiā ad id delegatam per Principem, & poſt rem iudicatā, approbatum per geminata ipſius Principis, & Regij ſupremi Conſilij præcepta.

19 Nec audienda eſt pars, quæ poſt *quinquaginta duos annos* in iudicio ſummariſſimo, *vaticinat* in illo decreto non interueniſſe Fiſcum, cum poſt quinquaginta annos, omnis ſolemnitas præſumitur tàm intrinſeca, quam extrinſeca, & etiā aſſenſus, & in Regijs Audientijs adeſt *Fiſcus*, & vna ſola *Aula*, adeſt in Audientijs, & cum Auditoribus, reſidet Fiſcus, & ſic præſumendum eſt fuiſſe præſens, & de hoc nullo modo eſt tractandum in *poſſeſſorio ſummariſſimo*, in quo nulla admittitur *exceptio*, quia non quæritur in illo an *iure*, vel *iniuria* quis poſſideat, Cyriac. *controuerſ. forenſ. lib. 1. controuerſ. 10. Monac. deciſ. Bonon. 36. n. 1.* & alij per *Poſtium obſer. 42. n. 90.* & Ciuitas in termino probabit interueniſſe *Fiſcum*, & adducet prouiſiones *Regiæ Cameræ* ſubſcriptas

ſcriptas à *Fiſco* concedentes ei, exercitiũ Iuriſdictionis, nõ ſolùm tempore nundinarum, ſed tempore quo nundinæ prorogantur; ſed de hoc non eſt tractandũ in præſentiarum.

Neque obſtat obiectio titulorum præſentatorum in Regia Audientia, quia magis, quod neſcitur à quibus fuerunt præſentati, & copia illorum actorum fuit in S. C. præſentata cum cautela, *ſi, & in quãtum*, attamen nihil nocent, imò coadiuuant poſſeſſionem Ciuitatis.

20 Nobis enim eſt practicandus *tex. in c. cũ perſona, de priuileg. in 6.* vbi ſufficit titulum non eſſe *contrarium, vel nullum*, ibi: *Et ſi priuilegium exhibitum non ad plenum per ſe ſufficiat ad exemptionem, ſeu libertatem huiuſmodi comprobandam, ſed tale eſt, quod ſaltem cauſam prabeat præſcribendi*, quod DD. vocant titulum *coloratum*.

Et cum non conſtat ex producentis confeſſione titulos productos dediſſe cauſam poſſeſſioni immemoriali, nec Ciuitas iuſtificet ſuam poſſeſſionem ex dictis titulis, neq; illos allegauit, imò neſcitur à quibus fuerunt præſentati, quia tunc titulus nullus, vel contrarius deſtruit poſſeſſionem, & *ad id inuenta cautela, quod cauti aduocati, &c.* cum clarè, & manifeſtè conſtat *titulum vitioſum*, ac *reprobatũ* dediſſe cauſam præſcriptioni immemoriali originem, atq; initium, nec ſolemnitatem aliam interueniſſe, *ex quo is defectus ſuppleri poſſit*, prout ſi pars producens illud cõfiteatur, vel ex ipſo Inſtrumento appareat euidentèr, quod ea ſolemnitas non interuenit, quod ſi id hoc modo non appareat id quod deeſt, etiam extra priuilegium interuenire, quamuis in ipſa ſcriptura id non appareat ex immemoriali præſcriptione, quod deeſt, *præſumendum eſſet*, interueniſſe, quaſi præſumatur ex temporis antiquitate, plus autem, quam ſcriptum; vt perbellè declarat in proprijs terminis D. Reg. Galeot. *lib. 1. controuerſ.* 51. *ante n.* 30. vſq; ad *n.* 34. vbi, quod ſemper ſolet eſſe in ore aduocatorum, vt tunc dicatur titulus defectiuus, quando ex lectura ipſius tituli conſtat non potuiſſe ex alio titulo, vel Inſtrumento ſuppleri.

Tria priuilegia producta ſunt, vltra dictum capitulum *Cæſaris*, quod poſt omnia reſpectu Iuriſdictionis criminalis mandauit ſeruari *ſolitum*.

Primum eſt de anno 1320. Caroli Illuſtris filij Regis Roberti fol. 44.

Secundum eſt eiuſdem. Tertium Reginę Ioannæ. Quartum eiuſdem Reginæ f. 44. 45. & fol. 46. in dictis priuilegijs dicitur *nundinas poſſe celebrari in dicta Ciuitate Lanciani, & ad eius inſtantiam conceduntur vna cum omnibus prærogatiuis præminentijs de iure, vel de conſuetudine ſpectãtibus*.

Nec opus erat petere iuriſdictionem ciuilem, & in illis non negatur, officium *Magiſtri Nundinarum* eſſe Ciuitatis, neque dicit eſſe *alterius*; ergo concedendo, *nundinas*, intelligitur conceſſiſſe omnia illa ſine quibus, nundinę commodè *explicari non poſſunt*, & ſic neceſſario continet officiũ *Magiſtri Nundinarum*, & ſic priuilegium ſaltem eſſet *dubium*, non contrarium, & ſi dubium, fuit declaratum per *poſſeſſionẽ* ad fauorem Ciuitatis, poſſeſſio enim declarat priuilegium dubium *cap. cum dilectus de Conſuet. cap. 1. §. ſi fidelis, de controuerſ. inueſt*, & probatur *in l. 1. ff. de*

21 *nundin.* quæ poſſeſſio non eſt neceſſaria, vt ſit centenaria, vel immemorialis, vt probat *D. Paul. Staiban. ſen. conſ.* 94. *n.* 18. & *in conſ.* 84. *n.* 3. quod deſumitur ex dicto *cap. cum perſona*, quod licèt priuilegiũ ex ſe non ſit ſufficiens, ſufficit tamen *eſſe tale, quod ſaltem cauſam præbeat præſcribendi*, vt nouiſſimè elegantèr pro more declarat integerrimus D. Io: Franciſcus Marcian. *diſp.* 65. ad intellectum *d. cap. cum perſona*, quod etiam, quando iuris præſumptio reſiſtit fortiter, & vehementer vni, & aſſiſtit alteri, non debet quando quis allegat poſſeſſionem abſq; titulo in illa poſſeſſione manuteneri, niſi titulum allegatum exhibeat, & per illum poſſeſſionem ſuam iuſtificet, ſed hic titulus, ex *Seſe*, quem allegat antè *n.* 24. dicit ſufficere, & iuſtificare poſſeſſionem,

22 etiam ſi ſit *coloratus*, *& præſumptus*, & *n.* 29. quod ſi poſſeſſio, quę allegatur eſt *antiqua*, tunc illa habet vim priuilegij ad effectum iuſtificandi poſſeſſionem, & ſic in ea conſeruetur lite pendente, ac ſi priuilegium adduceret, & exemplificat poſſeſſi o-

ſeſſionem antiquam, ſi eſſet *decennalis*, vt *num.* 30.

Quanto fortiùs, quod Ciuitas habet decretum declarationis ſoliti quinquaginta duo anni lapſi ſunt interpoſitum; & ſi tunc erat ſolitum, præſumendum eſt, fuiſſe obſeruatum per *ſecula ante*, vt in poſſeſſorio *ordinario*, vel *in petitorio*, ſi illud pars aduerſa duxerit proponendum probabimus.

23 Sed iſta iudicio meo non conferunt ad cauſam, quia Ciuitas eſt *Domina iuriſdictionis ciuilis, & mixtæ*, quam non emit Dux Caſtri, & fuit Ciuitas ſpoliata contra omnem iuſtitiam, cum reuerentia, de dicta poſſeſſione ab Illuſtre Marchione die 27. Septemb. 1649. nunc autem ei *reſtituta de ordine Collateralis Conſilij*, vt ex Inſtrumento *reſtitutionis poſſeſſionis dictæ iuriſdictionis ciuilis, & mixtæ*, præſentato in proceſſu Collateralis Conſilij, quem tenet Dom. Reg. Trelles, vt illum in horas expediat fol. 10.

Cum ergo Ciuitas habebat *iuriſdictionem ciuilem*, non ſupplicauit *Cæſari*, vt illam ſibi concederet in Nundinis, ſed ſupplicauit pro *iuriſdictione criminali*, vt patet *in capitulo* in principio inſerto, & *Cæſar* iuſſit ſeruari ſolitum, & conſuetum; ergo non conſiderandi ſunt *tituli* Caroli Illuſtris Regis *Roberti*, *& Ioannæ*, quia concordamus in facto, quod de iuriſdictione *criminali* non poſſunt loqui.

De *ciuili* non oportebat, vt loquerentur, quia vniuerſim erat, & eſt Ciuitatis; ergo de titulis in hoc poſſeſſorio, quinimò nec in petitorio diſcutiendum non eſt.

Nec refragatur, quod nundinæ, vt dixit Alexander Pallauicinus ex decoctione mercatorum fuerunt deſtitutæ, quia cōcedimus illam magnam frequentiam, ex cauſa mutationis monetarum in partem ceſſauiſſe.

24 Sed in totum nundinas fuiſſe deſtitutas ſemper negamus, quia quot annis Ciuitas emanauit banna conceſſit ſaluos cōductus, *creauit Magiſtrum Nundinarum*, qui magno comitatu *equitum*, & *peditū*, cum *vexillo* Ciuitatis, acceſſit ad locum, ibique permanſit, & in illo, quod potuit, *exercuit ſuam iuriſdictionem*, & ſic conſeruauit ſua iura, & poſſeſſionem Ciuitatis, & ſufficit remanere reliquias, & pedamenta domus per doctrinam Bart. *in l.* 1. §. *ſi quis ædificium, ff. de non. oper. nunciat.* facit *gloſ. in cap.* 3. *de iure patronat.* & *l. ſi vſuſfructus Ciuitati, ff. quibus mod. vſufruct. admitt.* & quod notat *Ioannes Andr. in rubr. de conſecrat. Eccl. vel*

25 *altaris*, quod ſi Eccleſia non eſt diruta in totum, & reparatur, dicitur *eadem Eccleſia*, ſufficit nobis Magiſtrum mercatū fuiſſe electum ſingulis annis ad conſeruanda iura nundinarum.

26 Remanet, vt diluamus obiectum partis, quæ nullum omninò nec vmbram habēs poſſeſſionis, neque in *præterito*, neque in *præſenti*, dicit velle manuteneri, non quia pōſſidet, ſed quia prætendit habere *iuris aſſiſtentiam pro ſe*, quam deducit ex venditione Ciuitatis cum iuriſdictione facta per *Principem*, Alexandro Pallauicino miſſum facio, quod *Nouarius* dicit *in grauam.* 253. aſſiſtentiam iuris eſſe pro vniuerſitate, quia vniuerſim officium Magiſtri Nundinarum eſt Vniuerſitatum, non Baronum.

27 Non negamus dari manutentionem habenti pro ſe *iuris aſſiſtentiam*, ex notatis *in d. cap. cum perſona*, & per *Poſtium*, qui omnes allegat, *obſeru.* 45. *n.* 7. ſed oportet, vt nullus alius ſit in poſſeſſione, quia ſi poſſeſſio reperitur occupata, oportet *iuris ordine ſeruato poſſeſſorem expellere*, & interim manutenendus eſt ille; qui poſſidet ex infinitis, quos allegat, & ſequitur *Poſtius loc. cit. n.* 22. 23. & ſufficit, quod poſſeſſio ſit longæua, ſiuè decennalis (vt cum D. *Marciano* ſupra diximus) quæ habetur loco tituli, & ſufficit ad effectum manutentionis, etiā in poſſeſſione contra ius, vt per *Poſtium n.* 24.

Hæc dicta ſunt ad exuberantiam, quia nullam habet iuris aſſiſtentiam, imò *reſiſtentiam*, ex apoſtillis Domini Regentis, tunc Præſidentis Galeota; cum quibus eſt ſtipulatum Inſtrumentum venditionis, *nolle ſcilicèt lædere iura tertij*.

Denique Iuriſdictio ciuilis, & mixta cum poteſtate liquidandi Inſtrumenta, eſt Ciuitatis in toto anno, & illam nunc poſſidet, caſus iuriſdictionis criminalis dependentes ex ſolito *decretationis Cæſareæ* ſunt deciſi per Regiam Audientiam, &

confir-

confirmati per Principem, ideò aliud non occurrit.

Tanto fortiùs, quia hæc diſceptatio deſeruiet pro anno venturo: nundinæ enim inceptæ ſunt, Magiſter Mercatus eſt electus à Ciuitate hic, & nunc exercet ſuam iuriſdictionem erexit vexillum, & regit Curiam ſuam, cum ſuo Tribunali, cum carceribus more ſolito, & hoc iure optimo, quia continuauit poſſeſſionem antiquam, quod omni iure eſt licitum, & permiſſum, quia qui poſſidet nō dicitur vim facere, ſed vim repellere, vt per Viuium
28 *deciſ.* 226. *n.* 10. *lib.* 2. Benint. *deciſ.* 73. *n.* 12. etiam ſi præceſſiſſet inhibitio, quia nihil attentat, qui quod ſuum eſt continuando poſſeſſionem percipit, nec qui iure ſuo vtitur, & continuat poſſeſſionē turbat, nec facit iniuriam alicui, nec delinquit, Plot. *de in lit. iurand.* §. 3. *n.* 34. Hieron. Gabriel. *conſ.* 180. *n.* 7. *lib.* 2. cū infinitis per Poſtium *obſer.* 1. *ex n.* 67. *cū ſeqq.* & etiam armata manu cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, vt eſt notorium.

§. 2.

29 *Pratenſio dominorum Apothecarum, & Magiſtri Nundinarum Ciuitatis Salerni.*
30 *§. 1. prag. 4. de nundinis declaratur, & genuinus intellectus.*
31 *Prorogatio nundinarum non poteſt fieri niſi à Principe.*
32 *Nemo compellitur ire ad nundinas.*
33 *Abſurda plura ex §. 1. d. prag. 4.*
34 *Locus feriarum erat tam intus Ciuitatem veterem Salerni, quam extra, vbi nunc eſt Ciuitas ampliata.*
35 *Dolus bonus, & permiſſus, quomodo fit in nundinis.*
36 *Deciſio cauſa. Quā Ill. & Excell. Prorex mandauit, & benè non ſeruari.*

29 INſurrexit alia queſtio de anno 1661. menſe Auguſti, & Septembris inter aliquos dominos apothecarum, & tuguriorum, ſitorum extra, & propè mœnia Salerni, ex parte Orientali illius Ciuitatis in planitie Sancti Laurentij. Siquidem hæ nundinæ, quæ ante annum 1620.

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

quo cępit vaſtitas huius Regni, ex clade monetarum erant frequentiſſime, & tota Europa, ac parte Aphricæ celeberrimæ; ſenſim defecerunt; vt ferè nomen ſolum ſuperſit. Vnde apothecæ, & tuguria, quarum ex nimia caritate (ob innumerabilem nundinantium confluentiam) pretium erat magnum, nunc nullius ferè æſtimationis, vt plurimum vacuæ remanent. Freti ergo patroni prædicti ex *prag.* 4. §. 1. *de nundinis*, inſtiterunt tempore peſtis, (*quo Aduocati Neapolim deſeruimus*) vt cogerentur omnes artifices, ac mercatores, qui toto anno cum ſuis Tabernis intus Ciuitatem incolunt, & negotiantur, cum ſuis mercibus extra mœnia in locum dictæ planitiei Sancti Laurentij exire; & ibi per decem dies, quo feriæ durant à 20. vſque ad 30. Septembris die, noctuque permanere; Et ſic obtinuerunt ſub prætextu aliquorum bannorum Magiſtri mercati, qui practicando tex. in *l. obſeruandum, ff. de off. Præſid.* ibi. *Et authoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat*; vt duceret aquā ad ſuum molendinum, banna emanauerat, vt omnes exirent. Sed ciuitate, & mercatoribus ſe defendentibus, dixi §. prędictū, qui ità ſe habet, *che viſita la bā-*
30 *diera, vadano anco in fiera tutte le botteghe delle dette Città, la quale bandiera ſe debbia leuare nelli tempi ſtabiliti, e contenuti nelli loro priuilegy, che tengono ſotto pena di duc. 1000. à queſto, che in qualſiuoglia modo procurarà, che ſi ritardi.* Pœna ergo nō reſpicit apothecas, quæ non vadunt in feriam, ſed illos, qui retardant ne in tēpore ſtabilito auferatur vexillum, la ban-
31 dera, & hoc, ne feriæ inconſulto Principe prorogentur; quæ prorogatio niſi à Principe fieri poteſt, Capyc. latro *dec.* 191. Capibl. Mauſon. Ponte, & alij ſupra allegati: quibus adde Laganarium, dum hæc reuideo, viſum in *addit.* ad Rouitum ſuper *pragm. in rub. de nundinis*, vbi ſunt quæſtiones inter Straticotū, & Magiſtros Nundinarum pro prorogatione. Et cum ire, vel non ire in feriam dependeat ab arbitrio vniuſcuiuſq; ex lege naturali, vt in *l. nec emere, nec vendere, C. de iur. delib.* Et in puncto, quod ire, vel non ire ad nundinas nemo com-

32 pelli poteſt, Ponte *tit. de nundinis, & mercatis, §. 1. n. 9. fol. 320.* pœna reſpicit eũ, qui retardat mercatores, & alios artifices ne exirent, cũ eorum apothecis in loco vbi nundinæ celebrantur, non quod ſi artifices, & mercatores nolint exire; & ire in locum cum ſuis mercibus iure compelli poſſint. Quod ſuadetur ex pluribus. Primo ne pragmatica pugnet cum dicta lege naturali, & ciuili in d. *l. nec emere.* Secundo, ne reſultet abſurdũ magnum, .s. vt quis deſerat domum, &
33 tabernam propriam, vel conductã, vbi cum ſuis alagijs, & commoditatibus toto anno manet, & cubat, & cogatur illã deſerere, & aliam cõducere in loco peſſimi cœli;& quę eſt abſque vlla commoditate; & nouam penſionem ſoluere; vltra incommodum tranſportandi merces, & vtenſilia de vno loco ad aliũ; multis, & ſolum, vt domini apothecarum, & tuguriorum, hanc aliam penſionem ab iſtis exigant inuitis, & cum cogantur exire, velint nolint, ipſi pro voluntate penſionem taxent; quæ omnia ſunt inaudita, & abſurda. Suadetur demum, quod pragmatica prædicta fuit promulgata Nouẽbris 1609. Quo tempore,non oportebat replere nundinas cum mercatoribus ciuibus,& habitatoribus,cum exteros nullo modo caperent caſæ, apothecæ, & tuguria, quæ in loco feriæ ſolùm adhunc finem antiquiſſimis temporibus extructæ ſunt. Probatur etiam per plures teſtes examinatos in Regia Camera Summariæ, in banca Actuarij Io: Baptiſtæ Conſtantini, vbi ſunt duo proceſſus de hoc cum graphia, vulgo pianta Ciuitatis Salerni, & loci feriæ, Qui locus feriæ eſt tàm
34 intus Ciuitatem à parte Orientali, quã extra in loco dicto *Piana di S. Lorenzo.* Ergo abſq; eo quod exirent ianuam Ciuitatis, adimplebatur diſpoſitio dicti §. (re vera tunc à me formiter nõ ponderati) quia dicebantur ire in locum feriæ, etiã ſi ciuitatẽ nõ egrederẽtur. Tamen,ob certas cauſas, (quas nõ expedit aperire) Nec viſis ꝓceſſibus Reg. Cameræ, (quos Regiũ Collater. iuſſit trãſmitti ad S. C.) in quibus aderat dicta Plãcta, & ꝓbationes cõcludẽtes de libertate mercatorũ, conducendi illas apothecas, & caſas ſibi benè viſas,in quocumq;loco ciuitatis,cũ nullum adſit intereſſe Regiæ Dohanæ, quia, ad hoc nundinæ celebrantur, vt mercatores releuẽtur, vt initio diximus,
35 & fraudem, ſiuè dolum bonum, & permiſſum tota die faciant, emunt merces, & tranſportant extra locum, vbi iuriſdictio dohanæ extenditur, & ibi reponunt merces,& iterum eadem die redeunt ter vel quater ementes, & in illa loca tranſportantes; & deinde concluſis ferijs, ad ſuas patrias merces illas repoſitas, liberè adducũt: His nõ obſtãtibus S. R.C. referente D. Staibano 18.Septembris 1661. prouidit, quod citra præiudicium iurium partium, pro illo anno exequerentur banna, & omnes artifices,
36 & mercatores exirent. Quod decretum taliter factum (& quod niſi cum epigrãmate Ioannis Ouuen,ſiuè Angli Martialis, defendi poteſt) Illuſtriſs. & Excellẽtiſs. D. Prorex Gaſpar de Bracamonte, & Guſman, Comes Pegnarandæ,ad ſupplicationem fideliſſimæ Ciuitatis Salerni, & Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Archiepiſcopi eiuſdem Ciuitatis, ac Spectabilis Præſidis, & Regiæ Audientiæ Prouinciæ Principatus citra;in eadẽ ciuitate reſidẽtis,q. prædicta,& alia abſurda teſtati ſũt, & decretum eſſe impracticabile propter
37 ſcandala, quæ in expellendo tot homines à proprijs ędibus, vt ſub diu manerent inuiti oxoritura eſſent, *mandauit, vt non ſeruaretur,* & mercatores, & artifices nõ inquietarentur, prout ſicut Sua Excellentia mandauit fuit executum. Et dũ hęc reuideo peruigilio Sãctiſs. Apoſtoli, & Euangeliſtæ Mathæi in hoc anno 1662. nihil eſt innouatum cõtra mercatores, & artifices. Ipſe, qui vidi decretum prędictum,(cuius ſimile in 32.annis, quibus hoc munere perfungor, nõ intellexi) aduerſus illud nomine inclitę ciuitatis Salerni propoſui ſex nullitates, cũ depoſito pœnę; quæ adhuc non ſunt diſcuſſæ. Proceſſus eſt in banca Franciſci Lauiani S.R.C. Act. Magiſtri, eſt intitulatus Pro Ill. Marc. Antonio Cioffi Marchione Olueti, & Regio Conſiliario, cũ mercatoribus,& artificibus Ciuitatis Salerni.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Ciuitas, quæ poſſidet molctrina in communi cum particulari, ſi ſola conductori promiſit, caſu quo certam quantitatem frumenti in ſingulas dies molendā non dederit conductori, facere emendam, ſiuè reſtaurum medietatis mercedis, ſiuè diri&tus. An intelligatur de medietate totius diri&tus, qui pro molendo ſingulo modio exoluitur, an de medietate ipſi Ciuitati ſpectante; cū deciſione Regij Tribunalis Viſionis, & Reuiſionis Computorum inclytæ Ciuitatis Neapolis.

SVMMARIVM.

1 *Socius poteſt locare rem communem, & indiuiſam inuito ſocio, & n. 2. & quare n. 3. & n. 11. & 12.*
4 *Socius poteſt de parte ſocij diſponere quando alitèr nō poteſt partem ſuam ſaluam facere.*
5 *Deciſio articuli per Tribunal Spectabilium Electorum.*
6 *Dubium Rationalis contra deciſionem.*
7 *Deciſio articuli iuxta dubium Rationalis, & quare n. 8. & 9. & 10.*
11 *Socius à ſocio quando dicatur habere mandatum, & 12.*
13 *Contraria quomodo procedant.*
14 *Contrahens cum ſocijs tenetur ſcire, & explorare pacta, & poteſtatem ſociorum.*
15 *Communi contractu præſumitur quis paciſci de iure ſuo tantum, & n. 16.*
17 *Contra eum, qui legem dicere potuit apertiùs eſt interpetratio facienda.*

QVÆSTIO XXXII.

1 SI res communis, & indiuiſa, ſit ſolita locari, ſocius, qui habet partem, inuito, & contradicente ſocio, poſſet totam illam rem locare, nō obſtante regula, quod in re communi potior ſit conditio prohibentis, habent Bar. Bald. Caſtr. Angel. Alex. Dec. Crau. Rot. Gen. & alij, quos allegat in propria materia locationis molctrini (vulgo dicūtur molendina) Vinc. Carro *de locat. tit. de re communi*, ex *n.* 1. fol. 143. & eſt doctrina etiam Iaſ. in *l. ſerui electione*, §. *labeo*, *n.* 6. *ff. de leg.* 1. Tuſch. *lit.* C. *concluſ.* 542. & *concluſ.* 534. Modo locatio fiat per vnum
2 ex ſocijs, tam quo ad mercedem, ſiuè penſionem, quam quo ad perſonam cōductoris, quàm quo ad vſum. Et ratio eſt, quia habens rem communem, & indiuiſam dicitur habere partem in qualibet parte, Feder. de Senis *conſ.* 159. &
3 in qualibet gleba, Alex. *conſ.* 86. ponderatis, in fine *lib.* 6. Et ideò res communis, eò reſpectu dicitur habētis communionem, quia nulla pars poteſt dici alterius Anch. *conſ.* 160. *n.* 5. Caſtr. *conſ.* 221. *col.* 2. *lib.* 1. Tuſch. *lit.* C. *d. concluſ.* 534. Et proinde licitè potuiſſe ciuitatem locare totum, & paciſcere de toto, dicebat Lardarius conductor molendinorū, quia ſocius habet poteſtatem diſponendi de re communi, quando rem ſuam agere non poteſt, quin ſimul, & ſocij agat, & quando negotium pro parte
4 expediri non poteſt, *l. his conſequenter*, §. *vltimo*, *ff. familiæ erciſc.* & *l. filia*, C. *eod.* Rot. Gen. *deciſ.* 14. cū alijs, per Reg. Cōſ. Roccum *notab.* 54. & 55. *de ſocietate*, etiam ob mandatum tacitum, quod in ſocio præſumitur, idem D. Rocc. *notab.* 69. Hæc, & alia dicebat aduocatus Lardarij conductoris Hydromylarū (moline ad acqua) quæ Neapolitana, & inclyta, ac toto Orbe florentiſſima Ciuitas poſſidet pro cōmuni, & indiuiſo. Ducta enim aqua ex diſtrictu Ciuitatis S. Agathæ Gothorum anno 1628. per decem ferè leucas, in foſſatis mœnium huius noſtræ

Partenopes extructa ſunt; alia verò medietas poſſidetur per Magnificos de Carmignano, & Ciminello, quorum ſumptu, & ingenio formæ à S. Agatha Gothorũ Neapolim deductæ ſunt. Conduxerat Lardarius locante Ciuitate medietatem ſuam pro annuis duc. 5900. ſed voluit conductor, vt ciuitas ſingulis diebus de ſuo frumento, ad minus ſexcentum modia molenda ipſi conductori daret, & ſi quid minus, cauſa reſtauri, relaxaret cõductori medietatem mercedis, quæ pro molendo ſingulo frumenti modio ex ſoluitur, *E mancando dalla detta conſegna, ſe habbia da far buono alla detta perſona nominanda la mità del deritto di quella quantità de grano, che meno delle tomola ſei cento il giorno conſignaſſe*. Cumq; in diſcurſu temporis totius locationis ciuitas 20. myriadas modiorum minus conſignaſſet factum eſt reſtaurum conductori à Spectabilibus Electis ciuitatis, iuxtà pactum ad rationem ſex aſſium cum dimidio pro quolibet modio, talis enim merces, & vti vocant dirictus, exigitur vniuerſim pro molendo quolibet frumẽti modio, quod ciuitatis nomine ad molendum mittitur (à ciuibus autem per ſummam iniuriã, & contra conuentionem maior quãtitas extorquetur) Dicebat igitur, quod cum vnicus eſſet locationis contractus factus cum ſocio, qui de tota re iure contrahere per ſupra dicta potuit, de toto dirictu reſtaurum eſſe debere, prout totum, & pro medietate totius ſummæ reſtaurum
5 prædictum à Tribunali dictorum ſpectabilium Electorum factũ ei fuit; ſed Magnificus Rationalis in alio Regio Tribu-
6 nali Viſionis inquàm, ac Reuiſionis Cõputorum Ciuitatis eiuſdem, dubitauit; an reſtaurum deberet eſſe pro medietate medietatis; & ſic pro quarta parte integræ mercedis, prout pactum fuerat. Tribunal prædictum, quod, vt ait Taſſonus *de antefato obſeru. 3. fol.* 154. ex militibus, ac togatis conflatur, ſciſcitatum eſt meĩ ſententiam, an Rationalis dubiũ iure ſubſiſteret? & ſubſiſtere iure certo dixi, & me Ciuitatem defendente ſic iu-
7 dicatum, & executum fuit menſe Septembris 1658. Præſidente in Regio Tribunali ſpectabili Regente Franciſco Antonio Muſcettula olim S. R. C. Decano. Primo quia Ciuitas cum proclamata emanari iuſſit, expreſsè dixit velle locare medietatem, quæ ipſa habet in moletrinis, cum Lardarius pro perſona ab eo nominanda obtulit, pro medietate obtulit, exprimens cauſam, quia alia medietas poſſidetur per Ciminellũ, & Carmignanum. Demùm accenſa candela ſubhaſtando, ipſi nouiſſimo licitatori fuit extincta, & actus, q. ea de re rogatus fuit, pro medietate dicit. Cum ergo hæc medietas non ſit pro communi, & diuiſo,
8 ſed pro communi, & indiuiſo, inter ciuitatem Carmignanum, atque Ciminellũ, hoc eſt cum ſint decem moletrina non poſſidet quinque ex eis Ciuitas, & alia quinque Carmignanus, & Ciminellus, ſed lucrum integrum, quod ab eis quotidiè percipitur, pro medietate diuiditur inter eos; ſcilicèt ſi lucrantur centum, ciuitatis ſunt quinquaginta, Ciminelli, ac Carmignani alia quinquaginta. Impoſſibile dixi, vt pactum de remittenda medietate mercedis, ſiuè dirictus, referri poſſet ad aliud, niſi ad illam partem, quę ciuitati contingebat, & ſic ad medietatem aſſium ſex cum dimidio. Dirictus enim ciuitatis non eſt aſſium ſex cum dimidio, ſed medietas, ſuper hac medietate ciuitati contingenti, pactum operatur; & ſic de quarta parte. Ne in plura abſurda offendamus. Primum, quod dirictus ciuitatis eſt impoſſibile, vt eſſe poſſit (communione manente) granorum ſex cum dimidio, ſed eſt medietas dictæ quantitatis. Paciſcente ergo de
9 remittendo dirictu, intelligitur de ſuo, non ſocij, cuius non eſt procurator, neque negotia gerit argumento, *l. id quod noſtrum, ff. regul. Iur. §. alteri inſtit. de inut. ſtipulat. l. ſtipulatio iſta §. alteri, ff. eod.* cũ ſimilibus, neque mandatum præſumptũ ſocij operatur quãdo ſumus in expreſſo,
10 prout expreſſum fuit in bannis, & oblatione, ſuper qua fuit licitatum, & in re notoria toti ciuitati; Et veriùs eſt, quod ſocius à ſocio nõ dicitur habere mandatum, Bart. & Bal. *in* l. *nemo ex ſocijs, ff. pro ſocio.* Alex. *in addit. ad Bal. in rub. pro ſocio*, Rota Gen. *deciſ.* 14. *n.* 67. cũ concord. per Hectorem Felicium *de ſocietate*

cap. 28. *n.* 6. Et ſocius in re communi, altero ſocio inuito, quicquam facere nõ
12 poteſt vltra partem ſuam, *l. Sabinus*, & ibi *gloſſ. ff. de negot. geſt. l. ſi ſocius*, *ff. ſi certum petatur*, ibi, *Quia ſuę partis tantùm alienationem habuit*; idem habet *l. nemo ex ſocijs*, *ff. pro ſocio*, Hæctor Felicius *loco cit. n.* 9. *fol.* 232. Alex. Trombetta *de ſocietate cap.* 5. *n.* 4. verſ. *accedit*. Et in contra-
13 rium adducta, intelligenda ſunt quo ad conſeruationem rei, non quo ad diuiſionem fructuum, & dirictuum, vltra quod etiam ignorans non excuſaretur, in eo pacto; Quia contrahentes cum ſocijs, & ſocietate, licèt benè, & licitè in caſibus prædictis conducant, ab vno ſocio, tenentur ſcire, & explorare pacta, quibus ſocietas ſit inita, & quid poſſit vnus ex
15 ſocijs alias ſibi imputare debent, Gom. Menoch. Dec. quos allegat, & ſequitur D. Roccus *notab.* 33. *de ſocietate*. Similiter ſicut qui vendit rem, cenſetur vendere ius, quod in illa re habet, *l. qui tabernas*, & ibi Bart. *ff. de contrah. empt.* Maximè in emptore ſciente, & informato, quod procedit in locatione legali, & in omnibus contractibus, vt habet Tuſch. *lit. V. concluſ.* 52. *per totam*; & ſemper quis cen-
15 ſetur concedere ius ſuum, & non vltra Angel. *in l. locus*, *ff. de acquir. poſſ.* & ibi Alex. quia ad hoc allegat Old. *conſ.* 164. idem Alex. *conſ.* 28. *viſis*, *& accuratè*, *n.* 7. verſ. *ad prædictorum confirmationem lib.* 1. vbi plena apoſtilla verbo *ſi ſic*, & idẽ Alex. *in conſ.* 187. *in hac cauſa n.* 4. in fine, *& n.* 5. verſ. *circa primum lib.* 2. cũ alijs per Tuſch. *lit. I. concl.* 32. quomodo dici poterit, velle ciuitatem remittere medietatem totius dirictus, cum totus ſuus non ſit. Paciſcendo ergo de dericto intelligendum eſt de dericto ſuo, & ſic de medietate medietatis. Et in puncto, quando aliqua res certa, vel determinata venditur, vel legatur, in qua vendens, vel legans, partem iuris habet, & alius aliam partem, non videtur venditum, vel
16 legatum, niſi ius, & pars, quam habet venditor, vel teſtator, non ius, quod habet alius, Caſtr. *conſ.* 418. quod dictus redditus, in principio *lib.* 1. Tuſch. *lit. V. concl.* 52. *n.* 10. & ſi eſſet dubium per impropriationem debet reduci ad partem, etiam ſi venditur res determinata, quia verba generalia propriè verificantur in iure, quod habet vendens, vt dicit Caſt. *loco cit.* & conferunt dicta per Io: Baptiſta Coſta in *tract. de rat. rat.* ferè in omnibus illis 240. *quaſt.*

Deniq; diuerſum eſt locatio totius rei à perceptione mercedis totius rei, quæ mer-
17 ces notorium eſt eſſe diuiſam, & nõ eſſe alterius ex contrahentium, & ſi Lardarius totam includere prætendebat, debebat indiuidualiter exprimere medietatẽ, quæ nõ erat illius, cum quo cõtrahebat, & regula eſt deſumpta ex *l. veteribus*, vbi Bart. & omnes *ff. de pact.* & ex *l. in contrahenda vend. ff. de regul. iur.* & ex *c.* 57. *eod. tit. in* 6. quòd contra eum, qui legẽ dicere potuit apertiùs, eſt interpetratio facienda. Acta ſunt penès Capparellam Rationalem dicti Tribunalis.

18 Alia plura de aquis, ac moletrinis habes apud Cyriacũ *controuerſ.* 310. & aliqua *in controuerſ.* 311. In quibus plenè, & eruditè nõ pauca ediſſerit; negari tamen haud poteſt, quod in eis non pauca maiorem digeſtionem deſiderant. Tum circa vſum, & decurſum aquę, illiuſquè deriuationem, vel retentionem in damnum inferioris molendini domini, cum circa diſtinctionem aluei ab vſu, ac ſeruitute ipſius aquæ: Quas *controuerſias* poſtquam de anno 1662. duas feraces hydromylas in diſtrictu Capuæ in *Triflifco* vltra, & propè Vulturnũ cõparaui, & exolui per bancũ A. G. P. duc. 1135c. attentius perlegi. Et ſi quę Cyriacus de aqua, quæ de alueo, quæ de deriuatione ediſſerit, rerum natura in prędictis contingere haud poſſint. In toto enim Regno ſimiles non vidi. Ab imo enim aſperrimè, immenſeque rupis, quæ ab accolis Hieruſalem mons vocatur, frequenti, ac copioſa ſcaturigine mei *Triflifci* tres fontes erumpunt; ex his fontibus, tres amniculi efficiuntur, quorum medius, & maior meus eſt: qui à fonte ad hydromylas duodecim ſolum paſſuum ſpacio decurrens; inde artis lignorum rupium anguſtijs, ſtrangulatus, ac iratus in machinas hydromylarum erumpit. Inde ab illis exutus, latiore laxatus, exceptuſq; alueo, lenior fit, atq; diffuſior, & cũ alijs

amniculis coniunctus, ſex alias frumentarias machinas reuoluens, per breues flexus in propinquum Vulturnum defertur; quatuorcẽtum modia tritici in ſingulas dies demolunt, & 800. aureorum penſio in ſingulo anno, & cẽtum palumbules, ex quibus in Turri naſcuntur à cõductore mihi mẽſtrua, ac prompta ſolutione repẽdũtur. Vnde perpetuo maſculino agnatitio fideicõmiſſo, illas vſq; ad annũ biſmille, & quincentum à die Natiuitatis D. N. Ieſu Chriſti decurrendis vinculaui; vt in familia Cafaro, de qua Vbertus Folieta *lib.* 1 *fol.* 17. anno 1100. *& f.* 19. *& f.* 24. *at.* in anno 1146. *& f.* 28. *at. & lib.* 3. *fol.* 50. in anno 1204. & alibi ſæpè; & Paulus Interianus *lib.* 1. *fol.* 12. *& f.* 16. *at. & f.* 27. *at. & lib.* 2. *fol.* 37. *& alibi* vſque ad dictum tempus Deo propitio conſeruentur. Sublata omni, & quacumque ſpe cuiuſq; alienationis, non etiam pro redimẽdis vocatis à fortijs infideliũ, ſed etiã eorũ animabus (ſi ità fari fas eſt) ab ipſis Manibus; non obſtante quacumque intelligentia ex *conſilio Oldradi* 21. & alia quacumque caducitatis interpetratione; nam dictum ſpatium 2500. annorum debet modis omnibus fauente Domino attingere. Primo ex familia mea effectiua, quæ nunc ex dulciſſimis natis meis Io: Leonardo V.I.D. Frãciſco Antonio V.I.D. Ioſia ſeptẽne, Abdenago quatrienne, & Gedeone bienne, conſtituitur, & ab eorum natis, & natis natorum, & qui naſcentur ab illis, vſq; ad dictum annum 2500. Quod ſi interim hi omnes maſculi deficient, vocaui Iuſtinianum, Gothofredum, ac Leopoldum Cafaros natos ex fratre meo vtrinque coniuncto V. I. D. Donato Antonio Cafaro, & eorũ natos, & natos natorũ, & qui naſcentur ab illis vſq; ad dictum annum 2500. ſublato omninò de medio ſemper *conſilio Oldradi* 21. & quacumq; caducitatis expoſitione, vel interpetratione; nã omninò vſq; ad dictũ annum 2500. tranſmiſſurum volui, & volo. Iſtiſq; omnibus extinctis ante dictum annum 2500. volui vt vocentur omnes alij de Cafaro de familia contentiua, qui ex Vgone Cafaro de Liguſticis oris, in Caua ſplendidiſſima Ciuitate, de qua Pontanus *in hiſtorijs*, & Freccia *de ſubfeud. lib.* 1. *fol.* 57. *ſub n.* 34. incolatũ poſuere. Iſtiſq; omnibus extinctis ante dictũ annũ 2500. vocentur omnes de familia Grimalda, itidẽ Liguſtica, ſed quę in eadẽ ciuitate incolatũ poſuit, de qua q. Liuia mater mea ex Conſtãtino exorta fuit; vt ſerioſius non etiam in teſtamento meo, per Notarium Franciſcum Mignone exarato, ſed in luculẽto marmoreo monimento in Turri earumdem Hydromylarum inſcriptum eſt. Cui fortè iſthæc digreſſio non arridet, legat, amabò, *Præſ.* Fuluium Lanarium in *addit. ad R. Lanarium in c.* 1. *de ſucceſſ. feudi ante n.* 56. *fol.* 275. & ſi quę Fuluius dicit non placebunt, non dico, vt legat D. Pratum in *ſuis obſer.* vbi dicit, (& non ineptè) crepa, ſed benignè ignoſcat.

ARGVMENTVM.

Proclamatiò ad Regis D. N. tranquillum, dulce, lene, leue, lętũ, ac ſuaue domanium fideliſſimę Ciuitatis Lanciani. Aliqua non incurioſa de baronibus, & eorũ Iuriſdictione criminali, & infeudatione ciuitatũ inſignium, confirmatio priuilegiorum in forma cõmuni, an aliquid operetur. Quid in forma ſpeciali: qualis ſæuitia det cauſam prouocandi ad domanium: tempus ad dicendũ de nullitate pręfixũ à Regia *pragm.* 77. §. 2. *de off. S. C.* ex quibus cauſis non decurrat; & quando poſt decurſũ nullitates admictantur. Cũ deciſione S. R. C. ſuper negotia Italiæ.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Camerarij Patria eadem quam Papiniani, & Roffredi.*

1 *Cauſæ domaniorum non teneantur ſecundũ Ius ex camerarium.*

2 *Archiepiſcopus Lantiani, & eius charitas in ſuam ciuitatem memoratur.*

4 *Author in hoc articulo quid ſentiat, & n. 7. & per totam quæſtionem.*

5 *Non debent audiri Vniuerſitates, quæ infeudari contradicunt, & per totam quæſtionem.*

6 *Refellitur Taſſonus, qui contra communem dixit ante Alphonſum Barones habuiſſe Iuriſdictionem criminalem.*

9 *Neuizanus à nullo rectè reprobatus in cõſ. 12. quod dixerit vaſſallos eſſe mancipia, & peius*

10 *Vaſſallos eſſe ſub ſeruitute peius quam mancipia, vulgò ſchiaui, probatur ex teſtimonio Cæſaris Iſerniæ, & quamplurium, & n. 11. & 12. & 13.*

14 *Horribilis locus quomodo puniantur barones apud Inferna ex Alex. ab Alex.*

15 *Reprehenditur Freccia, & exponuntur Curte, Fontanella, & Galeota.*

16 *Authoris diſtinctio, & ſententia in d. articulo n. 17.*

18 *Ciuitates demaniales inſignes ſuſtinerunt Reges à baronibus proſtratos.*

19 *Caua, & ciues extraxerũt de carcere Fredericum, & duxerunt ad Regem eius patrẽ incolumen, & n. 20.*

21 *Oppida, & Terræ non inſignes poſſunt infeudari baronibus probis.*

22 *De Iuriſdictione criminali abdicanda qui cogitantur.*

23 *Priuilegia Lantiani qui, & à quatuordecim Regibus conceſſa in forma communi, & in forma ſpeciali n. 24.*

25 *Mendicantes, & Religioſi obtulerunt concurrere in expenſis pro obtinenda domanio.*

26 *Sæuitia baronum eſt cauſa, vt cogantur Terras vendere.*

QVÆSTIO XXXIII.

1 CAMERARIVS in Patria Papiniani, ac Roffredi (Beneuento inquã) ortus, alter Papinianus, & primus poſt Iſerniã in feudali materia à noſtris Iure meritò exiſtimatus; (licèt ab leguleis, & qui vt *Clarus* ait de Iuris brodo biberunt: modernis temporibus inuerecundè (*loquor quo ad doctrinam*) la-
2 ceſſitus; vti ingenuus; agnoſcens tum ex practica (fuit enim M. C. L.) cum ex theorica, quæ Doctores de alienatione vaſſallorum, ſi inuiti vendi poſſint, de reuocatione priuilegiorum circa domania; Quomodo hę cauſæ tractentur; An ſi expediat vaſſallis infeudari, ſi ſub immediato Principis domino permanere; & alia huiuſmodi: vno memorabili verbo ab omnibus his ſe extricauit; *in l. Imperialem. §. præterea ducatus cart.* 108. *&*
3 *final. lit.* L. Sed quia in re hac *non proceditur ſecundum titulum; ff. de Iuſtitia, & Iure, potius autem de Iure vim, idcircò aliter non laboro.* Si ergo non proceditur ſecũdum Ius, ſed inuerſis literis, *Vis*, quid ergo mihi tam diſſimili à Camerario laborandum?

Vtcumq; ſit Camararij dictũ, quin cauſam ciuitatis Lantiani petentis ad Regium domanium ſe reintegrari, contra Illuſtrẽ Marchionem Vaſti; In cuius dominium conceſſerat, me nõ exterruit; quin eius patrocinium ſuſciperem de anno 1654. in banca Ioannis Baptiſtæ Conſtantini Reg. Camer. Actuarij.

Quia licèt Archiepiſcopus illius ciuitatis Andreas Geruaſius vna, ac vera charitate ſuccenſus, cauſam hanc toto ſpiritu promoueret; tamen feralis peſtis, ac præſentiſſimę mortis timor, illum ab hac ciuitate expulit; in anno 1656. vt exinde de cauſa nõ fuerit locutum; tamen ne
4 labores tunc exantlati depereant, ex his quæ tunc conſideraueram, nunc pro veritate hæc ſcribere putaui, & quid in hoc ſentio, in ſpecie pro Lanciano, in genere pro omnibus Vniuerſitatibus.

Et videtur non eſſe audiendas Vniuerſitates, quæ baronum dominium exhorrent, & ſub Principis domanio viuere contendunt: Quia contra propria commoda videntur laborare. Expedit enim potius ſub vno barone viuere, quam ſub tirannide trium, vel quatuor potentiorum ciuium, qui deteriora in bonis, in perſonis, & in ipſas Vniuerſitates agunt. Huius opinionis videtur fuiſſe Marinum Freccia, virum quidẽ in iure cõſpicuum,

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

de

de ſubfeudis lib. 2. author. 2. n. 26. f. 173. at. qui videtur loqui de temporibus ante aduentũ Alphonſi primi, quibus barones iuriſdictione criminali (quicquid cõtra opinionem virorum prudentiſſimorũ dicat Taſſonus) nõ potiebantur. Tractat .n. Freccia, an habẽtes iuriſdictionẽ criminalẽ petere poſſint ſubuentionẽ à vaſſallis, dicit, quod nõ, q̃a ſunt vaſſalli alterius habentis iuriſdictionẽ ciuilem, & dicit, quod nõ ſit deterior conditio vaſſallorũ, & dominus iuriſdictionis criminalis, eſt loco Iudicis deputati à Regia Curia, de quo quando grauantur poterunt à Rege facilius releuari, ſecùs quãdo omni anno mutant officialem, nõ ſic exaudiuntur, docet experientia, præſertim ſi aliqua vniuerſitas ab aliquo proteruo ciue, vel notario ſubducta ſub vſuris quęreret pecunias, quoniam duo, aut tres ex eo oppido excoriãt alios ſub falſa cauſa: & pauperes quotidiè grauantur pro vſuris, & intereſſe. Plures ſcimus (inquit) Vniuerſitates, ex põdere ęris locupletes, pauperiores euaſiſſe; Et alia inconuenientia ſubdit. Præſtat ergo ſecundum Frecciã magis ſub baronibus, quam immediatè ſub ſupremo Principe viuere.

6 (margin number beside "nes iuriſdictione criminali")

7 Accinit Frecciæ Camillus de Curte, qui videtur eſſe in hoc omni *exceptione maior* in eius *Iuris diuerſorio feud. par. 1. fol. 10. ater. & n. 63.* vſq; ad *n. 74.* quod non expedit vniuerſitatibus, quod eſt illarũ perditio, vt experientia rerum magiſtra docuit, omnes enim admiſſæ ad domaniũ petierunt iterum, ad nihilum redactæ venire in poſſe baronum, & quod hiſce de cauſis, dum ipſe fuit Fiſci Aduocatus, nunquam adhęſit petitionibus vniuerſitatum, & quod vnicum domanium ſolũ defendit pro Terra Summæ ex aliqua cauſa: & quod pragmatica ſanctio reſtringens tempus ad annum, petendi in integrum reſtitutionem, quo ad domania, fuit nõ ſolùm iuſta, ſed expediens *fol. 9. n. 58. & 59.* & alibi. Eum ſtrenuè ſecutus eius nepos, Fab. Capyc. Galeota, vir quidem in Iure conſummatus, in eius *reſponſo 23.* per totũ, & ſignantèr *n. 349.* vbi cõſiderat etiam Regis ſeruitiũ,

8 quod prouentus nunquam Fiſco applicantur, ſed lucro gubernatorum cedunt, quod ceſſant omnia alia ſeruitia feudalia, & plura alia, vt ibi per eũ; & vt alios reticeam, dat manus etiã Fontanella *de pactis nuptialibus gloſſ. 10. par. 2. nu. 51. verſ. & certè fol. 269.* Niſus (ſed ingloriè) reprobare eruditiſſimum Neuizanũ,

9 qui probauerat vaſſallos eſſe ſub ſeruitute, veluti mancipia, & peius.

10 Contrariã verò ſententiam defendunt alij, & primo Iſernia *de prohib. feud. alien. per Freder. c. imperialem, §. nec dominus feudi,* quem refert Campagna in *c. Regni Grauamina 123. ante n. 8. fol. 87.* Quod quia barones, vt plurimum inferebant grauamina ſubditis, propterea Honorius Papa poſt rebellionem Siciliæ, voluit Regem Siciliæ, abſtinere ab alienatione domaniorum, vt euitarentur grauamina ſubditorum. Et quod vaſſalli dicantur ſerui, & viuere ſub ſeruitute

11 quando nõ viuunt immediatè ſub dominio Regis, eſt *tex.* literalis in *conſtit. Regni perſonas lib. 3. tit. 4. fol. 211.* vbi Cæſar, poſtquam vocauit *pretioſiores* perſonas, quæ ad domanium ſuum pertinent ſubdit hæc verba: *In hoc enim non tam nobis proſpicimus, quã libertatis fauore fauemus, cum omnes meritò liberi cenſeantur, qui nullo medio ad Imperialem celſitudinem, & Regiam pertinent poteſtatem.* Et quod ſit ſeruitus viuere ſub barone, dixit idem Iſernia *in §. præterea ducatus n. 45. de prohib. feud. alien. per Freder.* Io. Faber *in §. domini inſtit. de noxalibus act.* Camill. de Medic. *conſ. 164. n. 11.* Capyc. latr. *deciſ. 168. n. 34.* Præſ. Lanarius *in addit. ad patruum fol. 322. n. 16.* Taſſon. *verſ. 12. obſer. 1. n. 106. fol. 493.* vbi vniuerſim vocat ex hoc vaſſallos *miſeros,* Franc. Saler. *conſ. 19. per totum,* & ſignantèr *ex n. 82. vſq; ad n. 96. ex n. 143.* Sed melius Neuizanus *conſ. 12.* inter *conſ. Bruni ex n. 93.* cui nullus benè reſpondit, nec reſpondere poterit vnquam, ipſe veritatem

12 dicit, quod ſiunt ſerui mancipia, & peius quod ſchiaui vſq; ad *n. 108.* Teſtor Deũ, quod ipſe defendi innumeras cauſas Vniuerſitatum contra potentiſſimos barones, vt ſciunt omnes, & verba Neuizani; qui de Aſta in Inſubria patria ſua loquitur; Inueni in ore ruſticorũ Regni, qui vt eorum Vniuerſitatum cauſas defende-

ſenderent metum alloquebantur. Scilicèt, nõ ſolùm eſſe ſeruos, mancipia, ſchiaui, ſed peioris conditionis, quaſi adſcriptios, immò & digito oſtendentes ſeruos meos Mauros, ac Illyricos; quod iſti laborabant tota die; ſed veſpere de meo nutriebantur, ac veſtiebantur. Vaſalli nõ ſic, ſed laborabant tota die pro barone, ſed veſpere de ſuo comedere, ſi habebant, ſin autem ieiunare, vel herbas crudas, more beſtiarum, edere cogebantur.

13 Dominos perſonali ſeruitio contentos, quæ pauca mancipia acquirerent, eis non auferre. Dominos vaſallorum non ſic, triticum, ſerica, fructus omnes, quos de terra, quos de mari ſuis ſudoribus acquirunt, eis abſq; vlla pietate, abſq; cauſa tollere, vt ſuis luxibus, & ſuperbis, & ridiculis expenſis conſumant, vel ſuis creditoribus in partem dent. Omnia grauamina, quæ Iſernia, quæ Campagna, quæ Taſſonus, quæ Nouarius excogitarunt, eſſe veriſſima; & quotidiè infœlices vaſallos illa perpati, & peiora negari nullo modo poſſe: Remedium autem, vt pro grauaminibus adeatur S. R. C. nõ eſt ſic promptum; vt ſi illud adeant, vaſallos à potentibus, & atheis crudeliter occidi; & omnia mala pati, eſſe ſecuros: Vt omittã alia impedimẽta, vel lõginquitatis, vel paupertatis; vel (ò Deus!) ſurditatis, & ſimilia, quæ ipſe ſcit, & benè nouit, & in ſurdos cum fœnere rependet, vel in hoc, vel in alio mundo.

14 Adeſt etiam de hoc æterni, & magni Dei, apud noſtrum doctiſs. Alexandrum *lib. 6. cap. 2. fol. 715. dier. gen.* horribile iudicium. Quomodo veriſſimè, & ſenſu corporeo, barones huius Regni, tempore Regis Ferdinandi primi, in loca Inferna, & profundas vaſtitates, perpati ſupplicia in ſedes cõſceleratas, ęternaſq; tenebras, & ęrumnas in loca fœda, & formidoloſa, in abrupto hyatu, & profundo voraginis, denſa merſos caligine afflictari, & furiarum ardentibus facibus agitari, gemituſq; & ciulatus viſi proprijs oculis, & auditi proprijs auribus veriſſimè ſint. Quotidiè, locus iſte Alexãdri Atheis iſtis relegendus, ac recantandus, cuius ferè ſimile in margine dicti libri manu mea ſcriptũ eſt, occurſum de anno 1644. in *Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.* prouincia Hydruntina, quomodo in corpus, non etiam in animam vnius ex his, à Diabolo horribilitèr actum, vt fama tunc tulit.

Neque in contrarium adducta aliquid facere; & primo Freccia actualiter Baro

15 ciuitatis Litteræ, quæ eſt de prouincia Principatus citra, vti ſcribens in cauſa propria, non audiendus, & meritò à Taſſono reprehenſus *verſ. 7. obſer. 3. ante n. 104. fol. 393.* qui ex vehementi ſpiritu reprehendit etiam Franchis *deciſ. 17.* ſed malè; quia ſi in fonte videatur, nullò modo cũ Freccia cõcurrit, ſed emptionẽ corporum particularium Vniuerſitatum non laudat, & benè. Camillũ autem de Curte, dixi omni exceptione maiorem, non etiam propter eius magnam dignitatem Regentis, ac Præſidentis S. R. C. ſed quia indifferentẽ; non enim baro, vt Freccia, immò ex patria ſemper *libera*, & nunquam infeudata (& fortè vnica in hoc, ſi Neapolim demas, Caua inquam, in qua ipſe natus ſum) ex Ioanne Andrea patre: (itidem eiuſdem S. R. C. Præſidente) Cauenſi Nobiliſs. ciue exortum; ſed ſi iſte, ex aliqua cauſa dixit, ſe defendiſſe domanium Summæ, hodie ſi viueret, non ex vna, ſed ex quam plurimis cauſis defenderet omnia demania Regni. Galeota autem Fiſci patronum agens, de ſuo nihil poſuit; & de illo

16 decreto nulla ratio habenda; quia omninò nullum, cùm Aduocatus, & Iudex in eadem cauſa.

Fontanella autem legatur totus; & *fol. 269.* dicit hæc verba: *Benè verum eſt malè cõplures, à dominis tractari, talitèr quod eorũ reſpectu ſeruitus potius eorum vaſſallagium eſt appellandum.* De iſtis enim ipſe loqui profiteor cum multi boni Deo gratiæ non deſint.

Quid dicendum? Eſt nè conſtituenda regula affirmatiua, vel negatiua, vt vniuerſim damnentur barones, & approbentur domania? Neutiquam. Sed diſtinctione oportet vti; & illa facta adhuc ſubdubius, ac anceps ſum. Si Barones ſunt mali, ſunt pauperes, ſunt præſentes in Regno, ſunt exteri, præſertim de auida natione, de qua Dantes, nulli dubium eſt, quod procedit ſecunda opinio, quæ

veriſſima eſt, & talis, quod Regnum ferè
deſtruxit, & ſi remedium non ponatur
totaliter deſtructurum eſt. Sin autem
barones ſint boni, de quibus pluſquam
Deus in Sodoma, qui ad decem ſe
reduxit, *Geneſ.* 18. *nu.* 33. Deo gratie,
in Regno adſunt qui,& patres vaſſallorũ
appellari poſſunt, & ſi diuites; ſi abſen-
tes, ſi de natione indifferenti; Vt verum
dicam non audeo, hos præferri his, qui
ſub Domini noſtri domanio viuunt. Sed
decidam iudicio, immò cõſilio Apoſtoli
cum præceptum ſe habere non dicat, 1.
Corinth. cap. 7. 27. alligatus es vxori,no-
li quærere ſolutionẽ; ſolutus es ab vxo-
re, noli quærere vxorem. Gratias ergo
Deo dent, qui bonum, diuitem, vel ab-
ſentem baronem nacti ſunt, qui ſub Re-
ge ſunt itidem gratias Deo dent.Sed nec
iſti baronem quærere, & ſub illius domi-
nio ex eo quod bonus,quod diues,quod
abſens, futurus ſit, reponendi ſunt.

17 De intereſſe autem Regis, quod præſtet
terras infeudari;adhuc diſtinctione opus
eſt. Si de ciuitatibus inſignibus iſti lo-
quãtur ꝓpter intereſſe burſale releuio-
rum,adhoarum,& ſimiliũ, neſciunt quid
dicunt, & contra Regem, & Rempublicã.
locuntur;& meritò eos reprehendit Taſ-
ſonus *verſ. 3. obſer. 3. ſub n.* 102. *fol.* 393.
qui nõ Iure, vt ſupra, inter reprehenſos
reponit Frãchis *deciſ.* 17. Ciuitates enim
18 inſignes,& de domanio Regis,retro Re-
ges proſtratos à perfidia baronum, rele-
uarunt,ſuſtinuerunt. Oſtendãt ſi poſſunt
an aliquis Syndicus harum ciuitatum,
vnquam Gallia, vel Inſubria petita
comitauerit Carolum, vel Ludouicum
Morum, vel alium Ludouicum,vel Obe-
gninum, Monpenſerium, Paliciam, Lo-
trechium,Vademontium, Ducem Alba-
niæ Guiſium, & alios: legantur hiſtorię,
videantur proceſſus, quis hæc perpetra-
tus ſit: vt benè cõſiderat Taſſonus loco
19 citato. Ferè omnium Baronum cœtus
apud Salernum Fredericum Regis Fer-
dinandi natum, vt à patre,& à fratre pri-
mogenito deſciſceret, & ſe Regem crea-
re denegantem (vt hac inuentione etiã
in propria Regia domo ignem infer-
rent) in carcerem coniecit. Proxima
dicta ciuitas Regia Caua;& nuncupatim
20 Grandinetus de Auliſio, illum de car-
cere extraxit, & ad Ferdinandum patrẽ
Neapolim incolumen frementibus baro-
nibus adduxit. Legatur marmoreum
monumentum in ciuitate prædicta in
municipio Cetarię in Eccleſia Sãcti Pe-
tri Apoſtoli exiſtens, & tranſumptum
in proceſſu Regiæ Cameræ de domanio
dictæ ciuitatis in banca Ioannis Baptiſtæ
Conſtantini fol. 76. Nec nouiſſima exẽ-
pla, in reuolutionibus de anno 1647. &
1648. quid faciunt. Cum poſſet taliter
replicari, vt nullo modo poſſet replica-
tionibus reſponderi, & ex Raphaele de
Turri,& alijs, q̃ illas reuolutiones ſcrip-
ſerunt à prudentibus conijci poteſt; quis
enim egit in rabiem Nuceriam Pagano-
rum? quis alias vrbes, & oppida infeu-
data? Sed hæc de malis dicta velim; ad-
ſunt enim, vt ſupra dixi, quamplurimi,
qui patres vaſallorum, & Regis fideliſ-
ſimi ſemper fuerunt.

21 Sin autem oppida, & vniuerſitates non
ſint inſignes,cum Maieſtas Regia vix cõ-
ſiſtere poſſit, ſine aſſiſtentia principum,
& magnatum, iſtę benè infeudatę ſunt:
ſed ſine criminali iuriſdictione. Vt audiui
fuiſſe tempore reuolutionum cogitatum;
itaut Regens valdè inſignis demiraretur
22 in Curia,cur ab andabate plebe,quę alia
inania importunè ſingulis horis expe-
tebat, hoc vtiliſſimum negligebatur.
Deinde Didacus Vzeda M.C.L. pro in-
tereſſe Regis, ne barones introitus vni-
uerſitatũ ſibi appropriarẽt,& exinde fun-
ctiones fiſcales ſoluere non poſſent, hoc
etiam in Curia ni malo huius Regni in via
mortuus eſſet, effecturus. Hoc etiam in-
trepidus, & iuſtus Miraballus, tunc pri-
dem Regens renunciatus, modis omni-
bus tentaturus,ſi curiã peruadiſſet mihi
pluries dixit.Sed ob peccata populi, ꝓp-
ter quæ eſſe in Regno barones,dicit Taſ-
ſonus *verſ. 3. obſer. 4. n.* 31. *fol.* 195. in-
terpoſita morte zelantium miniſtrorum,
hæc periere.

23 Cum ergo die decimo Aprilis 1212. à
Federico ſecundo Imperatore in recom-
penſationem ſeruitiorum per ciuitatem
Lanciani Suæ Cæſareæ Maieſtati præſti-
torum,obtinuerit priuilegium domanij,
quod fuit confirmatũ per alios quatuor-

decim

decim Reges huius Regni, sẽper ex cauſa onerofa, ſoluta à ciuitate ingenti pecuniarum ſumma. Carolus enim ſecundus habuit quatuor mille vncias auri; & ſic continuatum vſq; ad Diuum Philippum auum Domini Noſtri, non debuit ciuitas non obſtantibus tot priuilegijs ſerie 460. annorum toties confirmatis, de facto vendi, & ſua libertate ſpoliari, & in ſeruitutem conijci.

24 Priuilegia enim non in forma communi, ſed in forma ſpecialiſſima confirmata, & ſi nullius fuerunt neceſſitatis; ſed conſilij, vt docet Afflict. *deciſ.* 128. *n.* 1 Operantur nouam conceſſionem, vt latè fundat *Ponte conſ. n.* 1. & maiorem authoritatẽ tribuunt ei, ſiue actui confirmato, vt habet *Gloſſ. ſingularis in c. quia diuerſitatem*, verbo *forma communi de cõceſſione præbendæ*: Magis quod quia in eis eſt mutatum, & additum in beneficiũ ciuitatis, & facta ex certa ſcientia, & sẽper pecunia ſoluta dicuntur in forma ſpecialiſſima, vt ſemper nouum ius tribuerint *c. penult. de confirmatione vtili, vel inutili*, Nicol. Garſia *de benefic. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 226, *cum ſeq.* Tuſc. Ricc. Gutier. Cabed. Molſ. & Menoch. quos laudat Barboſa *de poteſt. Epiſcopi tit.* 3. *cap.* 8. *n.* 10. verſ. *reſpondebitur*.

25 Vendita aſſentiſtæ Alexandro Pallauicino Ianuenſi, ipſa ciuitate prorſus inaudita ab eodem Aſſentiſta titulo venditionis peruenit ad Illuſt. Marchionem Vaſti, & Piſchariæ. Nuper iuxta veridicè, ac ſanctiſſimè ſcripta per Neuizzanum in d. *conſ.* 12. preſſa, vt ait, ab vtili Domino, concluſit proclamationem ad Regium Domaniũ, tanta alacritate, & omnium cõſenſu, vt etiã iuri diuino exẽpti, prout totus Clerus, quos inter, monachi etiam Mendicantes, & ſanctimoniales vltrò, & ſpontè promiſerunt contribuere in expenſis, vt libertas domanij conſequatur. Etiam ſi venditio ritè, & rectè, eſſet facta, & aliæ multæ cauſæ nõ adeſſent, iſthæc vna eſt ſufficiens, vt ei libertas reſtitueretur, vt in ſimili ſanxit Iuſtinianus *Inſt. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, §. ſed ſi hoc. Sed maior aſperitas Dominorum*, & infra, *Vt ſi intolerabilis videa-*
tur ſæuitia Dominorum cogãtur ſeruos ſuos
bonis conditionibus vendere, &c. vbi dat
cauſam, ibi: *Enim expedit Reipublicæ, vt*
nequis re ſua malè vtatur; vt in puncto
contra barones hoc notat Io: Faber poſt
gloſſ. in verbo *malè vtatur*, quod approbat
Bald. *in c.* 1. *§. publici latrones*, &
ex noſtris Andreas *in c.* 1. vbi *Liparulus*
n. 28. in verbo *ad Apoſtolicæ, quibus modis*
26 *feudum amittatur*, Grammat. *deciſ.* 104.
Curte *in diuerſorio feudali, c. licèt autem*
ſaniſſimam n. 55. & 56. *lib.* 1. Rouit. *in*
pragm. 16. *de Baronibus nu.* 8. Ponte *de*
poteſt. Proreg. tit. 3. *de electione officialium*
§. 1. *n.* 4. *&* 5. *& deciſ.* 14. *n.* 34. Capibl.
de baron. prag. 3. *n.* 48. Taſſonus *verſ.* 3.
obſeru. 4. *n.* 114. *verſ.* 5. *vaſſallos*, cum
alijs concordantibus per meum Magi-
ſtrum Capycium latro *deciſ.* 168. *n.* 5.
vſq; ad *n.* 18. vbi quod nihil refert ſi di-
ceretur, quod deinceps ab hac ſæuitia
abſtinebit; Et ipſe (fortè nõ inſulsè) ad-
diderim, (nõ in ſpecie iſta) ſed vniuerſim;
quod eius filij fortè futuri ſint boni, ex
demonſtratione Euangelica, Matth. 7. *n.*
17. & 18. & Lucę 3. *n.* 43.

§. 2.

27 *Nullitates ex ordine Iudiciario occurſæ in venditione Lanciani, & n.* 28. *&* 29. *&* 30.

31 *Poteſtas abſoluta non datur in principe Chriſtiano.*

32 *Clauſula de poteſtate abſoluta nihil operatur, & quare.*

33 *Tempus ad dicendum de nullitate quando Vniuerſitatibus non curreat, & n.* 34. 35. *&* 36. *&* 37.

38 *Quomodo reſtitutio in integrum cum nullitate, & reclamatione cumulari poſſint.*

27 INſuper dicta ciuitas Anxani fuit ſpoliata poſſeſſione 460. annorum domanij, & orbata iure, ex tot priuilegijs quæſito, nõ audita, neque citata ſub colore decreti generalis, in cuius interpoſitione ipſa non fuerat audita, fuit

Digitized by Google

enim citata primo Aprilis 1638. & decretum prædictum erat iam emanatum 25. Februarij eiuſdem anni. Vnde erat impoſſibile tale decretum ipſi afficere, quod agnouit *author* eiuſdem decreti *in reſponſo* 30. contra ciuitatem *Bitonti* ante *n.* 15. verſ. *pro quo decreto*, & melius *n.* 20. verſ. *proinde fiſcus inſtabat, quod quatenus decretum generale non obſtaret, ſaltim erat de nouo idem decretum formandum, & publicandum*; quæ an de Lanciano dici poſſint, infra videbimus. Item fuit condemnata nullo dato termino ad ſe defendendum, & non incuſatis contumacijs, & non conſtituto procuratore, ſed de facto, cum reuer. lapſis duobus annis poſt intimationem. Accenſa candela 27. Aprilis 1640. terminus autẽ eſt inexcuſabilis in omnibus cauſis; quæ facti admiſturã habent, cuiuſcunq; ſint materię.

28 Innoc. *c. cùm inter R. col.* 2. verſ. *ſed die de elect.* Franch. *deciſ.* 221. *n.* 12. Anna *ſing.* 470. Rouit. *in pragm.* 7. *de ord. iudic.* contra tex. *in l. pro latam, C. de ſent. & interloq. omn. iudic.* maximè, quia in iſtis cauſis reuocationis Domaniorum, ſemper fuit datus terminus ipſis Vniuerſitatibus ad ſe defendendum, vt patet in omnibus proceſſibus exiſtentibus hac in eadem banca, & fol. 188. ater. adſunt exempla; quod nõ ſolùm fuit datus terminus, ſed formiter inſtructus proceſſus.

Et quod debet dari terminus, & compilari proceſſus in his cauſis domaniorum habetur in eod. *reſponſ.* 30. *D. Galeot. n.* 19. verſ. *ſecundo*, & Conſ. *Paſchal. de vir. patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 104. ibi, *ad ius, & iuſtitiam, & ſeruato iuris ordine, &c.* quorum nihil omninò factũ fuit in hac cauſa, & Lantianum penitùs inauditum, cũ illa citatio, quæ aſſeritur facta die 1. Aprilis 1638. fuerit circumducta, quia

29 non incuſatę contumacię, nec ciuitas comparuit, niſi die 30. Iunij 1640. vt fol. 31. poſtquam erat accenſa candela, & certum eſt, quod citatio dicitur circumducta, niſi fuerint accuſatę contumaciæ, infra tempus à ritibus ſtatutum, vt de praxi teſtatur Afflict. *in conſtit. Edict. de literis citatorijs, ſub n.* 20. verſ. *hodie in M. C. eſt obſeruantia*; & Maranta *in praxi par.* 6. verſ. *rectè concipiatur citatio n.* 68. verſ. *eſt ſciendum, fol.* 142. & ſunt *ritus M. C. V.* 123. 221. 223. 225. 226. & 227. vbi Carauita notat *in ritu* 183. *in princ. & in ritu* 123. *n.* 8. *& Muſcatell. in praxi par.* 2. *gloſſa Tribunali n.* 8. & eſt ac ſi nunquã fuiſſet citatus, & ſic nullitas inſanabilis, quæ nec per Papam, vel per Cæſarem ſanari poteſt, vt ex *clement. paſtoralis*, & alijs *iuribus* probat Dominus Præſidens, & Commiſſarius huius cauſæ integerr. D. Donat. Ant. de Marinis *tom.* 1. *c.* 18. *num.* 35.

30 Rurſus cumulando nullitates nullitatibus, cum reuerentia, poſtquam ciuitas comparuit re integra, ante cõſignationẽ poſſeſſionis, nempè dicta die 30. Iunij 1640. & inſtitiſſet in ſuis priuilegijs, ex cauſa oneroſa, & reclamaſſet à decretis, & actis factis propter venditionem, & ęquè principaliter de nullitate dixiſſet, & *petijſſet in integrum reſtitutionem* aduerſus dictam venditionem fol. 30. nulla facta monitione ſuper dicta inſtantia, fuit interpoſitum decretum fol. 33. dicta die 27. Auguſti 1641. quod cõſignetur poſſeſſio, quod decretum eſt nullum, cum reuerentia, tùm quia factum abſque monitione, tùm quia virtualiter denegat *in integrum reſtitutionem* omni iure ipſi Vniuerſitati *competenti*. & non *reſpondet petitis*, & oppoſitis in dicta comparitione, ſed *de facto, cum reuerentia*, dicit eſſe conſignandam poſſeſſionem; & ſic denegat *defenſionem, & remedia à lege tradita*, & conceſſa, vt in puncto aduertit Dom. Galeot. *reſponſ.* 29. *deciſ.* 4. *n.* 8.

31 Neq; obſtat *inſtrumentum ſtipulatum* inter Pallauicinum, & D. Proregem, in quo dicitur *ſupplere de poteſtate abſoluta, & de plenitudine illius, omnes iuris, & facti defectus*, vt patet fol. 47. vbi tollit omnia *iuris remedia dictæ Vniuerſitati*, vt fol. 54. à ter.

Quia reſpondetur Dom. Proregem non habere dictam poteſtatem, neq; ipſum Regem Dominum noſtrum, vt in puncto de reuocatione domanij fundat D. Reg. Tapia ex *n.* 55. vſq; ad *n.* 73. omninò reuidend. *in deciſ.* 5. *ſuprem. Senat. Ital.* ex theorica Bart. *in l. fin. n.* 2. *C. ſi contra ius, vel vtil. public.* dicentem, *Deus non dedit eis iuriſdictionem peccandi, nec auferendi*

alienum,

alienum, & Arrius Pinell. *in prima par. rubr. C. de reſcindend. vendit. cap.2. n.24. cum ſequentibus*; & vniuerſim, quod poteſtas abſoluta non detur in Principe Chriſtiano, habet Cancer. *de priuil. cap. 3. n.* 110. D.Galeot. *lib.* 1 *controuerſ.* 5 1. *n.*57. contra ſemetipſum *in reſponſo* 23. *in princ.* Caſtill. *lib.* 3. *quotid. quæſt. cap.*6. *&* 28. Vaſquez *lib.* 1. *in præfat. cap.* 4. *n.* 10. & melius dicto *lib.* 1. *cap.* 5. & ideò idem D. Tapia in proprijs terminis re-
32 uocationis domaniorũ dicit *dictas clauſulas cenſeri appoſitas de ſtylo Notariorum*, & ideò nihil operari, vt patet in *d. deciſ.* 5. *n.* 72. verſ. *item dicebatur*; & ſic deciſum per Supremum Ital. Conſil. & Cõſultum Regi, & ſic exequutũ de ordine Suæ Maieſtatis ꝓ domanio Ciuitæ Realis, quæ longè infirmiora priuilegia protulit, quàm, quę Lancianum affert, cum
33 poſſeſſione domanij 460. annorum.

Deniq; nõ obſtat, ſi diceretur tempora nõ largiri ad dicendum de nullitate, quia dicta tempora non ſunt elapſa. Primò, quia decretum fol. 27. non eſt intimatũ,
34 neq; dictum decretum f. 33. exiſtente Procuratore fideliſſimę ciuitatis in actis, & tempora prædicta exploratiſſimi Iuris eſt nõ currere, niſi poſtquã decreta fuerint intimata, vt in *pragm.* 76. *n.* 18. *de offic. S. R. C.* ibi: *Dopoi, che ſaranno intimati, & notificati*; vt aduertit Rouit. in eodem *loco n.* 9. vbi dicit, quod vt diſpoſitio illius *pragmaticæ* habeat locum, requiritur actualis intimatio, & notificatio, *nec ſufficere ſcientiam aliunde habitã*, quod melius cõfirmat idem Rouit. *in deciſ.* 16. vbi, quod non ſufficit quælibet ſcientia, niſi ea, quæ ſpecificè habetur per actum intimationis, ad quod fundãdum allegat infinitos, & dat rationem,
35 quod quando *notitia alicuius actus non requiritur ſolùm, vt quis illum actum ſciat*, ſed etiam, vt ex illa ſcientia *conſtituatur ſciens in mora*, vel obligetur ad aliquid ſcietĩ præiudiciale, tunc nõ ſufficit quælibet ſciẽtia, ſed requiritur ſpecifica intimatio, etiam ſi aliũde ſciat, ex theorica Bart. *in l. denunciaſſe*, §. 1. *num.* 1. verſ. *quandoque requiritur*; *ff. de adulter.* & Felyn. *in c. cum contingat, n.* 6. *per totum, de reſcript. cum concordant.* per meum præceptorem Dom. Capyc. latro *deciſ.* 165. *num.* 7. *& deciſ.* 173. *n.* 7.

36 Rurſus etiam ſi dicta decreta eſſent intimata, tẽpus nõ diceretur elapſum, quia illud non labitur, in nullitatibus notorijs euidentiſſimis, & quæ apparent, ex proceſſu, & reuolutione chartarum, Minadous *conſ.* 20. *D. Reg. Sanfel. deciſ.* 96. & idem D. Sanfel. *deciſ.* 299. *n.*8. ex reuolutione chartarum ex eiſdem actis veniunt diſcutiendæ, & Domino Capyc. Latro *deciſ.* 173. *num.* 17. & propriè *num.* 46. quod non eſt neceſſarius terminus, neque libellus, quia proponũtur executa ſententia, ibi, *Tamen cum nullitates appareant, ex inordinatione, & præcipitatione proceſſus, ex ipſa chartarum, &c.*

37 Tertiò ex facti circumſtantijs, quæ Excellentiſſimo Proregi, ac ſupremo Collaterali Conſilio *nota ſunt ex relationibus factis à duobus Regijs Conſiliarijs*, qui in partibus fuerunt, ſuper quibus emanauit noua prouiſio exemptionis, ac ſaluaguardiæ, & iuſſum Regio Auditori in partibus impinguari, nullum tempus, neq; mille annorũ ciuitati cucurrit, neq; currere potuit, Calder. *conſ.* 108. aliàs 1. *quod metus cauſas*, Zabar. *conſ.* 137. *in princ.* Natta *conſ.* 450. *n.*18. *& ſeq.* Alex. *conſ.* 1. *lib.* 3. quæ vltra, quod vt dixi ſatis cõſtant Suæ Excellentiæ, ac Regio ſupremo Senatui, tamen de iure etiam præſumuntur, vt de communi probat Capiblanc. *ſuper pragm.* 10. *cap.* 68. *n.* 7. *&* 8. *cap.* 10. *num.*4. *de baronibus*, & probatur re ipſa, quia *exempti* perlibentiſſimè concurrunt ad contribuendum, vt nanciſcantur libertatem viuendi immediatè ſub Rege D. N.

38 Quibus omnibus cumulata ſunt remediũ, in *integrum reſtitutionis petitæ*, & iuſſum fieri verbũ ad finẽ videndi, & reclamationis à decretis prædictis interpoſitę, vt vnitis remedijs omnibus ordinarijs, & extraordinarijs, conditionaliter, & alternatiuè, quod fieri poteſt, *Oldrad. in conſ.* 108. *in vlt. dubio, Bart. in l. ſi expreſſim n.* 9. *ff. de appellat. & in l. Carmelia n.* 3. *ff. de iure patron. Innoc. in c. ex literis de reſtit. in integr.* de qua re eſt *tex. in c. conſtitutus de reſtit. in integrum*, & habet *Sfortia quæſt.* 17. *art.* 16. *n.*117. verſ.

ad decimũſextum, ſic limitando l. in cauſa ff. de minoribus; vnà cum oblatione duc. vigintioctomille, vnum finem pulcherrimæ libertatis conſequamur.

ARGVMENTVM.

Continuatur materia præcedentis quæſtionis in eadem cauſa Lãciani. Reſponſum 23. Dom. Galeotæ confertur cum conſ. 19. D. Franciſci Salerni, & cũ ſententia in eodem articulo D. Reg. de Marinis, & ipſius Authoris. Qui tamen pro huius cauſæ patrocinio ſe arctauit ad limitationes poſitas in eod. reſponſo 23. per eundem D. Galeotã; & alia peregrina de materia domaniorum.

SVMMARIVM.

1 *Decretum generale circa reuocationem domaniorum, & à quo euerſum n. 2.*

3 *Deciſio Senatus ſupremi ſuper negotijs Italiæ ad fauorem omnium Vniuerſitatum.*

4 *In priuilegijs non requiritur æquiualentia meritorum.*

5 *Obſequia, quæ Deo, quæ Principi, patri, patrono præſtantur quando ſint merita, & quomodo, & n. 6.*

7 *Domania prętio acquiſita nullo caſu poſſunt reuocari.*

8 *Vnius Vniuerſitatis incommodo, potius Reipublicæ commodo reparari non debet, & n. 9.*

10 *Sententia D. Reg. de Marinis in materia reuocationis priuilegiorum domanij, & n. 11. D. Franc. Mariæ Prati.*

12 *Neceſſitas, quam inculcat D. Galeota in reſponſo 23. vt domania reuocentur, qualis, & quomodo ei occurrendum n. 13. & n. 26.*

14 *Authores in hoc articulo non ſolùm non cõcordant in iure, ſed neq; in facto.*

15 *Author defendit Lantianum, ſolum cum limitationibus poſitis ab ipſo D. Galeota in reſponſo 23.*

24 *Confirmatio priuilegiorum in forma communi, vel in forma ſpeciali, quid, & quomodo.*

25 *Verba notabilia in miniſtros pronos ad reuocationem domaniorum.*

QVÆSTIO XXXIV.

1 AFFICERE videntur prima facie ciuitati Lanxiani, quæ pleniori ſtylo doctiſſimè pro more D. Capyc. Galeota, cũ Fiſcalẽ Aduocatũ ageret ſcripſit in *reſponſo 23.* quęque Iudex effectus, cũ Regia Camera iudicauit in R. Collaterali Conſilio, decreto generali ædito cõtra omnes Vniuerſitates, poſt dictum *reſponſum* impreſſo; Sed re vera nihil impediunt; quia vltra dicta in præcedenti *n.* 16. dictũ *reſponſum* fuit per ſingulas periodos, euerſum à Franciſco
2 Salerno, nõ vulgaris nominis Theologo, ac I.C. *in conſ. 19.* in decem §§. diſtinctũ, cum in Supremo Regio Conſilio ſuper negotia Italiæ apud Dominum noſtrum ꝓ ciuitate Meſtrectę, de Regno Sicilię, ad Regium domanium proclamante, per quam ſtrenuè poſtularet. Et ſecundum eius ſcripta fuiſſe per dictum Conſilium iudicatum refert *n.* 149. per hæc verba: *In cauſa prædicta ciuitatis, cuius equidẽ partes defendi in ſupremo Italiæ Senatu, obtinui, quinimò & hac occaſione, decretũ fuit generatim, vt omnes terræ, quæ venditæ fuerunt, ſe ſe redimere poſſent: nihil penitùs*
3 *obſtante pacto illo; quo illis ſe redimendi facultas ablata videbatur; & quod pretium iuris luendi à Regia Curia emptori, in ſuo caſu reſtitutum fuit.* Et certè Salernus defendit magiſtralitèr priuilegia, nõ poſſe reuocari ſine cauſa, quantumcũq; gratis conceſſa, modo ex eis dominium ſit in priuilegiatum translatum, & in hoc benè dicit, nam officialis, qui ad nutum remoueri poteſt, non Iure remouetur ſine cauſa; vt habent omnes Doctores,

& in

& in §. 3. *& in* §. 4. *ex n.* 40. dicit non
requiri ęquiualentiam meritorum, neq;
illorum ſpecificam mentionem, & quod
4 principi aſſerenti merita credatur. Et
quod obſequia, quæ à ſubditis principi
exibentur, eſſe, cenſeriq; merita in §. 5.
5 ex *n*. 65. & benè; qui à Deo etiam con-
gruè mereri poſſumus; licèt nõ de con-
digno, & quod filius à patre, à domino
ſeruus, & vxor à marito aliquid mereri
poſſunt, & quod etiam inter dominum,
& ſeruum merita ius agnoſcit, *l. etiam* §.
1. *de manumiſſ. vind.* ibi; *Quia multa
merita*; & in *Auth. de non eligend. ſecund.
nubent.* §. 1. ibi: *Ne relinqueret eum ſine
remuneratione*; vbi Angel. monet inter
patrem, & filium antidoralem obligatio-
nem reperiri, & elegantèr ex *n*.74. reſol-
uit, & exponit omnia in contrariũ addu-
6 cta; cũ diſtinctione tamen, vt merita ſu-
pramodum excedant communem obli-
gationem; & in §. 6. ex Vaſquez *lib.* 1.
cap. 5. *n.* 14. *controu. verſ. illuſtr.* ęgregiè
fundat; quod à veritate longè abeſt, &
quod *impia iniuria, & perfidia ſit, contra
Ius diuinum, naturale, & gentium*, & palã
egrediatur, anguſtiſſimos terminos ſim-
plicis principatus, poſtquam ſubditi ſuis
pecunijs ſe redimere, & in domanium
7 Principis ſemel reducti, *quod ex cauſa ne-
ceſſitatis, illos iterum vendere poſſit*; & inter
cętera, quæ adducit, quod vtilitas publi-
ca, non vnius ſolius Vniuerſitatis damno
eſt reſarcienda; lucrũ autem, & emolu-
8 mentum ſit omnium commune ex Cicer.
lib. 3. *offic.* aliquid *alteri, & hominem ho-
minis incommodo, ſuum augere commodum,
magis eſt contra naturam, quam mors, quã
paupertas, quam dolor, quam cætera, quæ
poſſunt corpori accidere, aut rebus externis.*
Et Ciceroni accinunt *l. Iure naturæ, l. ſe-
cundum naturam, ff. de reg. iur. c. qui ſen-
tit, de regul. in* 6. & *in* §. 7. *ex n.* 97. re-
probat *omnes*, qui tenent, principis priui-
legia, quæ iuriſdictionem alijs indulgẽt
9 ſemper iure poſſe reuocari, & alia in §.
ſeqq. de quibus infra, & antea, licèt non
tam neruosè, poſt Neuizanum in *ſanctiſ-
ſimo conſ.* 12. vt ſupra, hæc etiam firma-
uerunt Conſ. Paſchal. *lib.* 1. *cap.* 1. *ex n.*
24. *vſq; ad n.* 125. & Tapia *deciſ.* 5. per
totam, & poſt dictũ *reſponſum* D. Galeotę,

meus magiſter Capyc. Latro *deciſ.* 199,
in principio; & poſt hos omnes, ſemper.
& vbique limpidus, ac integerrimus D.
Regens de Marinis ad Reuert. *deciſ.* 409.
in cauſa Vniuerſitatis Seminariæ, de qua
10 loquitur Galeota dicto *reſponſo* 23. *ex n.*
320. fol. 419. qui D. Marinis ad primũ
dicit omnia priuilegia indiſtinctè poſſe
reuocari, quantumcumquè conceſſa ob
benemerita; ſi fuerint præſtita à ſubditis,
vel ex debito officij, vel ratione ſtipẽdij,
& quod iſta nullius ſunt ponderis ad in-
ducendam obligationem etiam antido-
ralem. Negat tamen etiam publica ſu-
perueniente neceſſitate; Si domania *pre-
tio* ſint acquiſita poſſe vllo modo reuo-
cari, ſed procedere quæ ſcripſerunt Lu-
cas de Penna, Socc. Iun. Rebuff. Afflict.
Sola, Crauetta, Neuizan. Vaſques, Ca-
cher. Amedeus, de Ponte, Cancer. & Ia-
cob. Ant. de Mauro; & quod nõ obſtant
quæ in contrarium ſcripſerunt Socc. *cõſ.*
4. *lib.* 3. Iaſ. *conſ.* 227. & Raphael Fulgoſ.
conſ. 20. quia in illa cauſa, in qua cõſiliũ
præſtiterunt, cõtrarium fuit *deciſum, & de-
ciſio ter* approbata fuit, ſic atteſtante Oct.
Cacher. *in conſ.* 26. *n.* 35. & quod minus
obſtat *deciſio Capyc.* 166. primo, quia ibi
non fuerunt ponderata, quæ ponderari
debebant; Ecce, quod D. de Marinis de-
ſtruit *duas partes* reſponſi D. Galeotæ, &
totum decretum generale; quod ſi idẽ D.
Regens dediſſet in d. *conſ. Salerni.* vel to-
tum illud approbaſſet; vel ſaltim in illud
quod negat dari merita in ſtipendiarijs,
vel in ſubditis, diſtinctione vſus eſſet, ſi
merita eſſẽt maxima, & exceſſiua. Dom.
Pratus etiam *in ſynopſi* ad Paſchalem *cap.*
5. quæ incipit, *quod ſanè*; poſtquam dixit
11 D. Galeotam nimis aſperè in hoc arti-
culo ſe geſſiſſe cõtra D. Paſchalem mor-
tuum. meminiſſe de *conſilio* Franciſci Sa-
lerni in 10. §§. diſtincto; & quod in quo-
libet ipſorum inuexit cõtra quamlibet
propoſitionem adductam per D. Galeo-
tam; & in verſ. *ſed contra* dicit, *Ecce igitur
certant duo commilitones, & vnuſquiſque
rerum indicatarum, ſuam conuallat opinio-
nem; vnde cenſeo ſi caſus iterum diſputan-
dus acciderit eſſe cogitandum perdintius.*
Sed D. de Marinis, Vir quidem verè *in-
genuus*, ac nunquam erga *Placentiam* am-
bulans,

bulans, ſed ſemper erga *Veronam*. Iam euertit ſententia ſua, duas partes dicti *reſponſi*, & totum *decretum*, qui ſi vniatur cum dictis per doctiſſimum Salernum cũ *deciſione Supremi Senatus* per eum relata, crediderim nõ eſſe vlterius neceſſarium, *per diutius*, vt dicit D. Pratus cogitare; maximè quia Neuizani doctiſſimi, ac eruditiſſimi I.C. *Sanctiſſimum Conſilium*, à nullo vſq;adhuc eſt euerſum, nec euerſurum reor. Neceſſitatem autem illam, quam vehementiſſimo ſtylo ſaluationis
12 Fidei, ac Reipublicæ in qualibet periodo inculcat, non negatur, quod omnia euertit, quod omnia vincit, quod neque Dij illam ſuperent Nos ſupra *q*.IX.*n*.33. Tamen proſpiciendum eſt, ſi alio modo Princeps ab illa ſe extricari poſſit, abſq; quod, qui ab eo libertatem, vel ex maximis meritis, vel ex pecunia contractu Iurato adhibito promeruerunt in ſeruitutem alicuius, (*vt ait, et benè Salernus*) aſſentiſtæ mercatoris quandoq; ex infima plebe conijciantur? Quod erga ipſas ciuitates venditas excedat medicina modum, & peius ſit remediũ, quam ipſum
13 malũ, quod expectare poſſent ſi neceſſitati non occurreretur. Et quomodo alij ſe extricauere moderando immoderata ſtipendia, & alia, &c. vt per Iouium in vita Alphonſi *Ducis Ferrariæ* fol. 335. verſ. *cogendæ pecuniæ*.

Obſeruandũ etiam, quod in his cauſis domaniorum, adeò erga *Placentiam* ambulari ſolere, vt nõ ſolùm titulus de *Iuſtitia, et Iure* locum (dicit Camerarius) non habeat; ſed neque quod maius, eſt ipsũ factum (vt inexcuſabile eſt) vnquam benè conſideretur. Audiſti quanti fecit
14 cauſam Seminariæ D.Galeota *n*.320.fol. 420. ibi *Celebris fuit deciſio in cauſa Seminariæ*; vbi enumerat ingentia ſeruitia, quę fuit *fideliſſima*, quaſi alter Saguntus, quod exinde fuit deſtructa, ac cremata ab hoſtibus. In eadem cauſa Reuerterius *d. deciſ.* 409. fatetur, quod merita non conſtabant, niſi per *ſimplicem aſſertionem*, & quod homines dictæ Terræ *non fuerũt erga Reges multum fideles*, fol. 545.
15 Ipſe autem Lanxianum defendens neque Salernum, neque Paſchalem, neque Tapiam, neque Capyc.latro, neq; Marinis ſequar; ſed cum *limitationibus* eiuſdẽ D. Galeotæ, quas ipſe ſibimetipſi fecit dicebam, quod D.Galeota nõ loquitur vbi ſunt priuilegia tam inſolita, ac obſeruata ſpatio 460. annorũ, & per *quatuordecim Reges conceſſa*, nõ cõfirmata in forma communi, ſed ſingula *in forma ſpecialiſſima*, tum quia cum inſertione tenoris priuilegij cõfirmati; iuxtà Decium *in rubr. de confir. vtili, vel inutili*; *n*.9.Lanar.
24 *conſ*.21. *num*. 1. *et ſequent*. benè de hoc, *Pater* Merolla *tomo* 2. *de priuilegijs cap*. 5. *dub*. 1. 4. *&* 5. *fol*. 111. cum quia per quemlibet Regem fuerunt ampliata, & in melius mutata auctis meritis, & ſeruitijs ciuitatis, & ſoluta tam ingenti auri quantitate, vt ſupra dictum eſt. Et tamẽ omnia ſupplentur, cum reſtitutione pretij, quod ciuitas offert, quia oblata parua quantitate ab Vniuerſitatibus, ſemper fuerunt admiſſæ tranſactiones, & obſeruata priuilegia, exempla apud Paſchal. *par*. 1. *cap*. 1. *num*. 104. & ex Salerno vt ſupra.

Et nouiſſimè poſt alias Terras practicatum cũm ciuitate *Theatina*; quæ vendita Sereniſſ. Regi Poloniæ pro duc. 128852. 2. 17. poſt traditam poſſeſſionem fuit admiſſa ad domanium ſolutis ſolùm duc. *vigintimille*, vt habet Dom. Reg. Capycelatr. *deciſ*. 200. Theatina ciuitas non eſt inſignior *Lanciano*, neq; ex ratione ſtatus expedit illam magis in Regis domanio, quam *Lancianum* conſeruare, vt euidẽtiùs infra patebit; & tamen *Lancianum* totum pretium offert; & *Theate* fuit admiſſa oblata ſexta parte; nec ſcimus, ſi *Theate* habet priuilegia *quatuordecim Regum*, quæ *Lancianum* habet, quibus *cõtra omnem iuſtitiam*, cum reuerẽtia, eſt dero-
25 gandum, ſi venditio ſuſtinenda (quod abſit) iudicaretur; & notanda ſunt verba, quæ in proprijs terminis reuocationis domanij ex Rouit. *in rubr. de reuocat. Gratiar. num*.33. *et* 34. ſcripſit Reg.Cõſ. Paſchal. *dicta par*. 1. *cap*. 1. *n*. 105. vbi monet Regios Miniſtros, vt *in reuocatione domaniorum iuſtitia ſine alterius iniuria locum habeat*; alioquin eis ſolùm imputabitur, vt ibi per eum reuidẽdus cũ erudito Salerno *d. conſ*. 19. *per totum*.

Secundo, quia non adfuit illa vltima, ac

præciſa

præciſa neceſſitas, quam D. Galeota cõſiderat in *d. reſponſo* 23. à qua dicit non potuiſſe Paſchalem ipſum diſcedere, licèt propriam patriam defenderit, vt re
36 ..ra non diſceſſit; vt patet ex *n.* 68. & D. Capyc. Latro *d. deciſ.* 199. *n.* 21. & in *deciſ.* 173. *n.* 46. vbi Chriſtiani Doctores dicunt, quod vt iuſtè derogetur priuilegijs vim cõtractus habentibus oportere eſſe talem neceſſitatem publicam, vt vix *alio modo ei occurri poſſit*; & addit Paſchalis *n.* 72. quod non ſtatur de tali neceſſitate ſimplici aſſertioni Principis, ſed debere aliunde conſtare. At hic cõſtat nullam neceſſitatem adfuiſſe, ſed pecuniam fuiſſe conuerſam, vt ſatisfieret eidem Pallauicino pro alijs ſuis prætenſis creditis, & partitis factis cum notoria læſione Fiſci, & pro ſatisfaciendis debitis, pro quibus idem Pallauicinus vẽdiderat Regiæ Curiæ lites, & inania nomina debitorum ad ſummã ducatorũ 57. m. Quod aduertit, tunc idem D. Galeota Commiſſarius domaniorum, ſed fortè nõ potuit reſiſtere notoriæ potentiæ, quæ in illa tempeſtate habebant Aſſientiſtæ cum D. Proregibus, & huius rei extat irrefragabile monimentum manu eiuſdem D. cauſæ Commiſſarij in dorſo proceſſus, & translatum fol. 195. dicit enim: *Che ſe referì detta cauſa in 22. de Marzo in Collaterale, e s'ordinò, che ſi vedeſſe ſe il credito del Duca di Caſtro, che conforme la ſua offerta vuol diſcontare, e tale che concorra con la cauſa legitima, per la quale ſi è votato poterſi vendere li domanij, cioè, che il prezzo ſi conuerta nelle preſenti neceſſità di guerre, e non per ſodisfattione de debiti antecedenti, che non ſariano cauſa baſtante, come ſtà deciſo contro la Principeſſa D. Margarita nel prezzo della Fragola, & anco con Gio: de Zenaglios, & altri.*

Et quia data notoria potentia aſſientiſtarũ, licèt zelotes Miniſtri animaduertiſſent, quæ iuſtitia, ac æquitas ſuadebant; tamẽ non poterant contradicere: & ſic dictum validiſſimum motiuum fuit conſopitum ſola aſſertione eiuſdem Pallauicini; ſequitur enim in eodem loco idem D. Reg. Fabius Capycius Galeota: *Dice il Duca, che tutti li ſuoi crediti ſono moderni, e tali, che hanno li requiſiti neceſſarij, e che in la offerta ſi dice conforme al viglietto de' 7. di Luglio 1639.*

Conſ. Caſari Spec. Peregr. qq.

Statum ergo fuit dicto Aſſientiſtæ, ibi, *dice il Duca, quibus aſſientiſtis, tunc impoſſibile erat reſiſtere*, Rurſus euidẽtius patet, quod pretium Antiani non deſeruit pro comimeatu exercitus, quia ipſemet aſſientiſta in oblatione, quam fecit, dicit, *Qual pagamẽto douerò farlo à me medeſimo in conto di quello, che deuo hauere dalla Regia Corte per li partiti, che hò fatto con quella, per li quali tengo annui duc. 49. milia di fiſcali in riguardo con l'intereſſe à duc. 10. per cento.*

Poterat ergo aſſientiſtæ ſatisfieri cum eiſdẽmet fiſcalibus functionibus; & ſic de bonis Regis, non tangendo alienum, neq; quatuordecim priuilegia; imò verius contractus violando.

Magis, quod ipſe Alexander aſſientiſta poſuit in partito, & ceſſit fiſco nomen debitoris fabuloſum, & litem mortuam cõtra hominem fallitum pro duc. 58. mille in circa, & ſic ipſe accepit *ciuitatem inſignem, & dedit fiſco, non literas collibiſicas pro ſatisfaciẽdo exercitu in Inſubria, vel in Hiſpania Taraconenſi*, ſed nomen debitoris oberatũ, vt in facto conſtat; ergo etiã iuxtà poſita per idẽ D. Galeot. ceſſat cauſa, qua decretum generale nititur. Sed iterum dico; quod aſſientiſtis Regij miniſtri, nõ poterant tunc contradicere, vt eſt notoriũ. Similitèr ob cauſas notorias.

§. 2:

27 *Ipſe D. Galeota dicit ciuitates inſignes non debere infeudari, & n. 28. fundatur, quod Lancianum eſt valdè inſignis ciuitas, & n. 29. eius fortitudo, ratione ſitus nu. 30. & portus maris n. 31.*

33 *Venditio domaniorum facta per D. Proregem non valet, ſi D. N. Rex non ratificet, & num. 34.*

35 *pretium de lege Iuſtitiæ in omnem euentum eſt reſtituendum.*

36 *Tempus decem annorum ad dicendum de nullitate preſixum in prag. 64. §. de offic. proc. Cæſar. quando non currat, & ſeptem limitationes, vſq; ad n. 43.*

43 *De regiſtratione in quinternionibus, &*

præſtatione ligij homagij.

44 *Tremendum, ac ſemper adorandũ Sacramentum Corporis Dei Noſtri Ieſu Chriſti. Quomodo mirabiliter Lanciani videatur; & de Rodulpho 1. Cæſare.*

45 *Aliqua de libertate.*

27 D. Galeota ex *n.* 349. conſiderat vtile, quod ex infeudatione reſultat ad fiſcum; cui eſt occurſum ſupra in *quæſtione præcedenti.*

Et reſpondendo ad Tapiam *deciſ.* 5. dicit, Tapiam loqui in Ciuitate inſigni, quę eſt ad limites Regni, quæ habet caſtrum, ſeù fortellitium, ex quo pro conſeruatione Regni intererat illam in Reg. domanio remanere, & ex Iuris diſpoſitione nõ decebat (Ciuita Reale) priuatæ perſonæ ſubijci, vt n. 253. quod etiam cõſiderat Reuert. dicta *deciſ.* 409. in fine, ibi: *Terra illa non erat fortis, & quæ ſtatum conſeruaret, cum non haberet caſtrum, neq; mœnia, niſi debiliſſima, nec portum maritimum;* & Capyc. Iatr. *deciſ.* 199. *n.*97.

Hæc omnia abundantiſſimè concurrunt
28 cum Lanciano. Et primo adducitur cõſultatio Regiæ Cameræ facta Suæ Maieſtati de anno 1620. ad mandatum Maieſtatis Suæ vrgentiſſimum, & pro publica neceſſitate valdè preciſior illa, quę dicebatur currere tempore venditionis Lanciani, vt patet ex literis D. Comitis Beneuenti, ſcriptis ad D. Proregem inſertis *in conſultatione Cameræ fol.* 201. *& fol.* 202. Regia Camera excepit à venditione. cũ *Capua, Tarento, Brunduſio, & alijs* principalioribus *Lantianum,* his verbis: *La Città di Lanciano, Città principale, con vn Porto vicino, nominato Santo Vito, con vna Torre rinforzata, doue ſi celebrano due ferie principali del Regno,* vt fol. 202. à ter. ex officio à nullo informata Regia Camera conſuluit in anno 1620. & cum in anno 1622. tractaretur de vẽdendo alijs Terris, ac Ciuitatibus domanialibus, n. 32. ciuitas Lantiani ſimiliter à Regia Camera fuit excepta ex officio, nemine pro ciuitate interpellante.

Ciuitas ipſa poſita eſt in loco forti, & inex-
29 pugnabili fortiſſimis murorum turrium, militariumq; propugnaculorum, vndique circumſecta, & cum portis, quæ qualibet nocte clauduntur, vt cæteræ arces in qua militarem formã hodie non redigeretur impenſa centum milliũ ducatorum, quæ vltra quod patent ad oculum cauſa maioris dilucidationis conſpicitur ex graphia, ſiuè planta fol. 231.

Item cum exercitus hoſtiles Regnum terreſtri itinere inuaſere per Aprutium, Apu-
30 lia petita, ex *Coleanuc. Iouio lib.* 25. *Guicciard. lib.* 18. & alijs, vallicato flumine Aterno, vulgo Piſcaria, quæ adhunc finem modernæ architecturæ propugnaculis, & perpetuo præſidio cuſtoditur, ſi quod abſit, ſuperaretur, nulla alia ciuitas, quæ inimicis poſſet obijci, niſi Lancianum inuenietur, vt exinde ſi non ſit ciuitas finitima per terram, ſicut eſt ex parte maris, attamẽ dici poteſt pluſquã talis, imò ſecunda tabula poſt naufragiũ. Prima poſt Piſcariam, quatuor leucis diſtans ab illa.

31 Et quia Reuerterius, fortè ex dictis Fabij maximi, vt infra conſiderauit, quod Seminaria non habebat Portum, Lancianũ habet portum celebrẽ, Sanctum Vitum nuncupatum in aquis Adriatici maris, quod Lancianenſibus oris allabitur, qui portus ab Alphonſo 1. emptus, quo Ill. Marchio ciuitatem ſpoliauerat, & nuper reſtituto de ordine Collateralis Cõſilij, in quo cõtinuò applicãt naues triremes, & cuiuſcumq; generis nauilia, cum arce, & muralibus tormentis pro portus cuſtodia, ipſa res loquitur ſi pro burſali intereſſe, contrabannorum, & extractionũ expediat, vt portus ità ſecurus manuteneatur infeudatus, & ſi portus ex alijs cauſis debeat in alijs manibus eſſe, quã vnius Principis iuxtà dictum *Fabij Maximi, diſcurrẽtis in Senatu* de Annibale, vt habent *Liuius, & Plutarcus in vitis Fabij, & Annibalis.* Ciuitas à populo bellicoſo, & fideliſſimo habitata partialiſſimo domus Aragonũ, cui Galli Caroli VIII. impoſuere nomen, & titulum, Aragonẽſis, quo nomine nihil glorioſius, nihil fidelius.

32 Denique ſi ex *c. intellecto de iure iurando* eſt decidenda cauſa, dicitur primo in ſpiritualibus hæc eſt Ciuitas Metropoli, & antequam ad metropolis faſtigium euecta fuiſſet, erat exempta, & poſita

in

in domanio Apoſtolicæ Sedis, vt cōſtat ex literis *Apoſtolicis*, fol. 375.

Archiepiſcopus, tanquam de regio Iurepatronatus præſentatur Summo Pontifici per Regem D. N. *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. fol. 64. à ter. & Taſſon. de anteph. verſ. 14. obſer. 1. fol. 592.* expedit, ni fallor, vt ciuitas, quam Camera principalem ex officio nominauit, in qua Sua Maieſtas ponit Prælatum ſibi deuotum, & benemeritum ſub Regio domanio etiam perſeueret, vt totaliter ſua ſit,

Eſt etiam percelebris ob frequentiam baſilicarum, octo pareciæ, monaſteria omnis generis religioſorum, inſignita non etiam venerabilibus, ac ſacroſanctis reliquijs, videlicet, capite, & vtroq; brachio S. *Simonis Apoſtoli*, vt euidentius patet ex duobus *Chyrographis Ducis Venetiarum* datis in anno 1439. fol. 233. & 234. Scribit *Ludou. Caconius in vita S. Nicolai de Tolentino par. 1. cap. 99. fol. 136.* & in manuſcripto *Nicolai Topÿ non pænitendi Antiquarÿ tom. 1. fol. 304. à ter.* Adſunt etiam *Crura S. Tadei*, ſimiliter D. N. Ieſu Chriſti Apoſtoli, & vna ex *ſpinis* Dominicę Coronæ, vt ex *atteſtatione Archiepiſcopi* fol. 235. Verùm præſentia ipſius Dei Chriſti Redemptoris Regis, & D. N. in Carne viſibili, in ſupra modum admirabili miraculo; cui cedat oportet *Daroca*, & quæcunque alia inſignis totius Chriſtianitatis, vt per extenſum habetur *ex hiſtoricis* fol 230. 231. in fine, & *Epitaphio* f. 232, & in d. atteſtatione *Iurata D. Archiepiſcopi*, fol. 235. In temporalibus autem eſt ciuitas celeberrima, in qua vt habet Leander in ſua Italia fol. 260. bis in anno Maio, & Auguſto congregātur mercatores totius Italiæ, Illyrici, Siciliæ, Græciæ, & Aſiæ, & aliarum nationum. Vnde *Frecc. loc. cit. fol. 69. at. Antianum celeberrimum forum nundinarum à Ptolomeo* Anſanum, *à Plinio* Anſanenſes; & Anſani veteris reliquijs deductum. Hę nundinæ temporum calamitate exoleræ. iterum renouatę ſunt magna mercatorū frequentia, incredibili compendio prouinciarum vtriuſque Aprutij, & omnium dohanarum, & fundicorum renouato commercio iam pridem in totū declinato.

Cenſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

33 Præterea de venditione facta per D.
Proregem nulla eſt habenda ratio, quia
Rex D.N. noluir ratificare, quæ ratifica-
tio fuit promiſſa impetrari infra tempus
quatuor annorum, qui iam lapſi fuere;
vnde Fiſcus inſtetit contra prætenſum
emptorem ob dictam ratificationem non
ſecutam, vt ſupra diximus *n. 27.* & con-
ſtat ex *mandato Fiſci* fol. 154. vnde ſuc-
cederēt, quæ dicunt Rouitus *in conſ. 99.
ex n. 13.* & propriè *n. 14. vol. 2.* fol. 397.
& meus Magiſter Capyc. Latro *d. deciſ.
199. n. 46.* verſ. *dicebatur*, ſcilicèt, quod
quamuis pecunia in beneficium Regiæ
34 Curiæ fuerit conuerſa, ſi D. Rex non ra-
tificauit, receptio pecuniæ nihil operatur
pro validitate cōtractus, ſed ſolùm, quod
teneatur Curia ad pretij reſtitutionem,
& ibi referuntur caſus deciſi ob Regis
ratificationem non ſecutam.

Eo procliuius debent ſupremi Iudices hāc
Lantiani petitionem acceptare, quia ſi
ſuſtinenda eſſet venditio, deberet Regia
Curia de lege iuſtitiæ pretium per eandē
ciuitatem pro acquiſitione domanij re-
tro Regibus exolurum reſtituere. Quod
negare non potuit idem decretum gene-
35 rale, de quo D. Galeota in fine *reſponſi
23.* fol. 430. & in proceſſu fol. 5. ibi *Re-
ſtituto tamen pretio ſoluto per ipſas vniuer-
ſitates*, &c. quod aduertit D. Capyc. La-
tro dictis *dec. 174.* vbi ſunt literæ Regis
D. N. *mandantes expreſſiſſimè* ad benefi-
cium Vniuerſitatum Status Amalphiæ,
& in *dec. 199.* & in *deciſ.* 200. & ſolum
Regi Carolo II. fuerunt ſolutæ *vnciæ au-
ri quatuor mille*, vltra alias ſummas no-
uiſſimis Regibus ſolutas.

36 Neque obſtat prædictis *pragm. 64. §. 3.
& §. 5. de off. proc. Cæſar.* reſtringens tem-
pus ad *annum vnum* Vniuerſitatibus ad
petendum domanium, quo elapſo, ipſas
non audiri, etiam ex capite in integrum
reſtitutionis.

Primò, quia dicta *pragmatica* non tollir re-
medium nullitatum. Quinimò neque
tollere poſſet, quia non eſſet lex, vtpotè
anima deſtituta, vt in *cap. erit autem 4.
diſtinct.* Vant. *de nullit.* fol. 35. & ciuitas
dixit de nullitate, quæ diſcutiendæ ve-
niunt abſq; depoſito pœnæ, quia fuerunt
37 executa decreta, vt ex Sanfel. D. Capyc.

Latro, & alijs diximus ſupra.

Secundo, *prag.* vt quanto minus eſt poſſibile lædat ius cõmune, intelligẽda eſt, quãdo in venditione ciuitas audita fuiſſet, non quãdo de facto ſpoliata, poſſeſſione 460. annorũ, nam ſublato vno remedio, alia à iure cõceſſa firma remanent, vt eſt *ſpoliũ, nullitas, reclamatio,* & alia, Bart. *in l. cum proponas,* C. *de tranſact. Coſta diſtinct.* 80.
38 *in fine.*

Tertio, non procedit ſi ante traditionem poſſeſſionis, Ciuitas petijſſet iam in integrum reſtitutionem, & ſuper illa non fuiſſet interlocutum, vel iniuſtè pronunciatum, quia *pragm.* ſolùm prohibet peti *elapſo anno,* ſecùs ſi *ante annum* fuit petita. vt hic, & patet ex *l. promiſſa, ff. de cõſtit. pecun. Tiraq. de retract. conuent.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 48.

39 Quarto, non procedit quando in actu capturæ poſſeſſionis, Vniuerſitas *ſolemniſſimè proteſtata eſſet,* reſeruans in integrũ reſtitutionem, vt fecit *Lancianum in ipſo actu,* fol. 199. Sfortia *de in integrum reſtit. par.* 1. *q.* 28. *n.* 4. *art.* 1. *& art.* 5. *&* 6. licèt quo ad proteſtationem contradicat D. de Marinis ad Reuerter. *deciſ.* 488. *n.* 2. ſed debet intelligi de proteſtatione ex cauſa inſufficienti; alioquin non benè diceret; cũ reſtitutio non poſſit per principem Chriſtianum vniuerſim, & in quocumq; caſu tolli, vide ſupra *q.* 25.

Quinto, non procedit, nec vllum tempus currit illi, qui ſi loquitur timet mortis diſcrimen, Sfortia *par.* 1. *q.* 7. *art.* 6. 7. *&* 8. & patet etiam lippis, & ex dictis ſupra *n.* 34. & in Vniuerſitate contra baronem ſufficere ſolùm murmurationem, iuxtà Andream *in cap.* 1. *ſub n.* 62. *quæ ſint regalia,* Rouit. *in pragm.* 1. *in fine ſub rubr. de iuriſdict. inuic, non turband.* Nouar. *de grauam. vaſall. grauam.* 27. *n.* 15.

40 Sexto, Ciuitas nõ petit ſimpliciter domaniũ, vt *pragm.* loquitur, ſed quia ſpoliata poſſeſſione 460. annorum, petit *reintegrari,* quia nõ audita, quia proceſſus *præcipitatus,* cum reuerentia, quia denegata omnis defenſio, vt ſupra viſum eſt.

Septimo, non procedit vbi læſio (quæ eſt
41 baſis cuiuſcunq; in integrum reſtitutionis, Sfortia *q.* 4. *per totam*) eſt continua, eſt perennis, *quæ quotidiè nouam cauſam præbet in integrum reſtitutionis,* quia quoties læditur toties debet reſtitui. Et quod lædatur quotidiè conſtat ex dictis ſupra *n.* 34. & *n.* vt omictam, quæ in proprijs terminis ſcripſit Dominus Marchio Capyclo Latro *deciſ.* 168. *num.* 65. ibi: *Et læſio ſatis probata veniebat, ex continuis litibus, & diſſentionibus ortis,* &c. lites infinitę, quia D. Marchio ſpoliauit ciuitatem omnibus corporibus, & introitibus ipſius; & fuit reſtituta de ordine Collateralis Conſilij, vt patet fol. 223. & fol. 224. & fol. 225. nouiſſimè autem cum vellet ſpoliare ciuitatem *Officio Magiſtri Nundinarum,* hinc ciuitas amiſit patientiam, & conceptam, & diù toleratam bilem effudit, & *maxima orta lite in* S. R. C. datis *tribus adiunctis,* referente intrepido, ac doctiſſimo D. Miraballo, fuit pro Ciuitate iudicatũ, vt in *quæſtione* 31. & aliæ innumeræ, nuper per Collaterale Conſilium ad idem S. R. C. remiſſæ; quæ lites ciuiles flores ſunt alijs comparatæ, quæ Eccleſiaſticos ipſos ad contribuendum compulere fol. 205. Vt de vtilitate maxima, quæ Vniuerſitatibus reſultat, non ſubijci baronibus, ſed viuere ſub Rege, vnde commodum, & honorem inęſtimabilem conſequuntur, Luc. de Penna *in l.* 1. *Cod. de cap. ciuit. conſ. exim. cũ concord.* per Bonadill. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 6. Paſch. *d. cap.* 1. *n.* 26. *&* 29.

42 Vt ſileam, quod *pragm.* non loquitur contra Fiſcum, & in hoc Fiſcus fuit etiã læſus. Lantianum venditum ad rationẽ duc. 47. pro quolibet foculari. Theate ad rationem duc. 82. cum totum oppoſitum eſſe debuiſſet, conſiderata ſitus, cœli, qualitate territorij, amplitudine Ciuitatis, diuitijs Ciuium, quibus Lantianum ſuperat Theate.

43 Ex alio præſens poſſeſſor debet dimittere ciuitatem, quia ſuper venditione, quæ ſibi dicitur facta, *nullus eſt expeditus* (quem ſciamus) *aſſenſus;* & ad peius, illud eſt certiſſimum, quod in *quinternionibus* adhuc non eſt regiſtratus, vt cõſtat ex *fide Mag. Conſeruatoris,* fol. 191. ater. & per conſequens *nullum præſtitum ligiũ homagium,* vndè *omnia nulla ſunt,* ac venditio facta Pallauicino nulla fuit, & ęquè nulla eſt, quã Pallauicinus fecit Ill. Marchioni

chioni

chioni Vaſti, *Franchis deciſ.663. n.3. Rouit. deciſ.* 84. *Montan. controuerſ.36. & in cap. Imperialem*, verſ. *ſi quis infeudatus, num. 36. cum concord.* per Dom. ac incorruptum Iudicem huius cauſæ *reſolut. quotid. cap.* 123. *n.* 17. verſ. *diximus*; & quo ad ligium homagium infra annum non præſtitum, eſt cõtra *Reg. prag. 19. de feudis.*

44 Præſtat denique hanc gratiam ab Auguſtiſſima Domo Auſtriaca accipere, quæ ſuum Auge (quod ſemper ad mundi finem vſque augeatur) ab Auguſtiſſimo, & tremendo Altaris Sacramento agnoſcit, ex notorio obſequiali facto Rodulphi primi Cæſaris; & ſcribunt *Io: Albert. Vuidmantius in præfatione ſuper epiſt. Diui Pauli, & additio ad Specul. Vincentij fol.* 589. *exemplo* 35. & fatentur etiam æmuli Auſtriacę Domus Iac. Alexand. Tenneur *tract. veritatis vendicatæ, fol.* 74. & Lancianum non etiã proſtratum, adorat tãtum Sacramentum, ſed non iam ſignum rei ſacrę, ſed viſibilem Carnem, & viſibilem ſacratiſſimum Sanguinem Chriſti, quinque in partibus diſtinctum, quarum tanti ponderis eſt vna quanti quatuor; & ſic due, ſicut tres. Vnde Lãtianũ triumphat hoc memoriale Dominicę paſſionis, hoc viuificum Sacramentum, quod ad triumpha domus Regis D. N. euexit, quamobrem vti peculiaris res ſua, ſeù ipſius domus ſuæ, debet immediatè illam ſibi aſſeruare, & reponere in libertatem.

45 Exaudite, Domini, *Pomponium lib. 5. ad Sabinum*, dicentem: *Quoties dubia eſt interpetratio libertatis, ſecundum libertatem reſpondendum erit, l. 21. ff. de reg. iur.* Quare, *quia ſeruitutem mortalitati ferè comparamus*, verba *Vlpiani lib. 4. ad l. Iuliam, & Papiam*, & *in l.* 210. *ff. eod.* & quia libertas ineſtimabilis res eſt, verba *Paul. lib. 2. ad edic. l.* 107. eodem, *& Caius lib. 5. ad edictum prouinciale libertas omnibus rebus fauorabilior eſt, l. 165. eodem.* Cætera ſuppleat, *Rex, & D. N. Ieſus Chriſtus*, qui Antiani dignatur viſibiliter adorari.

Tota materies domaniorum, reuocationis priuilegiorũ, cum ex gratia, meritis, vel pretio conceſſis, quando poſſint ex cauſa vtilitatis publicè reuocari; & quicquid Salernus, & Galeota digladiati ſunt, vide apud Caſtillũ *lib. 6. de tertijs decimarũ cap. 18. ex n. 1. ad n. 193. ex fol.* 148. *ad fol.* 207. de quo doctore bene dixit Carleual, quod omnia inuoluit, omnia miſcet *tit. 3. diſput. 31. ſub n. 2. fol.* 368.

ARGVMENTVM.

Diſcrimina inter Iuriſdictionem cõceſſam per Principem in officium, prout eſt illa conceſſa Caſtellanis in milites, & ſeruiẽtes in Caſtris; cum Iuriſdictione conceſſa in dominiũ, vt habent Barones, & feudatarij. An ſicut aliquando eſt permiſſum Baronibus petere remiſſionem ſuorum vaſallorum etiam poſt litem conteſtatam, & aliquando poſt ſententiam, an hoc etiam liceat Caſtellanis reſpectu ſuorum militum Caſtellani in Regno, quam Iuriſdictionem habeant, & nuncupatim Caſtellanus principalioris arcis, hoc eſt Caſtri noui Neapolis. In quibus milites poſſint prorogare Iuriſdictionem alterius Iudicis inuito Caſtellano. Quid ſi actu non ſeruiant, licèt deſcripti in Rollo, ſeù Matricula; quid ſi in fraudem creditorum; quid ſi non ſint ſani corpore; cum *deciſ. S. R. C.*

SVMMARIVM.

1 *Caſtellani habent Iuriſdictionem in milites*
Caſtri de Iure communi, & merum imperiũ
n. 2. & n. 26. & 27.
3 *Non habent Iuriſdictionem extra Caſtrum,*
& ei adiecentia, licèt eius iuriſdictio ſit in
perſonas, & n. 4.
6 *Deciſio cauſæ referente D. Capycio Latro.*
Litis conteſtatio prorogat Iuriſdictionem Iu-
dicis quantumcumque incompetentis, dum-
modò non ſit clericus, & n. 7. & milites in-
dubitanter poſſunt prorogare iuriſdictionem
Iud cis pagani, n. 9.
10 *Barones poſt conſenſum vaſallorum, &*
eis denegatam remiſſionem poſſunt petere
cauſam ſibi remicti, & quid in Caſtellano
reſpectu militum n. 11.
12 *Diſcrimen inter Iuriſdict. in officium, &*
illa, quæ eſt in dominium n. 13.
14 *Quando cum ſuprema pratoria manus ap-*
poſuerunt, cauſæ non remictuntur ad baro-
nes, & n. 15. & 16.
17 *De clauſulis priuatiuis, & abdicatiuis.*

QVÆSTIO XXXV.

FORTIVM Arciũ, & Ca-
ſtellorum præfectos habe-
re Iuriſdictionem Iure cõ-
muni in milites, cæteraſq;
perſonas deputatas pro cu-
ſtodia caſtri, videtur ex ipſa
caſtri cuſtodia pet principem eis demã-
data implicitè conceſſam. Arguit Mon-
tanus *de regalibus* verbo *poteſtas cõſtituẽd.*
magiſtratuum n. 39. verſ. *hinc infertur,*
per tex. in *l. 1. §. cum vrbem, ff. de offic.*
præfect. Vrb. Angel. *conſ. 35. quidam* cir-
ca finem, verſ. *conſtat autem.* Ant. de Ni-
gris *in cap. Regni Caſtellanos n. 34.* & etiã
2 merum imperium conceſſum dicitur, ſi
expediens eſt pro cuſtodia prædicta ſub-
dit idem Montan. & allegat arg. ex tex.
d. §. cum vrbem, ibi: *Quicquid igitur intra*
vrbem admictitur, de quo articulo vide
Gaſpar Valaſcum *in l. Imperium n. 35. &*
n. 45. & ſeq. ff. de iuriſdict. omn. iudic. &
quod verba prædicta probent, cum in
omnes perſonas degentes intra caſtrum,
iuriſdictio data dicatur ex illa regula,
quod in certas perſonas data eſt. Hoc
etiam vel inuitus conceſſit, Rouitus *in*
conſ. 92. lib. 10. & Tapia *lib. 2. Iuris Re-*
gni rub. 34. & *in deciſ. 13. ſupr. Ital. Senat.*
vbi eſt curioſa cauſa Caſtellani Manfre-
doniæ; idem habet Sanfelic. *deciſ. 331.*
& Capye. latro *deciſ. 181. n. 29. & 30.*
vterq; poſt hanc cauſam deciſam in lucẽ
editi. Quidquid hoc adeo verum eſſe, vt
de Caſtellanis ſuæ prouinciæ Delphinali
ſcribit Guid. Papa *deciſ. 285.* quod Gra-
mat. in *conſ. 40.* dicit Triſtanum Caſtel-
lanum Brunduſij de facto acriter ſubmi-
ſiſſe milites, & alios tormentis, & fuiſſe
de hoc inquiſitũ; tẽpore, quo Card. Pom-
peius Columna Regnum gubernabat, &
fuiſſe abſolutum; vt idem Gramat. ponit
in *d. conſ.* & in *deciſ. 34.* ſub *n. 59.* & in
ſpecie de Caſtellano Caſtri Noui loqui-
tur idem Gramaticus *conſ. 380. n. 1.* &
3 licèt idem Mõtanus loco citato vniuer-
ſim neget habere iuriſdictionẽ extra ca-
ſtrum, & quod tunc non remictitur de-
linquens ad Caſtellanum: quia licèt iu-
riſdictio ſua ſit in certas perſonas, eſt ta-
men circumſcripta territorio, ideſt mœ-
nijs caſtro, foſſa, ſpalatro, propugnaculis,
lunatis, & ſimilibus ei adiacentibus, Mi-
nad. *deciſ. 18.* tamen reſpectu caſtri no-
ui Tapia *d. lib. 2. Iur. Regni rub. 34. ad*
cap. Caſtellanos fol. 430. dicit ſe vidiſſe
tempore, quo erat Iudex M.C.V. remiſ-
ſum quẽdam militem illius caſtri, qui ex-
tra deliquerat, & quod antea id etiam
4 erat deciſum per eadem M. C. & per S.
R.C. apud Franchis *deciſ. 458.* His licèt
non allegatis de anno 1641. contingit
hæſitari, exiſtente Caſtellano Ill. ac Ex-
cell. Duce Merimnæ, Turrium, ac Sablo-
netæ, Hoſtiliani *Principe,* & quod totum
faciebat, actualiter in hoc Regno Vice-
rege; & me contra illum cauſam Portiæ
Saluo vxoris Doctoris Honuphrij Ca-
ſari defendente; etiam de mandato eiuſ-
dem Ill. & Exceil. Domini, qui mihi
iniunxit, quod cauſæ patrocinium con-
tinuarem; prout ſtrenuè executus fui.
S, R. C. reſciſſo contractu, & condemnatis
Cirillis principalibus debitoribus, præ-
ſtiterat Portiæ Saluo creditrici aſſiſtentiã
ſuper bonis dictorum debitorum, poſſeſ-
ſorum per Io: Camillum Iulianum, vnum

ex

Digitized by Google

ex duodecim militibus *Alabardarijs*, qui
Caſtellano Caſtrinoui ob certam gra-
uitatem conceſſi ſunt. Afferebat fidem,
quod erat deſcriptus in libris officij ſpe-
ctabilis Scribæ Portionis, cum ſtipendio
quo actualitèr frui dicebatur, cum fide
actualis ſeruitij. Vnde licèt per ſchedu-
lam Scriptorij Excell. Prorex mandaſ-
ſet, vt vnà cum proceſſu remitteretur ad
curiam magnifici Auditoris eiuſdem ca-
ſtri; tamen petente Portia, Sua Excellen-
tia iuſſit, vt S.R.C. prouideret de iuſtitia
ſuper remiſſione eiuſdem Alabardarij,
quam nomine eiuſdem Illuſtriſs. & Ex-
cellentiſs. D.Caſtellani, petijt in eodem
S.R.C.Dñ Ioãnes de Mogrouexio eques
Ordinis Auis; Locumtenens eiuſdem
5 Caſtellani. S. R. C. referente Capycio
Latro meo Magiſtro, tunc Reg.Conſilia-
rio Ianuarij 1641. cum interuentu Do-
ctiſſ. ac integerrimi Præſidẽtis Petri Ior-
dani Vrſini; in aula D. Carauitæ dene-
gauit Caſtellano remiſſionem, & iuſſit
procedi in cauſa ad vlteriora in S.R.C.
proceſſus eſt in banca Cantonis, nunc
quod hæc reuideo, Anell. de Fuſco S.R.
C. Actorum Magiſtri.

Probaui enim remiſſionem nullo modo
competere, cum ex ordine, tum ex Iuſti-
tia. Ex ordine; quia remiſſio fuit petita
6 poſt ſententiam, in partem executam, &
non ſolùm ſententia, ſed litis cõteſtatio,
prorogat Iuriſdictionem Iudicis, quan-
tũcumq; incompetentis irreuocabiliter.
Adeò, vt amplius poſt conteſtationem
litis non poſſit tractari de competentia,
vel incompetentia Iudicis, *c. inter mona-
ſter. de ſent. & re iudicata*. Bart. & omnes
in l. ſi conuenerit, ff. de Iuriſd. omn. Iudic.
Carleual. *lib. 1. tit. 1. diſput. 2. n. 99.* quod
ſolùm in clerico limitatum reperitur, qui
prorogare non poſſunt Iuriſdictionem
Iudicis ſæcularis, Nos ſupra latiſſimè *q.
22.* & *q. 23.* Quanto magis poſt ſenten-
7 tiam, & poſt compilatum proceſſum in
cauſa liquidationis, & cœptum exequi;
certè hoc eſſet valdè ſcandaloſum. Re-
gula enim eſt in Iure, quod nullo modo
datur remiſſio, nec variatio ad aliud tri-
bunal poſt cauſam finitam, Franciſcus
Marcus *deciſ. 331. par. 3.* Auendan. *reſp.
40. n. 6.* Greg. Lopez *lib. 1. tit. 29. par. 7.*
Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.
G. 2. Barboſ. *in l. heres abſens, §. proinde
n. 114. ff. de Iudic.*

Et licèt dictus Io: Camillus eſſet verus mi-
les, quod negatur, adhuc potuit proro-
8 gare iuriſdictionem Iudicis non ſui *l. ſi
quis in conſcribendo*, C. *de pact.* qui licèt
loquatur, quando expreſsè renunciauit,
priuilegio fori, tamen Bart. ibi in verſ.
aduerte tamen; & Bald. verſ. *ſed vbi iuriſ-
dictio prorogatur*, dicũt, quod illa lex pro-
cedit etiam per prorogationem iuriſdi-
ctionis, quæ efficitur per litis conteſta-
tionẽ, vt dicit *gloſſ. in d. l. ſi conuenerit*. Et
quod in cauſis ciuilibus à re militari non
dependentibus, milites poſſint proroga-
re iuriſdictionem Iudicis ordinarij, tenẽt
9 Ayal. *de iure belli lib. 3. cap. 8. n. 3.* Claud.
Coter. *de iure militum lib. 2. cap. 6.* Rouit.
in prag. 16. de milit. n. 43. verſ. *niſi in cõ-
tractibus*, Capibl. *de baronibus prag. 8. par.
2. n. 189.* nos ſupra *q. 22.* & 23. & alibi.

Nec obſtat ſi dicatur, quod exceptio pro-
rogationis, ſi non obſtaret baroni, reſpe-
10 ctu vaſalli, ſic nõ obſtaret Caſtellano, re-
ſpectu ſui Alabardarij. *Poſſe* Barones
etiam ſi ipſi vaſalli in Iudicem extraneũ
conſenſerint, & omiſſa declinatoria, litẽ
conteſtati fuerint, ſeù extraneus Iudex
oppoſitam fori exceptionem reiecerit,
liti ſe opponere, & petere cauſam vaſalli
ad ſe remitti, vt dicunt Anton. de Matth.
de proreg. iuriſd. n. 14. in fin. verſ. *ſed ra-
tio hæc*, Afflict. *deciſ. 155. n. 6.* & ibi Vr-
ſill. *n. 3.* Surd. Cagn. Amad. de Pont.
Carauit. Petra Barb. Capibl. & alij, quos
allegat, & ſequitur Carleual *diſp. 2. q. 8.
ſect. 2. n. 1059.* vbi dicit ſæpiſſimè in S.C.
& poſt victos vaſallos declinatoriam fo-
ri opponentes, obtinere barones remiſ-
ſiones cauſarum eorum, tàm in ciuilibus,
quàm in criminalibus.

11 Dixi ego, hæc non obſtare, nam longè
diſſimilis eſt iuriſdictio, quæ in *dominium*,
& titulo oneroſo poſſidetur à baronibus,
ab ea, quã in officium prætendit habere
D. Caſtellanus, qui nullum habet domi-
nium, ſed poſſidet officium nomine Re-
gis, imò officium non eſt ſuum, ſed Re-
gis, ſed ſolùm habet nudum exercitium,
& nudam adminiſtrationem vitalitiam,
imò non poteſt illud præſcribere, vt de
ſe patet, & habet Alb. in *l. fin. C. de iuriſd.*
omn.

Digitized by Google

omn. Iudic. vt de magno Admirato dixit Franch. *in deciſ. vlt. n. 16.* latiſſimè ſupra *quæſt. 2. §. 3. per totum.*

12 Prima ratio diuerſitatis inter habentẽ iuriſdictionem in officium, & barones, qui habent in dominium, & quaſi ſemper titulo oneroſo habetur per Anton. de Butr. *in c. ex tranſmiſſa in 5. & 6. notabili de præſcript.* poſt Innoc. *in c. cæterũ de Iudic.* & Oſtienſ. *in ſum. de for. comp.* & Bald. *in l. decernimus* verſ. *adde tamen vnum*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* quod habens aliquem ſubiectum, non ratione nudi exercitij iuriſdictionis (prout propriè eſt officialis) ſed alia ratione ſubiectum, vt puta ratione fidelitatis, vt ſunt ſubditi vaſalli, non poſſunt prorogare iuriſdictionem in alterum Iudicem, niſi domino conſentiente; ſecùs, ſi habet ſubiectũ ratione nudi exercitij, Cacher. *deciſ. 78. n. 12.* At vaſalli etiam burgenſes baronibus feudatarijs ſubduntur vltra nudum iuriſdictionis vſum; nam obligantur etiã ad ſubuentiones, & ſeruitia perſonalia dominis, impendenda ad iurandum fidelitatem munera Erariatus, Camerlinga-

13 tus, & ſimilia, multaſque alias operas obſequiales, vt ex Regni *conſtitutionibus* ſatis vulgatis, & *pragmaticis* clarè cõſtat ſupra, vt in *q. 33.* & *34.* & Afflict. *in c. Imperial. §. præterea ſi inter duo, n. 10. de prohib. feud. alien.* dicit omnes habitãtes in terra baronis tenentur iurare fidelitatẽ baroni, etiam ſi non habeant feudum, quia ſaltem pro ære terra, & aqua, & igne, quæ recipiunt de terra domini, tenentur ad præſtandam fidelitatem. Vnde cum hæc non cadant in illis, qui habent iuriſdictionem, in nudũ, & ſimplex exercitium vita durante; illatio ab illis ad barones eſſet irrationabilis, & quaſi abſurda, *l. Papinianus exuli, ff. de minor.* cum ſimilibus.

14 Vltra quod non eſt ità expeditum, & planum, quod poſt ſententias latas per ſummum, ac ampliſſimum Senatum cauſæ indifferenter remictantur ad barones, nam vltra quæ dicit Merl. *cap. 18. tom. 1.* quod nunquã remictuntur cauſæ ad barones, quãdo probabiliter dubitatur (vt plerumque accidit) non eſſe iuſtitiam miniſtraturos; Capibl. *in pragm. 8. par. 2. n. 95.* loquens in cauſis ciuilibus, dicit: *Ego ſemper abhorrui, & perſuadere mihi nõ potui; nam iudicata cauſa ciuili per Regia Tribunalia, remictendo ea poſtea baroni, ſequeretur abſurdum, quod per indirectum daretur illi authoritas, vt Iudex inferior eſſet ſuperior, annullando, vel reformando ſententiam ſui maioris, quod de iure non permictitur; c. cum inferior de maior. & obed.* & alias rationes ſubdit, à quibus dignoſcitur, quod nunquam Regiæ Audientiæ prouinciarum Regni remictunt cauſas deciſas ad barones. Quãto minus M.C.V. & quanto minimè S. R. C. quod eſt ſuperius Regijs Audientijs, & M. C. & ipſum Regem non præfectum prætorio repreſentat. Nos ſupra *q. 12.*

15 Subſiſtendum etiam adhuc dixi, nam non omnibus baronibus cauſæ remictuntur, ſed illis tantum (*loquimur ante ſententiam*) qui ne dum clauſulas priuatiuas, ac abdicatiuas, cum decreto irritanti habent in inueſtituris, ſed illis baronibus, qui ſunt in poſſeſſione clauſularum prædictarum inſertarum in inueſtituris, & priuilegia baronum non obſeruantur in tam ampla forma, quã priuilegiorũ ver-

16 ba ſonare, & importare videntur, Carau. *rit. 205. n. 4.* & quod ſit propter vires decreti irritantis, quod habent in inueſtituris docet Capibl. *in d. 8. pragm. de baronibus par. 1. n. 123. & 124. & 125.* nam conceſſio, quæ tribuit priuatiuè iuriſdictionem, non comprehendit caſum prorogationis, in quo mixtim ex volun-

17 tate ſubditorũ, & aſſiſtentia iuris tribuitur Iudici iuriſdictio, vt probat tex. in *l. in ſacris 13. §. modum*, iuncta gloſſ. ibi in verbo *eos C. de prox. ſac. ſcrin. lib. 11.* & elegantiſſimè Salic. *in l. certa 5. n. 2. in fin. C. quando prouocare non eſt neceſſe*, vbi ait, ad impediendam prorogationem oportere, vt ſpecialis inhibitio interueniat, quod eſſe decretum irritãtem docet Capyc. *deciſ. 9. n. 17.* vbi *Petra in addit. vlt.* verbo *clauſula annullatiua*, & Capibl. *loc. cit.* verſ. *ſi barones haberent iuriſdictionem priuatiuam*, ad alios, cum clauſula irritatiua, ſic *n. 124.* & *125.* ſi ergo hæc vera ſunt, vt veriſſima reor res caret omni ſcrupulo, quãdo hic Iulianus eſſet verus alabardarius ceſſaſſet fraus, & actu ſeruiret.

Nam

Nam ſi milites poſſunt prorogare iuriſdictionẽ Iudicis in cauſa merè ciuili, à militia prorſus independente, vt ſupra fundatum eſt, vllo modo poteſt argui à barone ad Caſtellanum, nam Dom. Caſtellanus ſi haberet priuilegium (quod negamus) non probauit extitiſſe, & extare in poſſeſſione priuilegij, vti tenentur probare barones ſi obtinere volunt remiſſiones vaſallorũ. ad hęc Sãfel. *dec.* 69.

§. 2.

18 *Milites actu non militantes non gaudere fori priuilegio, & quare n.* 19.

20 *Matricula an probet quem eſſe militem, vel ſcbalcum, & quare n.* 21.

22 *Miles qualis eſſe debeat, ne dicatur in fraudem creditorum factus, & n.* 23.

24 *Miles effectus, ut fraudaret creditores, eijcitur à militia, & ſubiacet ordinario.*

25 *Deciſio in cauſa Marchionis Burgentia quomodo proceſſit, quo ad perſonam tantùm.*

28 *De priuilegio Caſtellani Caſtrinoui an fuerit perſonale, vel extendatur ad ſucceſſores.*

29 *Capitula, & conſtitutiones Regni ſunt in diſtrictu Regni Ius commune.*

30 *Deciſ.* 458. *Franchis quando proceſſit.*

31 *Regens Triſtanus occidit Iudicem in aula M. C. V.*

Ex Iuſtitia negabamus Io: Camillum eſſe verè militem Alabardarium; & ſi eſſet, fuiſſe in fraudem dictæ Portiæ, & aliorum creditorum aſſumptum; & ideò non debere militaribus priuilegijs gaudere.

Secundo negabamus Iuriſdictionẽ vniuerſim omnium caſtellanorum Regni; & reſpectu Caſtellani Caſtri noui, dicebamus priuilegium, quo nitebatur fuiſſe perſonale, & cum perſona Arnaldi Sanſij extinctum.

18 Primo, quod milites actu non militantes, & qui in expeditione non ſunt, priuilegijs militaribus non gaudent, vt fuiſſe deciſum per S. C. in Capitanio vnius ex triremibus Neapolitanæ Claſſis teſtatur D. de Franch. *deciſ.* 88. *n.* 6. & aſſignat rationem, quia triremis ſtabat in *portu*, nec erat in *expeditione*; qui caſus eſt longè fortior, quam caſus noſter; nam illic tractabatur de trierarcho, hic de Alabardario; & quod milites actu non ſeruientes non gaudeant fori electione, tradit pro abſoluto D. de Ponte *de poteſt. Proreg. de aſſenſ. Reg.* & Rouit. in *pragm.* 16. *de militibus n.* 34. & habetur ex contextu *d. Reg. pragm.* §. 4. *Che li ſoldati officiali, che attualmente ſeruano nella materia, e negotio de guerra così in terra, come in mare*; Capibl. *de baron. pragm.* 8. *par.* 2. *n.* 164. & Capyc. Latro *deciſ.* 102. & vltra allegatos per dictos Dominos addo ego.

Aret. *conſ.* 12. *in cauſa Nicolai*, in principio, vbi *apoſtilla*, in verbo *ex priuilegijs* dicit, quod non gaudent, niſi actu ſeruiant in bello, vel in expeditione.

Bonus de Curtili *de nobil. par.* 3. *n.* 89. *to.* 16. *tract.* dicit, quod miles arti militari non incumbens priuilegijs militaribus gaudere non debet.

Matthæus Brun. *de ceſſ. bonor. q.* 11. 4. *part. princ. n.* 7. *tom.* 3. *tract. par.* 2. *fol.* 186. dicit, quod priuãtur priuilegio militari quotieſcumq; re militari non vacant.

Hoc etiã pro abſoluto, quod nullũ habeãt priuilegium militare niſi ſint in expeditione, & actu ſeruiant, tenent Signor. *in tract. vtrum præferatur doctor, n.* 95. *to.* 18. *tract.* Gregor. Lopez 5. *partis l.* 49. in verbo *Cauallero*, verſ. *unde concludę, quod priuilegia militis*, locum habent ſolùm in milite militãte, & non in milite exiſtente in domo ſua; quia milites militantes prohibentur negotiari per ſe; ideò in recompenſationem ſortiuntur hoc priui-
19 legium; ſecùs ergo ſi nõ militãt, ſed exiſtãt in domo propria, Martin. Laudens in *tract. de milite q.* 5. *tom.* 16. *fol.* 456. Io: Platea *in l.* 2. *C. de apparitor. lib.* 12. qui loquitur in Alabardarijs actu nõ ſeruiẽtibus, Frãc. Zoanett. *de Romano Imper. n.* 49. verſ. *tene nunc, fol.* 23. *tom.* 16. *tract.* Simon de Petris *de interpetratione vlt. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 8. *ex n.* 5. *fol.* 260. Paris de Puteo *de re militari* verſ. *quia ſuperior n.* 2. *tom.* 16. *tract. fol.* 412. Rebuff. *de priuileg. ſcolar. priuileg.* 165. *n.* 4. *to.* 18. *tract.* Io: Baptiſta Caccialup. *de debitore ſuſpecto q.* 5. *n.* 15. *tom.* 3. *par.* 2. *pag.* 151. quod mercantijs incumbens potius, quam militię non debet militum priuilegijs gau-

dere; Card. Tuſch. *concluſ.* 232. *lit.M,*
20 Nec refert fides, quod eſt deſcriptus in matricula; nam matricula ſola non probat, ſed requiritur, quod probetur exercitium, vt dicunt Bart. Aret. Cor. & Ant. de Alex. *in l. Scriniarios, C. de milit. teſtam.* quos allegar, & ſequitur D. de Franch, *deciſ.* 481. vbi addẽtes dant infinitos cõcordantes, & eſt altera pulchrior *deciſio* eiuſdem D. de Franch. 175. vbi *addentes* dicunt, quod ità practicatur cum omnibus priuilegiatis, & quod non ſufficit
31 exercitium, niſi continuè, & aſſiduè pro maiori parte temporis exerceat illam artem; & quod qui exercitium allegar cõcludenter, & clarè probare deber, quod appoſitiſſimè loquens in militibus docet Capibl. *de baron. par.* 2. *n.* 164. *in prag.* 8.
Item dixi, quod cũ miles debet eſſe fortis,
32 ſanus, ac habilis ad militiam, iſte Ioãnes Camillus eſt viuus cadauer; vt teſtes deponunt, & paret ex eius aſpectu, & quãdo ſe fecit Alabardarium de anno 1638. dixit ſpontè habere 59. annos; ſed re vera eſt ſeptuagenarius; quo caſu deſcriptus in matricula præſumitur in fraudem credirorũ feciſſe, vt fori electione gauderet; & hoc habet Valturius *de re militari lib.* 2. *&* 3. ex Veget. & alijs, & dicit melius omnibus Roman. Imper. Leo *in opuſc. de re militari c.* 6. *&* 7. *fol.* 36. 37. & Dominic. Mora *in opuſc.* ꝙ inſcripſit *Il ſoldato c.* 1. & Franc. Ferret. *della oſſeruanza militare ex. c.* 8. & Io: Boterus *della raggion di Stato lib.* 3. & vſq; ad nauſeam; in Polyantea nouiſſima fol. mihi 485. in verbo *miles,* Iul. Ferret. *de re milit. lib.* 3. *cap.* 11. & adeò ſanus, ac robuſtus debet eſſe miles, vt in iure fuerit dubitatum an habens vnum teſticulum militem eſſe poſſit, *l. qui cum vno,* 4. *ff. de re militari*; quanto magis homo ſeptuagenarius, morbis omnibus ferè confectus.
23 Fraus autem creditorũ, vltra quod eſt cõcludentiſſimè probata, dicimus, quod poſtquam decoxit ſe inſcripſit militiæ. Ex eius inhabilitate ad militiã euidenter daretur intelligi; & hoc caſu, quod ſe fecit militẽ in fraudẽ, nedum non gaudet priuilegijs militaribus, ſed à militia arceri deber, vt eſt tex. *in l. qui cum vno,* §. *non omnis, ff. de re militar.* vbi Arrian. I. C. ſic dicit: *Non omnis, qui litem habuit, & ideò militauerit exauthorari iubetur, ſed qui eo animo militiæ ſe dederit, vt ſub obtentu militia precioſiorẽ ſe aduerſario faceret,* Quod verbum *precioſiorem* exponit, ibi Budeus *preciſiorem,* ideſt *duriorem,* & *intractabiliorem.* Si ergo exauthorari à militia debet qui eo animo ſe fecit militem, vt ad cõueniendũ difficilius eſſet creditoribus, quomodo gaudebit hic ſeptuagenarius ineptiſſimus prorſus ad militiam, qui ære alieno preſſus, eo animo palam millies declarato, ſe milirem feciſſe iactat vt creditores irrideret, ac deluderet.
24 Et vltra dictum textum in d. *l. qui cum vno,* hoc in duobus alijs locis noſtræ Iuriſprudentię expreſſum inuenitur, nempè reſcriptum Imper. Alex. *in l.* 1. *&* 2. *C. qui militare poſſunt lib.* 10. vbi eſt caſus expreſſus per hæc verba: *Non autem ignoratis eos, qui litis cauſa militiam appetierint poſtulantibus aduerſarys ſolui Sacramento ſoleri;* & ibi id notat Lucas de Pennã, Plarea, & Andr. de Barul. quod etiã in caſu fortiori, nempè vbi venit infligẽda pœna corporalis miliribus quando in fraudem ſe militię adſcribunt dixit Reg. *pragm.* 16. *de militibus* §. 14. *ad litt.* quod cognoſcãtur ab ordinarijs, & quod fori priuilegio non gaudeant.
Alius locus eſt in *l. cura,* §. *qui obnoxius ff. de muner. & honor,* & in indiuiduo hoc tenet Petrus Antibol. *in tract. de muner.* §. 4. *tom.* 12. *tract. fol.* 40. *n.* 11.
Et maximè hæc procedunt quo ad bona; nam quo ad diſtrictionem perſonæ, & ne quis carceretur pro debito ciuili, non procedirur adeò rigoroſè. Vt ſolùm ex hoc rigore euitando excuſari poſſit de-
25 ciſio, quam refert Thoro *in ſupplem.* verbo *miles* fol. 405. qua Reg. Camera ſub patrocinio miſeri Cenſalis; decidit non eſſe moleſtandum de perſona Marchionem Burgentiæ, ex quo produxit Saluaguardiã, quod erat miles Ferrerius vnius Cohortis militum Hiſpanorum. Nonne hic aderat fraus euidentiſſima, cum ne dixerim vile miniſterium Ferrerij, ſed nobile officium ipſius Signiferi, vel Cẽturionis fortè eſſet incongruum dignitati dicti Marchionis de familia Caracciola? Tamen miſerationis ergo, ne nobiliſ-

ſimus

Digitized by Google

ſimus titulatus carceraretur, cum omnia eius bona eſſent ſub ſequeſtro, illo colore cohoneſtatum fuit, vt mihi tunc dixit idem D. Ganauerto Commiſſarius illius cauſæ.

26 Denique negabatur vniuerſim Iuriſdictio omnium Caſtellanorum; Caſtellani enim dicuntur cuſtodes caſtrorũ, & nullam habere Iuriſdictionem circa delicta; Bal. *in l. 1. C. locati, & dicitur officium ſine iuriſdictione*; Alex. *in l. 1. ff. de iuriſd. omn. Iudic.* Marcell. Marc. *conſ. 27. n. 7.* Boer. *de cuſt. clauium nu.* 28. cum alijs initio adductis, & ſignanter optimè Cãpagna *ſuper cap. Caſtellanos*, & Tapia *de Iure Regni* loco citato, vbi ſunt omnes *leges Regni* cõgeſtæ; & ſi quam habent, eſt in homines exiſtentes intus caſtrum, & qui ipſi caſtro deſeruiunt actualiter, Muta ſuper *conſuet. Panorm. cap. 68. n. 6.* qui allegat Prouenzal. *in l. fin. C. de Iuriſd. omn. Iudic.* Taſſon. *de antephato verſ. 3. obſer. 3. n. 376.* Franchis *deciſ.* 505.

27 Sed Caſtellanus hæc videns allegabat priuilegium, de quibus dictus Marcian. *di. conſ. 27. n. 8. lib. 1.* & Tapia *lib. 2. rub. 34. de Caſtellanis*; vbi *fol.* 430. teſtatur ſe vidiſſe priuilegia cõceſſa Caſtellano Caſtri noui, per quæ conceditur ipſi Iuriſdictio in eius milites. Hoc etiam Franchis *deciſ.* 458.

28 Sed ex eodem Franch. & eadem *deciſ.* replicabam, quod priuilegiũ conceſſum Arnaldo Sancio præſentatum in actis huius cauſæ fol. 301. Et quod Franch. in d. *deciſ.* ante *n. 5.* cupiebat videre, & dubitabat an eſſet perſonale, & ſi ſucceſſoribus Caſtellanis fuiſſet facta conceſſio eodem modo, nunc legitur eſſe perſonaliſſimum, vt d. fol. 301. & conceſſum meritis dicti Arnaldi magnæ fidei columen, & omnium Caſtellanorum exemplar, vt legitur apud Foliett. Zurit. Facium Summõt. & alios *Hiſtoricos*, & luculentèr legitur in Epitafio eiuſdem Arnaldi in Eccleſia S. Mariæ Montis Oliueti, vbi eius corpus requieſcit.

Hæc agnoſcens Magnificus Auditor Caſtri noui in poſitionibus præſentatis ſub nomine D. Locumtenentis dicti Caſtri, ſuper quibus voluit, vt Portia deponeret vti principalis, fol. 297. in ſecunda poſitione poſuit itẽ ponit: *Come la Maeſtà del Rè Filippo Quarto quando hà conceſſo detta Caſtellania à detto Illuſtriſs. & Eccellentiſs. Duca di Medina Caſtellano hà cõfirmato tutti l'altri priuilegij conceſſi dalli retro Rè di queſto Regno all'altri Caſtellani predeceſſori*; ſuper qua poſitione depoſuit Portia fol. 297. *Credit, che il Rè N. S. habbia confirmato quello, che è giuſto*. Ergo ſumus in puris naturalibus, & de hac iuriſdictione non conſtat; & cum ſimus in Regno, in quo nedum per Cæſareas *Conſtitutiones* Friderici ſecũdi, ſed clarius, & expreſſius per *Capitulum Regis Caroli primi 20. in ordine* Campagnæ, quod incipit *Caſtellanos noſtrarum Arcium*, omnis iuriſdictio in milites, & ſeruientes Caſtri
29 ſit ſublata. De hac iuriſdictione, de qua non conſtat, non eſt curandum; cum hæ *cõſtitutiones, & capitula* ſint ius commune in Regno, & allegans aliquid, cui ius commune reſiſtat debet id concludentiſſimè probare.

Deniq; obſeruandum eſt, quod Franch. in d. *deciſ.* 458. vltra q̃ relinquit cogitandũ
30 quãdo caſus acciderit, dicit, quod relata cauſa prima vice per M.C. in S.C. idem Franch. noluit votare, quia cupiebat videre priuilegia; & tandem alia die cum idem Franch. non eſſet in tribunali fuit cauſa illa votata, vt ipſe videtur conqueri.

Rurſus non loquitur poſt ſententiam, poſt cœptam exequi ſententiã, neq; accedente fraude, & tot alia, quæ ſupra ponderata ſunt, & quod totum facit, loquitur in cauſa criminali, in qua perſona militis diſtringenda eſt, non in cauſa ciuili, & ex *pragm. 16. de militibus* §. 9. nunquam pro cauſis ciuilibus milites remittuntur niſi à militia dependeant. Et hic reuocato præcario, Portia nititur recuperare poſſeſſionem ruris ſibi interuerſam. Neque exempla in contrarium faciunt ad rem, & ſignanter illud Gramat. quia proceſſerunt de facto, & fuit propter hoc ille Triſtanus inquiſitus vltra quod videbatur is Triſtanus ferè non ſui compos. Occiderat enim ſuis manibus cum eſſet Regens M.C.V. Ioannem de Maſſe, Iudicem eiuſdem M. C. cum ſederent in aula ipſius Tribunalis, vt curioſè enarrat

rat Gramat, *conſ.29.* vt nil mirum ſi cum eſſet poſtea Caſtellanus Brunduſij torſerat illos milites, vltra quod caſus erat grauiſſimus, vt in *conſ.40.* eiuſdē Gramat. Aliam cauſam, quam defendens nobiliſs. ciuitatem Neap. contra hunc caſtellanū Caſtelli noui, ex cauſa furni, in quo ingentem panis quantitatem ſupra vſum Caſtri elaborare facit in præiudicium ciuitatis, & de literis Suæ Reg. Maieſtatis ſuper hoc emanatis. Vide quæ dicam *lib. 2. q. 35.*

ARGVMENTVM.

Monaſterium, quod poſſidet propè portā alicuius ciuitatis cauponam, apothecam, & lanienā, & prætendit ex priuilegio hominis, & iuris, franchitiam ab omnibus gabellis, non ſolùm reſpectu omnium comeſtibilium, quæ intus eaſdem cauponam, &c. ciues, & exteri cōſumūt, & quod exteri alio aſportant, verùm etiā reſpectu carnis, quam ipſimet ciues introducūt in eandem ciuitatē, an ſit manutenendum in poſſeſſione; ſi ipſimet ciues, per publicum parlamentum renuncient huic immunitati. An ex hoc per indirectum violetur immunitas, ac priuilegium. Plura de litis pendentia, ac continentia cauſæ. De priuilegijs Eccleſijs cōceſſis, quando poſſit princeps illa reuocare, & an ſit danda refectio: Quid ſi priuilegiū tractu tēporis incipiat eſſe damnoſum. Ponderatur *c. ſuggeſtū de decimis*, cum deciſione Regij Collateralis Conſilij.

SVMMARIVM.

1 *Statuta laicorum quo caſu ligant exemptos, & n. 2. & 3.*

4 *Regnum deſtrueretur ſi ab alio, quā à principis nutu dependeret extractio, & immiſſio; & ideò nullus omninò exemptus.*

5 *cauſa ciuitatis Auerſæ cum monachis Oliuetanis.*

6 *Priuilegia Eccleſijs conceſſa, cum incipiunt eſſe damnoſa reuocantur, & n. 7. Vel reducuntur ad metam Iuris, & n. 8. & 9.*

10 *Leſio nō eſt conſideranda tempore contractus, ſi is contractus habet tractum ſucceſſiuum, & n. 11. in emphyteuſi.*

11 *Cauſa immunitatis à gabellis remiſſa à R. C. ad S.C. quia fiſcus non habct præſens intereſſe.*

12 *Acceſſus die feſto occaſionanit populi tumultum.*

13 *Iudices non debent iudicare ad clamorem populi, & de ſententia Pilati.*

14 *Deciſio cauſæ, Renocata, & benè, in reclamatione fol. 15.*

16 *Expenditur doctrina Bart. in l. cunctos populos.*

17 *Bannū, vel decretum dicitur violare priuilegium, vel immunitatem Eccleſiaſticam, etiam ſi per indirectum id efficiat, & in cōſequentiam.*

18 *Doctrinæ Angeli, Sylueſtri, & aliorum allegatæ n. 2. & 3. indigent declaratione, ſed non P. Dianæ.*

QVÆSTIO XXXVI.

1 AVTHOREM faciūt omnes Bartolū *in l. 1. in 7. quæſt. princ.* verſ. *ſed poteſt dubitari C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica*; illius iuſtiſſimę ſententię, quod ſtatuta generalia laicorum; quæ locuntur in res, non

in

in perſonas, ſi ſint honeſta, & pro bono
publico, perſonas comprehendunt quaſ-
cumq; etiam à ſæculari poteſtate exemp-
tas; Lucas de Penna *in l. ſi diuina domus,*
C. de exact. tribut. lib. 10. Regens Reuert.
deciſ. 222. *poſt n.* 2. allegant etiam Abb.
in c. Eccleſia S. Mariæ n. 12. & *in c. quod*
clericis 2. *notab. de foro competenti,* Gouarr.
in reg. poſſeſſor par. 2. §. 4. *n.* 8. verſ. *ter-*
tius eſt. Morl. *in empor. Iur. par.* 1. *tit.* 9.
quæſt. 10. *n.* 1. Puta ſi ob ſoluenda debita
Vniuerſitatis, Conſules gabellam ponāt
ſuper carne, aut vino, & huiuſmodi. Syl-
ueſter verbo *Immunitas par.* 1. *n.* 22. An-
2 gelus in verbo *Immunitas n.* 42. Henri-
quez *lib.* 10. *cap.* 15. *n.* 5. & *in gloſſ. lit.* O.
poſt Paulum de Caſtro *conſ.* 432. *lib.* 2.
Octauian. Vulpell. *de libert. Eccleſiaſtica*
par. 2. *n.* 51. Lopez in *Inſtruct. par.* 1. *cap.*
40. Malder. *in* 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dub.*
11. in fine; melius Sanchez *in opuſc tom.*
3 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *dubio* 55. *n.* 40. quod im-
poſitio facta ſæcularibus, carnem ven-
dentibus in macello, quod ex ſingulo
ſextertio quid ſoluatur, vt in vtilitatem
publicam Vniuerſitatis expēdatur, & pro
communi omnium ciuium bono, nō eſſe
illicitam, licèt inde reſultet, quod Eccle-
ſiaſtici carius emant, cum id non fiat *ani-*
mo iniuriandi clericis, ſed propter vtili-
tatem, ac publicam neceſſitatem; ſequi-
4 tur Aſtenſis *lib.* 6. *ſummę tit.* 30. Sic in
extractione, vel immiſſione victualium in
toto Regno; alioquin ipſius Regni con-
ſeruatio, vel euerſio, à nutu, & diſcre-
tione cucullatorum, & clericorum de-
penderet; Si circa hæc Princeps nō ha-
beret arbitrium prorſus abſolutum cōtra
omnes. Vnde non etiam omnes clerici,
& cucullati cuiuſcumq; generis, nec licitè
extrahunt, nec aliquid immictunt, quod
prohibitum ſit ſine principis licentia, vt
exinde neq; Sāctiſſimus Dominus noſter
Summus Pontifex aliquid extrahi, vel
immicti facit, niſi præuia licentia Illu-
ſtriſs. ac Excellentiſs. Domini Proregis,
vt ſcimus omnes, & ſcribit Reg. Reuer-
terius *deciſ.* 222. In dies donat tractas
Prorex noſter DD. Eccleſiaſticis Roma-
næ Curię. Aliqua licèt indigeſta per Spe-
rellum *deciſ.* 18. Sic & ciuitas Auerſana,
vt ſuis neceſſitatibus occurreret, vt debi-
ta perſolueret; vt onera, quæ in dies per
Principem indicuntur ſuſtineat: con-
cluſerat nemine diſcrepāte in parlamē-
to generali; vt omnes eius ciues carnem
introducentes in vrbem, ſoluerēt gabel-
lam; non obſtante quod in locis exemp-
tis, vel priuilegiatis emeretur, nam prop-
ter bonum publicum, iſtihuic exemptio-
ni, & priuilegio vltro, ac ſponte renun-
ciabant, & ſoluere vltro, ac ſponte gabel-
lam intendebant, indicta pœna contra-
uenientibus, & carnem prædictā in ciui-
tate abſq; gabellæ ſolutione introducē-
tibus. Quæ concluſio in generali eiuſ-
dem Vrbis parlamento firmata, fuit Re-
gio aſſenſu munita, & decreto principis
confirmata; Vnde dicebat nō poſſe mo-
nacos Oliuetanos cōqueri; de illis enim,
& eorū lanienis, cauponis, & apotechis,
nec parlamentum, neq; banna pœnas
in contrauenientes fulminātia vllo mo-
do loqui; neq; eſſe nominatos, ſed ſolū
de omnium ciuium ſuorum conſenſu,
qui omni, & cuicumque priuilegio re-
nunciauerant fuiſſe pro bono publico
ſtabilitum; & ideò debere confirmari, nō
obſtante conqueſtione Regalis mona-
ſterij Sanctæ Mariæ de Monte Oliueto.
6 Dicebat ſecundo, ciuitas Auerſæ priui-
legia eidem monaſterio, quæ per retro
Reges aſſerebantur conceſſa; tractu tem-
poris eſſe effecta intolerabilia, ac dam-
noſa; Ita vt vel deberentur reuocari, vel
ad vſum tolerabilem reduci ex notabili
deciſ. tex. in *c. ſuggeſtum de. decimis*, vbi
priuilegium de decimis non ſoluendis,
reuocatur ſi ex poſt facto incipit Eccle-
ſijs parochialibus eſſe nociuum, propter
exceſſum proprietatum, quæ nimium
creuerunt, Felin. *n.* 8. Decius *n.* 9. *in*
c. nouit de Iudicijs. Gabriel *comm. tit. de*
Iure quæſito concluſ. 6. *n.* 25. Rebuffus *de*
decimis quæſt. 14. *n.* 55. *de pacificis poſſeſ-*
ſoribus n. 141. & generaliter de quocūq
priuilegio, loquentes tradūt Perez *ad l.*
8. *pordo viuan tit.* 4. *lib.* 4. *Ordin.* Duen.
regul. 32. *limit.* 3. Henriquez in ſumma
lib. 7. *cap.* 27. *n.* 7. quando enim conceſ-
ſio immunitatis, ita ſe habet, quod cæ-
teri vaſalli, quos oportet onera immuniū
7 ſubire lęduntur, tunc à principe ſuccur-
rendum eſt, reuocando immunitatem,

Abb. *in c. peruenit n. 17. de immunit. Ec-*
cleſ. & in *c. accedens n.8. de præſcript. verſ.*
ex his infertur. Imola *in l. ab omnibus, ff.*
de legat. 1. Boſſ. *in tit. de principe n.164.*
Natta *conſ.* 169. *n.*16. *vol.* 1. Damnum
autem ipſius ciuitatis, Arithmetica de-
monſtratione euidentiſſimè oſtendebat.
Siquidem cum anno 1647. in generali-
bus reuolutionibus, quæ in hoc Regno,
ob intolerabilia vectigalia, quæ popu-
lum præmebant, & ex cauſa peſſimæ ad-
miniſtrationis arrendamentorum, & vē-
ditionum apocharum, de quibus Sanfe-
licius *deciſ.*285. & Galeota *reſponſ.* 22. &
nos ſupra *quæſt.*9. §.2. *n.*17. contingerunt;
ex quibus omnes prorſus gabellæ ſublatę
fuerant; laniena, taberna, & apotheca
monaſterij prædicti locatæ fuerunt pro
annuis duc. 25. cū iterum impoſitę fuiſ-
ſent gabellæ, ſedatis turbinibus reuolu-
tionum, locatę fuerunt duc. 375. & ſic
euidentiſſimè conſtabat, monaſterium nō
locare domos ſuas, ſed *vectigalia ipſa ci-*
uitatis; ſed *ſanguinem* (exclamabant)
ſuorum ciuium; quod in impinguationem
8 opulentiſſimi monaſterij, & perniciem
onuſtiſſimę ciuitatis; non debebat per
principem permicti; reclamante Iure na-
turæ in excellenti Cęſaris reſcripto *in l.*
preſes C. de ſeruit. & aqua, ibi: *Iniquum ac*
crudelitati proximum, &c.

Dicebant tertio Magnifici de regimine ci-
uitatis hanc litem fuiſſe tranſactione fi-
nitā die 24. Nouembris 1543. f. 28. Ci-
uitas enim promiſit ſoluere duc. 12. ſin-
9 gulo anno d. Regali monaſterio, ne di-
cta immunitate vteretur, quam tunc etiā
ab Vniuerſitate non fuit, vt res indubi-
tata conceſſa, ſed vti turbida, ac dubia,
facta etiam mētione alterius antiquioris
trāſactionis fuit promiſſione exigua ann.
duc. 17. conſopita, & vſq; ad annum
1572. obſeruata. Vnde ſatis erat ſi pri-
uilegia in dicta tolerabili ſumma ſuum
ſortirentur effectum, illa non extenden-
do contra onuſtam ciuitatem, ad intole-
rabilem ſummam, vt exinde omninò in-
trare deberet moderatio d. *c. ſuggeſtum.*
Quæ non etiam in priuilegijs locum ha-
bet, ſed in omnibus contractibus, quæ
habent tractum ſucceſſiuum, & nuncu-
patim in contractu emphyteutico; ego
10 ipſe latiſſimè in *quæſtione* 26. *lib.* 2. in
cauſa Beatricis de Vrſo quondam vxoris
R. Conſ. Honuphrij de Palma cum hæ-
redibus Fabritij Garrafæ in banca Litij;
& adeſt ſolemniſſimū *conſiliū* Caroli Bar-
delloni 22. ex *n.* 10. *lib.* 1. alios omnes,
apud Caſtillum *de tertijs decimarum lib.*
6. *cap.*18. ex *n.* 133. verſ. *Hactenus ex fol.*
187.

11 Dicebant quarto hanc nō eſſe cauſam
illam veterem inter ciuitatē, & monaſte-
rium ab anno 1417. in Regia Camera
Summariæ diſceptatam; & deinde ſtante
quod fiſcus non habebat in ea intereſſe,
Per Præſidentem Franciſcum Antoniū
de Dauid, poſtea M. C. L. & Roccæ Co-
mitem, (in patria mea ortum) in anno
1586. ad S.R.C. remiſſam fol. 142. & ſic
decreta tàm in Camera, quàm in S.R.C.
interpoſita, ei non obſtare; quia non erat
idem modus agendi; ciuitas enim ad oc-
currendum tanto malo; legitimè in par-
lamento generali congregata, concluſe-
rat, vt ciues omnes ſoluerent gabellam,
ijdem ciues renunciauerunt immunitati,
& franchitiæ introducendi carnes in ci-
uitatē, licèt emptas in locis priuilegiatis,
& ſe obligauerant ſoluere gabellam vl-
trò, & ſpontè; vnde nihil dicebat habere
commune, cū decretis interpoſitis, illis
non contrauenire, nec litis pendentiam,
ac remiſſionem ad S. R. C. per monaſte-
rium petita eſſe concedendam; cum eſſet
noua cauſa, nouuſq; agendi modus.

12 Petierūt etiam acceſſum Regentis Cō-
miſſarij in eadem ciuitate, vt conquere-
rentur, non etiam de franchitia gabella-
rum, ſed de Iure prohibendi, quod mo-
naſterium dicebatur poſſidere in Subur-
bio eiuſdē ciuitatis, & circa illius mœ-
nia, Satinianum nuncupatum; in quo
nullus omninò neq; lanienas, neq; ta-
bernas aperire poſſet abſq; ipſiuſmet
monaſterij licentia. Vt vel inuiti ciues,
& exteri, in laniena, ac taberna monaſte-
rij pro carnibus, & alijs coemendis, ire
compellebantur; Et facto die feſto acceſ-
ſu, commota eſt vniuerſa ciuitas, & tu-
multus factus in populo; quaſi quod P.
Abbas Frattaſius, qui fuerat eiuſdem cō-
gregationis Abbas generalis, & alij mo-
naci, & ipſe, qui vt monaſterium defen-

derem

derem etiam acceſſeram, non fuimus obruti, & monaſteriũ ad clamorem populi cõdemnatum; cum Iudices prudentes, vociferationes plebis non conſiderent, vt doctè quidem ſcribit Ludouicus Mõ-
13 taltus *in tract. de reprobat. ſententiæ Pilati tom. 14. fol.* 8. Reuerſi Neap. emanauit decretum à Regio Collaterali Conſilio ſub die 22. Aprilis 1653. *quod capiatur*
14 *ſummaria informatio ſuper prætenſis per Reg. Monaſterium circa reuocationem bannorum; & aſſenſus*. Exterritus ipſe de decreto, exclamaui cum Baronio *in paraeneſi ad Rempubl. Venetam* fol. 19. *Hoc eſt decretum in concilio veſtro firmatum, quo iura humana pariter ac diuina ſubuertere nitimini; nam cum & prædones ab iniuſta poſſeſſione exturbare ſit vetitũ, quomodo Chriſto Ius acquiſitum tollere præualetis.* Vnde interpoſita, ac conceſſa reclamatione, & iterum viſo loco per aliũ Spectab. Regentem, nempè Capyciũ latro, mortuiſq; vel alio translatis DD. Regentibus, qui illud decretũ interpoſuerant; fuit cauſa acerrimè diſcuſſa, interpoſitum ſequens decretũ per hæc verba.
15 In cauſa Vener. monaſterij Sanctæ Mariæ Montis Oliueti cum ciuitate Auerſæ, vt ex act s.

Die 3. menſis Martij 1654. Neapoli.

Facta relatione S. E. in R. Coll. Conſ. per Ill. Regentem Capycium latro, Marchionem Torelli, Collateralem Conſiliarium, et partibus auditis.

Illuſtriſs. et Excellentiſs. Dom. Viceregx, Locumtenens, et Capitaneus generalis, prouidet, decernit, atq; mandat, quod ſuſpenſo decreto lato per Regiũ Collaterale Conſilium ſub die 22. Aprilis proximi præteriti 1653. Sacrum Regiũ Conſilium ſuper omnibus, de iuſtitia prouideat; verum pendente expeditione cauſæ, ſiuè in poſſeſſorio, ſiuè in petitorio, citra præiudicium iurium partium; Vniuerſitas ciuitatis Auerſæ, correſpõdeat Vener. monaſterio Montis Oliueti dictæ ciuitatis Neap. pro affictu tàm lanienæ, quàm apothecæ annuos duc. tercentum quinquaginta: præſtita cautione laicali de reſtituẽdo, quicquid per idem S.R.C. fuerit iudicatum, in caſu ſuccumbentiæ dicti monaſterij. Hoc ſuum etc. Capycius latro Reg. Trelles Reg. de Soto Reg. Martinez Reg. Fr. Ant. Lombardus Regius à mandatis Scriba.

Quod decretum fuit à ciuitate Auerſæ acceptatum. Publico Inſtrumento rogato manu Ioſephi Anelli Borrelli ſe obligauit ſoluere V. M. dictos ann. duc. 350.

Reſpondi enim ad omnia prædicta, quæ per Doctiſſ. Trelles, non per aduocatum ciuitatis fuerunt motiuata doctrinam Bart. et ſequacium eſſe veram (licèt alij contradicant) ſed ſi benè perpendatur eſſe contra ciuitatem, quia in eod. *loco n.* 29. dicit hæc verba: *Aut ſtatuta ſunt di-*
16 *recto ſuper Eccleſijs, vel rebus Eccleſiaſticis, & non valent, quia non pertinent ad Iuriſdictionem concedentis, vt extra de conſtit. Eccleſia S. Mariæ: aut ſtatuta ſunt facta ſimpliciter, & tunc aut redundãt contra, ea quæ ſunt conceſſa Eccleſijs, vel clericis in priuilegium, & non valent; vt d. auth. caſſa, & c. nouerit aut contra ea, quæ competunt Eccleſijs, vel clericis, non in priuilegium, ſed vt cuilibet, & tunc ligant clericos, & ſunt ſeruanda in foro Epiſcopali; dum tamen ſint honeſta.* Secundus eſt caſus noſter euidẽtiſſimus; nam parlamentum, concluſio, banna, et aſſenſus; Quia redundant indirectè (poſſet etiam dici directè certo modo) contra conceſſa Regali monaſterio S. Mariæ Montis Oliueti in priuilegium; ergo, etc. Quod habeat priuilegium cũ poſſeſſione, & duo poſſideat in ſuburbium Sauinjani cauponã, ac lanienam, & apothecam; in quibus nullam iuriſdictionem habent Catapanus, et Magnifici Electi dictæ ciuitatis, et omnia comeſtibilia, quæ ibi à comedentibus conſumũtur, vel ibi empta aliò aſportantur *franca*, atque *immunia* ſunt à quocumque *vectigali*, atque *gabella*, et (quod torſit tercentum hinc ſunt anni, nuncque torquet ciuitatem) eſt, quod ipſi ciues Auerſani, ementes carnem in illa laniena, illamq; in ciuitatem introducentes, non poſſunt iure cõpelli a d ſolutionem alicuius gabellæ, quæ in ciuitate ipſa exigitur. Et in toto ſuburbio, ſiuè villa Sauignani, et eius toto diſtrictu, ius prohibendi ipſi ciuitati, et omni aliæ perſonæ, ne alias

cauponas, lanienas, apothecas aperiant. Et hoc vt neceſſariò omnes ad illas, quas monaſterium poſſidet, accedant ad emendum.

Prima immunitas poſſeſſa fuit per Illuſtrem Gurellum Oriliam Magnum Regni Prothonotarium, tempore Regis Ladislai; & ante Gurellum per tempus immemorabile; dein titulo donationis eiuſdem Gurelli, peruenit ad monaſterium tota villa, ac diſtrictus Sauignani, & cum eis immunitas prædicta; & licèt donatio in actis non appareat, adeſt tamen primum *priuilegium* hominis expeditum die 10. Octobris 1417. *à Domina Regina Ioanna ſecunda*, talia teſtificans in proceſſu fol. 1. & fol. 3.

De ſecũdo, nempè *de iure prohibendi*, adeſt littera eiuſdem Reginæ, data intus *Caſtrũ eiuſdem ciuitatis Auerſæ*, de tali iure prohibendi in toto Caſali Sauiniani indubitatam fidem faciens, & illud confirmans, & obſeruari mandans fol. 163. in eodem proceſſu S.C. ſuper qua litera iudicauit pluries S.R.C. viſo loco, & ſuper illo receptis quamplurimis teſtibus per Regium Conſiliarium Iacobum de Frãchis, vt infra dicetur.

Hanc poſſeſſionem ante Gurellum tempore Gurelli, & à die, qua poſſedit monaſterium vſq; in præſentem diem, pluries quoad primũ caput immunitatis in poſſeſſorio, cum ab ipſis Regibus, tum à Regia Camera Summariæ, & S.R.C. rerum iudicatarum ad fauorem monaſterij munimine roboratam, ciuitate, eiuſq; ſubterfugijs repulſis, atque reiectis oſtendã.

Ante Gurellum, & tempore Gurelli cõſtat per depoſitionẽ *triginta ſex teſtium*, examinatorum ad inſtantiam monaſterij tẽpore *Diui Ferdinandi Primi*, ex fol. 87. vſq; ad fol. 65. qui teſtes ſuper *centenaria poſſeſſione* fuerunt recepti per V.I.D. Iacobum Lanizario Præſidentem Regiæ Cameræ Summariæ, receptis ſuper articulis monaſterij ex fol. 85. vſq; ad f. 87.

Aduerſus quam *centenariã poſſeſſionem*, ipſa ciuitas ſe defendit, & coram eodem Regiæ Cameræ Præſidente produxit articulos fol. 95. a ter. & examinauit 14. teſtes ex fol. 97. vſq; ad fol. 101.

Et vt videatur, quod eſt illud idem, quod nunc agitur, ſcilicèt *eadem res, eadem perſonæ, idem modus agendi*; ſcilicèt *per indirectum turbare monaſterium*, cum eiſdem *bannis*, millies attentatis, & toties reuocatis, atq; aboletis, & vt ſcandaloſis, ac iniuſtis, ijſq; impertinentibus per Reges, atq; per *Iudices* deteſtatis, ſuper quibus reuocandis, in hoc *nouiſſimo decreto* fuit dictum *capiatur informatio*.

In primo, & ſecundo articulo dictæ centenariæ fol. 85. articulatur poſſeſſio, atque immunitas nũcupatim ꝓ ciuibus Auerſanis, ementibus carnes, & alia in dictis laniana, caupona, atq; apotheca, & illa in ciuitatem abſq; vlla omninò ſolutione introducentibus. In tertiò verò articulo fol. 85. à ter. dicit: *Item ponit, offert, & probare intendit, &c. quod exiſtentibus dictis Priore, & conuentu, nomine dicti monaſtery, per ſe, vel per alios eorum nomine in poſſeſſione, vt ſupra immunitatis, ſeu frãchitia, &c. Gabelloti, Officiales, & homines dicta Ciuitatis Auerſæ noſcentes non poſſe compellere ad ſoluendum iura gabellarum per indirectum imponere, & preconizare fecerunt diuerſa banna, quod nullus ciuis, vel habitator ciuitatis Auerſæ poſſit emere, vel emi facere carnes, extra mœnia prædicta ciuitatis, per vnum miliare cum dimidio, ſub certa pœna pecuniaria in dictis bannis expreſſa, &c.*

Et in ſequentibus articulis (vbi 36. teſtes) fundatur poſſeſſio prædicta. E' cõtra ciuitas poſuit, & articulauit illud idẽ, quod nunc exclamat fol. 96. in 3. & 4. articulis, vbi dicit euadere *impotentem ad ſoluendum onera fiſcalia, propter damnum, quod in ſuis gabellis contingit, ex franchitia, & immunitate* dictæ cauponæ, lanianæ, & apotechæ.

17 Nec obſtat, quod ciuitas dicit ſe non violare priuilegia, quia ciues ſpontè ſe obligauerunt ad ſoluendum gabellam, & poſſunt eorum fauori renunciare, quia optimè hoc diuerſiuum allegatum fuit reiectum per D. Regentem Tapiam, Menoch. in puncto *conſ. 136. n. 6.* dicit ſic: *Quinto, & vltimo accedit, quod clerici conqueri non poſſunt, ſi ſurnary liberales eſſe voluerunt erga Principem, ei donando hãc præſtationem, vnuſquiſque eſt dominus, & moderator in re propria, l. in re mandata, C.*

man-

mandati, reſpondit idem *n.* 26. *quia reſpondeo, quod & ſi ſolutio, quam furnarij faciunt, ſit voluntaria, attamen principio inſpecto, cauſaq; eius conſiderata, dicitur eſſe coacta*. Ità in ſpecie tradit Cardin. *in clement. vltima, col.* 1. verſ. *ſeptimo nota, de cenſib.* & in claris noſtris terminis reſpondit Pariſius *conſ.* 15. *n.* 22 *lib.* 1. q̃ alios recẽſet, *quia per indirectũ damnũ infert ipſis exemptis, quod equidem nec iuri, nec æquitati conuenit.* Hæc Menoch. Reuocentur banna, tollatur pœna, quòd ſi poſtea ciues ingreſſuri ciuitatem ſoluere volunt gabellam, quid ad monaſterium? Pœna, & banna contra Deum, & iuſtitiam attentata, ſicut ſerie tercentum annorũ ſẽper reuocata fuere, ſic nũc abſq; alio termino vti caſſa, & nulla ipſo iure, non debent monaſterium turbare. Et illud eſt generale, quod priuilegia per indirectum violanda non ſunt, alioquin competit actio de dolo, & meritò, quia certè is *committit in legem*, *qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem, cap. quanto*, vbi *gloſ.* & omnes *de priuilegijs*, nouiſſimè plura ad rem Pater Thomas del Bene *cap.* 2. *dub.* 13. *ſect.* 4. *num.* 4.

18 Et re vera doctrinæ ex Syluestro, Angel. Henriquez, Sanchez, & alijs initio adductæ, declarationibus indigẽt, nõ tamen illis, quas non in totum animo tranquillo, dat Diana *tomo* 4. *tract.* 4. *miſcell. reſolut.* 174. *fol.* 160. & eod. *tom. tract.* 1. *reſolut.* 52. *de immunit. Eccleſ. fol.* 19. *& tomo* 1. *&* 2. *de de immunit. Eccleſ. reſolut.* 46. *fol.* 30. *& reſolut.* 48. *& reſol.* 49. *& reſolut.* 72. *& tom.* 4. *reſolut.* 20. *fol.* 13. *& tom.* 6. *miſcell.* 8. *reſolut.* 1. vbi agit de bullata pagina, & eod. *tract. reſolut.* 4. *fol.* 185. Quia hæc cauſa iſta nõ expoſcit; neq; ipſe, quid ſentio in medio proferre volo, cum id, quod ſentio, liberè non permittitur.

§. 2.

19 *Tex. in c. ſuggeſtum reſpicit petitorium, nõ poſſeſſorium.*

20 *Non poteſt per Iudicem, ſed de mandato principis practicari, & quomodo in præiudicium Eccleſiarum.*

21 *Quomodo cognoſcatur ſi priuilegium eſt damnoſum, & ſit practicandũ c. ſuggeſtum & n.* 22.

23 *Priuilegium non eſſet priuilegium niſi eſſet contra Ius, & pro bono priuato, & niſi aliquem læderet n.* 24.

25 *Priuilegium eſt donum Superioris, & debet eſſe immutabile.*

26. *&* 27. *Qualis læſio annullat tranſactionem fauore piæ cauſæ.*

28 *Mutatio prælatorum, & Oeconomorum Hoſpitalium eſt cauſa læſionis eorundem.*

29 *Non poteſt omitti poſſeſſorium, & decidi petitorium.*

30 *De exceptione pendentiæ litis, & continẽtiæ cauſæ.*

31 *In eo ſtatu quoquis reperitur tempore litis motæ debet manuteneri, & n.* 32.

33 *Monaci Oliuetani quales erga Reges Regni.*

Reſpondi ad ſecũdũ quo ad *c. ſuggeſtũ*. Primo ex ordine; nam quãdo eſſet ità, quod poſſet practicari dictus *tex.* hoc,
19 reſpiceret petitorium, neq; poſſidẽs poſſet interim turbari, ſed debet conſeruari in poſſeſſione, cum moderatio, vel reuocatio priuilegij non fiat ipſo iure, ſed cũ cauſæ cognitione, & eſt petitorium, in quo requiritur terminus, & proceſſus cõpilatio. Ità in terminis Regens Lanar. *conſ.* 14. *n.* 12. Reg. Galeota *controuerſ.* 51. *ſub n.* 12. *lib.* 1. & ſic donec hoc cognoſcatur, monaſterium debet conſeruari in poſſeſſione; benè de more Merolla *de priuil. cap.* 6. *dub.* 9. *n.* 260.

Secũdo; deberẽt adire Dominũ noſtrũ Regẽ, cũ hoc non liceat Excellentiſſimo D. Proregi, & ne videar ponere os in Cœlum, allego meum Magiſtrũ, à quo pluries, cum me doceret, hoc verbo audiui, in *deciſ.* 174. *lib.* 2. & clarius Reg. Galeota *lib.* 1. *controuerſ.* 51. *n.* 53. & Reg. Lanarium *conſ.* 14. *n.* 11. qui locuntur in Vicerege Neapolis; & q̃ debeant Regẽ adire, fundatur ex inſigni *gloſſa in cap. decet, de reg. iur. in* 6. in verbo *decet in terminis, d. cap. ſuggeſtum*, dicit ſic: *Hic cum ſit neceſſe venire contra verba priuilegij, crederem proponendam Principi quæſtionem, & contra illud non debere propria authoritate venire*, quod nouiſſimè ſcribit Epiſcopus

Barboſa *in collect. ſuper d. cap. ſuggeſtum*, *n.3*. benè Merolla *cap.6. de priuileg. dub.8*, *num.* 255.

20 Tertio, quid ſi eſſet, aditus Princeps, poſſet nè reuocare, vel moderare priuilegiũ, etiam quòd euaſiſſet nociuum ex poſt facto? Diſtinguunt Doctores, vel eſt cõceſſum ſubdito, & poteſt, vel non ſubdito, & nullo modo poteſt, dant omnes exemplum, ſi eſt conceſſum Eccleſiæ, *Innoc. in cap. nouit poſt n.6. de iudic.* vbi *Decius n.* 86. cum alijs per Rouitum *conſ.* 78. *n.* 2, cum infinitis per *Martam dicto voto* 217. melius, & elegantèr Pater Gãbacurta *de immun. Eccleſ. lib.3. cap.* 12. *& 13. Gheuara in propugnaculo libertatis Eccleſiaſticæ aſſertione prima*, §.7, *num.*33. *et* 34. *Baldellus tomo* 1. *lib.* 5. *diſput.* 35. *n.* 17. *Pater del Bene cap.* 5. *dub.* 14. *ſect.* 11. *n.* 10. *et cap.* 1. *dub.* 2. *ſect.* 2. *n.* 19. qui dant cõcordantes, & aſſignant validiſſimas rationes, cum quibus cõcordat Sperellus *deciſ.* 104. *n.* 12. *tom.* 2. ſed ſi vellet reuocare, vel limitare ex iuſta cauſa, eſſet omninò danda refectio in alio loco, ex doctrina Bart. Bal. Cyni, & omnium Ciuiliſtarum, vt per Martam *loc. cit.* & per Gabriel, & alios, ne Eccleſia remaneret cum læſione, & hoc eſt ipſa veritas, quoad refectionem dandam.

21 Denique, & tandem videamus, ſi hoc priuilegiũ ſit adeò tractu temporis nociuum, & damnoſum Ciuitati effectum, vt ſit practicandus *tex. in d. cap. ſuggeſtũ*, (ſi fas hoc eſt dicere) vellẽ hoc motiuũ fuiſſe, non Hiſpani, magni Miniſtri, ſed Neapolitani. Quia apud illam Chriſtianiſſimam, atque Catholicam nationem, nunquam talis *tex.* fuit exauditus, neque practicatus. Quæ natio de mundo ita profuſiſſima liberalitate ditauit vſq; ad ſuperfluitatem Eccleſias, ſicut Hiſpana? quæ Eccleſiæ in toto Orbe Chriſtiano ità diuitijs affluunt, ſicut illæ? Quæ magnificentia Reginæ Ioannæ comparata cum Alphonſo VI. ex magnifica dotatione Eccleſiæ Toletanæ, vt per Archiepiſc. Roderic. *lib.6. de Hiſpaniæ rebus cap.* 24. & ſequenti, Mariana *lib.2. cap.*18. de qua re Valdeſius *de dignitate Regum, et Regnorum Hiſpaniæ cap.*21. *n.*2. *et ſeq.* qui à *n.*6. vſq; ad finem capitis proſequitur laudes Regum Hiſpaniæ in dotatione, erectione Eccleſiarum, ac Cœnobiorũ; ità vt iſta cum illis comparata, eſſent muſca, ad elephantem. Vt taceam, quæ de alijs principibus ex Reſtauro Caſtaldo *de Imperatore, quæſt.* 51. & quòd ipſa immenſitas donando Eccleſijs menſura dicatur, habet Iſernia locutus de Conſtantino, *in tit. de his, qui feud. dare poſſunt*, & hoc ex quamplurimis cauſis vtiliſſimis, ac neceſſarijs ipſi Principi politico, tum etiã pro ſalute ipſius populi, & animarum, quia Sacerdotes dicuntur peccata populi comedere, vt latiſſimè proſequitur D. Valenzuela *par.3. ſuper monitorio contra Venetos per totum*; itaut planè erubeſco, quod in re tam exigua contra religioſiſſimos Monachos in Eccleſia Dei præcipuè commendatos, vt habet Guliel. de Benedict. *in c. Raynutius*, in verbo *duas habens filias, de teſtam. n.* 208. *et* 209. hæc proponantur.

In ſumma ex ſcripturis præſentatis fol. 45. apparet in anno 1612. lanienam fuiſſe locatam pro ducatis 165. apothecam pro ducatis 140. fol. 46. & fol. 47. in anno 1614. laniena duc. 180. apotheca duc. 160. fol. 48. & f. 49. in anno 1617. laniena duc. 190. apotheca duc. 209. in anno 1620. laniena duc. 230. fol. 50. apotheca duc. 240. fol. 51. in anno 1613. laniena duc. 230. fol. 52. apotheca duc. 220. fol. 53. in anno 1626. laniena duc. 120. fol. 54. apotheca duc. 140. fol. 55. in anno 1629. laniena duc. 140. fol. 56. apotheca duc. 140. fol. 57. in proceſſu paruo.

Poſtmodum ex calore licitatorum, & ex inuidia Andreæ Grande laniatoris, ſiuè buccerij, qui cum Andrea Zinno, qui lanienam conduxerat, cœpit contendere, & cum eo litigare fol. 33. in proceſſu paruo S.C. & obtulit duc. 255. quolibet anno, & fuit dictum per S. C. *quòd accendatur candela* die 26. Septembris 1652. fol. 33. ater. & accenſa candela, dictus primus conductor ne vinceretur à dicto Andrea, calore licitationis auxit vſq; ad ſummam duc. 270. ſed quòd monaſterium teneatur ei dare aliqua paſcua gratis in Villa Aprani, & alia plura. Sicq; compenſatis omnibus annis; totum hoc

negotium

negotium non excedit duc. 360. quolibet anno? quod eſt toleratum ſaltim, vt apparet ab anno 1612. quo laniena cœpit affictari duc. 165. vnde cum hoc ſit ſeruatum quadraginta tres ſunt anni, ſuccedit, quod dicit *Sperellus deciſ.* 178. *n.* 58. *& deciſ.* 37. *n.* 58. quòd quando
22 priuilegium eſt ex immemorabili obſeruatum, non præſumitur odioſum. Eſt ne ergo practicandum *cap. ſuggeſtum*, pro re tam exigua? ad quid ſunt reducenda tot priuilegia? ad quid ſeruiret ius prohibendi, niſi ex tota iſta quæſtione monaſterium habeat ducatos 300. francos quolibet anno? nam deducta penſione, quę iuxtà poſita per Ciuitatem, quãdo non exigebantur gabellę, erat duc. 25. lanienę duc. 30. pro apotheca, quibus addito pretio *faſcinarum*, *& paſcuorum*, quæ dat monaſterium conductoribus; vix, vt dixi, remanent duc. 300. franchi? eſt nè pro iſtis adeundũ Regẽ D. noſtrũ, quatenus contra monaſterium practicet dictum *cap. ſuggeſtum*? poſt tot ætates poſſeſſionis.
23 Et magnum quid ſibi perſuaſit dixiſſe aduerſarium, quando exagerando, quòd tempore reuolutionum planca locata fuit duc. 25. poſt reuolutiones biſcentũ, vt ſupra, quòd illud exceſſum non erat affictus lanienæ, ſed ipſarum gabellarũ. Ità planè eſt, quis hoc negauit vnquam? Quia ſi monaſterium locaret ſolùm domos ſuas, ad quid ſeruiret priuilegium? ad quid lis tam immortalis cum ciuitate? hoc eſt priuilegium, neq; eſſet priuilegium, niſi eſſet contra ius commune, vnde Bart. docens, quid ſit priuilegium in *l.* 1. *n.* 12. *C. de iur. & fact. ignor.* dixit, *eſſe illud, quod Princeps concedit contra ius commune*, dicit Afflict. *in Conſt. Regni* 2. *par. rub. Conſt. Generali*, *in fine*, *Galeota controu.* 48. *n.* 5. *lib.* 2. & melius Felin. *in cap. nonnulli*, *col.* 17. *in princ.* verſ. *poteſt reſponderi*, *de reſcript.* vbi dixit, ideò priuilegium, quia lex priuata, ideſt pro bono priuato, ſicut lex generalis pro bono publico, & priuilegium quaſi priuãs legem, *Bertaz. clauſ.* 21. *Barz. dec.* 118. *n.* 5. & melius Natta *conſ.* 340. *vol.* 2. *n.* 4. vbi dicit, quod vbi conceditur immunitas. princeps ſatis intelligit *ſe derogari iuri tertij*, quia conceſſio immunitatis de ſui natura hoc importat, ex *gloſ. notab. in cap. cũ olim*, *il primo*, in verbo *Diæceſani*, *il primo*, *de priueleg. & in cap.* 1. *&* 2. *ſuper gloſ. commiſerimus*, vbi *Abb. de teſtib. Surd. conſ.* 419. *num.* 17 *lib.* 3. *Ladereh. conſ.* 38. *Riminal. iun. conſ.* 23. *n.* 48. *& ſeq. lib.* 1. ad quid Regina Ioanna diceret ſe *vti poteſtatis plenitudine*, *& ex certa ſcientia*, *& non obſtante, quod dicta immunitas eſſet dictæ ciuitati diſpendioſa*, ad quid ſe dicere *donare Virgini Mariæ*, in cuius patrocinio ſuam ſpem ſolam tenere (& benè) dixit, ad quid priuilegium, Alphonſi ſimilibus clauſulis vtentis, ad quid literæ Ferdinandi? Si ſolùm penſio apothecæ, & cauponæ, & lanienæ monaſterium habere deberet? Et Princeps poteſt iſta facere, parte non citata, Bald. *in l. nam ità diuus*, *prima col. ff. de adopt.* vide Merolla *de priuileg. cap.* 6. *dubio* 6. *fol.* 150. quia
25 priuilegium eſt donum ſuperioris, *l. libertus*, *ff. de in ius vocando*; & ſicut princeps ſolùm legem condit, ità ſolus princeps priuilegium concedit, idem Bald. *in l. fin. C. quibus reb. indic. non nocet*, Natta *conſ.* 636. *n.* 123. verſ. *non obſtat*, & poſtquam princeps conceſſit decet beneficium principis eſſe manſurum, vt in *cap. decet*, *de regul. in* 6. vnde Decius *in conſ.* 291. *in fine*, in proprijs terminis noſtris ſcripſit, *quòd in principe, tanquam in fonte, iuſtitia debet eſſe conſtans voluntas*, *& quod in principibus conuenit illud verbũ*, *ſemel locutus eſt Deus*, *& quod ſcripſi ſcripſi*, *& quòd princeps debet habere vnũ calamũ*, *& vnam linguam*, *& non plures*, *quia ſcriptum eſt*, *quæ proceſſerunt de labijs meis*, *non faciã irrita*; *ideò debet eſſe immutabilis*, *ſicut lapis angularis*, *& ſicut polus in Cælo*. Hæc Dec. quem elegantèr refert Marta pluribus hoc idem comprobans, qui Marta relato Affl. in *deciſ.* 284. *n.* 7. & Capyc. *deciſ.* 51. 69. & 166. dicto *voto* 217. audacter firmat principem non poſſe priuilegia reuocare, neq; de poteſtatis plenitudine, quod in Eccleſia nullum habet dubium, vt infra dicam.

Tantò fortiùs, quod monaſterium fundatur principaliter in priuilegio iuris, ſiuè cõſuetudine legitimè præſcripta. Eſt enim vera, & ab omnibus recepta ſententia,

Conſ. Cæſari Spec. Peregr. qq.

ſolo curſu quadraginta annorum abſque titulo, modo bona fides adſit, præſcribi immunitatem ab eo, qui immunitatis conceſſionem allegat *gloſ. in l. ſi publicanus*, in verbo *munificium*, ibi: *Item excuſatur, qui præſcripſit, ff. de public. & vectigal.* & *in l. in fraudem, C. de ann. & trib. lib.* 10. *Bar. in l. licitatio*, *§. earum, n.* 3, *ff. de public.* cum alijs triginta DD. quos allegat, & ſequitur Menoch. *conſ.* 887. *n.* 33. quibus addo Anſaldum *de iuriſd*, *par.* 5, *tit.* 4, *cap.* 1. *n.* 36.

Reſpondi ad tertium, quod illa tranſactio, contra Deum, & iuſtitiã fuit facta à Fratre *Matthæo de Auerſa* conſanguineo Catapani, & Abbate monaſterij, & aduertatur, quod Abbas eſt Ciuis Auerſanus, & cõſanguineus Catapani; interuenium in illa triginta monachi, quos inter ſunt, Abbas, & tres alij Ciues Auerſani, ſunt octo Neapolitani, alij ſunt exteri de diuerſis locis Italiæ, & Siciliæ. Vnde non mirum, ſi monaſterium in tam pauco numero, interuenientibus quatuor Auerſanis, fuit dolo re ipſa, & ex propoſito deceptum, vt in termino dato in Regia Camera receptis quampluribus teſtibus, ſuper fraude dictæ tranſactionis, & peſſimo gubernio, ac dolo dicti Abbatis, qui deſtruxit monaſterium, & quòd multum præualuit in Religione, & faciebat quicquid ei placebat in ea, vt in 20. articulo deponit teſtis fol. 62. & in 22. articulo fol. 62. & fol. 66. ater.

Vltra læſionem probatã euidentiſſimè, ſcilicèt, quòd in dicto anno, quo fuit tranſactum, & annis ſequentibus fuiſſent habiti à monaſterio ex venditione immuni, ac franca duc. 100. ex apotheca, & totidem ex laniena, ſiuè caupona, vt ſuper 17. & 18. articulis deponunt teſtes fol. 60. a ter. fol. 69. fol. 70. fol. 74. at. fol. 74. fol. 61. fol. 66. fol. 70. fol. 74. licèt teſtes aliqui dicant duc. 50. alij 70. alij 100, ſufficit læſionem eſſe probatam, quæ in Eccleſia, quæ iure minoris vtitur *cap.* 1. *de in integrum reſtitutione*, vbi id notant *Innoc.* vterque *Abb. Imola, Henric. Butr.* & omnes nemine diſcrepante, ſufficit, quòd ſit, non vltra dimidiam, ſed
27 omnis læſio, vt docet Sfortia *de in integ. reſt. par.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 4. & alibi, vel, vt ex Couarr. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 11, docet D. Capycius Latro *conſult.* 5. *ex n.* 19. id remittitur arbitrio prudentis Iudicis, quia quanta eſſe debeat læſio, vel damnum minoris, & Eccleſiæ, non reperitur lege præfinitum, dicit, quòd ſi res valet mille, quamuis læſio ducatorum quinquaginta non ſit conſiderabilis, tamen conſiderata de per ſe quantitate ducatorum quinquaginta eſt maximum damnum minoris.

Et tamen, quo ad propoſitum noſtrum, de eo, quod propriè nos agimus ex aſſertiua eiuſdem tranſactionis, noſcitur ex priuilegio Regis Ladiſlai, & aliorum Regum, non ſolùm Gurellum, ſed eius anteceſſores, deinde monaſterium poſſediſſe immunitatem prædictam, & non ſolùm immunitatem, ſed dicitur Sauignanum eſſe feudum, & conceſſum in burgenſaticum, & aſſerunrur dictæ franchitiæ, & ciuitas confitetur, ſed dolo, ac fraude tranſigitur ſuper eis pro annuis ducatis 17.

Mortuò deinde dicto Abbate Auerſano in anno 1572. Abbas, qui in illo tempore fuit zelo iuſtitiæ commotus, reuocauit conuentionem prædictam, vti pernicioſam, & omninò nullã ex defectu decreti Apoſtolici, iuxtà ſanctiones *legum ciuiliũ*, vt tot. *tit. de reb. Eccleſ. non alien. in authen. D. Iuſtiniani*, & in decretis Pontificijs *extra*, & in 6, & in *Clement. & extrauag.* eiuſdem tituli, vltra læſionem quaſi in totum; vt patet ex actu publico, exinde celebrato die 8. Nouembris 1572. fol. 34. & nil mirum, quòd ſiluit triginta annis monaſterium, tum quia vixerunt dicti monaci Auerſani, cum quia hoc ſemper contigit in bonis Eccleſiarum, ex mutatione prælatorũ, vt dicũt Frãch.
28 *deciſ.* 116. *n.* 10, *& in deciſ.* 383. & melius Dec. *in conſ.* 36. *col. fin. & Berous in cap.* 1. *n.* 18. *de reſt. in integrum.* Et ratio eſt, quia ex tali repentina prelatorum mutatione, præſumitur ignorantia eorũ, quæ à prælatis mortuis geſta fuerunt, & non poteſt prælatus nouus habere notitiam ſic de facili iurium, & actionum ipſius Eccleſiæ, vt conſiderat Redoanus *de rebus Eccleſ. non alienan. in quæſt. de reſt. in integrum, in princ. & Sfort. Odd. de reſt.* in

in integrum, par. 1. q. 19. art. 9. n. 77. per totum. Vltra quod non omnes comedit zelus domus Domini, etſi notitiam malè geſtorum habeant. Sufficit nobis de tranſactione non poſſe loqui, tum quia eſt in termino (audita Ciuitate) probata læſio quaſi in totum, cum etiam quia ex ſui facie eſt nulla, vtpotè carens decreto Apoſtolico, quod Commiſſarij noluerunt interponere, quia non ſolùm non in euidentem vtilitatem, ſed in detrimentum, & longè enormiſſimam læſionem monaſterij redundat, quod fuit articulatum, & probatum in Regia Camera, vt ſupra. Nos non timentes tráſactionem, de illa fecimus mentionem, quia vltra prædicta, aboleta per plura decreta pro monaſterio, poſt illam interpoſita, vt infra dicemus. Sed ſolùm eam ponderauimus, vt ex ore ciuitatis immunitatem, ac franchitiam à tempore D. Ladislai Regis obſeruatam, varijſq; ſubterfugijs pertentatam interrumpi, fruſtrà tamen ſemper, omnes videant.

29 Reſpondi ad quartum, petijt ciuitas, quod non obſtante pendentia litis, obſeruentur banna (licèt re vera lis quoad immunitatem non pendeat, niſi in petitorio, cum in poſſeſſorio ſit toties deciſa vt ſupra, & quoad ius prohibendi ſit totaliter finita) hoc tamen de poteſtate ordinaria fieri non poteſt, cum eſſet tollere ius quæſitum, ius radicatum (conſentiente per ſeptuaginta annos in illo Iudice ipſa ciuitate) in Eccleſia, quod eſt prohibitum omni iure diuino, atq; humano, vt in regula *Cancell. de iure quæſito nõ tollendo,* vbi *Gonzal. & Gomez. D. Regens Capyc. Galeota in puncto controverſ. 51. n. 57. & ſeq.* fundat meus Dominus præceptor D. Marchio Capyc. Latro, qui plura loca Euangelij, Patrum, & Cæſarum dicta, allegat in *deciſ. 192. ex n. 40. cum ſeq.* niſi publica vtilitas, & iuſta cauſa ſuadeant; quarum nullam ſubeſſe, inferiùs demonſtrabo, ergo, cum ſint eædem perſonæ, eadem res, idem omninò modus agendi, res ipſa loquitur, quod obſtat exceptio pendentiæ litis in alio tribunali. Et quòd ſit idem modus agendi (cũ de perſonis, & re non dubitatur) ex dicta infallibili facti ſerie, patet omnibus;

A tempore Regis Alphonſi ſemper eſſe emanata, atq; reuocata banna, & quoad conuentionem allegatam, ac per parlamentum factam, & oppoſitam coram D. Moles, & vti indirectum diuerſiuum reiectã ab ipſo, à Gizzarello, & ab alijs, & nouiſſimè adamuſſim eſt idem, nõ ſolùm ſimilis cum conuentione, & parlamento, & Regio aſſenſu, cum proteſtatione nolle lædere immunitatem monaſterij allegatam coram D. Tapia, & meritò reiectã, ac ſub pœnis proſtratã, vt ſupra viſum eſt, Ergo eſt idem omninò modus agendi, ideſt idem diuerſiuum, ad quod allego punctuale, & ſolemne conſilium *Soccini* 38. pro deciſione prædictæ conſultationis, *n. 7, lib. 1.* vbi dicit obſtare litis pendentiã, ſiuè ſit eadem cauſa, ſiue vtraq; in idem teincidat, ſiuè per indirectum, ſit idem in ſubſtantia, & in effectu, & dicit dicto caſu obſtare *tex. in l. vbi captum, ff. de iudicijs,* & quòd dicta exceptio obſtat actori, & reo, & eſt impeditiua cauſæ, & litis coram alio Iudice per iura vulgaria ab ipſo allegata, eleganter eum ſequitur Reg. de Ponte *conſ. 70. n. 1. & ſeq. lib. 1.* vbi laudat dictam diſtinctionem Soccini, & quòd nullo modo alius Iudex poteſt ſe intromittere, quia eſſet laborioſum, & diuerſæ poſſent oriri ſententiæ, & quia in toto iure non eſt reperire contrarium, & iſta ſunt iuris principia ſatis nota, vlteriùs circa dictam exceptionem non inſiſto.

30 Quæ etiam ex cauſæ continentia, & tradita in *vulg. l. nulli, C. de iud cijs,* & latiſſimè tradita per dictum Ill. Marchionẽ D. Capycelatro *deciſ. 180. ex n. 19.* verſ. *cõtinentia cauſæ,* (vbi quòd eſt impoſſibile adire aliud tribunal) niſi eſſemus in claris, fulciri poſſent. Sed res ipſa (vt dixi) loquitur, nõ omittens, quòd hæc eſt lis inter partes, in qua Fiſcus non habet intereſſe; vndè per literas *Diui Philippi Tertij datis Valliſoleti die 20. Septẽbris 1608.* quas inſerit D. Sanfelic. *in praxi, ſect. 3. ex n. 3. fol. 7.* ſolum Sacrũ Regium Cõſilium eſt Iudex competens; vndè ipſa Regia Camera poſt compilatum proceſſum illam remiſit ad S. C. facto verbo in aula per Dominum Dauid, tunc non ſolùm Præſidentem, ſed iam Regentem renun-

renunciatum, quæ literæ fuerunt renouatæ per Dominum noſtrum Philippum Quartum die 10. Aprilis 1630, vt refert D.Carleual. *in add. ad tom. 1. §. 6. verſ. reliquum eſt, fol. 12.* hinc eſt, quòd duo Regentes Tapia,& Sanfelicius, deguſtato negotio, ſtatim cauſam remiſerunt ad S. C.

Et quæſo, de qua re eſt capienda informatio? Si de bannis, iſta fuerunt à Regibus,à Iudicibus reuocata,caſſata,& abolleta toties, vt viſum eſt. Si de aſſenſu, vltra quòd aſſenſus nõ poterat fieri lite pendente, vt in *auth. in media litis ſacras iuſſion. non fieri*, & in iuribus vulgar. aduertatur, quòd *forma antiquiſſima Cancellariæ Regni* eſt, vt iſtis decretis non ligentur Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ; & ſic propriè loquitur iſte aſſenſus, vt fol.9. Si ergo expreſsè eximit Eccleſiam, quid eſt reuocandum? & quæ informatio capienda ſuper reuocatione aſſenſus, qui Eccleſiam non comprehẽdit? magis,quòd dictus aſſenſus fuit expeditus de anno 1638. quo tempore,cũ iſtud idem allegatum fuerit coram D. Regẽte Tapia, qui dictum aſſenſum ſubſcripſit, declarauit, *impoſita pœna Electis Auerſæ, non comprehendere* Monaſterium Montis Oliueti; mandauit *obſeruari immunitatem.* Et licèt *Vindex præſtantiæ Regalis* Cancellariæ, & ſui muneris Collateralis; remiſit partes ad S. R.C. quod & fecit poſtea D. Sanfelicius, vt ſupra.

Demum,hæc informatio eſt ne poſſeſſoriũ, an petitorium? Si poſſeſſorium, monaſterium poſſidet, & non eſt ſpoliandum in principio litis, & eſt iam deciſum per Regiam Camerã, & per tot decreta iam executioni demandata per S. R.C. per ſeptuaginta annos, Ciuitate conſentiente, quæ ad aperiendum alias lanienas,videns directè nõ poſſe obtinere, confugit, & tamen etiam in hoc ſuccubuit. Si eſt petitorium, iam hic terminus eſt compilatus, & eſt impoſſibile, compilato, tot ſunt anni, termino, ſuper eadem re, aliũ terminum dare.

Rurſus & ſi iſta ità non ſe haberent, omnia iura de mundo clamant, quòd in eo ſtatu,quo res reperitur tempore litis motę; ſic iudicium proſequendum eſt,*toto tit. ff. vti poſſidetis, & vt lite pendente, & d.cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſ. & propriet. & d. cap. querelam, de elect. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. vlt. n.15. Poſtius*, qui allegat omnes *in tract. de manuten. obſeru. 16. n. 3. & obſeru. 17. per tot.* cum vulg. etiam ſi latro poſſideat, *cap. in literis, de reſt. ſpoliat.* D.meus Capyc.latro *d. conſult. 68. n. 16.* cum vulgaribus. Si ergo poſſidet monaſterium, dictum capiatur informatio (quatenus eſſet ſuſtinendum) omnia iura clamant, eſſe intelligendum, non turbato ſtatu rei, neque amota poſſeſſione.

32 Quid dicendum? ſi hoc ius eſſet penès Baronem laicum, penès ethnicum,& publicanum. Iuſtitia Cæſaris Caroli V. immortalis memoriæ cum defenderet, & tueretur, contra Auerſam, contra Capuam, contra Neapolim, cõtra ſemetipſum,ſic iuſtitia exigente,vt loquitur Cęſar in *pragmatica 14. de Baronibus*, vbi ſic dicit de iure prohibendi, exceptis illis, *qui furnos, molendina, tappetos, tabernas, & hoſterias, ſeù hoſpitia, cum huiuſmodi iure prohibẽdi, vaſallis, particulari priuilegio, aut legitima præſcriptione, vel conſuetudine legitimè præſcripta habent.* Nos enim, *ſicut vaſallos in libertate retinere quærimus; ità iura, quæ barones, & alÿ vtiles dominî habent, conſeruare intendimus.* Hæc Auguſtiſſimus Cæſar. Super qua id notant Tapia, Rouit. Capibl.& Nouar. Quia ergo eſt penès Chriſtum (bona Eccleſiarum Chriſti patrimonium ſunt, *cap. cum ex eo, de elect. in 6.*) eſt permittendum perenni moleſtia, per quam iniquiſſimè, cum reuerentia, poſt litem toties finitã, ſubterfugijs toties reiectis,per indirectũ continuò inquietari.

33 Monachi Oliuetani,pulſo à Regno Alphõſo Secũdo, eum ſecuti sũt in Siciliã, monaſterium iſtud ſua oppida Puponũ, & Tuberolam, vt Ferdinandus contra Ducem Andegauiæ ſe defenderet, vendidit. Idem, Iſabellæ Neapolis Reginæ viduæ quondam Frederici, cum infantulis, Regno pulſæ, & in ciuitate Ferrariæ miſeram vitam ducenti, annuali cenſu, omnia iſta priuilegia excedente, è Neapoli ſingulis annis miſſo, alimenta benignè præſtitit; & alia plura (quæ ne longior

gior ſim, omitto) quæ fortè ipſa ciuitas (alioquin inclyta, atque fidelis) neſcio ſi poterit pro ſe adducere; ſi per iſta cauſa iudicanda eſſet.

ARGVMENTVM.

Publicani, ſiuè Arrendatores Regiæ dohanæ, qui per plures annos conduxerunt arrendamentum, an poſſint, *re non integra*, & poſt captam poſſeſſionem. & exercitium duorum annorũ, eximere, ac dimittere aliquos ex gubernatoribus, maiorem partem caratarum habentibus, & alios eorum loco ſubrogare; ita vt neque Regio Fiſco, neque creditoribus, quibus vectigalia dohanæ vendita ſunt, ſi perdatur ſequentibus annis in arrendamento, nullam actionẽ habeant contra dimiſſos, repertis ſubrogatis non ſoluendo, immò decoctis. An Regia Camera potuit hanc rem principi conſulere, & alia curioſa. *l. ęde, C. locati*, an ſicut habet locum in locatore, procedat etiam ad fauorem conductoris. Cum *deciſ.* Regiæ Cameræ Sũmariç.

SVMMARIVM.

- *Contractus dicitur perfectus totaliter, eo ipſo, quod vltimo licitatori extinguitur candela, & quare n.2.*
3 *Etiam nulla confecta ſcriptura; etiam non extincta candela, ſed ſolùm acceptata oblatione; n.4.*
5 *Non liberatur primus licitator, ſi ſecundus, qui maiorem ſummam obtulit, non fuerit æquè idoneus.*
6 *Inſtantia Fiſci in hoc articulo, & n. 9.*
7 *Arrendatores vectigalium, durante arrendamento poſſunt meliorem Fiſci conditione facere, & quomodo n. 8.*
10 *Renuncians in medio arrendamenti ſocios à ſe, non ſe à ſocios liberat, & n.11.& n.22. & 23.24.*
12 *Fallit ſi fiat ex neceſſitate, & n. 13.*

QVÆSTIO XXXVII.

1 REGIORVM vectigaliũ locationem eſſe totaliter perfectam, poſtquam accenſa candela, vectigal, (quod arrendamẽtum in Regno vocant) fuerit vltimo licitatori deliberatũ, & nullo modo eſſe locum pœnitentiæ, ex Bart. *in l. ſi tempora, n. 3. verſ. quæro*, C. *de fide inſtrum. & iur. haſtę fiſc. lib.* 10. & *in l. licitatio in princ. ff. de public. & vectigal.* Rebuff. *ſuper conſtit. Galliæ tit. de præcon. in art.* 4. *gloſ. vnica n.* 13. *fol.* 156. Iodocus *de ſubhaſt. cap.* 5. *n.* 11. *fol.* 762. Tuſcus *lit. S. concluſ.* 715. *n.* 9. *& concluſ.* 81. *lit. V. n.* 1. Anton. de Amato *par.* 1. *cap.* 38. *n.* 2. Mangil. *de ſubhaſt. quæſt.* 16. *n.* 6. *& q.* 68. *& quæſt.* 86. *n.* 2. Iul. Cæſ. Gluſſi. *de ſubhaſt. ſeu in tract. de bonis ad cuidam prouen. n.* 115. *& n.* 116. & *in tract. de datione inſolutum cap.* 15. *n.* 240. *& cap.* 17. *n.* 257. Poſtius *de ſubhaſt. inſpect.* 34. *ex n.* 73. *& ſeq.* Regentes Marcianus, & Marinis *diſput.* 91. *per totam*, & *cap.* 46. *lib.* 1. *n.* 6. Quia beneficium ſubhaſtatio-
2 nis dicitur murus ęneus, Gluſſian. *d. tract. de bonis ad cuidam prouen. n.* 115. *&* 116. Quod eſt verum, etiam ſi de arrendamẽto deliberato, non ſit factum Inſtrumen-
3 tum, vel ſcriptura, etiam ei poſſeſſione non tradita. Quanto magis de deliberatione, ſtipulato inſtrumento, vel confecta obligatione penes acta Reg. Cameræ Summariæ. Immò ſola oblatione recepta, etiam candela non extincta, nõ poſſe oblato-

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

4 oblatorē diſcedere, poſtquam eius oblatio fuerit acceptata; habet Ponte *de poteſt. Proreg. de refut. feudor. & deciſ. 6. n. 14.* R. Marcian. *d. diſput. 91.* Arias de Meſa *lib. 2. cap. 20. n. 4.* Conſ. Hodierna *contr. 40.* Ant. Nigrus *de ſubhaſt. cap. 7. §. 1.* & 2. per totum. Et illud eſt in confeſſum apud omnes prædictos doctores, quod ſi poſt, quam oblatio eſt acceptata, vel in actu licitationis, vel poſtquam candela eſt extincta, & res deliberata, venerit noua oblatio melioris conditionis quo ad ſummam, & quantitatem, & fauore Fiſci (hoc vltimo caſu) Eccleſiæ Vniuerſitatum, iterum accendatur candela, & remaneat arrendamentum alteri pro maiori ſumma; primus non intel-
5 ligitur liberatus. Si hic nouus idoneus nō fuerit repertus, ex Caſſaneo, & alijs habet Mangilius *de ſubhaſtationibus q. 70. n. 15. & q. 173. n. 17.* Poſtius *de ſubhaſtationibus inſpect. 35. ex n. 225.* Ant. Niger. *de ſubhaſtat. §. 13. fol. 77. n. 13.* qui allegat Baldum *conſ. 237. modus lib. 2.* in princ. verſ. *nec erat ſoluendo* Antonin. de Amato loquēs de re minoris, *reſolut. 38. 10.* Gutierez *de gabellis quæſt. 134. n. 4.* quod ipſe nō probo, niſi adſit fraus, vel intelligentia primi licitatoris, qui vt ſe eximeret procurauerit ſua induſtria ſecundum non idoneum.

6 Exclamabat ergo D. Piſanellus tunc Fiſci Regiæ Cameræ Patronus, quomodo re totaliter non integra; quia arrendamentum Regię Dohanę, & maioris Fundici Neap. nō ſolùm deliberata, ſed poſt lapſum anni, quo fuerunt in poſſeſſionē immiſſi potuerunt aliqui ex arrendatoribus dimitti, & liberari, & alij ſubrogari; qui comperti deinde nō idonei, remanſere Fiſco, ſiuè conſignatarijs, debitores in triginta, vel 40. aureorum myriades; primis taliter liberatis, & idoneis videntibus, & ridentibus.

7 Dicebat inſuper eſſe in iure exploratum poſſe hos conductores meliorem conditionem Fiſci facere durante arrendamēto, & nō deteriorem. Scilicèt eo ipſo, quod alios ſocios aggregant in eorum ſocietate, ſiuè arrendamēto, teneri iſtos, cum quibus Fiſcus nō cōtraxit, ex ſola aggregatione facta per ſocios, quibus Fiſcus vectigal, ſiuè arrendamentum deliberauerat ipſi Fiſco inſolidum, niſi in aggregatione ſibi præcauerint, nolle aggregari pro certa parte, quantitate, vel ſumma, quam caratam vocant, & contra
8 iſtos exequi poſſe, etiam realiter, & perſonaliter, vt vel totum diſſoluant, vel caratam, ſeù caratas, pro quibus ſe aſſociarunt, benè probauit Carleual. *lib. 1. tit. 3. diſput. 11. n. 4.* verſ. *quoniam*; & Galeota *reſponſo fiſcal. 22. ex n. 43.* verſ. *Inſuper*; quāto minus nō aſſociatos, ſed principales ipſos, qui cum ipſo Fiſco cōtraxerant, poterāt in medio locationis dimitti, & alios, (repertos poſtea nō idoneos) cum ingenti cōſignatariorum detrimento ſubrogari. Quid pactum de dimittendo; nuſquam practicatum, nuſquam auditum, inſolitum, atq; ideò valdè fraudis ſuſpectum, Menoch. *de praeſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. n. 103.* Barboſ. *de clauſ. clauſula 73. cum ſimilibus.*

9 Deniq; dicebat non obſtare cōſenſum cōſociorū, ſiuè cōcaratariorum; & quod magis erat decretum ſui met tribunalis Reg. Cameræ; in quo prædeceſſor Fiſci patronus conſenſerat. Ob maximam eius læſionem, exinde contra fiſcum, ſiuè verius cōſignatarios exortam, vnde vel ex *clauſula generali*, vel ex *edicto minorū*, vel *ex proprio fiſci priuilegio*, debebat in integrum reſtitui; prout reſcriptum à Spectabili Locumtenēte Magni Camerarij, iam impetrarat, vt de ſupplicatis fieret verbum in Regia Camera, ad finem videndi an eſſet deferēdum in integrum reſtitutioni per fiſcum petitæ. Cui eſſe deferendum dicere poterat ex tex. *in l. actione, §. labeo ff. pro ſocio*; vbi Paulus: *Durare ſocietatem in damnum ſocij intempeſtiuè* renunciantis, pluribus caſibus dicit; & ex Caſſio *in §. diximus*, ponit *Eum, qui renunciauerit ſocietati, à ſe quidem liberare ſocios ſuos, ſe autem ab illis non liberare*: vt ſi renūciauerit vnus ex ſocijs eo tempore, quo interfuit ſocij, non dirimi ſocietatem; ſubdit I. C. *committere eum ius pro ſocio actione*. Dat I. C. plura fraudis in renunciante exempla; deinde ponit regulam generalem; quæ videtur caſum pro fiſco ad literam decidere. *Semper enim id, quod priuatim intereſt vnius ex ſocijs*

cijs ſeruari ſolet, ſed quod ſocietati expedit; ita Speculat. *par. 4. tit. de Iud. §. 2. n. 9.* Petr. de Peruſ. *tract. de dub. fratr. par. 11.* circa medium princ. A. Trombetta *de ſocietate cap. 6. ex n. 50. & ſeq.* Hector Felicius *de ſociet. cap. 35. ex n. 11. cum ſeq.* Io: Baptiſta Martianenſis *lib. 1. conſ. 2. n. 15.* Poterat etiã fiſcus addere pro ſe.

11 Regiã Dohanam fuiſſe pro ſex annis ab iſtis arrendatoribus conductam; & primo anno vix finito, fuiſſe caratarios licentiatos, & alios eorum loco ſubrogatos, repertos inſufficientes, & fallitos; Vnde contra licentiatos, & dimiſſos ſtabat deciſio eiuſdem tex. in ead. *l. actione §. item qui ſocietatem in tempus coit eam ante tempus renunciando ſocium à ſe, non ſe à ſocio liberat, itaq; ſiquid compendij poſtea factum erit eius partem non feret. At ſi diſpendijs* (& eſt caſus Fiſci) *aquè præſtabit portionem*; Sed *ipſe, qui* in anno 1645. defendebam Berardinum Iuuenem, & Ioſephum de Falco, qui fuerant dimiſſi, & alij eorum loco ſubrogati, replicabam fiſcum nullo modo audiendum, & prouidendum per R.C. non ſolùm dictæ reſtitutioni non eſſe deferendum; ſed etiam illi non eſſe locum declarandum: Quia non de facto, & ex ſe Berardinus, & Ioſeph ſe extraxerant à ſocietate, ſed de conſenſu conſociorum; & tunc fiſci patroni conſultatione eiuſdem tribunalis, & decreto Principis, & Regij Collateralis; & ex iuſta cauſa, quod dicit idem tex. in d. *l. actione, & eodem §. item qui ſocietatem*, concludit I.C. ſuum reſponſũ

12 his verbis: *Niſi renunciatio ex neceſſitate quadam facta ſit.* Concordat tex. *in l. ſi conuenerit, §. ſed etſi conuenerit cum l. ſeq. ff. eodem*. Contractus enim locationis arrendamenti, fuerunt conſenſu peracti, conſenſu inquam fiſci Cameræ Collateralis Conſilij locatorum, Berardini, & Ioſephi conductorum, & conſociorum, vt eſt tex. *in l. 1. ff. locati, l. 1.* [illegible] *pro ſocio*. Ergo contrario ſenſu, eo[illegible] dem licitè potuit mutari locatio, & [illegible] ſocietas, *l. nihil tam naturale ff. de reg.* [illegible] *l. 1. C. quando liceat ab emptione diſcedere, l. ſicut C. de act. & oblig. c. 1. extra de regulis iuris*, *Rota* apud Merl. *deciſ. 251. n. 6.*

13 Tandiù ſocietas durat quamdiù conſenſus partium integrè perſeuerat, *l. quamdiù C. pro ſocio inſtit. de ſocietate §. manet.* cum vulgaribus; Maſcardus *concluſ.* 1306. ex *n. 1.* Trombetta *de ſocietate cap. 6. n. 39. verſ. ſeptimo, & vltimo*; Hector Felic. *de ſocietate cap. 35.* Quanto magis iuſtis exiſtentibus cauſis, quibus dicimus Berardinum, atq; Ioſephum habuiſſe actionẽ ad compellendum via Iuris, Concaratarios, item & fiſcum, vt ipſos ſoluerent, & eximerent à ſocietate, & à locatione, etiam ante tempus, etiam dato expreſſo pacto quod ante tempus minimè ſolui poſſet.

§. 2.

14 *Socius non obſtante pacto, vt ſocietas ſolui nõ poſſit, agit vt ſoluatur ſi ſocius ſit rixoſus, vel ex alia iuſta cauſa, & n. 15. & ſi eſſet negligens n. 16.*

17 *Fratribus diuiſione prohibita; relaxatur, ſi alter ſit moleſtus, vel rixoſus, & n. 18.*

19 *Epiſcopi rixoſi, ac contentioſi eijciuntur de concilio, n. 20. & 21.*

25 *Etiam ſine cauſa fiſcus, & ſocij potuerunt liberare vnum ex ſocijs, & alium ſubrogare.*

26 *Conductor, & locator ad imparia iudicantur, & n. 27. & de l. ede C. locati n. 28.*

29 *Conductores gabellarum, & vectigalium quando, & quomodo poſſint caratarios, ſiuè conſocios mutare, diuidere, vel liberare n. 30. & 31. & n. 32.*

33 *Nouatio fit cũ omnibus requiſitis dimittẽdo vnum, & ſubrogando alium n. 34. & n. 35.*

36 *Leges Hiſpanę de hac materia, & n. 37. & n. 38.*

14 Fiſcus, & totum Tribunal Cameræ fidem Principi fecerunt, de *diſſentione* inter caratarios, his verbis in voto conſultationis expreſſis: *C'hauendoſi fatto per queſto Tribunale, con l'attentione, che ſuole, le debite diligenze, & cõſiderationi, giudica, che nel modo, nel quale hoggi ſi troua l'arrendamento predette, è aſſai difficile à poterſi ſoſtentare, che non vada ſempre deteriorando, così per la miſeria del tempo, come per le diſſentioni, che correno trà il magnifico Berardino Giouane, & altri gouer-*

patori predetti, *dalle quali naſce il molto mancamento di detto arrendamento*, *&c.* & licèt aſſertio, in voto tanti Tribunalis, ſit probatio probata, tamen dictæ diſſentiones, etiam in parte patent ex actis fol. 100. fol. 119. vſq; ad fol. 121. fol. 167. fol. 168. fol. 169. fol. 162. eò magis, quod de mandato Principis Reg. Conſiliarius Franciſcus Antonius de Angelis, fidem fecit fol. 151. non potuiſſe ſedare, & cōponere iurgia prędicta. Ergo potuit Berardinus ad vitanda maiora mala, id efflagitare, & optimo iure obtinere, ad *tex.*
15 *in l. ſi conuenerit* 14. *ff. pro ſocio, Sed ſi cōuenerit, nè intra certum tempus à ſocietate abeatur, &c. aut quid ſi tam iniurioſus, & damnoſus ſocius ſit, vt non expediat eum pati?* per quem *tex.* Ludouic. *Rom. in l. ſi vero* §. *de viro n.* 68. verſ. *decimo probatur*, *ff. ſolut. matrim.* dicit legem generaliter dicentem, conuentiones eſſe ſeruandas, non extendi ad caſum illum, quo is, cum quo ſocietas contracta eſt, rixoſus reperitur, quoniam propter hoc implorari poteſt ſocietatis ſeparatio; etiā durante tempore, quo conuenerit durare debere. Sic etiam ſi alter ex ſocijs, qui
16 à principio videbatur diligens, poſtea autem appareat prodigus, vel negligens, poterit ſocius ante tempus renunciare ſocietati, Igneus in *l. contractus n.* 52. *ff. de reg. iur.* ſecutus Petrum, & Io: Fabrum, quos allegat Capyc. *deciſ.* 135. *n.* 3. *& deciſ.* 174. *n.* 16. quia cum ſocijs ſæuis, & rixoſis, negligentibus, damnoſis, nemo compellitur perſiſtere in ſocietate, vel
17 communione, Angel. *in* §. *manet inſtit. pro ſocio*; Trombett. *de ſociet. cap.* 6. *n.* 39. Hect. Felic. *de ſociet. cap.* 35. *n.* 32. verſ. *quarto declaratur* ex Bart. *in l. cum ſatis n.* 6. *C. de Agricol. cenſ. & colonis*; & hoc ex-
18 tenditur etiam in fratribus: quia licèt prohibiti ſint diuidere hæreditatem, poſſunt tamen impunè diuidere, ex cauſa, vt quia vnus ſit moleſtus, vel rixoſus, Trombetta loco cit. ex *n.* 35. verſ. *ſublimita*; & *n.* 62. Anchar. *quæſt.* 54. *lib.* 1. Hippol. Riminal. *lib.* 5. *conſ.* 578. *n.* 42. & his, & ſimilibus exemplis Cardinal. Iacobatius *de concilio lib.* 4. *art.* 3. *n.* 4. di-
19 cit, quod Epiſcopi cōtentioſi, & inquieti eijciuntur de concilio, ad inſtar ſociorum, per tex. *in l. ſi conuenerit*, & per alia iura, quæ allegat. Ratio eſt in Euangelio *D. N. Ieſu Chriſti*, omne Regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & omnis domus diuiſa contra ſe non ſtabit, Matth. *cap.* 12. & Luc. *cap.* 12. & habetur apud *Apoſt. cap.* 5. *ad Galatas*, quia malum extremū
20 diſcordia, *Tacit. Annal. lib.* 4. & in diſſentione nulla ſalus conſpicitur, Cęſar *lib.* 5. *de Bello Gallico*. Et ideò Berardinus ſecutus ſententiam ſanctiſſimi Doctoris Ambroſij *in lib. de Patriarchis*, qui dicit, *melius eſt emigrare cum gratia, quam coha-*
21 *bitare cum diſcordia*; melius eſt ſine lite abire, quam cum iurgio reſidere, &c. Migrare, & abire petijt, & obtinuit.
22 Non obſtat tex. *in l. actione* 66. §. *labeo*, *ff. pro ſocio*, quod ante tempus renunciās ſocietati, ſocium à ſe, non ſe à ſocio liberat, quia hoc procedit, quando ſocietatis non interſit, vt aliquis ex ſocijs dimittatur, *gloſ. in d.* §. *labeo*, in verbo *verum eſt*, & quando non fit ex iuſta cauſa, *tex. in d.* §. *labeo, in fine*, cum *gloſſ.* in verbo *facta ſit*; quæ dat *concordantes*. Poſtremò quando fit, conſentientibus ſocijs, omnia ceſſant, & ſocius dimiſſus pęnitùs liberatur, ſiuè lucrum, ſiuè damnū poſtea
23 in ſocietate contingat; Azor. *inſtit. moral. par.* 3. *lib.* 9. *cap.* 6. Gomeſ. *var. reſol. de ſociet. cap.* 5. *tom.* 2. *n.* 6. verſ. *item quæro*. Hector Felic. *cap.* 35. *n.* 10. Trōbetta *cap.* 6. *n.* 63. verſ. *limita ſecundo*, & eſt tex. *in d. l. actione*, §. *diximus*, & ſequētis quod oportet, vt ſit dolus ex pro-
24 poſito, ac manifeſta fraus in renunciante intempeſtinè, & ſubdit *tex*, *Sed ſi ideò renunciaueris, quia emptio ſibi diſpliceat, nō teneberis, quia hic nulla fraus eſt*.
25 Præterea etiam ſi nulla iuſta cauſa adfuiſſet adhuc omnes ſocij potuerunt, cōſentiente fiſco liberare Berardinum, & Ioſephum, licet maior pars ſociorum, id facere non potuiſſet. Bald. in puncto *in l. ... ff. pro ſocio n.* 5. verſ. *qui loquitur in ar... tore ſalinarum publicarum*, & idem *in l. tamdiù, C. pro ſocio*. Hæc reſpe... oncaratariorum.
26 Reſpectu verò fiſci locatoris, licèt *l. ęde C. locati* videatur diſponere ſolùm ad fauorem locatoris, ratione dominij penès eum exiſtētis, & quod nō videtur extēdi

ad

ad conductorem, qui non habet ius im-
pingue, tamen verior eſt opinio contra-
ria, quod ad effectum receſſus à contra-
ctu locationis, tam conductor, quam do-
minus, ſeù locator æquiparantur; itàut
diſpoſitum in vno, cenſeatur diſpoſitum
in alio; & ſic conductor non obſtante iu-
ramento, obligatione camerali, & alijs
clauſulis, quæ in huiuſmodi locationi-
bus ſolent apponi, poteſt recedere à cõ-
27 tractu locationis, vel propter ſuperue-
nientem dignitatem, vel ex alia iuſta, ac
rationabili cauſa; *l. dominus horreorum*, §.
qui contra, *ff. locati*; per quem *tex.* ità te-
nent *in c. ſterilitatē extra eod.* Hoſtienſ. *n.*6.
Io: Andr. *n.*7. Butr. *n.*6. Card. *n.*4. Abb. *n.*
10. Imola *n.*3. Henric. *n.*8. & 9. & *gloſſ. in*
l. ſi lege §. *ſi domus*, in verbo *ſtatim agere*,
vbi Caſtrenſ. *n.* 1. *ff. locati*; Alber. *in l.* 1,
§. *ſi penſio in princ. ff. de migra.* Berous
conſ. 140. *n.*28. *lib.*1. Beec. *conſ.* 43. *n.*24.
verſ. *quia certum lib.*1. Gratian. *cap.*746.
*n.*17. reuideatur quæſo, vbi dicit *gloſ.* &
22. *Doctores* tenere, quod diſpoſitio d. *l.*
ede habet locum, etiam in conductore,
28 & pro qualibet iuſta cauſa; quod idem
Gratian. repetit *cap.* 534. *n.* 48. ita etiã
vltra adductos per Gratian. tenent Hip-
polit. *ſingul.* 615. Paſchal. *de virib. patr.*
poteſt. par. 4. *cap.* 6. *n.* 23. Io: Baptiſta
Coſta *de re integra diſtinct.* 86. *n.* 7. & 8.
Borgn. *deciſ.* 39. *n.* 59. *par.* 2. Fontanell.
deciſ. 261. Qui omnes dicunt ſicut ex di-
ſpoſitione d. *l. ede* licitum eſt locatori à
locatione recedere; ſic & conductori
ex qualibet iuſta cauſa arbitrio boni vi-
ri; Ergo ſi Berardinus propter dictas iu-
ſtas cauſas; iuſtas inquam, ex d. *l. ſi con-*
uenerit in fine, & tales per tribunal,
& principem iudicatas, poterat inuitis
fiſco, & concaratarijs à ſocietate, & cõ-
ductione recedere, quanto magis cum
id geſtum fuerit conſentientibus omni-
bus: quo caſu per pleniſſimam nouatio-
nem liberatum, non ambigitur.
29 Et primo (in terminis) Gratian. *diſcept.*
forenſ. cap. 276. *n.*26. verſ. *Et facit*, dicit
quod electio ſociorum, in ſocietate ve-
ctigalium, debet fieri de voluntate loca-
torum, & in præſentia eorum, & ſine cõ-
ſenſu locatorũ, non poſſunt inter ſe di-
uidere, vel ſocios mutare, ſed ſi fieret
de conſenſu domini; periculum, & lucrũ
eſſet proprium cuiuſcunque in parte ſua.
30 Idem clarius *cap.* 547. *n.*45. quærit, an
arrendatores vectigalium poſſint aggre-
gare ſocios in arrendamento. Diſtinguit
vel volunt aggregare alios, non mutatis
primis arrendatoribus, & benè poſſunt,
tanquam Camera habeat plures obliga-
31 tos. Aut volũt aggregare, ſeù ſubrogare
alios, & ſe eximere, & liberare ab arren-
damento, & dicit hoc fieri non poſſe, niſi
Camera conſentiente, propter præiudi-
cium, quod poſſet occurrere ex muta-
tione perſonæ, qui eſt caſus noſter pun-
ctualis.
32 Hoc etiam, quod de conſenſu fiſci lo-
catoris poſſit fieri mutatio arrendatorũ,
& ſubrogatio aliorum caratariorum, in
locum priorum, quod primi remaneant
liberati, tenet Iulius Ferrectus *de re na-*
*uali lib.*3. *n.*32. verſ. *occurrit tom.* 12. *tract.*
& idem *Doctor in tract. de gabellis n.* 140.
verſ. *an ſocietas*; Petr. de Vbal. *in tract.*
de duobus fratr. par. 11. *principal. n.* 88.
Ruin. *conſ.* 90. *n.* 9. *vol.* 1. *Rota Genua de-*
ciſ. 14. *ante n.*49.
33 Demum nouationem expreſſam ex re-
ceptione, & adimplemento ſecundorum
fuiſſe factam, reſpectu Berardini, & Io-
ſeph; tum quia expreſsè de nouatione
facienda, cum omnibus eius requiſitis,
actum eſt inter partes, cum etiam, quia
omnia requiſita nouationis interuene-
runt, & ſic Io: Baptiſta Larrea *alleg. fiſcal.*
34. *n.* 9. & *n.* 22. licèt loquatur in fide-
iuſſore arrendatoris, tamen idem eſt cũ
principali; dicit, quod admiſſo altero in
locum primi; Primus omninò liberatur,
& nulla fiſco actio contra eum remanet.
34 Io: Gutierez *de gabellis quæſt.*134. dicit,
quod primus licitator non liberatur, ſi
veniat ſecundus, & offerat maiorẽ ſum-
mam, niſi iſte ſecundus *adimpleat*, etiam
datis fideiuſſoribus ad ſatisfactionem
(vti ille dicit) *de los contadores de la hazien-*
da Real; & ità dicit eſſe de iure commu-
ni. Sic declarans doctrinam Bar. *in l. li-*
citatio quæſt. 1. *ff. de publican. & vectigal.*
& *tex. in l. Sabinus ff. de in diem adiectione*;
& ſic illos concordans cum Cremenſ. *in*
*ſingul.*41. *Tu ſcis*, poſt Bal. quem refert in
l. Valerianus ff. de prætorijs ſtipulat. ſcilicèt

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

quod opinio *Bart.* procedat quando ſecundi arrendatores non adimpleuerunt, datis fideiuſſoribus; Opinio Cremenſ. procedat factis adimplementis ad contentamentum fiſci.

35 Sed proprius idem Gutierez *q.* 135. *n.* 13. verſ. *deinde*, dicit hæc formalia verba. *Deinde, & ſecundo conductores gabellarum poſſunt in aliũ, vel in alios equè idoneos, qui de fideiuſſoribus omninò ſatisfaciant, dominis computatoribus maioribus, iura ſua, ſic à Rege cõducta trãsferre, cedereque; quibus fideiuſſoribus ſic acceptis, liberãtur, primi cõductores ſic trãsferentes, & cedẽtes nullo cõtra eos ampliùs recurſu competẽte fiſco Regio.*

36 Hæc Gutierez. Et licèt leges Hiſpaniæ non ligent extra illam prouinciam, tamẽ nullus negare audebit, quin in alijs Regnis magnam habeant authoritatẽ, quia ſi doctorem vnum exterum magnifacimus, ac ſequimur, quanto magis legem, quæ ſaltim pro dicto vnius magni doctoris habenda eſt. Sic in puncto de legibus Hiſpanis dicunt Cõſtantius *in l.* 1. *n.* 36. verſ. *deſinant*, C. *de filijs official. lib.* 12. Rouit. *deciſ.* 27. *ex n.* 11. verſ. *nec dicatur*, & Carleual. *tom.* 2. *diſput.* 8. *ex n.* 182. verſ. *libenter autem.* Hac de re habemus in puncto duas leges Hiſpanas in noua recompilatione Diui Philippi ſecundi Regis noſtri *lib.* 9. *tit.* 11. *delos arrendamientos l.* 18. *mandamos que qualquier arrendator, ò arrendatores, que trapaſſare, ò dexare el arrendamiento, ò parte de ello, que toda via ſea tenudo porſi, y por ſus bienes, y por ſus fiadores faſtà que el arrendator, en quien fuere dexada, ò trapaſſada la dicha renta, aya contentado de fiancas à contentamiento delos cõtadores mayores, &c. Y non es raçon que el que paſſa la renta quede obligado &c. mandamos que contentãdo da fiancas à quel en quien fuere trapaſſada tal renta, y ſaccado el arrendamiento del primero año, el quale trapaſſare, ſea quito de todos los años;* Et hoc idem diſponitur in alia lege, quæ eſt eodem *lib.* 9. *tit.* 12. *l. ſeptima*, vbi Azeuedus dicit hæc formalia

38 verba: *Et ſunt iuſtæ diſpoſitiones tam Regi, quam conductoribus conuenientes, & ſalutiferæ, tum nè ſit licitum conductori per trãſlationem Regi præiudicare, cum etiam nè conductor transferens, remaneat in damno, & obligatione, ſi ille, in quem translatio facta eſt, de fideiuſſoribus, vel Regem, & eius calculatores contentos fecerint.* Hęc Azeued. Quid dicet nunc Regius Fiſcus? videant Domini, ſi quam habeat iuris ſubſiſtẽtiã eius inſtantia.

Et ad id, quod dicebatur, quod à ſęculo nõ erat auditum, vt arrendatores eſſent admiſſi ad ſubrogandos alios in locũ ſuis quia hoc non eſt inſolitum, ſed cõmuni Iure, & municipali cognitum, atq; cõſuetum; & ideò benè dicit Afflict. *deciſ.* 340. *n.* 5. quod non obſtat motiuum Fiſci de *pacto inſolito*, quia fuit dictum, quod ſi ratio dictat facere pactum inſolitum, benè poteſt fieri in arrendamento pactum inſolitum, quia Princeps multum confidit de officialibus Cameræ, allegat *Lucã de Penna in l. ſi quando*, C. *de bonis vacantibus lib.* 10.

Exitum vide in ſequenti *quæſt.*

ARGVMENTVM.

Fiſcus Regalis Patrimonij quando reſtituatur in integrum aduerſus decreta ſuimet tribunalis, quod eſt Regia Camera, ſi fuerint approbata à prædeceſſore Domino Aduocato fiſcali; immò per ſupremum Regiũ Collaterale Conſilium, & per ipſumet Illuſtriſſimum, atq; Excellentiſſimum Proregem. Quid lapſo biennio ad præſcriptũ *l. vnica, C. de ſentent. quæ aduerſ. fiſcum*, &c. an reſtituatur ex ędicto minorum, an aduerſus diſtractum; an in diſtractu,

in

in quo datur tractus ſucceſſiuus, put eſt liberare aliquos ex caratarijs in medio arrendamẽti, & alios loco illorum ſubrogare, qualis, & quanta debeat eſſe leſio, an in ſexta, an vltra dimidiam. Cum *deciſ.* R. C. S.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Iudicis tollit in integrum reſtitutionem, & per totam quæſtionem, & n.* 4. *& n.* 13. *&* 14.

2 *Adagia circa plurium conſilium, & communi omnium conſenſu n.* 3.

3 *Fiſcus vbi non eſt priuilegiatus vtitur Iure priuati, & n.* 5.

6 *In quibus reſtituatur in integrum n.* 7. *&* 8. *&* 9. *an ex edicto minorum n.* 10. *&* 11.

12 *Princeps oportet vt ſit minor, vt eius fiſcus reſtituatur.*

16 *Fiſcus an reſtituatur ſi fuerit læſus in diſtractu habente tractum ſucceſſiuum, & n.* 17. *&* 18. 20. 22. *&* 23. *&* 24.

19 *Fiſco alleganti leſionem incumbit probatio.*

21 *Læſio non habet locum in contractibus, qui ſe habere poſſunt ad damnum, & lucrum.*

QVÆSTIO XXXVIII.

VNIVS Iudicis decretum, in contractibus minorum in integrum reſtitutionem excludere ſolet. Nunc D. Fiſci patronus reſtitutionẽ petit, non aduerſus decretum vnius Iudicis, ſed aduerſus id, quod totum tribunal Cameræ cum tam exacta cauſæ cognitione, Principi cõſuluit: Quique cum voto DD. Regentium, ſecundũ conſultationem, fieri iuſſit: quod idem tribunal (prædeceſſore fiſcali, ad omnia ſuum conſenſum ſemper præſtante) per plura alia decreta ſanxit, confirmauit, ac integro ferè triennio executum eſt. Certè, vel tam zelotes, & circũſpectiſſimos miniſtros, ipſumquè tunc ſtrenuum Fiſci patronum, Collaterale Conſilium, Principem ipſum hallucinatos, qui præ-

tenſum Fiſci damnum non viderint, neglexerint, aut vnum nunc Fiſci patronũ, hæc omnia tanquam oculatiorem, diligentioremq; attinxiſſe confiteri oportet:

2 Quod vel ex adagio apud Eraſmum *chiliade* 2. *cent.* 3. *adagio* 95. *& chiliad.* 1. *cent.* 5. *adagio* 40. Alciato *emblemate* 41. & melius *ex deciſ. tex. in c. prudentiam* §. *illa quippè de off. & poteſt. iudic. deleg.* ſcilicèt, quod plus vidẽt *oculi*, quã *oculus*;

3 item ex ſanctiſſimi Bernardi Abbatis ſimili diſcurſu, de quo in eius vita *lib.* 3. *cap.* 7. verſ. *peribit, &c. fol.* mihi 470. eſſe ferè impoſſibile conuincitur. Ergo iudicio meo (abſq; alia indagine) fiſcus malam fouet cauſam.

Quod Regio Fiſco in integrum reſtitutio minimè competat, ex iam dictis in præcedenti *quæſtione*, fortè concludi poteſt.

4 Quia ſi actus eſt licitus, & perfectus, cui iura nõ reſiſtunt, immò aſſiſtunt, ex quo capite fiſcus reſtituendus eſt? & primò illud vulgatum recordari, non pigebit, quod fiſcus non eſt priuilegiatus, niſi vbi ſpecialitèr hoc cautũ reperitur, alioquin

5 vtitur iure priuati *gloſſ. in l. item veniunt* §. *in priuatum* in verbo *publica ff. de petit. hæred.* Dixit Cynus *in l. res publica n.* 1. *C. ex quibus cauſis maiores, Lucas de Penna in l.* 3. *C. de præpoſ. ſac. cubic.* ſed ſolùm

6 aduerſus ſententiam, & ſi omiſerit facere inuentarium fiſcus reſtituitur; ergo in cæteris vtitur iure priuati. Maior probatur ex Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. par.* 1. *queſt.* 3. *ar.* 13. Et ſi diceretur, quod

7 aduerſus decretum Cameræ, in quo Berardinus, & Ioſeph fuerũt liberati, fiſcus reſtituendus eſſet; Conſtanter dicimus, quòd tempora non largiuntur: Decretũ enim latum & ſubſcriptum à fiſco fuit die primo Iulij 1641. fol. 322. reſtitutio autem petita die 30. Martij 1645. fol. 473. ergo vigeſimo primo menſe poſt

8 biennium; & exploratiſſimi iuris eſt, lapſo biennio, fiſcum non reſtitui aduerſus ſententias; *l. vnica, C. de ſentent. aduerſ. fiſcum.*

9 Immò Bal. *in d. l. notabiliter* dicit, quod nec infra biennium fiſcus reſtituitur, ſi fuit in cauſa legitimè defenſus.

10 Sed ſi quis dicere velit, quod fiſcus ad inſtar minoris in omnibus reſtituatur cũ

gloſſ. in l. 2. c. comm. de vſucap. & Afflict. *deciſ.* 340. *n.* 3. Reuert. *deciſ.* 573. Reſpõdeo; Quod ex pluribus ex iſto capite reſtitutio fiſco nõ competit, quia etiam ſi eſſet fiſcus lęſus (quod negamus) eſſet lęſus à ſeipſo à ſummo, & ſupremo Senatu, ab ipſo principe, qui Berardinum liberauerunt, tunc enim fiſcus reſtituitur
11 quando eſt lęſus ab adminiſtratoribus fiſcalibus, abſq; interuentu fiſci patroni: nam, vt iſto caſu fiſco reſtitutio detur, oportet vt ipſe princeps ſit minor. Eſt originalis diſtinctio Ioannis Fabri *in d.*
12 *l. res publica C. ex quibus cauſ. minor.* Boſſ. *in tit. ſi aduerſ. rem iudicatam n.* 19. qui allegat Nicol. de Neapol. *in d. l. vnica, C. de ſentent. aduerſ. fiſc.* quod quando fiſcus ipſemet contraxit, nullo modo reſtituitur in integrum; & hanc diſtinctionem vti veriſſimam, ſequitur, & tenet doctiſſ. Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. par.* 1. *quæſt.* 3. *ar.* 13. *ſub n.* 84. verſ. *ego puto*; ſubdẽs, quod nulla ratio hoc ſuadet, nec vllibi in iure cautum reperitur, quod fiſcus iſto caſu in integrum reſtituatur.
13 Secundo eſto, quod fiſcus, & iſto caſu ex ędicto minorum reſtitueretur (quod negamus) adhuc minor reſtitui nõ poſſet, ſtante decreto Iudicis, Sfort. *par.* 1. *quæſt.* 22. *art.* 8. ſtante inquam non vno, ſed pluribus decretis. Primo 22. Iunij 1641, fol. 316. a ter. Secundo primo Iulij f. 322. Tertio 2. Iulij fol. 323. Quarto 30. Iulij fol. 334. Quinto 8. Septembris ſequentis fol. 373. Sexto 19. Decẽbris 1642. fol. 417. quæ omnia decreta, vel tendunt ad liberationem Berardini, & Ioſeph; vel pro executione, & conſumatione actus ad obligationem, & adimplemẽtũ ſecũdorũ caratariorũ ſubrogatorũ. Tot decreta à tanto Tribunali emanata, Fiſco ſemper cõſentiente, audacter auſim dicere, ꝙ *blaſphemus*, vel *fatuus* eſſet quiſquis, quod *caſualiter, repentinè,*
14 *& abſq; cauſæ cognitione* præcipitata eſſe, aſſeuceraret: Quia Tribunal Cameræ omnia maturè, & perpenſo digerit conſilio, ſicut ipſum in ſua cõſultatione principi teſtatur: *Et il tutto diſcuſſo in queſta Regia Camera a' 24. del paſſato meſe di Maggio, & à 4. del preſente meſe di Giugno, à relatione del Spectabile Conte di Mola Commiſſario, inteſo il Regio Fiſco, hà parſo rappreſentare à V. E. c'hauendoſi fatto per queſto Tribunale con l'attentione, che ſuole le debite diligenze, e conſiderationi giudica, &c.* Ecce vtrum negotium fuerit ruminatũ, nec ne. Tunc autem minor reſtituitur,
15 etiam ſi adeſt decretum, quando decretum præcipitanter, cauſaliter, & abſq; cauſę cognitione fuit à Iudice interpoſitum, vt innumeris relatis docet Sfort. Odd. *par.* 10. *quæſt.* 22. *ar.* 9. *n.* 62. & ſi minori nõ competit, tanto minus fiſco, cui nullo modo competit, per ſupradicta.
16 Et licèt nulla adfuerit lęſio in hoc diſtractu locationis, & ſic omninò fiſcus debet ei ſtare, cum diſtractus ſit, & ipſe bonefidei, ſicut contractus, Bart. *in l. ab emptore, ff. de pactis,* Salycet. & Bal. quos allegat, & ſequitur Bertacch. *de gabell. par.* 5. *in princ. n.* 9.
17 Tamen præmictimus, quod dupliciter ex capite lęſionis ſuccurritur fiſco, quia aut fuit lęſus in venditione ſubhaſta, aut in contractu, vel diſtractu; In venditione ſubhaſta, quicquid ſit de iure, ſequimur, quod ſufficiat lęſio in ſexta; ſed in con-
18 tractu, vel diſtractu, fiſco non ſuccurritur, niſi doceat ſe læſum vltra dimidiam, iuxtà *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* docet Peregr. *de iure fiſci lib.* 6. *tit.* 4. *ex n.* 8. *cum ſequentibus.* Afflict. *deciſ.* 340, vbi Carauit. & Vrſill. *n.* 7. & 8. Io: Mauritius Bolanus *de reſtit. in integrum cap.* 119. *& cap.* 221. latiſſimè Reg. de Ponte *de poteſt. Proreg. de regal. impoſit. tit.* 4. §. 5. *per tot.* vbi, quod ſi venditio fuit facta ſubhaſta, ſufficit læſio in ſexta, ſi fiſcus aliter cõtraxit, practicatur *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* omninò, quia idem eſt in Eccleſia, & in minore.
19 Secundo, quod fiſco alleganti læſionẽ, incumbit onus illam euidentiùs probandi, vti fundamentum ſuæ intentionis, cũ in dubio non præſumatur, Bal. *in l. per diuerſas, C. mandati;* Maſcard. *concl.* 963. & ſunt iura clara in *l. minoribus, C. de reſtit. in integr. l. nam, & poſtea, §. ſi minor, ff. de iure iur.* Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. par.* 1. *quæſt.* 36. *ar.* 2.
20 Tertio, licèt in cõtractibus, qui habent tractũ ſucceſſiuum, læſio nõ cõſideretur tem-

tempore contractus, ſed in fine, iuxtà elegantẽ diſcurſum D. Io: Baptiſtæ Larrea *alleg. fiſcal.* 35. nos latè *quæſt.* 65 *lib.* 2.
21 tamen cum de diſtractu iiſdem omninò regulis iudicetur, quibus de cõtractu, vt poſt alios reaſſumit Reg. Galeot. *lib.* 2. *controuerſ.* 1. *n.* 45. & eſt dictum ſupra *n.* 24. in diſtractu locationis factæ inter fiſcum, & Berardinum, nullus tractus ſucceſſiuus cõſiderari poteſt, cum illo tunc, & inſtanti, quo fuit perfectus diſtractus per conſenſum partium, fuit finitum negotium, & nil remanſit agendum, & ideò læſio cõſideranda eſt tempore illius diſtractus, & tempore, quo Berardinus fuit liberatus, attendendus eſt ſtatus arrendamenti in illa die, quia hoc eſt peculiare in cõſiderãda læſione, de Ponte *tit.* 4. §. 5. *n.* 46. *de poteſt. Proreg. per tex. in l. ſi voluntate C. de reſcind. vendit. & in l.* 3. §. *diui fratres, ff. de iure fiſci c. ad aures,* vbi *gloſſ.* in verbo *tunc, de rebus Eccleſ. non alienand.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 963. *n.* 4. vbi dicit, quòd licèt in cõtractibus ſucceſſiuis non cõſideretur læſio tempore cõtractus, tamen ſublimitat, & reſtringit procedere quando obligatio ex mera liberalitate conſiſtit, ex tex. *in c. ſuggeſtũ, de decimis,* cũ ſua materia nos latiſſimè in d. cauſa Beatricis de Vrſo; ſecùs autem
22 quãdo obligatio eſſet ex cauſa onerosa, vt puta ex contractu, in quo aliquid hinc inde datur, vel promittitur, tunc enim damnum, & lucrum ſuperueniens, non attenditur, ſed probatio læſionis eſt referẽda ad tẽpus cõtractus allegat Innoc. Abb. Iaſ. & Cepoll. *d. concluſ.* 963. *n.* 9. verſ. *quam quidem de probat.* Ergo quicquid dicat fiſcus, quòd finito arrendamento, reperti ſunt arrendatores debere fiſco ſexaginta myriadas ducatorum nil refert; nam tempus diſtractus inſpiciendum, vt ſupra.
23 Quarto hoc ex alio ſuadetur, nam notiſſima ſunt iura *in l. de fideicommiſſo, C. de tranſact. & in l. ſi ea lege, C. de vſuris, l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſtam.* Scilicèt, quod in his, quæ poſſunt ita ſe habere ad damnum, ſicut ad lucrum, non conſideratur læſio, & per conſequens reſtitutio non competit. Hoc in caſu fiſcus non ſe expoſuit in dãno manifeſto abſq;

ſpe lucri, ſed actui indifferenti, in quo licèt poſſibile eſſet contingere damnum, magis poſſibile erat lucrũ, ſcilicèt, quod noui cõductores, ceſſantibus temporum calamitatibus promiſſa adimplerent, & lucrarentur in arrendamento, & poſſent iterum cogi ad reconducendum pro futuris annis, & in meliorem exiſtimationis ſtatum, fiſcales redditus reponere. Omnia iſta poſſibilia erãt, & futura ſperàbantur, & alterum eorum contingere
24 potuiſſet. Quod ſi contrarium ob peccata noſtra poſteà euenit, nõ cõſideratur, quia ſi lucrum aduenìſſet, nec Berardinus ipſum ſenſiſſet, Rebuff. *de reſtit. in integrum ar.* 1. *gloſſ.* 2. *n.* 8. & eleganter Sfort. *par.* 1. *quæſt.* 4. *art.* 6. *ſub n.* 40. Sapia *in l. hæreditatem n.* 17. *C. de impub. & alijs ſubſt.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 27. *n.* 23. *& cap.* 579. *n.* 30. Griuell. *deciſ. Dolana* 134. *n.* 7. Io: Maurit. Bolan. *de reſtit. in integr. cap.* 151, ergò ſolùm læſio tempore diſtractus conſideranda eſt, ſi adeſt. Iniquiſſimum enim Berardinum lucrum non ſperantem, in caſu contrario damnum aſſequi.

§. 2.

25 *Læſio in arrendamentis quomodo conſideretur, reſpectu extalei, & reſpectu partis noui conductoris, & n.* 26. *&* 27. *&* 28. *&* 29.
30 *Reſtaurũ, & remiſſio mercedis quibus caſibus fiat, & n.* 31. *&* 32.
33 *Gubernatores arrendamentorum licentiati an teneantur reſtituere prouiſionem, neque reddunt computa n.* 34. *& n.* 35. *Princeps debet cuſtodire facta maiorum.*

25 Videamus modo an adfuit læſio tempore cõtractus, & hanc in duas partes diuidimus; vel læſio conſideranda eſt, reſpectu perſonarum ſubrogatarum in locum Berardini, & Ioſeph, vel reſpectu extalei tũc decurſi, & iacturæ tunc factæ in arrendamento.
Quo ad primum, nulla læſio cõſiderari poteſt, primo quia Berardinus in eius memoriali fol. 295. nõ ſe reſtrinxit ad maiorem, vel æqualem idoneitatem, in nouis conductoribus ſubrogandis, ſed dixit

tantum,

tantùm eſſe idoneos: *Hà reſoluto renunciare la participatione, e carico ſudetto, ſubintrando in eſſe carate altre perſone idonee, e ſufficienti con maggior cautela del Regio fiſco, con conditione però, e non altrimente, de non voler eſſer tenuto eſſo ſupplicante à coſa alcuna, nè per raggione d'eſtaglio, nè d'altro &c.* Ergo eſt fundamentum intentionis Fiſci, oſtendere, quod illi ſubrogati erãt minus idonei, quam Berardinus, & Ioſeph, vt in terminis terminantibus oſtẽdit Carocc. *de locat. & conduct. in repet. l. nemo C. locati q. 2.* dum vnuſquiſque præſumitur idoneus, Et quod locatori, non conductori, qui ſublocauit, incumbat probare, quod ſubconductor non fuit idoneus.

Nec eſt vis facienda in narratiua principis fol. 318. tum quia non aſſerit, quod noui conductores ſint magis idonei, quam Berardinus, & Ioſeph, ſed tantum dicit *perſonas idoneas, y ſufficientes.* Quæ eſt ſola admonitio, nec importat conditionẽ, etiam ſi princeps mandaſſet eatenus ſecundos recipi; quatenus idonei reperiũtur, quia potiùs modum, quam conditionem importaret, itaut cognitionem anteire nõ oporteat; Celſ. Vgon. *in tract.*
27 *de clauſ. tit. de clauſula reſcriptorum pag.* 484. *col.* 1. *&* 2. Marta *de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 128. in terminis noſtris Carocc. *de locato quæſt.* 24. ſuper *d. l. nemo.* Ergo cũ fiſcus nõ docuit Ioſephum, & Berardinũ eſſe magis idoneos, & ſufficiẽtes, illorũ, qui ſubrogati ſunt; de hoc non contingit loqui, cum fiſcus deficiat in ſalutari.

Nec valet vno obulo, cum reuerentia, replicatio, quod iſti ſubrogati latitant, & reperti ſunt non ſoluendo; Quia dicat
28 fiſcus quis ex alijs triginta caratarijs ſe præſentauit vltro? vel quiſnam repertus eſt ſoluendo? ſi caſus contingiſſet cũ Berardino, & Ioſeph; credendum eſt, & iſtos in malã manſionem vltro non fore ituros; Et pro illis Eccleſias, & aſyla nõ defutura; Quis enim tot aureorum myriadas, perſoluere, & ſi vellet, poſſet vnquam? Reſpectu verò bonorum, fideicommiſſa paterna vtriuſq; tam Berardini, quam Ioſeph præſentantur; ex quibus inanem actionem, fiſcus experiturus eſſet. Et ſic circa perſonas ſubrogatas læſio nulla adeſt, vel minimè conſtat.

Supereſt, vt reſpectu extalei, tunc maturati, cõſideremus an liberando Berardinum, & Ioſephum fiſcus fuerit læſus, & quidẽ hoc fuit ante decretum liberationis bene perpenſum, & rigidè diſcuſſum per Cameram, vt patet in eius cõſultatione f. 78. vbi Tribunal refert principi, quòd tũc arrendamẽtũ debebat duc. 105559. 2. *li quali repartiti frà le carate, in che và diuiſo detto arrendamento, doueria per ogni carata duc.* 3518. 4. 18. $\frac{1}{8}$ *e queſto oltre l' eſcomputi, che pretendono douerſegli fare.*

29 Ecce, quod Camera ea, *qua aſſolet prudentia,* hoc cõſiderauit; nam tres caratæ Berardini capiebant ſummã duc. 10556. 4. 18. carata vna cum dimidio Ioſeph duc. 5278. 2. 7. qui in vnum capiunt ſummam duc. 15835. 2. 5. Berardinus, & Ioſeph relaxauerunt duc. 20000. capitalium in beneficium Regiæ Curiæ; vt in facto cõſtat; vbi quæſo eſt læſio? in Alagio fortè? quod illi duc. 20000. relaxati; nõ extimantur pro duc. 15835. 2. 5. ſed magis, quòd iſthæc non eſſet læſio in dimidia, Regia Camera cõſiderauit etiã tot capita remiſſionis; quæ ex facto locatoris cõtigerant; & omni Iure ad dictos cõductores ſpectabant; vt *Regia Ca-*
30 *mera* ſemper iudicare ſolet; & iuris eſt exploratiſſimi dictam remiſſionem deberi; quantumcunq; illi fuerit renunciatũ: vt poſt alios benè diſcurrit D. Reg. Galeota, etiam attẽtis nouiſſimis literis Potentiſſ. Philippi Quarti Regis noſtri, vbi quamplures Regiæ Cameræ deciſiones exempla extant *reſponſo fiſcal.* 17. *n.* 28. *& reſponſo* 18. *ex n.* 41. & alibi.

31 Maximè, quia capita remiſſionis mercedis, ſunt irrefragabilia, vt in facto explicuimus; & inter alia omnes vidimus *menſe Septembris* 1640. Gallorum hoſtiũ regalem claſſem *Burdegal. Archiep. duce* in portu huius Regiæ Vrbis præliando per dies permanere, & adeò propè, vt ab arcibus fuerit tormentorum ictibus petita: toto cõmercio penitùs per ęquora ſublato; Dempta ergo iſta remiſſione mercedis, quæ omni iure facienda erat, vbi quęſo adeſt læſio? Rurſus caratarij dummodò Berardinus, & Ioſeph, ex arrendamento mitterentur, & eis admini-

ſtratio

ſtratio reſtitueretur, obtulerunt ſoluere infra menſem cõſignatarijs arrendamẽti de proprio ducatos triginta mille, quod pactum ſoluendi ducatos triginta mille, relaxatio ducatorum viginti mille, noua fideiuſſio in tot capitalibus aliorũ ducatorum viginti mille, obligatio aliarum ſeptem perſonarum, cumque dicta in dubia futura mercedis remiſſione, ſi in vnum conſiderentur; tantum abeſt, vt fiſcus fuerit læſus, vt nunquam cũ ſimili incremento, negotium geſſiſſe videatur,

32 Ergo de in integrũ reſtitutione penitùs non contingit loqui, læſione prorſus nulla exiſtente.

Sic etiam credo, quod reſponſione non indigeat id quod fiſcus dicit, quod Berardinus, & Ioſeph reſtituere tenebantur duc. 756. 1. 13. pro eorum prouiſione, ſiuè ſalario; *Sed Apoſtolus 1. ad Corinth.*
33 *cap. 9.* dicit, *Quis militat ſuis ſtipendijs?* & illud ſalarium non fuit acceptum pro ſeruitio præſtando, ſed pro ſeruitio præſtito vſq; ad illam diem; & à ſæculo non eſt auditum, vt quis ſalarium ob ſeruitia præſtita habitum reſtituere teneatur, eo quod non præſtabit in futurum.

34 Et quod Berardinus, & Ioſeph nõ reddiderunt computa, quę computa reddũt gubernatores in arrendamentis? Et de Ioſeph Capſario quis non credit, quod vſq; ad vnguem, antequam ſocij in eius miſſione, & liberatione cõſentirent, ab eo computum, & computa non ſemel tantum expetiere.

Et demùm pro coronide huius capitis, vt nihil remaneat, dicimus illud, quod Berardinus expreſſit in eius memoriali fol. 295. *Et cõ maggior cautela del Regio Fiſco;* & quod princeps in eius chyrographo expreſſit fol. 316. *Porque la Corte vendra à tener doblada cautela, que antes por las cartas, que tenian los dichos Berardino Iouenes, & Ioſephe de Falco;* quod fiſcus aſſerit non fuiſſe verum; dicimus fuiſſe veriſſimum, & quod manu tangitur.

Primo hęc non eſt finalis cauſa, nec ea ceſſante fiſcus eſſet reſtituẽdus, cum ex læſione tantùm reſtitutio concedatur; Rurſus Berardinus in eodem verſiculo, vbi hoc dixit, ne linea quidem, vel aſteriſco interiectis ſubiunxit: *Con conditione però, e non altrimente, de non voler eſſer tenuto eſſo ſupplicante à coſa neſſuna, &c.* fol. 295. & ſic iſthæc ſynodalis reſponſio, quæ claudit os cuique obloquenti, tamen dicimus hanc duplicem cautelam, & in perſonis, & in pecunia verè adfuiſſe, vt ſupra n. 32. oſtenſum eſt; Et vt Camera dicit ſperabatur arrendamentum in meliorem ſtatum, & formam redigi, ex miſſione iſtorum: *Giudica che nel modo* (propria verba voti Regiæ Cameræ) *nel quale hoggi ſi troua l'arrendamento predetto, è aſſai difficile à poterſi ſoſtentare, che nõ vada ſempre deteriorando, così per la miſeria del tempo, come per le differenze, che correno trà il magnifico Berardino Giouane, & altri gouernatori predetti, dalla quale naſce il mancamento del detto arrendamento, che per euitarlo, pare à queſto Tribunale; per maggior beneficio d'eſſo, & cõ maggior cautela della Regia Corte, che s'accetti la predetta renuntia dalli magnifici Berardino Giouane, e Gioſeppe de Falco, con li patti in eſſa contenti.* Ecce tibi, quis dixit, quod erat maior cautela Regiæ Curiæ Berardinus, an ipſemet fiſcus, an inquam ipſummet Tribunal? poſtquam *con l'attentione, che ſuole, hebbe fatte le debite diligenze, e conſiderationi.* Si iſthæc cauſa decidenda eſſet in alio Tribunali, & eoram alijs miniſtris, qui hæc omnia principi conſuluere, me herclè, petitis teſtimonijs à ſacra pagina, à toto iure, ab hiſtorijs, aliiſque monimentis, oſtenderem quàm aliena ab omni ratione, iure, æquitate, & œconomia, cum reuerentia, ſit hæc Domini Fiſcalis nouiſſima inſtantia, contra factum proprium, nam
35 vt dicebat *Theodoricus* Rex, apud *Caſſiodorum*, quid in rerum natura erit tutum, & quando erit litium finis, ſi taliter per principem ſancita conuellantur? & habetur in *c. iuſtitia* 25. q. 1. & in *c. ſi ea cad. cauſ. q. 2.*

Exitum habes in ſequenti.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum quomodo fiat in praxi, an ſi minor, vel fiſcus reſtituantur, reſtitui etiam debeant maiores, & non priuilegiati, qui cum illis contraxerunt, & quid in diſtractu, an iſthæc reſtitutio practicari poſſit, re non integra, hoc eſt finito arrendamento, & quid re integra, hoc eſt ante captam poſſeſſionem ſi alij publicani, ſiuè arrendatores, loco dimiſſorum fuerunt ſubrogati. Cum deciſ. R. C. S.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitui non poteſt minor, vel Eccleſia, niſi ſimul, & ſemel reſtituatur, maior litigans cum illis; & n. 2. & 3. 4. & 5.*
6 *Procedit tàm in cõtractu, quam in diſtractu.*
7 *Non datur reſtitutio re nõ integra, & n. 8.*

QVÆSTIO XXXIX.

1 SI omnia prædicta nõ ſub-
ſiſterent ex hoc vno, fiſcus non eſſet audiendus, quia reſtitutio in integrũ per fiſcum petita, erat de iure impracticabilis. Non poterat fiſcus in integrum reſtitui, niſi ſimul, & ſemel Berardino, & Ioſepho reſtitutis, ad aſſictum arrendamenti, quem relinquerant. Sed ille affictus, ſiuè locatio, erat iam finita, & Regia dohana alijs publicanis locata; Ergo de reſtitutione in integrum fiſcus loqui non poterat. Maior habetur ex *tex. in l. 2. C. ſi aduerſ. trãſact. Si aduerſus tranſactionẽ, ex perſona minorũ, in integrũ reſtitutio,*
2 *aduerſus trãſactũ, propter ætatis auxiliũ imploretur, tibi quoq; agẽti, ex integro, vel replicatione, cõtra exceptionẽ pacti, vel ſi perẽptam eſſe conſtat priſtinam obligationem, ex inſtauratione negotij tributa ſibi actione cõſulendum eſt.* Vbi gloſſ. in verbo *inſtauratione*, dicit, *ita enim fit reſtitutio*, vt vnuſquiſquè ſuum habeat, ſiuè erat ſpecies, ſiuè quantitas, iniquum enim eſſet, quod minor reſtitueretur, alter non, & in eodẽ loco *Bal. n. 2.* dicit, quęro hic, nunquid reſtituto minore, aduerſarius eius reſtituatur, ex eadem reſtitutione, an verò ſit opus, quod aduerſarius propriam reſti-
3 tutionem imploret? breuiter verius eſt, quod ex eadem reſtitutione, nam natura correlatiuorum eſt, quod vno poſito, alterum neceſſario ponitur, & vno remoto, alterum neceſſario remouetur; & pa-
4 tet ex vi ſermonis, nam reſtitutio eſt in pristinum ſtatum repoſitio. Sed hoc nõ eſſet, ſi vterquè nõ participaret de eadẽ reſtitutione. Hæc *Bal.* ad verbum; qui per plura exempla hæc repetit *in l. 1. C. de reputation.* quem *tex.* ſolùm deberem allegare pro indubitabili probatione huius poſitionis, vbi *Azo* in *rubrica* dicit hæc verba: *In reſtitutionibus minorum locut eſt, reputationibus, ideſt compenſationibus, vt ait P. vel reſtaurationibus, vt puto ego*; & ſi quidem minor *reſtitueretur in integrum, eadem lance ęquitatis reſtueręe-*
5 *tur aduerſarius minoris.* Hæc Azo; idem per formalia verba dicit *Hoſtienſ.* in *ſumma de reſtitut. in integr. n. 11. Abb. antiquus in rubrica* extra eodem, *Archidiac.* & *Franc. in cap. 1. de reſtit. in integr. in 6.* & poſſem hic vnam legionem *Doctorum* allegare, pro quibus duo tantùm ſignabo; ſcilicèt *Io: Maurit. Bolan. de reſtit. in integ. cap. 1. 214. 215. & 216. & Sfort. Odd. de reſtit. in integr. par. 1. queſt. 47. ar. 1. & art. final. per totum*; maximè quia in contractu locationis, vſus rei, & præſtatio patientiæ, ſunt adeò connexi, & connaturales, vt vnus abſquè altero vllo modo detur, *Sfort. d. art. finali*, & dicta regula,
6 vt aduerſarius reſtituatur procedit tam in contractibus, quam in diſtractibus, & quod cõtrarium dicere eſt crudele, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 720. num. 19.*
Et ex eadem ratione denegatur reſtitutio re non integra, *l. quod ſi minor, §. ſcęuola, ff. de minor. l. ſi ex cauſa, §. Papinianus,* aliàs

Digitized by Google

alias *Pomponius*, *ff. eodem l. in integrum*, *ff. de minor.* cũ concordantibus. Et adeò
7 res non eſt integra, quod fiſcus finito arrendamẽto petijt in integrũ reſtitutionẽ. Magis dico, quod etiam re non integra reſpectu arrendamenti, ſcilicèt, ſi fiſcus eodem inſtanti, quo noui conductores ſubrogati, in locum Berardini, & Ioſeph adimpleuerunt, vellet reſtitui, non potuiſſet. Quia oportebat hos eicere, & eis fidem frangere, cum quibus bona fide, nouus contractus locationis celebratus erat; & cum iſti non habebant cauſã
8 à Berardino, & Ioſepho, ſed ab eodemet fiſco, licèt reſtitutio, quæ ex iure ſcripto prouenit, ad differentiam illius, quæ fit per gratiam principis benè traheretur retro in præiudiciũ tertij; cui medio tẽpore fuit ius quæſitum, hoc tamen dicit Bal. *in l. in quæſtione n. 6.* verſ. *ſed contra C. de ſent. paſſ.* Capyc. Latro *conſult. 62.* *ex n. 52.* non procederet, quando ille tertius non habet cauſam ab eo, cuius ius reſcinditur per reſtitutionem, ſed ab eodem, qui reſtitutionem impetrat. Reliqua *in quæſtione 37.* ponderata pro fiſco; corruebãt ex facti diuerſitate; quia quod re deliberata non daretur locus pœnitentiæ benè ſe habebat, niſi adeſſet contrarius conſenſus partis cum authoritate ſuperioris; & ſic quæ motiuata ſunt, quo ad ſocios, & ſocietatem.

Hæc cauſa fuit ter diſcuſſa in Reg. Camera; quæ à Fiſco audita, deſtitit ab impetitis; annuente toto tribunali; & quod fuit notatum in libro notamentorum, vt Berardinus, & Ioſeph vlteriùs non moleſtarentur. Prout mihi dixit idẽ Berardinus, qui paulò poſt fuit Iudex M.C.V. in criminalibus electus, & exiſtente Iudice excеſſit è vita. Proceſſus eſt in banca Pepę. Scriba Monaco.

ARGVMENTVM.

An quemadmodum literæ cambij de conſuetudine totius Europę, & in Regno vigore Regiarum pragm. ſi non acceptentur, vel acceptatæ nõ compleantur; facta in tempore proteſtationẽ, habent executionem paratam, omni exceptione etiam nullitate reiecta, vt non audiantur niſi facta reali ſolutione; habeant etiam eandem executionem, ad inſtantiam illius, cui fuerunt giratæ, contra girantem, & contra acceptantem, ſi non acceptentur, vel non compleantur, vt ſupra; an agendum ſit via ordinaria. Et quid ſi girata fiat ex cauſa noui, ſiuè alterius cambij celebrati inter girantẽ, & giratarium. Plura ſingularia de literis, forma literarum, & de ipſis cambijs: euertitur reſpõſum 6. D. Regij Conſ. Frãciſci Rocci, & aſſeritur reſponſum 15. eiuſdem vol. 2. caſus nullo modo deciſus à Reg. Caſanate.

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

SVMMARIVM.

1 *D. Conſ. Rocci reſponſi 6. negantis viam executiuam rationes referuntur, & n. 2.*
3 *Authoris rationes contra D. Roccum, quòd teneatur via executiua, & per totam queſt.*
4 *Sex decreta delegatorum pro via executiua.*
6 *Duę iudicaturæ inducunt conſuetudinẽ iudicandi, & de ſtylo tribunalium, quod faciat Ius, n. 6. & 7. & 8. & 9.*
10 *Eſſentia, & iuſtitia cambij conſiſtit in iuſto pretio, non in litera.*
11 *Fauor viæ executiuæ eſt reſpectu illius, qui cambium dedit.*
12 *Nulla certa forma datur in literis cambij, & ſufficit, quod dicat pagati, & giratas ipſi*

ideò dicitur alia litera ſi fiat ex cauſa noui cambij, *& n.* 17.

QVÆSTIO XL.

CAVSAM Liuij Pepe tunc
negotiatoris Neapolita-
ni, defendi contra Fœli-
cē Baſilē in anno 1650.
coram D. Caſanate tunc
Delegato cambiorū pe-
nès Figliolam tunc Can-
cellarium. Defendit Fœlicem D. Fran-
ciſcus Roccus, tunc Aduocatus prima-
rius; nunc Reg. Conſiliarius digniſſimus.
Contendebat agi non poſſe via executi-
ua ad inſtantiam Liuij giratarij literarū
cambij contra Fœlicem girātem, ex plu-
ribus, quæ in ſuo *reſponſo* 6. *vol.* 1. po-
1 ſtea ſcripſit. Primo, quia ſtatutum (*di-
cit ipſe*) dat viam executiuam literis, &
non loquitur de giratis; quam giratam
vna vice fieri permittit; & ſubdit: *reſtā-
2 do obligato anco quello, che gira*; quia non
addit *via executiua*, intelligitur remane-
re obligatum, prout de iure; quia caſus
à ſtatuto omiſſus remanet ſub Iuris di-
ſpoſitione, *l. cum dotem ſol. matr. l. com-
modiſſimè, ff. de liber. & poſth.* Secundo,
quia contractus cambij nō habent viam
executiuā, niſi vbi ſtatuta locorum hoc
diſpoſuerint, Scaccia *de cambijs* §. 7. *gloſ.*
5. *n.* 1. *&* 2. & quod in ſtatutis non da-
tur extenſio, quia odioſa, *l. præcipimus,
ff. de appell. l. ſancimus, C. de teſtam.* nec
etiam ad caſum ſimilem *Bart. in l. illud,
C. de ſacroſ. Eccleſ.* Tertio, quod cambiū
ſine literis dicitur fictum, & vſurarium,
& proinde iniuſtum, & illicitū, Caualc.
deciſ. 2. *n.* 23. *par.* 2. verſ. *& circa.* Azor.
inſtit. moral. par. 3. *lib.* 10. *tit. de cambijs,
c.* 10. verſ. *primo quando*; Burſat. *conſ.* 399.
n. 27. *lib.* 4. Gabriel. *conſ.* 158. *n.* 1. *lib.* 1.
& alij, vt in dicto *reſponſo* ante n. 8. Quar-
to, quod ad inſtantiam ceſſionarij literæ
cambij non habent viam executiuam
Rota Genuæ *deciſ.* 10. Reg. Rouit. *prag.*
5. *de lit. cambijs n.* 15. vbi *Nouar. nu.* 5.
Gait. & alij. Quinto, quod ita reperi-
tur practicatum, vt cōtra girantem apo-
cam cambij non detur via executiua in
cauſa Fauſtinæ Salinæ, contra Aloyſium
Gammardella, vbi non obſtante quod
per D. Reg. Tapia fuiſſent expeditæ li-
teræ executoriales quando oppoſuit di-
ctam exceptionem, per D. Regentē Ca-
ſanata die 9. Februarij 1644. fuit ordi-
natum, *quod creditor declaret*, & interim
non moleſtetur girans, vt dicit in dicto
reſp. n. 11. Sexto, ſubdit, quod eſt facta
delegatio, & adſunt requiſita delegatio-
nis, conſenſus ſcilicèt debitoris delegā-
tis, acceptatio creditoris, & conſenſus
debitoris delegati per illa verba, *pagarò
per queſta prima di cambio à Felice Baſile,
ò à chi in piede di queſto ordinarà*; & quod
ex delegatione prior debitor ſit libe-
ratus, & omne periculum tranſit ad cre-
ditorem, cui fuit facta delegatio, *l. dele-
gare la prima, ff. de nouat.* & alijs, vt in
n. 14, eiuſdem *reſp.* & quod delegatio
vim ſolutionis obtinet, vt eſt notorium.
Septimo, quod ſi agatur per viam ven-
ditionis nominis debitoris, quod illa
quoq; poteſt practicari in iſto caſu, ex
verbis conuentionis expreſſis in partita
banci ibi: *Per li quali me ne haue conſi-
gnato lette: e di cambio Honufrio Vngaro a
me girate*; ideò, quod Liuius ſoluit pretiū
pro conſignatione ei facta literarum cā-
bij per alium debitarum, & ipſi Liuio
giratarum, & quod periculum nominis
venditi trāſit in emptorem, vt dicit n. 17.
18. & 19. Octauo, quod ſi dicta girata
fuit facta per viam ſimplicis ceſſionis, dū
non fuit promiſſum, quod dictum no-
men ſit exigibile, tenetur cedens facere
nomen verum tantùm, non autem exigi-
bile, dum non ſumus in apoca banci, vbi
contrarium practicatur, *l. ſi nomen de he-
reditate, vel actione vendita*.

Ipſe autem via executiua agendum dixi,
contra Fœlicem girantem. Primo, quia
pragm. emanata 8. *Nouembris* 1607. à Co-
mite Beneuenti, prima omnium locuta,
de giratis, quæ fiunt in literis cambij
dixit. *Et perche col medeſimo abuſo ſe ſo-
3 gliono fare molte lettere di cambio, pagabile
al tale, ò à chi ordinarà; & poi giratole vna
volta, quello, che ſubentra, abuſa anch'egli,
girandola ad altri; e da queſta multiplicità
di girate ne naſcono molti inconuenienti; or-
dinamo, e comandamo, che da hoggi auanti,
tutte le lettere di cambio, che ſi faranno per*

le

*le piazze, e fiere del preſente Regno, pagabi-
le al tale, ò à chi ordinarà, non ſi poſſano gi-
rare più che vna ſola volta, facendo ricono-
ſcere la mano del girante da vn Notaro, con
farne fede ſotto la lettera, reſtando però pu-
re obligato quello che gira.* Iſthæc pragma-
tica fuit renouata, eiſdem ferè verbis,
12. Octobris 1608. vt *in pragm. 4. de li-
ter. cambij*; & iterum in anno 1617. Pro-
rege *D. Duce Oſſuna*, vt in *prag. 6.* in qua
adeſt idem §. abbreuiatũ, & dicit, quod
non poſſit girari niſi ſemel, & ſubdit, *re-
ſtando anco obligato quello, che gira.* Quæ
clauſula, remanendo obligatũ, etiam
4 illũ, qui girat, ſemper interpetrata fuit,
remanere obligatum efficaciter, vt con-
tra eum via executiua procedatur. Et
fuerunt allata *ſex exempla*, duorum dele-
gatorum intrepidorum, ac doctiſſimorũ,
Tapiæ, inquam, ac *Capyc. latro* dicentium,
viſa girata, expediantur literæ executo-
riales realiter, & perſonaliter. Vnde de-
fendens Liuium, qui nouum, ac vndiq;
5 perfectum cambium celebrauerat cum
Fœlice, dicebam ex *Franch. deciſ. 91. n.
16.* eſſe inductam conſuetudinem ita iu-
dicandi: quæ ex duabus iudicaturis in-
duci, habet *Franch. ex Andrea in col. 2.
verſ. vnde ſi hijs, de hijs, qui feudum dare
poſſunt.* Quanto magis quod erant *ſex*,
& cancellarius dicebat multa alia habe-
re, ſed non ita ad manus.
6 Et ſic cum conſuetudo ſit optima legum
interpres, & minimè ſint mutanda, quæ
certam interpretationem ſemper habue-
runt, *l. minimè, ff. de legibus.* Et hic eſt
ſtylus Cancellariæ per tot annos ita ob-
ſeruatus, non eſſet vlteriùs inquirendum.
Vnde *D. Sanfelic. deciſ. 33. n. 10.* dixit
notabilitèr, quod ſtyli tribunalis tanta
eſt efficacia, vt nulla neceſſitas incumbat
perquirendi rationem ipſius ſtyli, quia
ſufficit authoritas Patrum noſtrorũ, quæ
quidem grauiſſima eſt, & pro lege ſer-
uanda. *D. Pratus obſeru. 44.*
7 Nec obſtat id, quod D. Roccus dicebat
hoc non fuiſſe oppoſitum, Quia Iudices,
qui ita ſemper iudicauerunt fuerunt ſu-
premi, qui cum principe leges ipſas con-
dunt, vlteriùs non eſt inquirendum circa
inducendum ſtylum, & conſuetudinem
iudicandi, Bart. in *l. de quibus, col. 4. in*
Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

fine, ff. de leg. & credendum eſt hoc ab
eis, perpenſo conſilio fuiſſe iudicatum,
& non oſcitanter, vt pars ſupponit, &
quis ſcit ſi non oppoſitum, quia reputa-
tum inopponibile.
8 Secundo. Hæc conſuetudo ita iudicādi,
& ſtylus probatus fuit per fidem princi-
palium negotiatorum huius platee Nea-
polis numero octo; vbi reſtatur ita ſem-
per fuiſſe obſeruatum abſq; vlla contra-
dictione, ſcilicèt agendi, non completis
literis, via executiua contra girantem, &
quòd ita nunc ſeruatur. Subdentes ra-
tionem, quòd ſi hoc interturbaretur,
commercium ferè totum cõfunderetur;
vt ex dicta fide fol. 8. Hæc vna fides in
materia mercaturæ, & cambiorum ſola
ſufficeret, quia *Alex. Raudenſ. deciſ. 4. n.
108. & Rota Genuæ deciſ. 2. n. 41. & Ge-
nua de ſcriptura priuata lib. 3. tit. de lite-
ris cambij n. 77. fol. 149.* dicunt, quòd
iſta mercatorum obſeruantia inter eos
9 facit ius & pragmaticæ *de cambijs* fue-
runt à principe cum Reg. Conſ. Collate-
rali promulgatæ; cũ voto, & ſenſu mer-
catorum, vt obſeruat idem D. Roccus,
vt dicemus in ſequenti *quæſtione*. Tanto
magis, quòd recipit fomentum à decre-
tis prædictis, à ſtylo, & conſuetudine
iudicandi, vt ſupra.
Tertio. Eſſentia, & iuſtitia cambij non cõ-
ſiſtit in litera, ſed conſiſtit in iuſto pretio
illius, & quòd valuta verè, & eſſentiali-
tèr ſit decurſa; vt in puncto probat do-
10 ctiſſ. *Auguſtin. Berous conſ. 194. n. 44. vol.
1. fol. 240.* vbi dicit, quòd litera cambij
fit ad probationem debiti, nam facere
literam cambij *nõ dicitur eſſe principaliter
in obligatione*, ſed ea fit creditori, vt ipſe
ſit cautus, & faciliùs debitum probare
poſſit. Hæc *Berous*, vbi eleganter hoc
probat. Cùm ergo abſq; vlla replica-
tione conſtet habuiſſe ad cambium per
bancum pecuniam; cur girata, in qua
ipſe eſt confeſſus, & ſic iam iudicatus *l.
1. ff. de confeſſ.* non debeat habere exe-
cutionem paratam, literis non accepta-
tis, neq; completis? Vnde ad propoſitũ
*Epiſc. Ricc. deciſ. 293. par. 3. Cur. Archie-
piſcopal.* (poſtquam, vt infra dicemus) fun-
11 dauit Iure communi literas cambij ha-
bere executionem paratam; ſubdit hæc
nota-

Digitized by Google

notabilia verba ante n.4. *Ratio eſt, quia fauor viæ executiuæ non eſt reſpectu ſcribentis literas cambij, nec acceptantis, ſed fauore illius, qui cambium dedit.* Quod etiam in puncto noſtræ *Regiæ pragmaticæ* dixit D. *Theodor. alleg.* 76. n.14. & melius D. *Rouit. conſ.* 72. *vol.* 2. n.4. vbi dicit, quòd etiam literæ miſſiuæ mercatorum habent executionem. Deinde ſubdit ad propoſitum noſtrum loquens de via executiua, *quę regula* procedit, nedum reſpectu ipſius, ad quē literæ diriguntur, ſed etiā reſpectu tertij, in cuius beneficium literę locuntur, & ad quem illud negotium in literis contentum quoquomodo ſpectat. Si ergo eſt ad fauorem illius, qui cambium dedit, iam conſtat incontrouertibiliter Liuium cambium dediſſe Fœlici; ergo &c.

Quis dicit, quod & ipſa girata non ſit litera cambij? in qua lege eſt ſcripta forma literarum cambij? in nulla quidem, vt in puncto dicit *Raphael de Turri de cambijs diſput.* 2. q. 3. n. 4. *fol.*166. vbi dicit hęc
12 formalia verba: *In his* (literis cambij) *nulla reperitur præſcripta forma, ſeù ſolemnitas à iure, & ideò meritò nulla omiſſio ſolemnitatum in ſcriptura priuata eſt conſiderabilis.* Dicit aduerſarius, quia nō dicit (*pagarò per queſta mia di cambio*) non eſt litera; ſed fallitur, & erubeſcimus cum ſine lege loquimur. Eſt littera, quia cum fiat in eadem littera, cum dictione (*& per me li pagati, &c.*) eſt repetitiua omnium præcedentium qualitatum, & conditionem *l. alio, §. teſtator;* & ibi Bar. *ff. de aliment. & cibar. legat. l. ſeię, §. Caio, ff. de fundo inſtructo, l. auia in principio* iuncta *gloſſ. ff. de condit. & demonſtrat.* Barboſa *de dictionibus dict.* 93. *n.*29. Si ergo eſt repetitiua omnium pręcedentium qualitatum, & conditionum, & eſt etiam ex cauſa alterius cambij celebrati inter gi-
14 rantem, & giratarium & continet orationem perfectam, & diſpoſitiuam, maximè quia in ea adeſt verbū *pagate* (quod ſolum ſufficit, vt infra dicemus) cur hęc non erit litera cambij? Litera, inquam, altera, quam girans giratario facit, an quia eſt in eadem pagina? ſed hoc eſt puerile, cum in vna pagina plura confici poſſint inſtrumenta.

§. 2.

15 *Girata in apocis bancalibus habet viam executiuam ex Laganario, & n.* 16.

18 *Verbum, pagarete, in quo differat ab alio, piacciaui di pagare.*

19 *Via executiua agitur non ſolùm pro literis, ſed contra eum, qui promiſit facere literas, & n.* 20.

21 *Quid ſi diceret compenſate, vel date inſolutum tale nomen.*

22 *Literæ cambij habent executionē paratam in toto Orbe, & etiam Iure communi, & quare n.* 23. *&* 24.

25 *Appellatio in literis cambij non ſuſpendit executionem, & quare n.* 27.

28 *Scriptura publica quæ reputetur inter mercatores? & nudum pactum obligat inter eos n.* 29.

30 *Impedimenta maxima in commercio ſi via executiua non ageretur contra girantem.*

31 *Ex pragmatica ipſa probatur dari viā executiuam, & quare n.* 32. *& n.* 33. *&* 34.

35 *Acceptans literas dicitur fideiuſſor ſi non eſt debitor ſcribentis.*

36 *Mens contrahentium eſt attendenda.*

37 *Obſeruantia M.C.V. circa girātes apochas.*

38 *Dummodò conſtet de veritate cambij, nunquam datur terminus.*

39 *Refellitur reſponſum D. Rocchi per ſingula capita, & n.* 40. 41. *&* 42. 43. *&* 44. *&* 45.

VNde non eſt irridenda indiuidualis doctrina *ſummi practici* addictiona-
15 toris *Laganarij ad Rouitum in prag.* 63. *§. Item volemo ſub n.* 35. *de offic. proc. Cęſar.* vbi Laganar. tractans (vt infra dicemus) hanc eandem quęſtionem in apocis banco directis dicit hæc verba: *Quoniā vel Ioannes agit contra Petrum, & res eſt ſine ſcrupulo, quia agit vigore primæ apocæ bancalis, vel agit contra Franciſcum, & res eſt etiam clara, quia agit vigore alterius apocę, etiam bancalis, ſcilicèt giratæ, nam giratio eſt etiam apoca bancalis, licèt ex communi vſu non repetatur verbum illud, Banco, ſed tantùm dicatur: E per me li paghi à Giouanni, &c. verba dirigendo eidem banco, & loquendo cum copula, Et, quæ coniungit præcedentia.* Hæc Laganar. cuius excogitatio

tio

tio ſuſpicienda, & ſuſcipienda eſt, quia
16 vera; & in contractu cambij nullum habens ſcrupulum, quando girata fit ex cauſa alterius noui cambij inter girantem; & giratarium celebrati.

Omnes Doctores dixerunt, quòd ſolùm ſi in literis adſit verbum, *pagate*, tribuit viam executiuam. Et ſi literæ ſint diſpoſitiuæ, ſi cõtinent orationem perfectam,
17 hæc eſt literarum ſubſtantia. Et vt incipiamus ab vno ex Illuſtribus Dominis votantibus. D. Marchio Regens Capyc. Iatro in *conſult.* 41. ante *n.* 22. Et dicuntur literæ diſpoſitiuæ quotieſcumque ſcribens dat ordinem ei, cui diriguntur,
18 vt ſoluat. Et ex *Baldo* ſubdit, quòd hoc verbum, *pagarete*, ncdum eſt diſpoſitiuũ, ſed etiam imperatiuum, conſtituendo differentiam quando dicit ſcribens *piacciaui di pagare*, & quando dicit, *pagarete*, quia in primo caſu dicerentur mandatariæ, ex quo mandatum liberè reuocari poſſet, in ſecundo non, &c. Si ergo in caſu noſtro dicit, *E per me li pagati.* &c. & ſubdit cauſam *per tanti cambiati cõ lui*, &c. cur hæc non erit altera litera? cum omnia cambij requiſita perfectiſſimè in ſe contineat, maximè conſiderata doctrina *Beroi*, de qua ſupra in *3. conſider.* Vnde Scaccia *de cambys* §. 7. *gloſ.* 4. *de cãbys fol. mihi* 686. ponit in puncto hanc quæ-
19 ſtionem, an ſingulis ſcripturis, in quibus conſtat pecunias eſſe datas cambio, debeat dari executio parata, diſtinguit; *Aut ſunt factæ literæ, & dabitur executio, vel illis acceptatis, vel redeuntibus cum proteſtatione; aut non ſunt factæ literæ*, & tunc dicit non dari executionem paratam, niſi eatenus, quatenus in ſcriptura adeſt obligatio, & non vltra; *Quare ſi in ſcriptura is, qui accepit pecunias, promiſerit facere literas cambij; dabitur executio parata pro faciendis literis promiſſi tantum, ſi verò in ſcriptura cambij quis promiſit ſoluere, vel conſignare Petro Francofurti ſcutos mille vlt.ma die Martij anni ſequentis* 1599. *illa ſcriptura habebit executionem paratam inſtar literarum cambij; vnde ſicut literæ ipſæ debent acceptari, vel proteſtari, ità etiam eadem ſcriptura. Erit inſtar literarum ſoluenda, vel proteſtanda Frãcofurti.* Ecce quòd

non eſt certa forma literarum. Sufficit, quòd in ſcriptura fiat mẽtio de cambio,
20 adſit in illa verbum, *pagarò*, ò *pagate*, & ſit diſpoſitiua, vt ſubdit Scaccia *n.* 3. & *n.* 4. & meliùs in *gloſ.* ſeq. quę eſt *quinta n.* 4. vbi dicit, quòd *ſolum illud verbum pagate, dat executionem paratam*, & quòd *per illud verbum vidẽtur cambientes id expreſsè conuenire*. Et nouiſſimè excultus, & ſolemnis Doctor Raphael de Turri *diſput.* 2. *quæſt.* 5. *ſub n.* 28. verſ. *prima pars dicit non vitiari literas cambij*, ſi loco verbi *pagate*, quo *exordiri ſolẽt quæcumq; literæ cambij poneretur hoc, Compẽſate, vel Date inſolutum*, tale *nomen*, tale *prædium*, & ſimilia, ſi tamen *cętera adſint*, &c. Ex quo confirmatur, quòd literæ cambij nullam certam, & præciſam formam habent à iure ſtabilitam. Solùm idem *Raphael* requirit, quòd habeant diem, & locum, & verbum; *pagate*, vel æquipollens, vt ſupra *q.* 3. *n.* 11. & *n.* 15. Quæ dicta velim ad exuberantiam, cum quando girata fit per dictionem, (*Et*) eſt indubitatum omnia præcedentia, quæ in prima litera ſcripta ſunt, in girata eſſe repetita; & ſic nihil
21 penitùs illi deficeret, etiam ſi ex aliqua lege formam præciſam literarum haberemus. Et tamen Burſat. *conſ.* 39. *lib.* 1. ponit plures formas literarum, & plures ponit Gauatius, plures Scaccia, plures Raphael de Turri, & plures Manente.

Item. Literæ cambij habent ſuapte natura executionem paratam (ſi articulus in ſuperficie non examinetur) quia, vt dicit Riccius *d. deciſ.* 293. *par.* 3. *Cur. Archiep.*
22 pro literis cambij competit actio de *cõſtituta pecunia*, quæ ſola actio ex æquitate prætoris retinet primæuam ſuam naturã *Iuris gentium*, vt ex ſolo conſenſu nudo producat actionem, & etiam habeat Regiam manum, qua medianre expeditur, prout ante proditas actiones expediebatur; vt declarat *Iaſ. inſtit. de action.* §. *in*
23 *perſonam, in princ.* Manus autem Regia idem importat, quod executiuè procedere *Bart. in extrauag. ad reprimendum* verſ. *& figura* in fine. Ità etiam ante eum dixerunt infraſcripti Doctores, quòd de conſuetudine totius Orbis literæ cambij habent executionem celerem, expeditã, paratam, & quod nulla exceptio, niſi ſo-

Digitized by Google

lutionis promptuariæ, vel quòd non ſit
24 manus ſcribentis admittitur contra literas dixerunt

Cauatius in ſuo tract. de cambijs pag. 225. *cap. de literis,* verſ. *quæro an litera, & pag.* 239.
Berous conſ. 33. *n.* 12. *lib.* 3.
Gargiareus conſ. 95. *n.* 144.
Cardinal. Seraph. deciſ. 530. *in fin.* vbique locorum inter mercatores literæ cambij habent paratam executionem, & idem meliùs repetit in *deciſ.* 562.
Maſtrill. deciſ. 9. *n.* 7. *& deciſ.* 221.
Anton. Monac. deciſ. Florent. 70. *n.* 30. vbi aſſignat rationem, quia omnes ſcripturæ mercatorum habent vim inſtrumēti, ſententiæ, & rei iudicatæ.
Gratian. cap. 569. *n.* 25. *diſcept. forenſ.*
Amatus deciſ. Ferraria 2. *per totam.*
Scaccia de cambijs §. 7. *gloſ.* 3. *n.* 4. *verſ.* loquendo de conſuetudine.
Raphael de Turri diſput. 2. *q.* 7. *n.* 23. de cōſuetudine totius Italiæ habent executionem paratam, & Genuæ *inter* 24. *horas.*

Vnde omnes prædicti, & ſignanter Riccius, & Gauatius dicunt per appellationem non ſuſpendi executionem decretorum literarum cambij, quod etiam iure no-
25 ſtro municipali cautum eſt, vt in *prag.* 6. aliàs 5. §. *Volemo*; vbi debitor nō auditur, niſi facta reali ſolutione.

26 Et hoc quia inter mercatores debet exuberari bona fides. Et ideò omnes Doctores dicunt, quòd ſcripturæ mercatorum habentur pro inſtrumentis publicis, & ſentētijs *tranſactis in rem iudicatā. Gratianus* reuidendus *diſcept.* 569. *n.* 25. verſ. *minus facit. Amatus d. dec.* 2. *Ferrar.* meliùs *D. Rouit. conſ.* 72. *n.* 4. *vol.* 2. qui allegat *Cardinalē conſ.* 153. *n.* 2. Sequitur Scaccia loco proximè citato ante *n.* 5. vbi dicit, quòd *ex hac generali conſuetudine inoleuit, vt cum volumus dicere aliquid eſſe omninò expeditum metaphoricè dicamus, expeditum eſſe per literas cambij. Et quia hac conſuetudo ſeruatur inuiolabiliter, pluribus non inſiſto. Ne inſiſtendo, videamur in dubio reuocare principia.* Subdit *Scaccia n.* 5. verſ. *hoc eſſe verum, quando de cambio conſtat per ſcripturam publicam,* quærit deinde, quæ ſit ſcriptura publica inter mercatores dicit, quod *omnis ſcrip-*
27 *tura priuata, modò non ſit ſuſpecta,* non vitiata, habetur *inter mercatores pro publica, pro ſententia, pro inſtrumento*; ergo etiā ſi non habeant formam literarum, habēt paratam executionem de conſuetudine totius Orbis per ſupradicta; quia inter
29 mercatores pactum nudum obligat ſicut ſtipulatio. *Bar. in l. quintus, ff. mandati*; *Anna alleg.* 89. *n.* 3.

Si ergo omnes ſcripturæ mercatorum habent vim ſententiæ tranſitæ in rem iudicatam, cur girata, quæ alterum cambium inter giratarium, & girantem cōtinet; quęq; propriè altera litera eſt in eadem pagina facta, executionem eandem non habebit? Et certè ad hoc inducenda ſunt verba *Card. Seraph. in dec.* 562. quòd eſt correſpectiua ad illas literas, & quod militat eadem, & maior ratio. Quo genere argumenti vtitur etiam *Maſtrill. d. dec.* 9. verſ. *Et maxime quia*, non poteſt adduci ratio diuerſitatis; & in *dec.* 221. *n.* 4. ad alium propoſitum, quod contra omnes competit executio, vt coæqualis ſit determinatio.

Si hac via executiua contra girantem non ageretur, caſu quo literæ non acceptentur, vel acceptatæ nō compleantur, medietas commercij, maximè in nundinis
30 deperiret, quia dimidium commercij, & ſolutionis ſit, & expeditur cum iſtis giratis, vt omnes ſciunt. Creditor verò, qui literam giratam acceptat, credit, & perſuaſum habet fidem crediti, vel pecuniam numeratam à ſuo debitore accipere, vel contra eundem caſu quo non acceptentur, executorium iam habere. Et ideò accipit, & vno inſtanti negotium expeditur. Quòd ſi crederet vnam litē loco fidei crediti, loco numeratæ pecuniæ accipere, iam nullus acciperet literas giratas, & ad explenda negotia ſolū fidibus crediti, ſola pecunia numerata opus eſſet; Quod quantum negotium, & commercium non ſolùm impediret, ſed confunderet, cœci ipſi vident; ad quod conferunt verba D. Capyc. latro *d. conſult.* 41. *n.* 18. vbi dicit ad propoſitum, quod ſi hoc induceretur in literis cambij, eſſet prohibere commercium, cum cambium reale, & verum cum debitis conditionibus in illo requiſitis nedum eſt licitum, ſed etiam humano generi neceſſarium

ceſſariūm, & Reipublicæ valdè vtile, quod mutuò accepit ab Antonino de Amato *reſolut. 27. n. 5.* verſ. *hanc campſariam artem.*

Hæc pragmatica ſeruiret de vento, nam cū girans (vt infra dicemus) ex girata nūquam ſit liberatus, niſi literæ non ſolùm acceptentur, ſed etiam vera ſolutione compleantur; ad quid dixit *Reſtando anco obligato quello, che gira*; niſi vt eadem via, eodem ordine, quo ſcribens tenetur, teneatur & girans, cum ſit eadem materia executiua cambiorum. Et immediatè in eadem pragmatica, in qua via executiua tribuitur, id ſit ſcriptum, & lex nō debet eſſe inutilis, & fruſtratoria: vt verè eſſet, ſi nihil præterquam ius commune contineret. Et leges nihil fruſtra faciunt. Iaſon *in l. ait prætor n. 1. ff. de iureiur.* lex enim non debet habere vnam *ſyllabam ſuperfluam, & vacuā gl.* in verbo *tanquam in c. ſolitæ, de maioritate, & obediētia. Mandoſ. in regula* 8. *Cancell. quæſt.* 4. *n.* 4. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 22. *n.* 5. quia omnia ſuperflua ſunt reprobata, *l. 1. §. quibus C. de nouo Cod. faciend. l. fin. C. qui admitti, Clement. exiui, §. quamuis,* vbi *Cardinalis n.* 220. *de verb. ſignif.*

31 Si non eſſet intelligendum, quòd remaneret obligatus girans via executiua; dicta pragmatica eſſet iniuſta, & irrationabilis, contra *tex. in c. erit autem lex 4. diſt. & l. 1. ff. de legib.* nam cum ad euitandos abuſus prohibeat, vt tantùm ſemel literæ cedi poſſint, ſi hæc prohibitio eſſet intelligenda de via ordinaria, eſſet irrationabilis, atq; iniuſta; nam cum vnuſquiſq; ſit rei ſuæ moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandati,* etiam vſque ad rei abuſum, *l. ſed & ſi lege §. contrahit, ff. de petit. heredit. gloſ. in l. 1. C. de inoff. donat.*

Si hæc pragmatica prohiberet, vt primus giratarius non poſſet alteri girare, & iſte ſecundus tertio, & tertius quarto, & ſic deinceps, corrigeret legem naturæ, legē gentium, legem ciuilem, quibus cauetur, vt nomen debitoris poſſit millies cedi, vt quotidiè fit. Et abſurdum eſſet dicere, vt ſi Liuius has literas alteri giraret, hic propter pragmaticam careret actione, vt non poſſet in iudicio ordinario agere, & inſtructo proceſſu, per ſententiam diffinitiuam còndemnari facere debitorem literarum ad ſolutionem: cum hoc caſu pragmatica corrigeret non etiam iura prædicta, ſed etiam illam æquitatem, & & ſanctam Epickiam, quæ habetur ex *l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. pet.* & prorſus eſſet iniqua, *l. non vſq; ff. ſi à parent. quis manum;* vbi *Caius* dicit. *Iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem, &c.* Eſt ergo intelligēda pragmatica; vt tot abſurda euitentur; vt ſemel poſſit girari, quòd ſemel, & pro vna girata agatur via executiua.

32 Item rurſus ab abſurdo vitando, contra acceptantem literas nullus negauerit ad inſtātiam giratarij dari executionem paratam, vt quotidiè datur; & acceptans dicitur fideiuſſor, quando non eſt debitor ſcribentis. *Fabius de Anna conſ.* 82. *Frāchis deciſ.* 303. *Rouit. in prag. de lit. camb. Maſtrill. deciſ.* 221. *num.* 4. Dominus Merlinus S.C. vigilantiſs. Præſes *cent.* 2. *cap.* 11. *n.* 9. ſcribens, vel girans, qui et ipſe ſcribens eſt, dicitur principalis. Ergo eſſet iniquum, vt rigor hic daretur contra fideiuſſorem, & non contra principalē.

33 Mens contrahentium in omnibus attēdenda eſt, & eorum intentio, quia mens potentior eſt verbis, *l. labeo in fine, ff. de ſuppellectil. legat. l. nominis, & rei §. verbum, ff. de verb. ſignif.* Et verba trahuntur ad mentem, & rationem, non è contra, ex Oldrad. & alijs *Barboſ. axiom.* 148. eſt impoſſibile nedum credere, ſed cogitare, vt Liuius vellet pecuniam numeratam Fœlici tradere; vt litem ordinariam ſibi emeret, an potiùs vt confiſus in cōſuetudine, & ſtylo omnium mercatorū contra eum, caſu quo literæ nō complerentur, expeditiſſimam executionem haberet?

Sic obſeruatur in M.C.V. & in S. R. C. reſpectu apocarum banco directarum, vt contra girantem eandem promptam, & paratam executionem habeant, quam contra ſcribentem, vt omnes ſciunt, vt teſtatur vetuſtus practicus *Laganar. ad Rouitum* loco proximè citato, vbi dicit hæc verba. *Et licèt per multos annos, quibus in his tribunalibus ſum verſatus, ſemper practicaui, & vidi, & audiui practicari, quod tàm in prima apoca, quàm in ſecunda, ſeu*

girata obſeruata ſit hęc pragmatica, &c. vbi fundat hoc eſſe iuri conſonum, & con-
34 trarium eſſe abſurdum. Quæ ergo diſparitatis ratio poteſt inter giratas apocarum, & litterarũ cambij afferri? nulla penitùs. Immò maior ratio viget in litteris, quia iſtæ ſunt inter mercatores, iſtæ pro cambijs, iſtæ fauore commercij publici, vt ſupra explicuimus.

Denique ſi omnia deficerent, etiam ſi eſſet informis, etiam ſi non eſſet girata; quam
35 mordicus ſubſtinere non dubito, quod facta in eadẽ litera ſit & ipſa alia litera, quando pro nouo cãbio facta eſt, adhuc non eſt dandus terminus, neque compilandus proceſſus, & facere litem ordinariam, ſed faciendum præceptum, quòd ſoluat, quòd ſi non pareat, vrgebitur. In puncto Raphael de Turri *diſput. 2. quaſt. 4. ex n. 27.* verſ. *benè verum eſt*, & propriè *n. 29.* Et ratio eſt clara, quia girans, & acceptans giratam sũt confeſſi, maximè apparente partita ſolutionis per bãcum. Et in confeſſum nullæ ſunt partes Iudicis, *l. 1. de confeſſis*

36 Non obſtant modò in cõtrarium excogitata per aduerſarium. Et primò, dicit, quòd quia nõ dicit litera, *pagate per queſta prima di cambio*, nõ poteſt adeſſe neq; acceptatio, neq; proteſtatio; & ſic quòd nõ poſſit habere locum pragmatica, hoc eſt ſomnium, cum vtrumq; potuit habere locum acceptatio, cum benè illi, qui acceptare debebãt, acceptare potuiſſent, ſi voluiſſent. Proteſtatio, cur non, cum iam ſint factæ, & in actis præſentatæ? fol. 6. & ex *Scaccia* ſupra vidimus id licitè factum eſſe. Et meliùs idem *Scaccia* §. 2. *gloſ. 5. n. 10.* omninò videndus.

37 Ad ſecundũ, quòd hic eſt caſus omiſſus à ſtatuto, & ſic habetur pro omiſſo, & quòd remanet ſub diſpoſitione iuris cõmunis; dicimus, quòd vltra quòd impropriè appellat *pragmaticam ſtatutum*, (ſtatuta enim propriè faciũt ciuitates, Princeps autem cum ſuo cõſilio cõdit leges, *l. humanum, C. de legib.*) tamen etiam in ſtatuto, caſus omiſſi non habentur pro omiſſis, quando ſunt æquiparati, quia tunc quod eſt diſpoſitũ in vno, cenſetur diſpoſitum in alio; *gloſſ.* in verbo *aduocãdum in l. mancipia, C. de ſeru. fugit.* cum innumeris per *Barboſ. axiom. 39. n. 9.* hic non eſt caſus omiſſus, ſed expreſſus, quia girans pro cambio nouo celebrato ipſe eſt ſcribens verè, propriè, & abſolutè, & ſic de eo loquuntur pragmaticæ.

Ad tertium, quod de iure communi non datur via executiua pro cambio, reſpõſum iam eſt ſupra *n. 24.*

38 Ad quartum, quòd cambium ſine literis ſit ſiccum, & vſurarium; vltra quòd girata eſt litera approbata à *Reg. pragmatica*, quæ permittit ſemel girare, hæc, quæ dicit, conferenda ſunt cum theorica *Auguſtini Beroi*, de qua ſupra *n. 8.*

39 Ad quintum, quòd literæ cambij ad inſtantiam ceſſionarij, non habent executionem paratam, allegat *Rot. Genuæ deciſ. 10. Rouit. Nouar. & Gait. Rouitus*, qui in *conſ. 72.* dixerat, quòd literæ cambij via executiua exequuntur ad inſtantiam cuiuſcumq; intereſſe habentis, non poterat hoc dicere, ſicuti reuera non dicit; nam *n. 15.* dicit ſic. *Hoc autem ius exequutiuũ per hanc pragmaticam introductum, an cõpetat etiam ceſſionario, explicat Rota Genuę deciſ. 10. Nouarius, & Gaitus* allegant ſolũm *Rotam Genuæ*, quam neuter credo vidiſſe in fonte, qui abuſus noſtram legalem diſciplinam deſtruxit. *Rota Genuæ* dicit hæc formalia verba ante *n. 10. Tertiò dicebat Franciſcus, quod in quãtum agebat Hieronymus pro ſuo intereſſe, illud indicium executiuum ſibi non competebat, etiam ſi verè de eius intereſſe cõſtaret. Ex quo nihil cum ipſo Franciſco contraxit. Nam verba regula loquuntur de eo, qui dedit pecunias, ſeu de eo, qui habet curã exigendi, quæ verba non conueniebant dicto Hieronymo, quia nec ipſe, nec alius ſuo nomine pecunias cambio dederat; nec ei data erat cura exigendi, &c. Et illa verba non erant extendenda, vt ad eum traherentur, q nullo modo eſt nominatus in literis cambij, neque in aliqua promiſſione, nec in aliquo contractu occaſione cambij facto inter dantem pecunia, & illas recipientem.* Hæc Rota ad verbum. Ecce ſi locus punctualior allegari poſſit in caſu noſtro, nam Liuius dedit pecuniam ſuam, Liuius habet curam exigendi, Liuius contraxit cum Fœlice, cui eſt directa litera, &c. Et ſic hæc ſola deciſio ab aduerſarijs allegata ſufficeret ad articulũ

deci-

decisſionem. Et certè eſſet confundere
terminos, ſi diceremus literas cambij ius
execuriuum non habere, ad inſtantiam
ceſſionarij, cum regulariter ius exequu-
tiuum cedi poſſit, & tranſeat in ceſſiona-
rium, vt pluribus comprobat *Mauſon. de
cauſ. execut. ampliat. 21. per tot.*
40 Ad ſextum, quòd per giratam de iure
communi inducatur delegatio, ſeù no-
uatio, vel quod ſit per modum venditio-
nis nominis, vel delegationis, vel ſimpli-
cis ceſſionis; certè erubeſco ipſe reſpon-
dere; nã q̃ dicit ſunt cõtra iuris principia,
ipſimet D. aduerſario notiſſima; & prag-
matica dicit, *reſtando obligato il girante.*
Quid loquitur de nouatione, quid de dele-
41 gatione? cõſulat *Afflict. deciſ. 335.* opor-
teret, vt Liuius liberaſſet per inſtrumen-
tum Fœlicem, & quód illi, quibus tractę
dirigebantur, acceptaſſent, & ſoluiſſent
literas. Item quomodo poteſt per rerũ
naturam ſtare delegatio, vel nouatio: &
quòd ſimul delegans remaneat obliga-
tus: hoc eſt incompatib le omninò; na-
tura enim delegationis eſt vt ſtatim de-
legans ſit liberatus, *Bart. in l. pro debito
in fine, vbi Salycet. n. 4.* verſ. *vbi autem ex
his interueniſſet. C. de bon. auth. Iud. poſſ.
Gratian. cap. 64. n. 2.*
At non ſolùm per pragmaticam girans re-
42 manet obligatus, verùm etiam iure com-
muni, etiam ſi tracta fuerit acceprata,
donec compleatur per ſolutionem, vt
omnes vno ore dicunr *Affl. dec. 335. Ro-
uit. conſ. 71. n. 12. lib. 2. & in prag. de liter.
cãb. Capyc. latr. dec. 20. & 106. Carleu.
de indic. diſp. 6. lib. 2. tit. 3. n. 24. omninò
Theodor. alleg. 76. n. 8. Maſtrill. dec. 221,
ex n. 17. Fontanell. dec. 123. tom. 1.* quia
creditoris acceptatio literarum cambij,
43 cenſetur pro ſoluendo, non pro ſoluto,
idem *Fontanell. dec. 124. n. 7. Amat. dec.
2. Ferrar. per tot. Marcell. de Maur. alleg.
62.* qui omnes vno ore dicunt, etiam fa-
cta acceptatione, nunquam fieri nouatio-
nem, neq; delegationem induci, ſed sẽ-
per remanere obligatos ſcribentes, quã-
tò magis, quod in caſu noſtro tantùm ab-
fuit delegatio, vt non ſolùm literæ non
fuere acceptatæ, ſed ſcribentes ipſi iu-
dicialiter mouerunt litem, non eſſe Fœ-
lici Baſilio debitores; & ideò propter
decorem iuſtitiæ omninò conſignandæ
ſunt literæ exequutoriales, &c.
44 Æquo animo feret D. Roccus, quod
edidi, quæ tunc contra eum conſidera-
bam; cum ipſemet aliqua ex iſtis ſcripſe-
rit in *reſponſo 15. vol. 2.* defendens dari
viam executiuam giratario apocharum
banci contra girantem. Et nulla omni-
nò diuerſitatis ratio aſſignari poteſt inter
literam, & apocham in hoc Regno, cum
apocha ſit literis æquiparata. In hoc
ſolùm, magis cambium priuilegiatum;
quia in apochis auditur quis facto depo-
ſito, vel conſtituto in vinculis In literis,
non auditur, niſi facta reali ſolutione. Vt
*in prag. 6. §. volemo de liter. cambij, & in
prag. 63. §. volemo, de off. proc. Cæſaris.*
D. Commiſſ. taliter interpellatus, noluit,
poſt multa, domi prouidere (vt ex pro-
ceſſu tunc penès Figliolam, nunc apud
Cancellarium Papã, eſt omnibus videre)
ſed licentiauit D. Roccũ, & me, dicens
velle articulum decidere in Senatu. Di-
ſtulit, donec, cum libuit Fœlici, poſt an-
nos perſoluit.

ARGVMENTVM.

Acceptans literas cambij, ſi fuit verè ignorans decoctionis ſcribentis, an teneatur complere tractam. Diſcutiuntur omnes deciſiones huc vſq; per diuerſa tribunalia factæ, viſis in fonte omnibus Doctoribus, qui hanc materiam tractarunt, cum ſolemni deciſione Regij Collateralis Conſilij.

SVMMARIVM.

1 *Acceptans literas cambij tenetur, licèt ſcribēs ante, vel poſt acceptationē ſit decoctus, & per totam quæſt.*

2 *Rationes cur acceptās teneatur etiam ſi ſcribens decoxerit, & n. 3. 4. & 5.*

6 *Deciſiones Tribunalium, & ſignantèr S. C. in hoc articulo impugnantur.*

7 *& 8. Solemnis cauſæ deciſio.*

9 *Acceptans literas tempore, quo erat impoſſibile habere ſcientiam decoctionis ſcribentis, ad nihilum tenetur, & n. 10. deciſiones in dicto articulo.*

11 *Acceptās literas cambij reputatur fideiuſſor ſcribentis, ſi non eſt eius debitor.*

12 *Fideiuſſio præſtita pro mortuo non valet, & decoctor habetur pro mortuo, n. 13.*

14 *Ponderatur doctrina Salyceti in contrariū adducta, & n. 15. & 16. & 17. & aliqua in Io: Baptiſta de Thoro, & eius deciſiones.*

18 *Votum mercatorum in materia literarum cambij quando attendendum.*

19 *Exempla, & deciſiones in contrarium adducta explicantur, & refelluntur.*

20 *Aliqua notabilia pro Tyronibus quomodo hæ cauſæ cambiorum tractentur. & n. 22.*

21 *An ſpectabilis Regens decanus ſit verè priuatiuè ad omnia Tribunalia ordinaria delegatus in materia cambiorum.*

QVÆSTIO XLI.

OMICTERE decreueram hāc quæſtionē, cum locū inter peregrinas ꝓfiteor nō mereri. Tamē quia toties deciſa, adhuc velut Lerneū monſtrum capita extollere non deſiſtit, præcium reputaui, quę in cauſa Arnoldi Varmont Cōſulis in hoc Regno Prouinciarum Belgicarum, cum Andrea Terralabore contingerunt, breui methodō enarrare. Poſuit ergo Dominus Aduocatus Andreæ, ad cuius be-
1 neficium in Varmont acceptantem mercatores Belgę Venetijs fecerunt tractam ducat. 1900. regulam generalem, quod acceptans litteras cambij tenetur ad ſolutionem tractæ, licèt ſcribens, ante, vel poſt acceptationē ſit decoctus, quantumcūq; ignorans decoctionem acceptauerit. Allegauit Salyc. *in l. ſi filius la 2. ff. ad macedon*. Iaſonem, Purpuratū, Frāchis, Scacciam, Maſtrillum, Genuam, Rouitum, Capye. latro, Surdum, Rotam Ianuæ, Gratianum, Antoninum de Amato, & quod maius eſt, noſtrū S.R.C. apud Thor. allegauit etiā Rotā, & Raphaelem de Turri; dictam concluſionem (vt putabat) varijs medijs, ac rationibus adſtruentes.

Adduxit rationem; aut acceptans tractam eſt, vel non eſt, debitor ſcribentis; ſi eſt
2 omninò debet ſoluere, & nullam exceptionem habet. Si non eſt debitor, habetur ac ſi eſſet fideiuſſor, & cum res per acceptationem deſierit eſſe integra omninò per quemcumq; caſum principali contingentem fideiuſſor non liberatur.

3 Adduxit itidem aliam ex textu notabili, licet vulgato in *l. qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis eius, ff. de regulis Iuris*; Vnde aut ſciuit eſſe ſcribentem decoctum, & ſibi imputet, quod acceptauit tractam ſcribentis decoctoris, Aut neſciuit, & ſibi, itidem imputet, cum ſcire debuerit conditionē, ſubſtantiā, & qualitatem illius, pro quo contraxit, ideſt, pro quo tractā acceptauit per literam dicti *textus, qui cum alio.*

4 Adduxit deniq; *parere* (vt dicunt) quāplurimum Mercatorum huius plateæ Neapolis teſtantium de ſuo iudicio, ne fraudetur fides publica, vel interturbetur commercium; acceptantem teneri, quantumcumq, ſcribens eſſet decoctus ante acceptationem, licet de decoctione acceptans nullam habere potuiſſet notitiam, ſed acceptaſſet bona fide credens ſcribentem, adhuc ſtare, nec foro ceſſiſſe.

5 Deniq; fundabatur in exemplis adductis fol. 8. & ſeq. quod decoctis Litij Angriſani, & Berardini, & acceptatis literis hic Neapoli, quondam Reg. Soto iuſſit, vt acceptantes facerent depoſitum, quod decretum fuit confirmatum per Collaterale Conſilium, & liberatum depoſitū cum cautione de reſtituēdo cui, quibus, & quando.

Dice-

6 Dicebat non obſtare deciſ. S.R.C. apud D. Merlinum præclaræ memoriæ *centur.* 2. *cap.* 11. & alias, quas ille refert. Quia dicebat deciſiones prædictas inuicem ſibi obuiare, cum alijs factis per M.C.V. S.R.C. ipſumq; Regium Collaterale, & exinde literas executoriales ad formam Regiæ pragmaticæ contra Varmont acceptantem eſſe relaxandas, vehementer contendebat.

7 Ipſe autem, Arnoldum, qui tractam in ipſum factã Venetijs 8.Ianuarij 1661. à Iacobo Stricher, & Io: Rhoudéburgh mercatoribus Belgis acceptauerat Neapoli 22.eiuſdem menſis, duos dies antequam vſus maturaſſet, nempè 31.eiuſdem menſis, præueniri feci, coram R. Conſ. Rocco delegato in cauſis Belgarũ inſtando cogi Andream Terralabore, in quo erat facta remiſſa, ad exhibendas literas penès acta, illaſq; exibitas prouideri, non eſſe Arnoldum ipſum via executiua moleſtandum, quia probare intendebat; Scribentes foro ceſſiſſe Venetijs 20. eiuſdem menſis Ianuarij; & ſic duos dies ante acceptationem per Varmont Neapoli factam; Et exibitis fide negotiatorum Neapolis, & diuerſis litteris miſſiuis de decoctione dictorum Stricher, & Rhoudemburgh mentionem facientibus, prouidit eadem die, quod capiatur informatio; & illa eadem die capta fuit prouiſum, quod non moleſtetur via executiua Arnoldus, & expediatur ſaluaguardia. Cumq; Terralabore conqueſtus eſſet, hæc omnia facta eſſe coram Iudice incompetente. Decanus enim Regij Collateralis eſt in hoc Regno delegatus omnium cambiorum ex *prag. 6. de liter.camby.* Statim comparuimus in d. ſupremo Senatu; & diſcuſſis, ac ruminatis omnibus per partem oppoſitis, cũ

8 ſolemni cauſæ cognitione. Lunę 21. Iunij 1661. prouiſum fuit, *quod infra quatuor dies audiantur partes.* Votantibus *quinque* Spectabil. DD. Regentibus *Galeota, Muſcettola, Vlloa, Carrillo, & Nauarra*, penès Illuſtrem Secretarium Donatum Coppula, quondam Regiũ Cõſiliariũ, & Ducē Canſani. Ioannis Vitalis Cancellarius cambiorum. Dicebam ipſe, de hoc articulo hodie non poſſe

Conſt.Caſari Spec.Peregr.44.

9 diſputari, cum data ignorantia, vera, ac inuincibili in acceptante, quod ſcribens foro ceſſerit per ſpatiũ ante acceptationem, vt fuerit impoſſibile naturaliter conſiderata loci diſtantia, haberi potuiſſe notitiam de decoctione ſcribentis, omninò acceptans debet excuſari à via executiua, & dato termino ordinario ſi probauerit ſeruatis ſeruandis, decoctionem eſſe tali loco, & tempore ſecutam, vt de ea nullam notitiam habere potuit, debet in totum abſolui, vt abſolutus fuit per S.C. ſcribens apud Merlinum d. *cap.* 11. *in fine lib.* 2. & apud D. Roccum *reſponſo* 17. *ex n.* 1. *vol.* 1. *& reſponſo* 10. *&* Maſtrill. *deciſ.* 121. *par.* 3. latè Rota in

10 nouiſſimis *editis Venetijs apud Guerilios de anno* 1636. *deciſ.* 345. vbi in vna *Romana literarum cambij Venetijs* 1. *Februarij* 1630. *coram D. P. D. Motman, quam refert* Nouarius *ſuper pragm.* 1. *de litteris cambij collect.* 2. *n.* 5. *fol.* 317. vbi iudicatum dicit, quod licèt mercator poſt acceptationem literarum cambij ſit obligatus ei, in cuius fauorem literæ ſunt ſcriptæ; tamen id eſt verum rebus in eodem ſtatu permanentibus, ideſt per mortem, aut deteriorationem ſcribentis non mutatis. Accinit Carleual. qui benè hũc articulum ediſſerit, ac reſoluit *tom.*2. *tit.* 2. *diſp.* 5. *ex n.* 35. *&* 36. *&* 37. verſ. *contrariam huic ampliationi, & n.*38. verſ. *ex quibus fol.* 161. Caſtill. *lib.* 4. *de coniect. vlt. volunt. cap.* 59. *n.* 27. verſ. *ſexto infertur fol.* 601. Paſchal. *de virib.patr.poteſt.par.* 1. *cap.* 8. *n.* 70. *fol.* 129. Gaitus *de credito tit.*7. *n.*2404. Spect. D. R. *Marinis cap.* 258. *lib.* 1. Iterum Rota coram *Rubeo deciſ.* 345. *&* 812. *in nouiſſ.* 2. *par.* inſertę ad verbum per dictum D. *de Marinis d. cap.* 258. *lib.* 1. Rationes mutuarunt omnes à doctiſſimo *meo Conciue* Regio Conſ. Fabio de Anna *conſ.* 92. ad ꝗ vti magiſtrale ſemper eſſe recurrendum, ingenuè dixit Coſta *in tract. de ſcientia, & ignorantia*, & D.Merlin. *d. cap.* 11. *n.* 25. Quia quamuis acceptans literas cã-

11 bij reputetur fideiuſſor ſcribentis ex doctrina *gl. in* §. *fin.* verſ. *Argentariorum, auth. de fideiuſſ.* quem ſequuntur *P. de Franch. deciſ.* 303. *Maſtrill. dec.* 121. *n.* 4. tamen habemus *tex.* punctualem, quo ſ

fide-

fideiuſſio preſtita pro mortuo inutilis eſt, *l. creditorem* 20. *ff. ad Macedon. Angel. in l. ſcimus, ff. de fideiuſſ. Bart. in l. ſi fine, ff.*
12 *de admin. tut. Hippol. de Marſil. tract. de fideiuſſ. q.* 20. *n.* 155. *Hering. de fideiuſſ. cap.* 10. *n.*21. Sed quia decoctus habetur pro mortuo, vt omnes fatentur, quos refert Rot. Gen. *dec.* 1. *n.* 40. *in fine, Scacc. de camb.* §.2. *gl.* 5. *n.* 339. *Rot. Rom. coram Bub. dec.* 345. *n.* 7. *P. Merl. cap.* 11. *n.* 13. *lib.* 2. ſequitur ergo, quod fideiuſſio, ſeù acceptatio facta poſt decoctionem principalis eſt nulla eò fortiùs, quia quando principalis deficit tempore fideiuſſionis, corruit fideiuſſio tanquam acceſſoria ad
13 principalem, *gloſ. in l.* 2. *ff. ſi ex naturali cauſa*, Surd. *dec.* 218. *n.* 1. quod eſt motiuum dicti integerrimi D. Conſ. *Rocc. in d. reſponſ.* 10.

14 Et dixi non obſtare contraria per aduerſarium adducta; & primo quo ad authoritates Doctorum illis viſis in fonte comperi, quod ſolum duo ex eis dicunt id, ad quod allegantur; alij nullo modo.

Salycetus in *l. ſi filius la* 2. *ff. ad Maced.* loquitur ſi decoctio ſequatur poſt acceptationem, ibi: *Sed dubitari poteſt, quòd ſi poſtquam acceptauit, ipſe eidem rupit, & fefellit. Vndè volo reuerti ad primum, qui literas deſtinauit, &c.* & ſic non facit ad caſum, de quo agimus cum decoctio ſecuta eſt ante acceptationem ignorante acceptante.

Secundus Iaſon. ibidem *col.* 16. verſ. *& addi etiam*. Sed Iaſon vtiq; (quod ſciam) dictam legē vnquam repetijt, vel ſaltim non eſt in libro meo.

Tertius Purpuratus ſequitur in omnibus Salycetum.

Quartus Franchis *deciſ.* 303. loquitur *n.* 2. verſ. *ſi poſt acceptationem ſcribens decoxerit*, quem caſum nos nunquam negauimus, ſed illum ingenuè confeſſi ſumus, atque confitemur, licèt (vt infra) non tranſeat ſine ſcrupulo, tamen non eſt caſus no-
15 ſter. Inquirimus enim ſi acceptans data impoſſibili notitia decoctionis ſcribentis ante acceptationem; ſi is teneatur.

Quintus Scaccia (hic eſt alter) *de cambijs* §.2. *gloſſ.* 5. *n.* 329. *&* 330. dicit, quod *acceptans in omni caſu tenetur; ſiuè ſciuerit, ſiuè ignorauerit decoctionem tempore acceptationis. Si ſciuit, ſibi imputet; ſi neſciuit, quia ſcire debuit conditionē, & qualitatem illius, pro quo acceptauit, paritèr ſibi imputet*; per tex. *in d. l. qui cum alio*, dicit etiam ſe ita tenere, quia dicit ita tenere Straccam *de Doctoribus par.* 3. *ex n.* 1. & Rotam Genuæ *dec.* 2. *n.* 34.

Sed Scacciæ reſpondidit S.C. contra quem illo diſcuſſo iudicauit apud Merlin. *d. cētur.* 2. *cap.* 2. *n.* 18. *fol.* 67. vbi dicit: *Negotium nō facit aſſumptum traditum per Scacciam ex regula tex. in l. qui cum alio, ex qua deſumitur parem eſſe cauſam ſcientis, & ſcire debentis, vt proindè ſibi imputari debeat acceptans, ſi conditionem eius, pro quo obligationem ſuſcepit, ignorauit.* Hæc enim (dicit Merlin.) neceſſario impoſſibilitatem ſcientiæ ſupponit, cum impoſſibiliū nulla ſit obligatio. At cum diſtantia loci, vel alia quæuis ſimilis cauſa, impoſſibilem reddit mutationis ſtatus ſcribentis ſcientiam, conſequitur non eſſe acceptātibus imputandum, qui ſcribentium decoctionem Romę ſecutam eadem die, vel præcedenti, Neapoli ſcire nō potuerunt; quemadmodum in terminis cōſiderauit Rota Romana *n.* 14. Hæc Merlinus.

Et ipſe addo, quòd Cagnolus in *d. l. qui cum alio n.* 6. dicit tunc procedere regulam illam niſi quis probet iuſtam eius ignorantiam, & poſt *n.* 9. verſ. *niſi iuſtiſſima ſubeſſet ignorantia*; & *n.* 10. fol. 74. ex prædictis colliguntur nonnullæ limitationes ad hāc regulam, in primis ſi ignorantia eſſet multum probabilis, & iuſta, excuſaretur contrahens, etiam quod aliter non inueſtigaſſet rei veritatē allegat Anchar. Decium, Alex. & alios. Hæc omnia de ignorantia probabili, & iuſta, ad limitationem regulæ dictæ *l. qui cum alio* approbat Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 88. verſ. *declaratur primo n.* 15. ſufficit perſonam, cum qua contrahitur communiter, aute pro idonea, vel tali, ab omnibus fuiſſe habitam, vt ex Decio, Guid. Papa, Alex. & Pinell. ſubdit in eodem loco. *Corruit ergo ex intellectu tātorum Patrum ſuper d. l. qui cum alio*, primum fundamentum Scacciæ.

Pergit D. Merlinus *n.* 19. verſ. *præterquam*, quod regula illa deſumpta ex tex. in *d. l. qui cū alio* procedit de mero iuris rigore,

cum

cum ſecûs de æquitate potius ſubueniẽdum ſit ignoranti, ad dãnum euitãdum, & ne alter cum eius iactura locupletetur elegantèr ex Claudio Seſellio *in l. 2. C. de pactis* docuit Cagnol. *in d. l. qui cum alio n. 6.*

Quod belliſſimè exornat D. Dux, & Regens Fabius Capyc. Galeota *lib. 1. controuerſ. 32. ex. n. 24. fol. 29.*

Reſpondet tertio D. Merlinus *n. 20. verſ. proinde doctiſſimus idem Vir Sigiſmundus Scaccia*, vbi demonſtrat, & inſerit verba Scacciæ, quod ipſemet limitat dictum ſuum, data inuincibili ignorantia in acceptante, vt re vera dicit *n. 339. verſ. declara ſecundo*, fol. 570.

16 Demum ipſe obſeruaui, quod neque Rota Genuæ, neque Stracca, quos allegat Scaccia, dicunt id, ad quod ab eo allegantur, vt licet vnicuiq; experire ipſis viſis in fonte.

Sextus Doctor allegatus ab aduerſario eſt Maſtrillus *dec. 9. n. 4. & dec. 221. n. 4.* ſed in *deciſ. 9.* tractat articulum an ritus Regni Siciliæ tribuens executionem paratam literis cambij, ſicut procedit contra ſcribentem, ita procedat contra acceptantem, & in *n. 4.* refert *deciſ. 303. D. de Franchis*, & ſubdit etiam ſtante decoctione poſt acceptationẽ, & in *deciſ. 221.* tãtũ abeſt, vt dicat id ad quod allegatur, vt *n. 20.* dicat hęc formalia verba: *Quicquid ſit quãdo mutatio ſtatus accidiſſet ante acceptationem literarum cambij, de quo latiſſimè Fabius de Anna conſ.* 82. Vndè iure meritò D. Conſ. Roccus allegauit dictũ locum Maſtrilli pro opinione ſua in *reſponſo* 10. *ſub n. 25.*

Septimus Genua *de ſcriptura priuata lib. 3. tit. de literis cambij n.* 160. ſed Genua dicit hæc formalia verba fol. 149. *n.* 80. *Hoc idem præcisè tradit Salycet. in d. l. filius familias, vbi notat per illum tex. contra Campſores acceptantes literas cambij, vt non poſſent poſtea ſolutioni contradicere, etiam ſi mercator, qui literas ſcripſit, pendente termino ſolutionis decoxerit, & allegat Franchis deciſ.* 303. quem vocat *elegantiſſimũ.*

Octauus Rouitus in *prag. 1. de lit. cambij n. 8. verſ. Verùm cadit*, tantùm abeſt, vt hoc dicat, vt referat doctrinam Bald. Imol. & Caſtrenſ. in *l. cum pater, §. meuio, ff. de Conſt.* *Caſari Spec. Peregr. 44.*

legatis; quod ſi poſt accẽptationem ſcribens moriatur, mandatum remanet extinctum; & ſi acceptans ſoluit nõ poteſt repetere ab hæredibus ſcribẽtis, ad quã doctrinam cumulat tex. in *l. fin.* in fine, *ff. de ſolut.* Iuncta reſtitutione literæ illius tex. apud *Cuiac. lib. 1. obſeruat. cap. 38.* in princ. Reliquit tamen cogitãdum propter dictam deciſionem *Franch.* 303. vbi in ſcribente decocto poſt acceptationẽ contrarium fuit deciſum, & *n.* 17. loquitur in acceptante, qui ſoluit, ignorante decoctionem, an poſſit ſolutum repetere, & ita intelligit Rouit. Paſcal. *de vir. patr. poteſt. par. 1. cap. 8. ante n. 71. fol. 129.*

Nonus Capyc. latr. *conſult. 42. n. 16.* loquitur quãdo decoctio ſuperuenit poſt acceptationem, vt *n.* 16. fol. 321. & nihil prorſus dicit, ſi decoctio ſit ſecuta ante acceptationem, imò *n.* 7. approbat *Conſ. Fabij de Anna*, & videtur in hanc limitationem, & ipſe reſidere, in qua Fabius reſidet.

Decimus Surd. *conſ.* 528. *n.* 14. verba Surdi ſunt iſta: *Quandocumq; enim mercator mandante meo debitore mihi ſoluit*, imò etiã *ſolũ promiſit*, obligatur adeò mihi, quod non ampliùs attenditur perſona mãdãtis, & ſi ille mandans foro cederet, cogitur nihilominus, is q literas acceptauit ſoluere, dec. eſt Bart. *in l. ſingularia n. 19. ff. ſi cert. pet.* manifeſtè ergo loquitur Surdus ſi decoctio ſequatur poſt acceptationem.

Vndecimus Rota Genuæ *deciſ.* 168. in pręſenti cauſa *n.* 2. & 3. fol. 304. tractat articulum ſi per acceptationem factam ab illo, cui dirigitur tracta, ante ſolutionẽ ſcribens ſit liberatus, ſed penitùs nihil de articulo noſtro.

Duodecimus Gratianus *tom. 3. cap. 569. n. 16. col. 2. fol.* 520. loquitur quãdo decoctio ſequitur poſt acceptationem, ſecutus Frãchis in *d. deciſ.* 303.

Decimus tertius Anton. de Amato (& eſt alter) *reſol.* 47. *n.* 23. fol. 252. hic eſt ſecutus Scacciam, & regulam tex. in *d. l. qui cum alio*, & nihil addidit de ſuo, vnde reſponſiones datæ ad Scacc. reſoluunt etiam dicta per iſtum.

Decimus quartus Reg. Tappia apud Thor. 17 *par. 2. fol.* 126. verbo *creditor*, ſed Merlin.

d. cap.

d. cap. 11. ante *n.* 11. fol. 66. (licèt *iuratus in verba magiſtri*) retulit dictum locũ Domini ſui, & tamen cõtrarium decidit: Et re vera non obſtat, nam vltra reſponſiones communes, quæ dantur omnibus deciſionibus relatis per Thor. de quibus propriè in hoc articulo Capyc. Iatr. *conſult.* 41. *n.* 12. verſ. *nec curandũ de Thoro*, benè intuenti illum ſuum diſcurſum videtur non habere ſenſum, malè narrat factum, peius ponit tempora decoctionis, vnde non poteſt colligi ſi ante, vel poſt acceptationẽ ſecuta fuerit decoctio in Ciuitate Litij, & peſſimè ponit rationem decidendi ex alio capite, vt fol. 117. verſ. *demum, quod fuerunt condemnati acceptantes, quia non fecerunt depoſitum in banco S. Iacobi*, ſed in alio banco, vbi perijt eorum riſico; & ſic nullo modo facit ad rem.

Decimus quintus eſt Rot. Roman. *diuerſ. n.* 11. *&* 12. *in prima impreſſione*, ſed loquitur poſt acceptationem, & ſupra allegatæ ſunt aliæ deciſiones Rotæ, quæ loquntur in puncto, ſi decoctio fuerit ſecuta ante acceptationẽ ab ignorante factá.

Decimus ſextus eſt Raphaël de Turri in *tract. de cambijs diſp.* 2. *q.* 16. *n.* 17. fol. 245. ſed in meo primo Scripto allegaui hunc locum Raphaelis, qui loquitur quando decoctio ſubſequitur acceptationem, vt etiam dicit D. Roccus *reſponſ.* 17. *n.* 1. *vol.* 1. & ſic loquitur Ant. Monacus *dec. Flor.* 70. *n.* 2. verſ. *dicitur.*

18 Neq; obſtat votum mercatorum, nam licèt in materia cambiorũ, Mercatorum votum aliquando ſoleat ſequi, & pragmaticæ noſtræ *de literis cambij* fuerunt factæ de conſilio mercatorum, vt etiam aduertit D. Conſ. *Roccus notab.* 64. tamen hoc intelligendum eſt ſano modo, *ne ſutor vltra crepidam*, & modo articulus, de quo diſputatur, non ſecum trahat iuris articulos abſtruſos per terminos, & regulas artis decidendos, quos mercatores attingere ſua groſſitie non valent. Et ridiculum ſanè eſſet, vbi habemus in ipſiſſimis terminis deciſiones doctiſſimè digeſtas à primis Tribunalibus Italię inueſtigare iudiciũ *Empiricorum*. Magis quod parere illud fundatur in verbis *Scaccia*, & in regula illa, *qui cum alio contrahit*, vt ex ipſo patet; cui tot Patres noſtræ Iuriſprudentiæ in loco ipſo ſatisfecerunt vltra Rotam S. C. & tot alios.

Deniq; non obſtant exempla in cauſa decoctionis Angriſani, & Berardini, & decreta. D R. Soto, & Collateralis ſupra *n.* 5. quia multifariam reſpondi poſſet, & vt omictamus, quod exemplis non eſt iu-
19 dicandum, & quod quando eſſet idem caſus, oporteret dicere (ſi vera ſunt, quę ſupra adſtruximus) quæ dicit Carleual *diſp.* 30. *n.* 11. verſ. *hec ſunt, fol.* 357. *tom.* 2. & idem *tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 7. *num.* 967. & meus Magiſter Reg. Latro *deciſ.* 91. *n.* 13. *& deciſ.* 111. *n.* 14. *& n.* 40. vt alia hic omictam, quę ſatis lepidè de *deciſionibus Rotæ* ſcripſit doctiſſimus Cagnolus. Non eſſe deciſionem, ſed decreta nulla, cum reu. vel quia partes non ſe defenderunt, & non fuit diſcuſſum, neq; animaduerſum, quod in hoc articulo erat diſcutiẽdum, & animaduertendum,

Tamen caſus eſt diuerſiſſimus, quia quo ad Nardum Anellum de Marino, maturato vſu, cum venit Notarius ad proteſtandũ, non replicauit nolle complere tractam, ex quo Angriſanus, & Berardini erant falliti, ac rupti, ſed vt patet fol. 3. lit. A. replicauit, *non paga per non hauer effetti di detti ſcribenti in mano*; & verbum nullum, quod prædicti erant rupti, quæ exceptio, *che non haue effetti in mano del ſcribente*, poſt acceptationem, eſt mera ſtultitia; Vnde ſatis blande prouidit D. Soto, quod faceret depoſitum, quod depoſitum fuit liberatum de conſenſu depoſitantis fol. 10. & ſic hoc exemplum nihil ad rem. Dicta folia ſunt in proceſſulo Angeli Antonij Virgine.

Quo ad alium proceſſulum Angeli de Vito eſt aduertendum, quod iſti, nõ fecerunt præuentionem formiter, dicentes nolle complere tractas acceptatas, ex quo ad eos deuenit notitia de ruptura ſcribentium, neq; antequam maturaret vſus fecerunt dari terminum ſuper præuentione, & probare eorum intentionem, ſcilicèt, quod decoctio ſecuta erat Litij tempore, quo Neapoli non poterat peruenire nuncium ante acceptationem, ſed voce hoc dicebant, neq; præſentauerunt fides, neq; examinauerunt teſtes de tem-

pore

pore decoctionis; Vnde nil mirum, ſi il-
li, quibus fuerunt factæ remiſſæ, obti-
nuerunt, vt obtinent omnes rei, ſcilicèt
actore non probante. Non ſic fecit Var-
20 mont, nam eadem die, qua notitia per-
uenit Neapolim, eadem die præuenit for-
miter præſentauit fidem omnium nego-
tiatorum huius plateæ, & obtinuit, vt
caperetur informatio de decottione, &
examinauit ſeptem teſtes, quibus docuit
de decoctione occurſa Venetijs die 20.
Ianuarij, docuit etiam, & probauit ſe nõ
eſſe debitorem, ſed creditorem ſcriben-
tium, præſentauit proteſtationes, quæ re-
dierunt ſuarum tractarum nõ cõpletarũ
à Stricher, & Roudẽburgh ſcribentibus,
& intimauit facultatem ad dicendum.
Vnde cum proceſſus ſit compilatus, an-
tequam maturaret vſus, & accedente
notario ad faciendum protextum repli-
cauit de decoctione, de præuentione, de
proteſtationibus tractarum reuerſarum
ſe non eſſe debitorem, ſed creditorem
ſcribentium, replicauit itidem de teſti-
bus receptis, ac proceſſu compilato. Hic
caſus differt toto Cęlo à prędicto à par-
te in exemplum adducto. Magis quod
diſcordabant in tempore acceptatio-
num, nam nõ omnes tractæ fuere accep-
tatæ vna die; nam tracta fol. 3. fuit ac-
ceptata die 23. Octobris, altera f. 7. ac-
ceptata die 30. Octobris; vnde cum ne-
gotiũ ſucceſſit Litij, & cadunt octo dies
inter vnam acceptationem, & aliam, nõ
potuit dari illa inuincibilis ignorantia
Neapoli, quæ eſt in caſu noſtro, quod
tracta fuit facta Venetijs die 8. fallimẽ-
tum cõtingit die 20. Ianuarij Venetijs
acceptatio Neapoli die 22. eiuſdẽ men-
ſis. Quo interſtitio etiam ſi littera fuiſſet
alis cuiuſcumq; hirundinis alligata, erat
impoſſibilis aduenire Neapolim. Vnde
Iuſtitia, ratione, & æquitate ſuadẽtibus,
omninò Arnoldus debet abſolui.

Neq; obſtant quæ aduerſarius cumulat, pręuentionem fuiſſe factam coram D. Regio Cõſiliario Rocco delegato nationis Belgicæ, & ſic Iudice incompetente reſpectu literarum cambij, & quod fuit proceſſus præcipitanter compilatus.

21 Nam ad primum dicimus fuiſſe factum
coram Iudice cõpetentiſſimo, nam licèt
Regia pragmatica, reſpectu literarum
cambij, dicat Iudicem competentem eſſe
Spectab. D.R. decanũ Reg. Collat. Cõ-
ſilij. Nunquã tamen fuit ita rigidè ob-
ſeruata quin M.C.V. in dies nõ ſe intro-
miſerit in illis cauſis. Sed Sacrum Regiũ
Conſilium, (quia hoc vnum Tribunal eſt
ſupremum in cauſis Iuſtitiæ, & ad vnũ
ipſum ex eius naturæ proprietate cauſæ
omnes iuſtitiæ ſpectant in tota ciuitate,
& Regno; quod ita etiam ſeruari nuper
iuſſit Diuus Philippus Rex noſter, vt ex
eius Regijs literis apud Carleual in *ad-
ditionib. 2. tom. §. 8. verſ. reliquum*. fol. 12.)
ſemper proceſſit in cauſis prædictis; &
Dominus Præſidens illius, nomine Suæ
Sacræ Regiæ Maieſtatis, indifferenter ſi-
gnat ſupplicationes de ſimilibus cauſis,
vt eſt videre apud dictum *cap.* 21. Mer-
lin. in dicto *loco Thori*, à parte allegato in
deciſ. 201 & 106. Capyc. latr. & in *d. de-
ciſ.* Franchis 303. apud *deciſ. Rouits*, &
alibi ſępè, vt patet in pluribus reſponſis
eiuſdem Reg. Conſ. Rocci, vbi cauſæ li-
terarum cambij fuerunt agitatę coram
delegatis Nationum.

Item poſt *Reg. prag.* idem Collaterale Cõ-
ſilium delegauit omnes cauſas Belgarũ
eidem Reg. *Conſ. Rocco*; ergò & literarũ
cambij, ſicut nunc Spectabilis delegatus
Venetorum cognoſcit de omnibus cau-
ſis literarum cambij, ſufficit deniq; pro-
ceſſum fuiſſe reproductũ ſtatim in Col-
laterali Conſilio, & ſi pars pertinacius in
hoc inſiſterit ſtatim poſſent teſtes repeti:
Quod dicit fuiſſe factum præcipitanter,
nihil in illo adeſt præcipitij, fuit enim ei in-
timatum, Capiatur informatio, intima-
ta requiſitoria ad videndum iuramenta
teſtium, intimata facultas ſemper perſo-
22 naliter. Quid quæſo aliud erat agendũ?
Expectare ne vt maturaret vſus, & expe-
diret ipſe literas exequutoriales? Nonnè
recordatur, quod quãdò de re celerrima,
& quæ ad momenta currit, dicitur tracta-
ri de literis cambij, vt apud *Scacciam*, &
Raphaelem in pluribus locis eſt videre,
& nos ſupra *q. precedenti*.

ARGVMENTVM.

Apocha banco directa, dictans cauſam ſolutionis *per altri tāti da eſſo riceuuti*, an ſit mutuum. An exceptio non numeratæ pecuniæ oppoſita per ſcribentem, infra biennium aduerſus executionem apochæ prædictæ, impediat rigorem *Reg. prag.* quæ denegat *audientiā*, & omnem exceptionē reijcit, niſi facto prius depoſito per debitorem, vel illo conſtituto in vinculis. Ponitur ratio decidendi *l. in contractibus, C. de non numerata pecunia.* Quid ſi deficiant octo, vel decem dies ad complēdum biennium; cum deciſ. M.C.V. iunctis *duabus aulis*.

SVMMARIVM.

1 *Reg. prag. 64. de offic. proc. Caſ. non procedit oppoſita exceptione non numeratæ pecuniæ infra biennium, & per totam quæſtionem.*

2 *Statutum reyciens omnes exceptiones, quas exceptiones non reijciſſe dicitur, & n. 3. 4. & 5. 6. & 7. & 8. & 9.*

10 *Exceptionis non numeratæ pecuniæ oppoſita infra biennium vires, & n. 11. & 12.*

13 *Deciſ. Sanfelicij 152. ponderatur.*

14 *Prag. loquitur in apochis verificatis, vel legitimè recognitis, & apocha antea dicitur cartula.*

15 *Confeſſio qualificata in recognitione apochæ an, & quomodo ſcindatur, & in q. 43. & 44.*

16 *Deciſio cauſæ iunctis aulis.*

17 *Toga non infundit leges in mentē Iudicis.*

QVÆSTIO XLII.

1 NON eſſe locum rigori
Regiæ *pragmaticæ* omnē exceptionē omninò reijcientis, ibi: *non poſſa opponere eccettione alcuna*; & quod maius eſt audientiam denegantis: *Non ſia inteſo*; erga ſcribentē apocham banco directam; ſi infra biennium fuerit ab eodem ſcribente oppoſita exceptio *non numeratæ pecuniæ*. Lex enim
2 omnes exceptiones reijciens, nō intelligitur de illis, quæ altiorem indaginem non requirunt, ſed incontinenti probantur, Abb. *in c. ſuſcitata de in integr. reſt.* Iaſon *in l. Iuris gentium §. quod ferè n. 15. ff. de pactis*, cum legione cōcordantium apud Carolum de Graſſis *in tract. de except. quæ contra ſtatutum omnes exceptiones reijcientem opponi poſſunt, except. 7. fol. 75.* Et ideò nulli dubium eſt, quòd contra
3 obligationem Cameralē opponi poteſt, vt idem fundat *n. 3.* & habet Carauita *in ritu 166. n.* & illud dicitur probari incontinēti, quod infra triduum probatur, Menoch. *de arbitr. caſu 7.* & idem Graſſis *eod. cap. 7.* & iſta oppoſita infra biennium dicitur ipſo *inſtanti*, quod opponitur probata, vt infra dicemus; ergo tanto fortiùs debere admicti dicebat aduerſarius in caſu ſuo, quia dicebat etiam
4 eſſe exceptionem notoriam, ac manifeſtā, vt de ſe patet, & infra meliùs dicemus. At nulla lex, vel ſtatutum, quantumcumq; rigoroſum, ac audientiam denegans, poteſt reijcere, neque recijſſe intelligitur, exceptiones notorias, & manifeſtas, Abb. *conſ. 44. in 2. dubio lib. 1.* Dec. *in c. ex parte il 2. n. 45.* & Felyn. *n. 7. de off. delegat.* cum alia *legione* apud eundem Graſſis, eodem *tractatu except. 6.*
6 *fol. 7.* ergo, &c. Tertio, ex natura ipſius actus hæc exceptio reſultare dicebat; quia oſtenſa apocha, & negante ſcribente (infra biennium tamen) ſe pecuniam recepiſſe, ex ipſo actu videtur reſultare exceptionem Iuris probatam, & has exceptiones nunquam cenſeri reiectas, vel cum habent omnia requiſita reijci non

poſſe

poſſe per legem, vel ſtatutum dicunt Felyn. *in c. ex parte n.2.* & Decius *n.57. de offic. delegati*, Anton. Canar. *in tract. de execut. inſtrum. quæſt.* 26. Graſſis, qui inutili labore allegat omnes, exceptione
7 10. *fol.*81. & eſſe ſimilem illis exceptionibus reſultantibus ex ventre eiuſdem instrumenti, vel ſtatuti, quæ nunquam ſublatæ cenſentur per quęcumq; verba enixa, atq; prægnantia, Bart. *in l.* 1. §. *& parui, ff. quod vi, aut clam*, Graſſis *except.* 3. *& except.* 13. Addebat etiam hanc ex-
8 ceptionem videri tangere perſonam agētis, & illum excludere ipſo iure, ex intentione fundata, quam ſcribens apochā pro ſe habere infra biennium fatebatur
9 idem Graſſis *except.* 4. *n.* 4. & exinde perimere actionem ipſo iure, Bal. *in l. ſi non ſortem*, §. 1. *n.* 4. *&* 5. *ff. de condit. indebiti*. Talem eſſe nuncupatim exceptionem nō numeratæ pecuniæ oppoſitā infra biennium Bal. *in l. ſi ex cautione n.* 1. *C. de non numer. pecunia*, Cyn. & alij
10 infiniti apud Coſtā, & Graſſis *exception.* 43. & eſt adeò iſthæc exceptio priuilegiata, vt Iudex etiam parte nō opponēte, poſſit illam opponere, Hippolytus
11 *ſingular.* 277. Rolandus *conſ.* 1. *nu.* 69. *lib.* 1. Laderchius *conſ.* 113. *n.* 3. *lib.* 1. Graſſis *except.* 43. *n.* 39. oppoſita etiam tempore interrogationis, cum inſtrumētum liquidatur impedire debitoris carcerationem tradit Carauita, *ritu* 166. *n.* 47. & Franc. Anton. de Iudice Roberto *de liquidat. inſtr. conſ.* 4. *n.* 57. Item obligationem ſtipulatam penès acta M.C.V.
12 Affliſt. *in conſtit. Regni Cauſā per*, in fine verſ. *ſed mihi videtur*. Cur ergo nō aduerſus apocham banco directam, iuramento, ſtipulatione, & alijs ſolemnitatibus, quibus inſtrumenta, & obligationes veſtitæ ſunt, omninò deſtitutam?
Adducebat deniq; *deciſionem* M.C.V. apud
13 integerrimum, ac incorruptæ memoriæ Sanfelicium 152. 2. *par. fol.* 5. in cauſa Franciſci Antonij de Iordano cū Ioanne Angelo de Felice in banca Pulpi 28. Februarij 1687. vbi Dominus Sanfelicius teſtatur talē *deciſionem* fuiſſe per S. R. C. approbatam, quod oppoſita cōtra apocham pro mutuo exceptione non numeratæ pecuniæ infra biennium fuiſſe

Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq.

ſublatum rigorē *Reg. prag.* 43. dicit ipſe 64. §. *item ſi ſupplica, &* §. *Volemo, de off. procur. Cæſaris*; & promiſum, quod agatur ordinariè, nō facto prius depoſito, neq; in vinculis ſcribente conſtituto.
14 Deniq; dicebat *pragmaticam* tribuere executionem paratam cōtra ſcribentes apochas banco directas, modo apochæ prædictæ eſſent verificatæ, vel legitimè recognitæ, *Se ſupplica Voſtra Eccellenza comandare, che aduerſo le polize, & albarani reconoſciuti ò verificati nō ſia inteſo, &c.* Placet *quoad apochas directas banco tantū*. Iſthāc apochā dicebat (& erat verum) nō eſſe verificatam; & licèt illam Ioanna de Capua Cōchæ Princeps recognouiſſet ſua manu eſſe ſcriptam, atq; ſubſcriptam, in *actu recognitionis* depoſuit ſe nō habuiſſe pecuniam, & feciſſe in cōfidentiam ſub ſpe futuræ numerationis. Vnde cum in ciuilibus nullo modo confeſſio ſcindi poſſit, vel tota acceptari, vel tota
15 reſpui debeat, ex theorica Bart. *in d. l. aurelius*, §. *item quæſiuit*, *in princ. ff. de liberat. legata*, Ant. Faber *definit.* 1. *C. de confeſſis*, Tuſcus *lit. C. concluſ.* 673. Gratian. *cap.* 339. omnes apud Farinacc. *de reo conuicto, & confeſſo quæſt.* 81. *cap.* 4. *ex n.* 110. per totum, cum vulgaribus; maximè quia facta ſub vnica ſtructura verborum, eodem inſtanti, incipiens à negatiua, & alias benè inſtructa à ſuo Aduocato, Ex hoc ſolùm Reg. *prag.* non eſſe locum hæſitanti voce, ſed expedito, ac prolixo calamo contendebat D. Aduocatus dictæ Principiſſæ. Io: Laurētius Gran Valle hac rabida peſte, dum hæc reuideo, extinctus.
Tamē his, & alijs nō obſtātibus die 12. De-
16 cēbris 1648. *iūctis* DD. Iudicibus vtriuſque aulæ M.C.V. ob articuli nouitatem, cōtrariū fuit deciſū ad beneficiū P. Frāciſci Antonij Greci, tūc Societatis Ieſu: & decretū his verbis fuit cōceptū. Die vt ſupra. *Facto verbo, &c. & iunctis aulis. Per M.C.V. prouiſum, & decretum eſt, quod Ill. Ioanna de Capua Principiſſa Conchæ infra biduum faciat depoſitum duc.* 500. *vel detineat domum ſuam loco carceris: & in eodem biduo præſtet cautionem de tenenda domum prædictam loco carceris, alias contra eam expediantur literæ executoriales, ſerua-*

ta forma Regiæ pragmatica, vnà cum expẽſis. Hoc ſuum, &c.Scipio *Martinus* Cõmiſſarius. Paulus *Staibanus*. Hortenſius *Pepi*. D. Thomas *Carauita*. Franciſcus *Vollarus*. Philippus *Martuſcella*. Lucas *Mazeſca* Actorũ Magiſter. Frãc. *Tipaldus* Scriba. Annotaui nomina Iudicum;quia tres ex eis fuerunt poſtea proprijs meritis in numerum Senatorum Sacri Supremi Regij Conſilij Iuſtitiæ aſciti, ſcilicèt D. Staibanus, Pepi, & Carauita; & licèt D. Martinus adhuc Senatorijs in-
17 fulis nõ ſit exornatus, maius herclè ornamentum, habet ex cerebro ex morib' Aduocati veridici, ac primarij, quam ex toga;iuxtà dictum Maximi Imperatoris Sigiſmundi ab Auſtria,apud eruditiſſimum Franciſc.de Petris *feſtiuar.lect.lib.* 1.c.7. Toga enim, dicebat Sigiſmundus, cerebrum nõ informat,leges,& Iura in mentem nõ infundit. Acquieuit Princeps decreto prædicto, & ſoluit.

§. 2.

18 *Dictio, per altri tanti, non probat neceſſariò eſſe pro mutuo.*
19 *Probatio debet concludere per neceſſe, non per poſſibile.*
20 *In literis cambij an detur exceptionem numerata pecuniæ.*
21 *Ratio decidendi l. in contractibus C. de nõ numerata pecunia affertur, & quid ſi ad cõplendum biennium deficiant decem dies, & n. 24. & n. 25.*
22 *Argumentum à ceſſante ratione legis quãdo valeat, & quid in Tribunalibus Supremis.*
23 *Exceptio non numeratæ pecuniæ vt plurimum eſt calumnioſa, & n. 24.*
26 *Quæ I.C. dicit uti Aduocatus quando ſcribere poſſit cum edit libros, & cauſæ non deſeruit.*

Reſpõdi enim ad partis *obiectiones*: Primã eſſe verã, *ſed deficere* ſubiectum, quia nõ eramus in cõtractu *mutui*. Apo-
18 cha enim erat tenoris ſequentis. *Banco della Santiſſima Annuntiata di Napoli pagate per me al P. Franceſco Antonio Greco docati 500.e ſono per altri tanti. Napoli 15. d'Agoſto 1646. D. Giouãna di Capua Principeſſa di Conca.* Ergo nõ eſt indubitatũ eſſe ꝓ mutuo nõ negauerim, quod poſſibile erat eſſe pro mutuo, ſed poterat etiam eſſe ex alia cauſa. Cauſa enim *per altri tanti*, nõ eſt neceſſario pro contractu mutui, vt de ſe patet, & in ꝓprijs terminis motiuat *Regens Latro meus præceptor deciſ.* 111. *n.* 37. verſ. *vlterius*. Iudex ergo non poteſt figere pedes ſuper probatione dubia, *l. neq; natales cum ſua*
19 *materia*, C. *de probat*. Probatio enim debet concludere per neceſſe, nõ per poſſibile, *Bald. in l. ad probationem la prima*, in princ. verſ. *& nota*, C. *de probat. l. non hoc*, C. *vnde legitim. c. in præſentia de probat. c. recepimus, de priuileg. Decius in d. c. in præſentia n. 16. in 15. notabili, Maſcard. de probat. concluſ.* 671. *n.* 11. Probatio enim dubia, & incerta nõ releuat probantem *d. l. neque natales, d. c. in præſentia, Imola conſ.* 96. per totum, *Hippol. conſ.* 20. *n.* 8. *Maſcard. concl.* 1363. *n.* 6. *Gratian. cap.* 144. *n.* 21. *cum ſeq.* Immò contra producentem eſt interpretanda, *Rebuff. in tract. de reprobat. teſtium nu.* 9. *Seraph. deciſ.* 469. *n.* 5. *Barboſa tract. varij axiomate* 191. *n.* 4.
20 Ex qua dubietate in literis cambij, in quibus concedi exceptionem nõ numeratæ pecuniæ,vſq; ad biennium dixerunt omnes DD. ante *Raphaelem* idẽ *Raphael*, nunc pridem elegantèr defendit, in literis,in quibus dicitur *pro valuta habita*, nõ dari exceptionem prædictam, niſi infra *triginta dies*, iuxtà eandem *l. in contractibus diſput.* 3. *quæſt.* 16. *ante n.* 85, *fol.* 253. licèt cambium habeat mutuum admixtũ *Scaccia* §. 2. *gloſſ.* 8. *ſub n.* 2. verſ. *reſpondeo fol.* 605. nam ex eo quia nõ conſtat perneceſſe eſſe verè mutuum, nõ regulatur cum biennio.
21 Replicaui ſecundo, quod etiam ſi eſſemus in mero mutuo, adhuc exceptio prædicta non debebat admitti, quia deficiebant ſolùm decem dies ad complendum biennium. Oppoſuit enim dictam exceptionem die 5. Auguſti 1648. Apocha autem facta erat 15. Auguſti 1646. ex ceſſante ratione decidendi *d. l. contractibus*, nõ eſſe dictam Principiſſã iuuandam dicta exceptione. Ratio prædicta habetur

habetur per *Raphaelem de cambijs diſp. 2. quaſt. 16. n. 24. & 25.* his verbis: *Quia ſcilicèt debitor facilè poteſt intra illud tempus querelam proponere, quam lex præſumit eum propoſiturum, quatenus habeat, neque enim tantam facilitatem, ne dicam ſtoliditatem, lex præſumere poteſt, vt quis ſpe futuræ numerationis, confeſſionem, & obligationem ſcripto celebrant, non ſecuta numeratione, intra biennium adhuc quieſcant.* & ante *Raphaelem* hoc dixerat *Rebuff.* ſuper *conſtit. Gall. de cedular. recognit. art. 2. n. 47. Signor. de Homodei in l. nam, & poſtea §. ſi minor n. 12. ff. de minor. Rota Genua deciſ. 26. in cauſa fideicommiſſ. n. 3. verſ. quia lex præſumit. Vela diſſert. 26.* ſimile dicit de illo, qui nõ opponit in actu recognitionis, & expectat decem dies. At vbi tractatur de ratione legis, ſi de vno biẽnio, deficiant ſolum decem dies, tam paruus numerus non faceret ceſſare rationem legis; quia non eſt veriſimile,

21 ſe reducere ad vltimos decem dies. Argumentum enim à ceſſante ratione eſt validiſſimum, *l. quod dictum, ff. de pactis, l. 1. §. huius rei, & l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. l. cũ pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2. Euerard. in loco à ceſſatione ratione fol. 490. Barboſa in loco à ratione n. 94.* cõferunt dicta per *D. Capyc. latr. deciſ. 30.* Tribunalia ergo Regia, & Suprema, quæ ad præciſam legum obſeruantiam nõ tenentur, & quæ iudicant ſicut Deus, prout eſt M. C. V. & S. R. C. *Afflict. in prohem. conſt. Regni, Io. de Terra Rubea, & Boer. de auth. Magni Conſily in prohem.*

22 (licèt hoc diſpliceat *Couarr. lib. 1. var. cap. 1. n. 7. verſ. tertium etiam ſuprem. Senatus, Lara de Annive. & Capell. cap. 11. n. 38. lit. 1. Theſ. deciſ. 1. n. 43.*) Videtur, quod in eſſentia rationis decidendi ſic reputari poſſunt 710. ac 720. dies.

23 Eò magis, quod exceptio nõ numeratæ pecuniæ nõ eſt fauorabilis, ſed odioſa, vt ex *Bart.* habet *Franc. Curt. in l. ſi certis annis n. 18. C. de pactis,* immò calũnioſa ex *S. Auguſt. in ſer. 3. ſuper Matth.* ibi: *Debitor quando accipit gaudet, quando reddit plorat, vt accipiat precatur, nè reddat calumniatur.* Et cõſideranda ſunt verba *Pauli de Caſtro in rubr. de non numerata pecunia n. 3.* vbi deplorat magnum periculum, quod mutuantes, nõ aduertentes ad periculum prædictum, incurrunt, & *quod frequentèr contingit, quod ſi verè numerauerint, remaneant in damno, quia debitor malignitatis confiſus, negat recepiſſe, quod recepit.* Vnde cõſulit, *quod creditor mutuans faciat dicere pro depoſito.* Et ad dictam temporis modicitatem, quod non ſit in cõſideratione; videndus eſt *tex. in l. ſi fundum 16. ff. de fundo dotali.* Planè *ſi pauciſſimi dies ad perficiendum longi temporis poſſeſſionem, ſuper fuerunt, nihil erit, quod imputabitur marito.* Item tex. magis punctualis quod decẽ dies, nõ impediẽt cõplementum præſcriptionis *l. rerum mixtura, §. labeo, ff. de vſurpat.* ibi: *Is, cui ad tegularum, vel columnarum vſucapionem, decem dies ſupereſſent, in ædificium eas coniecisset, nihilominus eum vſucapturum;* vbi *gloſſ.* in verbo *Decem,* dicit: *Secùs, ſi ampliùs tempus,* vnde *Barbat. conſ. 58. omnipotentem, & immortalem Deum col. 15. lib. 4.* Dixit, quod modicum *interuallum non inducit actuum diuerſitatem,* quod ante eum *Bal.* dixit *in c. cum ideo extra de reſcript.* etiam cum iniuria alterius, *Bar. in l. qui fundum, §. qui bona, ff. pro empt. Angel. in l. 1. C. de ann. except. & in l. ſi is cui, §. 1. ff. de furt. Alex. Franc. de Aret. & Iaſon in l. poſſideri, §. labeo, ff. de acq. poſſeſſ.* & à puero audiui, quod de modicis nõ curat prætor. Vnde *Ceſar Vrſill. ad deciſ. 110. Afflict.* in fine, ſecutus omnium Doctorum ſententias, dicẽtium inter mercatores ceſſare exceptionem nõ numeratæ pecuniæ; ipſe addidit hæc verba: *Tamen mercatores hoc facere, non poſſunt contra eorum apocham mutui in qua continetur eos pecuniam recepiſſe, & fortè hoc etiam poſſet in omnibus admitti*

24 *perſonis noſtra tempeſtate exuberante malitia hominum: Nemo enim confitetur pecuniam recepiſſe per apocham, niſi viderit pecuniam præſentem, vel illam aliàs recepiſſet verè: Quæ tamen licèt ſint inducta lege, tamen experientia rerum magiſtra nos ſic docet.* Hæc *Vrſill.* Et me hærculè; cur Princeps Cõchæ fecit apocham Religioſo, & morigerato viro? Cur nunc eadẽ Princeps publicationem Euangelicæ denunciationis aſſumpta parte in iudicio impediuit? Nonnè præſumptio, quam infra

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

fra

ſra biennium habet cõfitens, per iſtam aliam violentam præſumptionem, quod ſe oppoſuit, publicationi excõmunicationis, vt *Ricc. deciſ.* 279. *ſępè ſæpius*, & *Giurba deciſ.* 94. *n.* 19. teſtantur, remanet euacuata? Verùm circa deficientiã horum decem dierum: nunc quod non ſcribo Iudicibus; cogita ſi deficiat vna

25 dies ad cõplendum biennium, ſi licitè opponatur? Et quo ad me, puto poſſe. Scripſi tunc prædicta Aduocatus; ſecutus cõſilium Io:Andreæ in *c. per tuas n.*7. Butrij *n.* 18. *&* 19. Panormit. *n.*6. Henric. *n.* 3. Barboſę *n.*6. *qui filij ſint legitimi.* Põte *de poteſt. Proreg. tit.* 6. *n.* 56. *fol.* 173. Xamar *de off. Aduocati par.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 8. Ala *in tract. de Aduocato, & Cauſidico Chriſt. quæſt.* 29. Magon. *in tract. de recta patrocin. ratione cap.* 4. *n.* 28. Scilicèt; ꝙ

26 Aduocatus debet omnia Iudici proponere, etiam quæ reputat ipſe inſufficientia; vel parùm ad cauſam (iuxtà ſuum ſenſum) cõducibilia; & per quæ ipſe nõ votaret ſi eſſet Iudex. Plerumq; enim Iudices, per leuiora media cauſas decidunt, & quando ſunt plures (vt in Tribunali noſtro ſæpiſſimè cõtingit in vnione aularum) alicui vnum motiuum arridet, quod alter nauſeat, quod alteri diſplicèt. In hoc autem faciendo ante omnia debet in ſua mente vllo modo hęſitare, quod iuſtam foueat cauſam, alioquin hoc nõ liceret, ex ſolemni Gloſſa recepta in *cap. Dominus* 23. *q.* 2. in verbo *ex inſidijs*, Couarr. *var. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 1. S. Thomas 2.2. *quæſt.* 71. *ar.* 3. *& q.* 40. *art.* 3. Bouadill. *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 64. in fine, Marquez *de Chriſt. guber. lib.* 1. *cap.* 7. Sciebam certè Principem eſſe verè debitricem, & P. Grecum verè creditorem.

ARGVMENTVM,

An dicta exceptio non numeratæ pecuniæ dicatur legitimè oppoſita die feriata, an intimari debeat creditori, an ſufficiat ſi opponatur penès acta; An ſi aliunde creditor ſciuerit. Multa de ferijs, & diebus feſtiuis ſublatis in anno 1656. de ordine Excell. Proregis, de horribili peſte, quæ 25. Aprilis die Sancti Marci (quæ prima incidit, vt non ſeruaretur) cępit euidętius graſſari in Ciuitate Neapolis, cum Hiſtoria *Afflict.* de eiſdem feſtis ſublatis tempore Regis Ferdinandi Primi, & alia curioſa de feſtis cum *deciſ.* M. C. V *iunctis aulis.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptione oppoſita die feriata ad honorem Dei dicitur nulliter oppoſita, & n.* 2. *& per totam quæſtionem.*

3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ infra biennium intimata creditori, & debet opponi in ſcriptis n.* 4. *&* 5.

QVÆSTIO XLIII.

SIMILITER in ordine ad verum mutuum dicebam talẽ exceptionẽ fuiſſe verè elapſo toto biennio oppoſitã; quia poſtquam apoca per decretum Iudicis M. C. V. intimatum die 30. Iulij habita fuerat pro recognita, iuxtà *deciſ. Franch.* 502. ab omnibus receptam, quod decretum dicit, quod infra aliud biduum recognoſcat, aliàs *habeatur pro recognita, prout pręſenti decreto haberi mãdatur, prout deterius*, nec obijciat aduerſarius, quod licèt re-

1 cognitio fuit facta elapſo biduo, nempè die 5. Auguſti; tamen quia immediata dies, nempè ſexta eiuſdẽ fuit feſtũ, & ſic vſq; ad 9. diem Auguſti *omnes dies feſti fuere*, quòd biduum illud, ne dum nõ fuit

elapſum,

elapſum, ſed neque currit, de quo articulo nuper D. Iudex Pratus *obſeru.* 43. quia reſpondetur, quòd ſi feriæ (vt par eſt) obſtare debent actori, *reo prodeſſe* nõ poſſunt per *l. quod quiſque Iuris*, &c. ergò pars, quæ die 5. Auguſti præſentauit in actis comparitionem, in qua oppoſuit exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, nõ poteſt *tali actu ſe defendere*, fuit enim die 5. Auguſti *feſtum S. Mariæ ad Niues*, & ſic nullitas manifeſta, cõtra expreſſum caſum *legis in l. dies feſtos C. de ferijs*, & cõtra caſũ l. municipalis *in prag. de ferijs* in menſe Auguſti, vbi adeſt *dies S. Mariæ ad Niues*, ſublata ergò oppoſitione, nulliter die feriata facta, quia quod nullum eſt, nullum producit effectum, *l. 4. §. condemnatũ, ff. de re Iudic.* cum ſimi-
2 libus per *Auguſt. Barboſ. axiom.* 164. vel biduum eſt decurſum, & apocha per illa decreta iam habita eſt pro recognita, vel nõ fuit oppoſita in tempore, & iam biennium eſt elapſum.

Sed ſi caſus legis expreſſus eſt attẽdendus, (prout attẽdi *Iuſtinianus* nos arctat) iam
3 pridem biennium eſt elapſum, quia exceptio infra biennium eſt intimanda creditori; nec ſufficit notitia aliunde habita, niſi effectiuè intimetur. Diſtinguit enim quid agendum *Iuſtinian. ſi creditor eſt* abſens, ſi eſt præſens, ſi litiget cum Iudice loci his verbis *in d. l. in contractibus In omni enim tempore, quod memoratæ exceptioni taxatum eſt, ei licebit, cui talis exceptio competit, vel denunciationibus ſcripto miſſis querelam non numeratæ pecuniæ manifeſtare ei, qui numeraſſe eam, vel alias res dediſſe, inſtrumẽto ſcriptus eſt, vel ſi abeſſe eum ijs locis; in quibus contractus factus cõtingerit, in hac quidem alma vrbe apud quẽlibet ordinarium Iudicem, in prouincijs verò apud viros clariſſimos, &c. eandem querelam manifeſtare, eoque modo perpetuam ſibi exceptionem efficere*, ſi eſt præſens debet ei ſcripto denunciari, ſi abſens ſufficit ſe apud Iudicem, & ſic apud acta proteſtare, & expreſſius ſe declarat in *§. ſequenti*, ibi *difficile eſſet denunciationem ei mittere*; ſed melius in *auth.* in eodẽ loco
4 poſita per hæc verba, *Hanc autem querelam in ſcriptis fieri oportet, & ſi quis eam in iudicio faciat oportet eam mulieri, vel omni modo ei, qui dotem conſcripſit, innoteſcere.* Ergò oportet, & omni modo innoteſcere. Nec dicat, quòd loquitur de dote, quia ſupplet *gloſ.* in verbo *hanc autem*, quæ allegat *Ioannem*, quod procedit quotieſcũq; opponitur exceptio nõ numeratæ pecuniæ, cum eadem ſit ratio, & ità legit *Bart.* in eodem loco, & licèt *tex.* clarus ſit, quod omninò requiratur notificatio, & tex. deberet ſufficere, ne tamẽ pars habeat quid replicare, dicit *Bar. in* 1. *lect.* quòd debet denunciari, cui op-
5 ponitur, & in ſecunda lectura, *nota, quod quando perſona, cui debet fieri proteſtatio non poteſt haberi, ſufficit quod fiat coram Iudice, & per Iudicem notificetur ei. Bal.* verò clariùs loquitur, & aſſignat rationem cur iſthæc vna exceptio oportet, vt creditori in ſcriptis intimetur, in *auth. hanc autẽ querelam*, & dicit eſt ratio, *quia habet naturam libelli, cum per eam interrumpitur præſcriptio*; ſecùs in meris *exceptionibus*, & in §. *omni tempore* dicit aliàs *ſi non eſſet intimata præſcriptio non eſſet interrupta*; & quòd tunc ſufficit proteſtari, quando aduerſarius nõ poteſt reperiri, ſed ſi poſſet reperiri, debet omninò citari *Ang. in eod. loco* dicit *debet notificari ei, cui opponitur ſi eſt præſens*, ſi eſt abſens *debet opponi coram Iudice competente*, aut coram Epiſcopo, *Paul. in eod. §. Nota, quod quando pars nõ eſt præſens ſufficit querelam exponere coram Iudice*, licèt *Paul.* addat vnum quod *tex.* non dixit, .s. quòd ſi eſt præſens citetur omninò; ſi abſens exponatur querela corã Iudice, & ampliùs denuncietur ad domũ creditoris cum copia querelæ. Cum ergò D. Franciſcus Ant. Grecus ſuum incolatum omnibus notum, ducat hic Neapoli in domo Ducis Grauinæ, quod eſt notiſſimum in Ciuitate, oportebat illum omninò intimari, quòd cum nõ ſit factũ, & comparitio aſſeratur in actis præſentata 5. Auguſti, tempre quo per totam diem 10. erant dies feriati, nõ ſolùm nõ fuit intimatus, ſed neq; potuit habere notitiam, quia ad Tribunalia *propter continuata feſta* nõ accedebatur; ergo perinde eſt, ac ſi infra biennium nõ fuiſſet oppoſita, & ſic non obſtare vllo modo.

Diſcurſus de feſtis Curiæ ſublatis, & repoſitis in anno 1656. & de Peſte, quæ in illo anno Ciuitatem, & Regnum cruentiſſimè euerberauit.

6 *Reformatio Kalendarij facta 25. Aprilis 1556. à Duce Alcala.*

7 *Eadem dies 25. Aprilis 1556. ruptum Kalendarium poſt integrum ſęculum à Comite Caſtrilli, & ſublati omnes dies feſti.*

8 *Dies feſti cur introducti, & de Sabbato, n. 9.*

10 *Horribilis hiſtoria cõtra violatores Sabathi & n. 11. Idem in lege gratiæ, & n. 12. miraculum S. Andreæ Apoſtoli viſum ab authore.*

13 *Chriſtophori Columbi primi omnium mortalium religio. 14. Ludouici XI.*

15 *Peſtis Neapolitana deſcribitur, ſolius Beatæ Virginis D. N. interceſſione ceſſauit 15. Auguſti 1656.*

16 *Die 25. Aprilis, quæ prima fuit de ferialibus rupta, publicata fuit peſtis.*

17 *Non ex feſtis curiæ ſublatis venit peſtis, & n. 23.*

18 *Nulla actio rerum natura ſantior fieri poteſt, quam ęqualance ſemper Iuſtitiam miniſtrare.*

19 *Hiſtoria de S. Raymundo cum Gregor. IX. Renati Regis Neapolis 20. Caroli Illuſtris 21. 22. Principis Colchorum.*

23 *Deus nihil aliud ſonat, niſi Index.*

24 *Diluuntur obiecta de lege Moſaica, & in l. Euangelica n. 25.*

Iudicium P. Dianæ, ac doctiſſ. Epiſcopi Ioannis Caramuelis in materia feſtorum etiam de præcepto, & n. 26. & de diebus Dominicis, num. 27.

28 *Inſigne factum Sancti Thomæ de Villanoua erga Sacerdotem die Dominico texentem.*

29 *Commendatur Prorex, qui ſuſtulit feſta, & reprehenduntur qui non habentes de pragmatica notitiam, omnes tollere fecerunt, 30.*

31 *Pragmatica edita 25. Aprilis 1525. renouari debebat, & debet.*

ISti dies feſtiui in immenſum excreue-
rant: Ita vt ad importunitatem, ne di-
6 xerim deuotionem regularium, additi
fuere triginta, & plures poſt reformatio-
nẽ Kalendarij factã 25. Aprelis 1556. à
Duce Alcala Peraſanio Ribera, vt patet in
prag. vnica de feryr. & quod admirabile,
valdèq; notandum ſit, *eadem die* poſt *cen-
tum annos* gubernante Regno Illuſtr. *Co-*
7 *mite Caſtrilli*, reuocatã. Per Scriptoriũ
enim emanauit chyrographum Suæ Ex-
cellentiæ, quo omnes dies feſtiuos (quas
de *Corte* vocant) ſubſtulit. Die enim
S. Marci iuimus omnes in Tribunali. Et
verè humana omnia, cum in immenſum
excreuerint, opus eſt, vt cadant, in om-
nibus tenendum eſt medium, vt dicitur
in ead. *prag.* ibi: *Hauemo tornato à reuede-*
8 *re, e moderare detto Calendario, & hà parſo
à noi*, &c. *tener la via del mezzo, & aggiũ-
gerui alcune altre feſte di più.* Dies enim
feſtos, vt ait Cœlius, *antiq. lect. lib.* 11.
cap. 1. & ante eum Seneca *lib.* 1. *de tran-
quill. animi*, & Ann. Robert. *rerum iudi-
cat. lib.* 4. *cap.* 15. legum conditores, ad
hoc ipſum inſtituiſſe videntur, veluti ne-
ceſſarium laboribus interponentes tem-
peramentum. Suntquè igitur tempera-
mẽtum laborum, nõ otium maioris par-
9 tis vitę. Hinc Sabathũ dicitur à *Sabath*,
quæ vox quietem, & finem ſignificat, te-
ſte naturæ miraculo Pico in *Heptaplo cap.*
7. *fol.* 61. & ante eum Philo Iudęus *libro
de Abraham, fol.* 277. *lit.* D. S. Gregor. in
Iob lib. 18. *cap.* 25. *n.* 18. de qua materia,
& de erroribus nouatorum vide Piiſſimũ
Bellarm. *cõtrou. lib.* 3. *cap.* *fol.* mihi 1080.
tit. de cultu Sanctorum vſq; ad cap. 16. *fol.*
1111. vbi de feſtis inſtitutis etiã ab Im-
peratoribus, & à Iuſtiniano, & quod lici-
tè, & ſantè Inſtituta ſint, à primis ſęculis,
ab Apoſtolis, ab Oecumenicis Cõcilijs,
& à Pontificibus ſanctè, & rectè. Quic-
quid centuriatores, ac nouatores obla-
trent; & non ſolùm in Eccleſia Chriſti
Dei, & Domini Noſtri, feſti dies addi-
ti ſunt, ſecundum populorum, Pontificũ,
& Imperatorum deuotionem; ſed in le-
ge veteri, ad Sabathum à Deo inſtitutũ,
Pontifices, & Principes Hębreorum, ex
occaſionibus alios dies feſtos addidere;
quos Deus non inſtituerat, & habetur
Eſter 9. *Machab.* 1. *c.* 4. & alibi, idem
Bellar. *tom.* 3. *controuerſ. de effectu Sacram.
lib.* 2. *cap.* 31. *fol.* 249. elegantèr etiam

Card.

Card. Toletus *in Ioannem cap. 7. annotat.* 3. vbi de Sabbato Neomenia, Phaſe, & Azimis, Pentecoſte, feſto Tubarum, feſto Expiationis, Scenophegia, Collectis, Encęnijs, feſto Iudith, feſto Mardochei, & alijs feſtis Hębreorum ex *fol.* 655. *&* *fol.* 670. Et adeò ſanctè, & inuiolabili obſeruantia, mandauit Deus feſta cuſtodiri, vt verè exterreat formidabilis Dei ſẽtentia, quæ habetur *Num. cap.* 15. cum
10 eſſent filij Iſrael in ſolitudine, & inueniſſent hominem colligentem ligna in die Sabbati, obtulerunt eum Moyſi, & Aaron, & vniuerſæ multitudini, qui recluſerunt eum in carcerem, neſcientes quid ſuper eo facere deberent. Dixitq; dominus ad Moyſẽ, *morte moriatur* homo iſte, *obruat* eũ *lapidibus* omnis turba extra caſtra; cũq; eduxiſſent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus eſt, ſicut præceperat Dominus. Quod factum ſcribitur etiam à Philone *de vita Moyſi lib.* 2. *fol.* 531. ex *lit. F.* Sic, & in *lib.* 2. *Eſdra cap.* 13. *n.* 16. & Hierem. *cap.* 17. *n.* 27. vbi violatores, & profanatores Sabbati fuerũt ſeueriſſimè puniti, & grauiſſimè obiurgati. Contra autem ab alijs, per quam ſanctiſſimè cuſtoditũ; vt *Exod. cap.* 16. *n.* 30. & in *lib.* 2. *Machabæorum*, vbi de Iuda Monarca *cap.* 8. *ex n.* 24. quodq; ab ipſis gentibus in honorem inanium Deorum ſuorum ab initio mũdi ſanctiſſimè fuit cuſtoditum, vt ex Columella *de re ruſtica lib.* 2. *cap.* 22. *f.* 79. vbi quod Pontifices negent ſegetem ferijs ſepiri debere, vetant quoque lanarum cauſa lauari oues, niſi propter medicinã, Virgilius *Georgicorum lib.* 1. *Ouid. de faſtis lib.* 1. Cato *de re ruſtica n.* 138. Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 18. *&* *lib.* 5. *cap.* 7. vbi Tiraquell. & Libanius in *deſcript. Kalendar.* Et licèt lex per Moyſen data eſt, Gratia autem per Chriſtum facta, vt dicit tex. *in c.* 1. *de purificat. poſt partum*, tamen horribiliora exempla non deficiunt in lege gratiæ.

11 Legimus enim apud ſanctiſs. Cardinalem Petrum Damianum in *ſermone de Sancto Ruffino*, & Lippomanum *tom.* 8. & apud Laurẽ. Surium *tom.* 4. in vita eiuſdem Sancti, & apud Sim. Maiolum *dierũ Canicular. colloquio* 11 *tit. fluuius fol.* 560. *Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.* quod Aſſiſij B. Ruffini corpus ſumma veneratione colitur, dieſq; illi feſtiuus celebratur, ac cũ quidam textrinis, ac ruralibus operibus intenti, diem ab omni populo cultum contempſiſſent, Dei miraculo, domos, agroſq; ac ſuppellectilẽ, incendio inuadi conſpexerunt, origine
11 ignota, vt ſuppellectilem ab igne ſeruarent, in proximum defluentem amnem demergebant, recuperaturi haud dubiè, ob exiguum amnem; ſed quoniam omnia ſeruiunt Deo, vt vel ignis refrigeret, & aqua illo irante combureret, illa quidẽ fluuij aqua, partem liquidã ſeruauit natura, vt illata demergeret, ſed quodammodo humida ratione eſſe dedignata eſt, vt iniecta non humectaret, ſed ignea ſiccitate poſſet adurere. Vbi igitur paruit aqua vindici Domino, rurſum paruit eidem placato; ij enim ipſi ſceleris pœnitentes, cum ad B. Ruffini Ædem confugiſſent, quem lęſiſſent, & incendium reſtinctum eſt, & aqua non niſi frigidum
12 ſuum conſuetum exibuit. Et innumera alia, & forte ſeueriora exempla in lege gratiæ nõ deficiunt in *libro apum diſtinct.* 5. *exemplo* 117. *&* *diſtinct.* 9. *cap.* 193. *&* 194. Vidi ipſe de anno 1631. ariſtas triticeas vnius agri omnes nigras, fetido puluere repletas. In valle Arpadij ad Caudinas furcas, ex quo increpitus quidam ruſticus, quòd die ſanctiſſimi Apoſtoli Andreæ frumentum ferret, feſtum profanando, dixit: Quid mihi agricolæ cum Sanctis piſcatoribus? Mirabilis Deus; etſi ager ille à propinquiore maris littore octo leucis ſeiungitur, meſſis tempore, omnes ariſtæ infœlicis agri putridorum piſcium grauiſſimo olfactu nares offenderent.

Vnde in eadẽ lege gratiæ dinumerari poſsẽt multi viri omni virtutũ genere cumulati, qui attẽtiſſimè feſtos dies omnes excoluerũt. Chriſtophorus ille Columbus, (cui Vrbanus VIII. grauiſſimi Iudicij Põtifex, inter mortales omnes Principem locũ non immeritò tribuebat) nec Anchoram extrahere, nec velam extendere feſtis diebus permittere vnquam viſus ſignat Boterus *par.* 4. *lib.* 2. *in Chriſtophoro*, & P. Calancha *in chronic. Americ. par.* 3. Quin & Tyberius ſui temporis

Ludouicus XI. inquã, adeò ſeriò, & de-
13 uotè SS. Innocẽtium feſtũ diem excolebat, vt ſi aliquis illa die, de per quam grauiſſimo negotio ei alloquebatur, vſq; ad mortem eſcandeſceret, vt *Argentonius lib. 4. cap. 9.* & *Petr. Matthæi* in eius *vita* enarrant. Quam religioſam obſeruantiã reſtituit Sanctus Carolus Borromeus, vt *Io: Petrus Glaſſanus* ſcribit in eius vita *lib. 8. cap. 4. fol. 532.* & alia in *libro apũ*
14 *diſtinct. 5.* quæ exempla, & alia, quæ ne prolixior ſim, ſciens omitto, & ſi loquantur in feſtis de præcepto, non in iſtis, de quibus nobis eſt ſermo, attamen, vt de fabuloſo cane dicitur, apud Æſopum, quod excoctus ab aqua feruida, cauebat à frigida; adhuc timebant Cauſidici, & lamẽtabãtur Iudices, quòd tempore Regis Ferdinandi (*Afflicto* teſtante *in conſt. Regni Baiulos n. 8. tit. de ferys*) omnes Conſiliarij, qui impulerunt Regem, vt feſtos Curię è medio tolleret, & ipſi è medio ſublati fuere. In tantũ quod aliqui nõ verebantur dicere, quod hanc lętheam, atrocem, & igneam peſtẽ (qua vix alia crudelior, & violentior legitur vllum populum vnquam ſicut Ci-
15 uitatem, & Regnum iſtum euerberaſſe, vt tribus, vel quatuor menſibus, ſupra centum hominum myriadas occiderit) ex irreuerentia Sanctis, quorum feſta Tribunalia cuſtodiebant, ex illorum abolitione, eſſe exortam; Et ipſe negare nõ poſſum, quod & ſi in Ciuitatis regionibus inferioribus, ſcilicèt in foro magno, & uiculis Coriariorum, & Lauinarij, ex menſe Ianuarij, & Februarij cœperit graſſari, fuit ſemper negatum eſſe
16 peſtem, ſed aliud genus morbi. Dies autem S.Marci, qui primus fuit ſublatus, vt ſupra; cępimus omnes credere, quod re vera erat peſtis; quæ incaluit menſe Maio; (vnde reſtituti dies feſtiui, & primus, qui ſe obtulit, fuit S.Philippus Nerius) aucta menſe Iunio, terribilis, ac cruentiſſima Iulio, donec precibus, & meritis vnius ſẽper Virginis Mariæ Dominę Noſtrę, ceſſauerit 15. Kalẽdas Septembris totalitèr in Ciuitate, & in Regno declinare cęperit.

17 Verùm enimuerò, licèt omnia iſta magnum hęſitandi tribuant fomentum, cõtra ipſe ſcio, Dominum, Regem, ac Redemptorem, & Patrem noſtrum, Iudęis obiurgantibus diſcipulos ſuos de violatione Sabbati, Sabbatum propter hominem factum eſſe, & non hominẽ propter Sabbatum, reſpondiſſe, *Marc. cap. 2.* Rurſus, interrogaſſe eos, an liceret Sabbatis bene facere, an male? animam ſaluã facere, an perdere? vt *Mathæi cap. 12.* quis enim erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hæc Sabbatis in fouea, nonnè tenebit & leuabit eam; quanto magis melior eſt homo oue, itaq; licèt Sabbatis bene facere; Appellauitq; Iudęos hypochritas obijcientes de violatione Sabbati dicens, vnuſquiſq; veſtrum, Sabbato non ſoluit bouem, aut aſinum præſepio, & ducit adaquare?

18 Sed quæ actio vtilior, ſanctior, ac Deo acceptabilior, in rerum natura fieri vnquam poterit, quam Ius dicere, & petẽti populo Iuſtitiam æqualance miniſtrare? iuxtà ſenſum Regis *Dauid in pſal. 86. Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* Iuſtitia enim aduentãti populo è Regno miniſtrabatur à Iudicibus in portis Ciuitatis, ne *detinerentur querẽtes Iudices in domibus.* Et iuxtà eſpoſitionem *Sancti Auguſtini*, *Abulenſ. Cornelij à Lapid.* & aliorum in *pſal. 50.* prę omnibus Deum acceptaturum dicit *Sacrificium Iuſtitiæ*, & *Greg. 9.* in *prohem. decretalium*, vt niſi *Iuſtitia conatus eius ſua virtute reprimeret, & quæſtiones ipſius implicitas explicaret Ius humani fœderis litigatorum abuſus extingueret, & dato libello repudij concordia extra mundi terminos exularet*, & habetur etiam in *prohemio Codicis, ſexti, & Clementinarum.* Voluit etiam, vt Iuſtitia fieret in omni tempore, vt in *pſal. 105. Beati, qui cuſtodiunt Iudicium, & faciunt Iuſtitiam in omni tempore*; & *Iuſtinian.* voluit Iudices reddere Ius à mane vſq; ad veſperam, *Auth. de Iudicibus,*
19 *§. ſedebunt.* Sanctus quoque *Raymundus* ſplendor Ordin. Prædicatorum Pœnitẽtiarius Gregorij Noni, ei iniungebat loco pœnitentiæ, vt iugiter, & qualibet die daret audientiam, & expediret litigantes, vt ſcribunt *Io. Felix Aſtolphi*, &
20 *Alphonſus Villegas* in eius *vita*. Collau-

datur

datur etiam *Renatus* quondam Neapolitanus Rex, quod in cubili, in Eccleſia, in via, in menſa, in venatione, nõ etiam in Trono regali, expediebat (ferens ſecum cum enſe calamum, & atramentũ) ſubditos iuſtitiã petentes; ſecutus eius gen-
21 tilis *Caroli Illuſtris* Calabriæ Ducis exẽplum, qui appenſa campana extra Caſtrum nouum, cui prompta audientia aulicorum nequitia fuiſſet impedita, incuntanter illam haberet, vt ex *Collenuccio, Summonte, Conſtantio,* & alijs hiſtoricis habetur, & hodie vſq; ad ſydera de
22 hoc extollitur *Colchorum Rex*, vt apud *Arcangelum Lamberti in relatione Colchidis cap. 3. & cap. 15. & cap. 4. pag. 16.* Impoſſibile ergo fuit ex actu tam vtili, neceſſario, ac meritorio, & Deo acceptiſſimo (cum Deus nil aliud ſonet, niſi Iudex) Dionyſ. *lib. de diuin. nominibus*, Picus *lib. de ente, & Vno*, Bellarmin. poſt alios *controuerſ. lib. 1. cap. 16. in princ.* & *de Iuſtificat. lib. 2. capite 3.* & Dominus Noſter Ieſus Chriſtus nil aliud præmij pollicitus fuerit ijs, qui relicto mundo ſecuti ſunt eum, niſi quod efficerentur *Iudices ſedentes ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael*, fuiſſet im-
23 miſſam malignã luem, quia Prorex ſancto zelo ſubſtulit feſtos curiæ, ſed propter alia peccata, ſed propter iniuſtitiã à malis Iudicibus diebus *pro feſtis*, vel venditã, vel aliud agentes, & oſcitanter miniſtratã. Peſtes enim ſemper fuerũt, eruntq; donec mundus durabit, iuxtà illud: *Humanis in rebus, ſæcula, ac perſonę intereunt, Cauſæ, & euenia eadem recurrunt*, Pater *Famian. de Bello Belgic. lib. 1. in princ.*
24 Neq; obſtant exempla in contrarium adducta, & illud de lege Moſaica, quia vt notat *Toſtat. Cornel. à Lapid.* ibidem, & *Phylo locis citatis*, id fuit à Deo iuſſum, vt inſereret in obſtinata corda Iudeorũ, Sabbati tunc primum cuſtodiri iuſſi, obſeruantiam præciſam, vel melius, quia Dominus Noſter illud temperauit, vt patet in locis Euangelij adductis. Neq; terret illud *S. Ruffini*, & *S. Andreæ*, & innumera, quæ poſſent adduci, proceſſerunt enim *ex deſpicientia, & contemptu*
25 execrabili gloriæ Sanctorum, vt puto debere intelligi *deciſionem* indigeſtã M. *Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.*

A. de Amatis 22. Deniq; quod à *Columbo*, & alijs fuerunt attentiſſimè cuſtodita, id fuit, quia bonarum mentium, ibi eſt timere culpam, vbi culpa minimè reperitur. Vnde Caramuel in *Theolog. fundam. §. 1578. fol. 497.* dixit in feſtis vſum laudo, abuſum condemno; non debent ſolemnitates eſſe nimis multe, nè pauperes hebetẽtur otio, & rerum penuria grauentur. Ex his, & ſimilibus, quæ ad-
26 duci poſſent, non dixerim, quæ P. *Dianã* in *ſum. de cuſtodia feſtor.* amplificauit, & quæ nouiſſimè idẽ doctiſſ. *Caramuel in* §. 1079. *Theolog. fundam.* ſcripſit, quod ad vitanda ſcandala, quæ ex feſtorum multitudine exorta erant in Belgio. Perſuaſit dicto S. P. Vrbano, vt adderet aliquod moderaminis, qui ſubſtulit duodecim & dein ipſe Caramuel ſcripſit Cardinali in curia degenti hanc epiſtolam: *Gaudeo Vir Illuſtriſſime tibi perſuaſum eſſe feſtorum nimiũ numerũ reipublicæ nocere Chriſtianæ, ſed quia ab eo, qui deſignauit morbum, medicinam requiris. Reſpondeo ſi à Sanctiſſimo Domino conſulerer ſic fore diſpoſiturum Kalendarium, deſiderarem omnes, & ſolos dies Dominicas feſtos eſſe, & vix alios, ſed quid de Sanctorum cultu agendum, ediſſerã, relinquerem Natiuitatis, Paſcatis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & Santiſſimum Trinitatis diem, vbi iacent. Non enim vallem mobilium feſtorum regulas alterare, cõſeruarem Quadrageſimales Dominicas, & per reliquas diſtribuerem Apoſtolos, Euangeliſtas, & alios omnes Sanctos, quorum dies obſeruamus.*

Hæc eſt Kalendarij idea, iuxtà quam, & cultui Sanctorum ſatisfit, & lucrandi panem ſuum quotidianum relinquitur tempus mechanicis, pleriq; ex ipſis ſunt ſtupidi, & maioris commoditatem, & minoris fidem, & religionem faciunt; vnde ſi feſtorum pluralitas ſit eis incommoda, mallent Lutherani, aut Caluiniſtæ eſſe, quam hanc perpeti incommoditatem. Hæc Caramuel, qui *in* §. 1081. *n. 3. eiuſdem tract. Theol. fundam.* non veritus fuit ſcribere, *quod minuitur quotidiè, & minuetur Catholicorũ numerus, quo vſquè feſtorum numerus diminuetur.* Quid quod
27 ipſe pius, ac doctiſſ. *Epiſcopus in d.* §. 1081 *n.* 4. interpetratus fuit, nec ipſos dies Dominicos remanere debere intactas,

non dicit debere exauctorari; ſed ſe ſcire nonnullos deſiderare è meridiè eſſe liberas; Ratiocinatur ex dicto cuiuſdam *Ruſtici, cum ait, laborare manibus Scio, Orare, & Contemplare neſcio; Hac dies eſt Dominica, ſurrexi ſerius, & iam ſufficienter requieui, iui ad Eccleſiam duas audiui miſſas, nimirum ſolemnem, & priuatam, concionem etiam legi, meum Roſarium, & orationes, quas ſcio, recitaui, pranſus ſum, & neſcio quid faciam poſt prādium ibo ad veſperas, non agunt in pago ille, & ſi aguntur media abſoluuntur hora, & ſunt dies æſtiui valdè magni, viſitabo vicinos, murmurant, pierant, ludunt, potitant, & inebriantur, ero otioſus domi, neq; id potero, nec proficiam, ſi fecero, nā otium eſt puluinar Diaboli; quid ergo remedij, laborare; ponere media debeo, vt liberer efficaciter ab omni peccato, vitioq; & præter mechanicum, manuum exercitiū nullum habeo, &c.* Hactenus P. Caramuel, *Quid reſpondes? diſcurris prudentèr, vel ruſticè.* Quid eſt melius, vt exteri languētes in hoſpitijs, vt carcerati plorantes in ergaſtulis, vt pupilli, & viduæ, & quilibet alij Iuſtitiā expoſcentes citò expediantur, & tot feſtis impediti expectando expeditionem cauſarum *ſpirent, vel expirent, & expirantes, deſperent,* quid præſtat, vt tot Scribæ, procuratores, Aduocati, Iudices, & innumeri, qui in tribunali aſcendunt, occupati, & non in otio detineantur. An vt faciant, quę Ruſticus deteſtatur, & peiora; vnde concludit idē *Caramuel* fol. 502. *col.* 2. *Omni ergo niſu elaborandum, vt Eccleſia feſtorum numerū dignetur aliquando diminuere.* Hæc, quæ
28 ex Caramuele adduximus ob firmanda ſunt exemplo Santiſſimi *Patris Pauperum* Iubar, ac ſydus fulgentiſſimum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, poſt hæc ſcripta a Sanctiſſ. D. N. Alexandro PP. Septimo in Sanctorum numero, per quā ſanctiſſimè relati: Delato enim pientiſſimo Archiepiſcopo Valentino, quodam Sacerdote, qui diebus Dominicis, poſt peractum ſacrum, in textrino ſuis manibus texebat, increpitus, reſpondit, eleemoſinam, quam ex Miſſa qualibet die quærebat, nō ſuppetere ad matris, ſororis, & ſui alimentum; vnde ad vitandum turpiora, labore ſuarum manuum panē conquirere: Quod exaudito à S. Thoma, fuit non etiam impensè collaudatus, ſed quod manus ille, quæ in opere tante charitatis erāt implicite, exoſculari ab ipſo ſāctiſſimo Archiepiſcopo mererentur. Vnde ſuo ſancto more, facta ei decenti elemoſina, vt laborem texendi abſque dierum delectu continuaret hilarem, dimiſit in pace. Hæc ad literam habentur apud P. Magiſtrum Michaelem Salon in *vita Sancti Thome de Villanoua* fol. 351.

29 Ex quibus, amice lector, deprehendes an ex quo vigilantiſſimus, & verè iuſtus Prorex (non ſum pauper, ſed ſupra meritum diues, Deogratiæ, nec vllo modo ambitioſus, ideò non adulator, nec in libro verbum adulationis reperies, Prorex diſceſſit, & fortè cum liber hic viderit lucem, ille quia valdè ſenex ab hac ad æternam lucem erit translatus) Sācto zelo charitate Regni iuſtè gubernādi verè ſuccenſus, ſi ad reſtinguendas lites (vltra delectū inſignium miniſtrorum) hoc etiam remedio vſus fuit, ſi ex hoc peſtis voluiſſet exoriri? abſit. Calumniæ cauſidicorum, nundinatio iuſtitiæ, vecordia, & alia populi innumera peccata igneam peſtem intulerūt, vel quia humanis in rebus ſecula, & perſonę intereunt cauſæ, & euenta eadē recurrunt, vt ſupra *n.* 23.

30 Quid quod, dixerim de oſcitātia illorū, quæ optimo Proregi aſſidebant? Teſtor Deum, pragmatica, quæ de feſtis loquitur, erat eis incognita; nam ſtatim, ac de chyrographo per Scriptorium emanato habita fuit in tribunali notitia. Ego duobus, vel tribus ex eis (qui omnes à peſte paulò poſt fuerunt reſtinti) dixi, cur permiſiſtis, vt Sua Excellentia, omnes feſtos, quæ de præcepto non ſunt, ſubſtulerit? hoc eſt impracticabile; eadem pragmatica dicit: *Hauemo deliberato tener la via di mezo*; dixerūt, vbi eſt hæc pragmatica? & illis oſtēſa, obmutuerūt. Quod ſi de illius diſpoſitione Proregē optimū informaſsēt, vtiq; omnes ſine delectu nō
31 ſuſtuliſſet: & vti impracticabilē eius ordinem nō opus fuiſſet reuocare: Vndè pragm. illa renouāda eſt, & obſeruāda: ſublato abuſu, iam ad improperium verè redactum; importunitate enim, maximè cucullatorū, non etiam lenes principes, ſed

ſed etiam Deus, ac Sancti vincuntur, c. *importuna de pœnit. diſtinct.* 1. Rebuff. *ſuper conſt. Gall. tit. vt benefic. ante vacat. n.* 2. *fol.* 503. Si Deus aliquando miſerebitur noſtri; & ſuperiores dabit, qui hæc non irrideant, & de Regni bono, ex corde, non ex cute, & ſuperficie, & pro ſpecie ſenſum habebunt. Sed de his hactenus.

PARERGON.

SI exter Prorex, ſtomachatus *Litium* prolixitatem, ac miſertus litigatorũ ærumnas, ad illas abbreuiandas, ad iſtorum leuamen *faſtos* omnes dies eſſe voluit, *nefaſtos vllos*; cur Ego Ciuis horum non miſerebor? Et quæ ex vſu, & praxi 33. annorum percipi valui, vt his miſerijs obuietur, in medium non proferam? Quis ſcit, *ſi aliquãdo ignoſcat, & miſereatur Deus?* Et omiſſo principaliori medio, qui à *Dei* clementia, & à peccatis populi abſolutè dependet. De qualitate (inquam) doctrina, ac integritate iudicũ. Dico ego deberi renouari *pragmaticã* predictã, de qua in *precedẽti digreſſione*, æditam à memorãdo illo Prorege *Perafan Ribera* Alcala Duce 25. Aprilis 1525 ſublato fine alio delectu quocumque abuſu, verè ad importunitatẽ poſt dictã diẽ 25. Aprilis 1525. introducto. Et eo fortius, illos duos dies poſt Iouẽ vltimũ carniſpriuij: expedirentur enim illis duobus diebus, ſolum in tribunalibus Vrbis circa 100. cauſæ. Tertio (& hoc *vnum intendo*) vt velut peſtis, ablegentur dies, quas vocant communes, ſcilicèt, qua omnes Iudices de aula eadẽ die promiſcuè cauſas expediuntq́ue vſũ ad ſuggeſtionẽ humani generis hoſtis fuiſſe inuentum ſemper perſuaſum habui; & poſſet applicari illud, quod in *libro apum*, & in *Speculo exemplorũ* de Diabolo legi; qui vt campanulam pro rurali Eccleſia coemeret, tanto tẽpore defaticatus fuit.

Et quod ſingula die cuiuslibet hebdomadæ vnus ſolus Iudex faceret cauſas *far giornata* dicimus. Appenſa liſta cauſarum expediendarum in valuis ſuæ aulæ per ſex dies ante: Quæ vtilitas (dices) rei vulgatiſſimè, ac exploratiſſimè? Maxima quidem erga litigatores, erga aduocatos, erga ipſos Iudices. Requies infœlicium litigantium, quia hi miſeri, ſcientes *diem, & horam*, non vigilarent ad poſtes oſtij tui, expectantes beatam, vel infœlicem ſpem. Scirent diem ſui Commiſſarij, & illa vna die aſcenderent in prætorium, & vigilarent reliquis diebus hebdomadæ, non tererent tempus, non appenſi ad cordam, penderent à diſcretione Commiſſarij, ſi velit cauſam vocare, intentiq; ora non tenerẽt, vt apparitoris horrificam vocem exaudiant, ſed pro ſuis negotijs abirent, & pauperes artifices labore manuum ſuarum ad acquirendum panem.

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

Requies enim maxima Aduocatis, de quibus benè ſolemniſſ. doctor Lapus aliquando dixit: *Indulge, quaſo, arti moleſtiſſimæ, qua non ſomnum patitur, neq; quietem allegat.* 55. Et licèt, vt ſalſus morion, non inſulsè tamen, ille in ſuis *Ragguagli*, vt oporteat aduocatum habere *vn ceruellaccio di bue*; & in hoc verè Morion, & *vna compleſſionaccia di facchino*; & hic benè; Quia in Tribunali noſtro licèt (*ob maximum lucrum*) in pelui aurea quotidiè tamen euomimus fel. Cauſæ enim non beneficiales, ſuperficiales, ſed grauiſſimæ, ineſtricabiles, innumerabiles; Quæ non etiã, vt alibi, cũ ſcriptis, ſed omnes in contradictorio non ſolùm in domibus Senatorum (quod nihil eſt) ſed in aulis coram toto populo diſcutiuntur, Quis poteſt habere tot cauſarum memoriam? Hac nocte, improbo labore digeſto proceſſu aduocatus ſe accingit, incertus omninò qua die illam defenſurus ſit, labũtur tres, quatuor hebdomadæ, & quãdoque menſes, & anni, & cauſa illa nõ vocatur, vt poſtea ex abrupto cogitur illã defendere. Dicebat Petrus Mathæi in *hiſtorijs*: *Io lodo coloro, che piglian tẽpo di prepararſi, & ammiro quell'altri, che ſenz'vn tal van'aggio parlano bene*. Sed Petrus non fuit aduocatus: nam nunquam quis dicitur benè loqui, niſi *ad cauſam verè loquatur*. Quod imparatus, & improuiſè, quis importuna verborum profluentia apparenter benè multũ loquatur, nihil intereſt, multi enim ex garrulitate naturæ hoc faciunt; Sed hi reprehẽdun-

Ludouicus XI. inquã, adeò ſeriò, & de-
13 uotè SS. Innocẽtium feſtũ diem excole-
bat, vt ſi aliquis illa die, de per quam,
grauiſſimo negotio ei alloquebatur, vſq;
ad mortem eſcandeſceret, vt *Argentonius*
lib. 4. cap. 9. & *Petr. Matthæi* in eius *vita*
enarrant. Quam religioſam obſeruantiã
reſtituit Sanctus Carolus Borromeus, vt
Io: Petrus Gluſſanus ſcribit in eius vita
lib. 8. cap. 4. fol. 532. & alia in *libro apũ*
14 *diſtinct.* 5. quæ exempla, & alia, quæ
ne prolixior ſim, ſciens omicto, & ſi
loquantur in feſtis de præcepto, non
in iſtis, de quibus nobis eſt ſermo, atta-
men, vt de fabuloſo cane dicitur, apud
Æſopum, quod excoctus ab aqua ferui-
da, cauebat à frigida; adhuc timebant
Cauſidici, & lamẽtabãtur Iudices, quòd
tempore Regis Ferdinandi (*Afflicto* te-
ſtante *in conſt. Regni Baiulos n. 8. tit. de fe-*
rys) omnes Conſiliarij, qui impulerunt
Regem, vt feſtos Curię è medio tolleret,
& ipſi è medio ſublati fuere. In tantũ
quod aliqui nõ verebantur dicere, quod
hanc lętheam, atrocem, & igneam peſtẽ
(qua vix alia crudelior, & violentior le-
gitur vllum populum vnquam ſicut Ci-
15 uitatem, & Regnum iſtum euerberaſſe,
vt tribus, vel quatuor menſibus, ſupra
centum hominum myriadas occiderit)
ex irreuerentia Sanctis, quorum feſta
Tribunalia cuſtodiebant, ex illorum
abolitione, eſſe exortam; Et ipſe negare
nõ poſſum, quod & ſi in Ciuitatis regio-
nibus inferioribus, ſcilicèt in foro ma-
gno, & uiculis Coriariorum, & Lauina-
rij, ex menſe Ianuarij, & Februarij cœ-
perit graſſari, fuit ſemper negatum eſſe
16 peſtem, ſed aliud genus morbi. Die
autem S. Marci, qui primus fuit ſublatus,
vt ſupra; cępimus omnes credere, quod
re vera erat peſtis; quæ incaluit menſe
Maio; (vnde reſtituti dies feſtiui, & pri-
mus, qui ſe obtulit, fuit S. Philippus Ne-
rius) aucta menſe Iunio, terribilis, ac
cruentiſſima Iulio, donec precibus, &
meritis vnius sẽper Virginis Mariæ Do-
minę Noſtrę, ceſſauerit 15. Kalẽdas Sep-
tembris totalitèr in Ciuitate, & in Regno
declinare cęperit.
17 Verùm enimuerò, licèt omnia iſta ma-
gnum hęſitandi tribuant fomentum, cõ-
tra ipſe ſcio, Dominum, Regem, ac Re-
demptorem, & Patrem noſtrum, Iudęis
obiurgantibus diſcipulos ſuos de viola-
tione Sabbati, Sabbatum propter ho-
minem factum eſſe, & non hominẽ pro-
pter Sabbatum, reſpondiſſe, *Marc. cap.*
2. Rurſus, interrogaſſe eos, an liceret
Sabbatis bene facere, an male? animam
ſaluã facere, an perdere? vt *Mathęi cap.*
12. quis enim erit ex vobis homo, qui
habeat ouem vnam, & ſi ceciderit hæc
Sabbatis in fouea, nonnè tenebit & le-
uabit eam; quanto magis melior eſt ho-
mo oue, itaq; licèt Sabbatis bene facere;
Appellauitq; Iudęos hypochritas obij-
cientes de violatione Sabbati dicens,
vnuſquiſq; veſtrum, Sabbato non ſoluit
bouem, aut aſinum præſepio, & ducit
adaquare?
18 Sed quæ actio vtilior, ſanctior, ac Deo
acceptabilior, in rerum natura fieri vn-
quam poterit, quam Ius dicere, & petẽ-
ti populo Iuſtitiam æqualance miniſtra-
re? iuxtà ſenſum Regis *Dauid in pſal.* 86.
Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia
tabernacula Iacob. Iuſtitia enim aduentãti
populo è Regno miniſtrabatur à Iudici-
bus in portis Ciuitatis, ne *deſinerentur*
quęrẽtes Iudices in domibus. Et iuxtà eſpo-
ſitionem *Sancti Auguſtini*, *Abulenſ. Cor-*
nelij à Lapid. & aliorum in *pſal.* 50. prę
omnibus Deum acceptaturum dicit *Sa-*
crificium Iuſtitiæ, & *Greg.* 9. in *prohem. de-*
cretalium, vt niſi *Iuſtitia conatus eius ſua*
virtute reprimeret, & quæſtiones ipſius im-
plicitas explicaret Ius humani fæderis liti-
gatorum abuſus extingueret, & dato libello
repudij concordia extra mundi terminos exu-
lares, & habetur etiam in *prohemio Codi-*
cis, ſexti, & *Clementinarum.* Voluit etiam,
vt Iuſtitia fieret in omni tempore, vt in
pſal. 105. *Beati, qui cuſtodiunt Iudicium,*
& faciunt Iuſtitiam in omni tempore; & *Iu-*
ſtinian. voluit Iudices reddere Ius à ma-
ne vſq; ad veſperam, *Auth. de Iudicibus,*
19 *§. ſedebunt. Sanctus* quoque *Raymundus*
ſplendor Ordin. Prædicatorum Pœnitẽ-
tiarius Gregorij Noni, ei iniungebat lo-
co pœnitentiæ, vt iugiter, & qualibet
die daret audientiam, & expediret liti-
gantes, vt ſcribunt *Io: Felix Aſtolphi*, &
20 *Alphonſus Villegas* in eius *vita.* Collau-
datur

datur etiam *Renatus* quondam Neapoli-
tanus Rex, quod in cubili, in Eccleſia, in
via, in menſa, in venatione, nõ etiam in
Trono regali, expediebat (ferens ſecum
cum enſe calamum, & atramentũ) ſub-
ditos iuſtitiã petentes; ſecutus eius gen-
21 tilis *Caroli Illuſtris* Calabriæ Ducis exẽ-
plum, qui appenſa campana extra Ca-
ſtrum nouum, cui prompta audientia
aulicorum nequitia fuiſſet impedita, in-
cuntantèr illam haberet, vt ex *Collenuc-
cio, Summonte, Conſtantio*, & alijs hiſtori-
cis habetur, & hodie vſq; ad ſydera de-
22 hoc extollitur *Colchorum Rex*, vt apud
*Arcangelum Lamberti in relatione Colchidis
cap. 3. & cap. 15. & cap. 4. pag. 16.* Im-
poſſibile ergo fuit ex actu tam vtili, ne-
ceſſario, ac meritorio, & Deo acceptiſ-
ſimo (cum Deus nil aliud ſonet, niſi Iu-
dex) Dionyſ. *lib. de diuin. nominibus*, Pi-
cus *lib. de ente, & vno*, Bellarmin. poſt
alios *controuerſ. lib. 1. cap. 16. in princ.* &
de Iuſtificat. lib. 2. capite 3. & Dominus
Noſter Ieſus Chriſtus nil aliud præ-
mij pollicitus fuerit ijs, qui relicto
mundo ſecuti ſint eum, niſi quod effi-
cerentur *Iudices ſedentes ſuper ſedes iudi-
cantes duodecim tribus Iſrael*, fuiſſet im-
23 miſſam malignã luem, quia Prorex ſan-
cto zelo ſubſtulit feſtos curiæ, ſed prop-
ter alia peccata, ſed propter iniuſtitiã à
malis Iudicibus diebus *pro feſtis*, vel ven-
ditã, vel aliud agentes, & oſcitanter mini-
ſtratã. Peſtes enim ſemper fuerũt, eruntq;
donec mundus durabit, iuxtà illud: *Hu-
manis in rebus, ſæcula, ac perſonę intereunt,
Cauſæ, & euenta eadem recurrunt*, Pater
Famian. de Bello Belgic. lib. 1. in princ.
24 Neq; obſtant exempla in contrarium
adducta, & illud de lege Moſaica, quia
vt notat *Toſtat. Cornel. à Lapid.* ibidem,
& *Phylo locis citatis*, id fuit à Deo iuſſum,
vt insereret in obſtinata corda Iudęorũ,
Sabbati tunc primum cuſtodiri iuſſi, ob-
ſeruantiam præciſam, vel melius, quia
Dominus Noſter illud temperauit, vt
patet in locis Euangelij adductis. Neq;
terret illud *S. Ruffini*, & *S. Andreæ*, & in-
numera, quæ poſſent adduci, proceſſe-
runt enim *ex deſpicientia, & contemptu*
25 execrabili gloriæ Sanctorum, vt puto
debere intelligi *deciſionem* indigeſtã M.
Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.
A. de Amatis 22. Deniq; quod à *Columm-
bo*, & alijs fuerunt attentiſſimè cuſtodita,
id fuit, quia bonarum mentium, ibi eſt
timere culpam, vbi culpa minimè repe-
ritur: Vnde Caramuel in *Theolog. fun-
dam. §. 1578. fol. 497.* dixit in feſtis vſum
laudo, abuſum condemno; non debent
ſolemnitates eſſe nimis multe, nè pau-
peres hebetẽtur otio, & rerum penuria
grauentur. Ex his, & ſimilibus, quæ ad-
26 duci poſſent, non dixerim, quæ *P. Diana
in ſum. de cuſtodia feſtor.* amplificauit, &
quæ nouiſſimè idẽ doctiſſ. *Caramuel in §.
1079. Theolog. fundam.* ſcripſit, quod ad
vitanda ſcandala, quæ ex feſtorum mul-
titudine exorta erant in Belgio. Perſuaſit
dicto S. P. Vrbano, vt adderet aliquod
moderaminis, qui ſubſtulit duodecim
& dein ipſe Caramuel ſcripſit Cardinali
in curia degenti hanc epiſtolam: *Gaudeo
Vir Illuſtriſſime tibi perſuaſum eſſe feſtorum
nimiũ numerũ reipublicæ nocere Chriſtianæ,
ſed quia ab eo, qui deſignauit morbum, me-
dicinam requiris. Reſpondeo ſi à Sanctiſſimo
Domino conſulerer ſic fore diſpoſiturum
Kalendarium, deſiderarem omnes, & ſolos
dies Dominicas feſtos eſſe, & vix alios, ſed
quid de Sanctorum cultu agendum, ediſſerã,
relinquerem Natiuitatis, Paſcatis, Aſcenſio-
nis, Pentecoſtes, & Santiſſimum Trinitatis
diem, vbi iacent. Non enim vallem mobi-
lium feſtorum regulas alterare, cõſeruarem
Quadrageſimales Dominicas, & per reli-
quas diſtribuerem Apoſtolos, Euangeliſtas,
& alios omnes Sanctos, quorum dies obſer-
uamus.*
*Hæc eſt Kalendarij idea, iuxtà quam, & cultui
Sanctorum ſatisfit, & lucrandi panem ſuum
quotidianum relinquitur tempus mechani-
cis, pleriq; ex ipſis ſunt ſtupidi, & maioris
commoditatem, & minoris fidem, & religio-
nem faciunt; vnde ſi feſtorum pluralitas ſit
eis incommoda, mallent Lutherani, aut Cal-
uiniſtæ eſſe, quam hanc perpeti incommodi-
tatem.* Hæc Caramuel, qui *in §. 1081. n.
3. eiuſdem tract. Theol. fundam.* non ve-
ritus fuit ſcribere, *quod minuitur quotidiè,
& minuetur Catholicorũ numerus, quo vſquè
feſtorum numerus diminuetur.* Quid quod
27 ipſe pius, ac doctiſſ. *Epiſcopus in d. §. 1081
n. 4.* interpetratus fuit, nec ipſos dies
Dominicos remanere debere intactas,

Digitized by Google

non dicit debere exauctorari; ſed ſe ſcire nonnullos deſiderare è meridiè eſſe liberas; Ratiocinatur ex dicto cuiuſdam *Ruſtici, cum ait, laborare manibus Scio, Orare, & Contemplare neſcio; Hæc dies eſt Dominica, ſurrexi ſerius, & iam ſufficienter requieui, iui ad Eccleſiam duas audiui miſſas, nimirum ſolemnem, & priuatam, concionem etiam legi, meum Roſarium, & orationes, quas ſcio, recitaui, pranſus ſum, & neſcio quid faciam poſt prădium ibo ad veſperas, non agunt in pago ille, & ſi aguntur media abſoluuntur hora, & ſunt dies æſtiui valdè magni, viſitabo vicinos, murmurant, pierant, ludunt, potitant, & inebriantur, ero otioſus domi, neq; id potero, nec proficiam, ſi fecero, nă otium eſt puluinar Diaboli; quid ergo remedij, laborare; ponere media debeo, vt liberer efficaciter ab omni peccato, vitioq; & præter mechanicum, manuum exercitiũ nullum habeo, &c.* Hactenus P. Caramuel, *Quid reſpondes? diſcurrit prudenter, vel ruſticè.* Quid eſt melius, vt exteri languẽtes in hoſpitijs, vt carcerati plorantes in ergaſtulis, vt pupilli, & viduæ, & quilibet alij Iuſtitiã expoſcentes citò expediantur, & tot feſtis impediti expectando expeditionem cauſarum *ſpirent, vel expirent, & expirantes, deſperent*, quid præſtat, vt tot Scribæ, procuratores, Aduocati, Iudices, & innumeri, qui in tribunali aſcendunt, occupati, & non in otio detineantur. An vt faciant, quę Ruſticus deteſtatur, & peiora; vnde concludit idẽ *Caramuel* fol. 502. *col.* 2. *Omni ergo niſu elaborandum, vt Eccleſia feſtorum numerũ dignetur aliquando diminuere.* Hæc, quæ
28 ex Caramuele adduximus ob firmanda ſunt exemplo Santiſſimi *Patris Pauperum* Iubar, ac ſydus fulgentiſſimum Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, poſt hæc ſcripta a Sanctiſſ. D. N. Alexandro PP. Septimo in Sanctorum numero, per quã ſanctiſſimè relati: Delato enim pientiſſimo Archiepiſcopo Valentino, quodam Sacerdote, qui diebus Dominicis, poſt peractum ſacrum, in textrino ſuis manibus texebat, increpitus, reſpondit, eleemoſinam, quam ex Miſſa qualibet die quærebat, nõ ſuppetere ad matris, ſororis, & ſui alimentum; vnde ad vitandum turpiora, labore ſuarum manuum panẽ conquirere: Quod exaudito à S. Thoma, fuit non etiam impensè collaudatus, ſed quod manus ille, quæ in opere tante charitatis erãt implicite, exoſculari ab ipſo ſãctiſſimo Archiepiſcopo mererentur. Vnde ſuo ſancto more, facta ei decenti elemoſina, vt laborem texendi abſque dierum delectu continuaret hilarem, dimiſit in pace. Hæc ad literam habentur apud P. Magiſtrum Michaelem Salon in *vita Sancti Thomæ de Villanoua* fol. 351.
29 Ex quibus, amice lector, deprehendes an ex quo vigilantiſſimus, & verè iuſtus Prorex (non ſum pauper, ſed ſupra meritum diues, Deogratiæ, nec vllo modo ambitioſus, ideò non adulator, nec in libro verbum adulationis reperies, Prorex diſceſſit, & fortè cum liber hic viderit lucem, ille quia valdè ſenex ab hac ad æternam lucem erit translatus) Sãcto zelo charitate Regni iuſtè gubernãdi verè ſuccenſus, ſi ad reſtinguendas lites (vltra delectũ inſignium miniſtrorum) hoc etiam remedio vſus fuit, ſi ex hoc peſtis voluiſſet exoriri? abſit. Calumniæ cauſidicorum, nundinatio iuſtitiæ, vecordia, & alia populi innumera peccata igneam peſtem intulerũt, vel quia humanis in rebus ſecula, & perſonę intereunt cauſæ, & euenta eadẽ recurrunt, vt ſupra *n.* 23.
30 Quid quod, dixerim de oſcitãtia illorũ, quæ optimo Proregi aſſidebant? Teſtor Deum, pragmatica, quæ de feſtis loquitur, erat eis incognita; nam ſtatim, ac de chyrographo per Scriptorium emanato habita fuit in tribunali notitia. Ego duobus, vel tribus ex eis (qui omnes à peſte paulò poſt fuerunt reſtinti) dixi, cur permiſiſtis, vt Sua Excellentia, omnes feſtos, quæ de præcepto non ſunt, ſubſtulerit? hoc eſt impracticabile; eadem pragmatica dicit: *Hauemo deliberato tener la via di mezo*; dixerũt, vbi eſt hæc pragmatica? & illis oſtẽſa, obmutuerũt. Quod ſi de illius diſpoſitione Proregẽ optimũ informaſſet, vtiq; omnes ſine delectu nõ
31 ſuſtuliſſet: & vti impracticabilẽ eius ordinem nõ opus fuiſſet reuocare: Vndè pragm. illa renouãda eſt, & obſeruãda: ſublato abuſu, iam ad improperium verè redactum; importunitate enim, maximè cucullatorũ, non etiam lenes principes, ſed

ſed etiam Deus, ac Sancti vincuntur, *c. importuna de pœnit. diſtinct.* 1. Rebuff. *ſuper conſt. Gall, tit. ut benefic. ante vacat. n.* 2. *fol.* 503. Si Deus aliquando miſerebitur noſtri; & ſuperiores dabit, qui hæc non irrideant, & de Regni bono, ex corde, non ex cute, & ſuperficie, & pro ſpecie ſenſum habebunt. Sed de his hactenus.

PARERGON.

SI exter Prorex, ſtomachatus *Litium* prolixitatem, ac miſertus litigatorũ ærumnas, ad illas abbreuiandas, ad iſtorum leuamen *faſtos* omnes dies eſſe voluit, *nefaſtos nullos*; cur Ego Ciuis horum non miſerebor? Et quæ ex vſu, & praxi 33. annorum percipi valui, vt his miſerijs obuietur, in medium non proferam? Quis ſcit, *ſi aliquãdo ignoſcat, & miſereatur Deus*? Et omiſſo principaliori medio, qui à *Dei* clementia, & à peccatis populi abſolutè dependet. De qualitate (inquam) doctrina, ac integritate iudicũ. Dico ego deberi renouari *pragmaticã* prędictũ, de qua in *precedẽti digreſſione*, æditam à memorãdo illo Prorege *Peraſan Ribera* Alcala Duce 25. Aprilis 1525 ſublato ſine alio delectu quocumque abuſu, verè ad importunitatẽ poſt dictã diẽ 25. Aprilis 1525. introducto. Et eo fortius, illos duos dies poſt Iouẽ vltimũ carnispriuij: expedirentur enim illis duobus diebus, ſolum in tribunalibus Vrbis circa 100. cauſæ. Tertio (& hoc *vnum intendo*) vt velut peſtis, ablegentur dies, quas vocant communes, ſcilicèt, qua omnes Iudices de aula eadẽ die promiſcuè cauſas expediunt; quẽ vsũ ad ſuggeſtionẽ humani generis hoſtis fuiſſe inuentum ſemper perſuaſum habui; & poſſet applicari illud, quod in *libro apum*, & in *Specula exemplorũ* de Diabolo legi; qui vt campanulam pro rurali Eccleſia coemeret, tanto tẽpore defaticatus fuit. Et quod ſingula die cuiuslibet hebdomadę vnus ſolus Iudex faceret cauſas *far giornata* dicimus. Appenſa liſta cauſarum expediendarum in valuis ſuæ aulæ per ſex dies ante: Quæ vtilitas (dices) rei vulgatiſſimè, ac exploratiſſimè? Maxima quidem erga litigatores, erga aduocatos, erga ipſos Iudices. Requies infœlicium litigantium, quia hi miſeri, ſcientes *diem, & horam*, non *vigilarent* ad poſtes oſtij tui, expectantes beatam, vel infœlicem ſpem. Scirent diem ſui Commiſſarij, & illa vna die aſcenderent in prætorium; & vigilarent reliquis diebus hebdomadæ, non tererent tempus, non appenſi ad cordam, penderent à diſcretione Commiſſarij, ſi velit cauſam vocare, intentiq; ora non tenerẽt, vt apparitoris horrificam vocem exaudiant, ſed pro ſuis negotijs abirent, & pauperes artifices labore manuum ſuarum ad acquirendum panem.

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

Requies enim maxima Aduocatis, de quibus benè ſolemniſſ. doctor Lapus aliquando dixit: *Indulge, quæſo, arti moleſtiſſime, quæ non ſomnum patitur, neq; quietem allegat.* 55. Et licèt, vt ſalſus morion, non inſulsè tamen, ille in ſuis *Raggualgli*, vt oporteat aduocatum habere *vn ceruellaccio di bue*; & in hoc verè Morion, & *vna compleſſionaccia di facchino*; & hic benè; Quia in Tribunali noſtro licèt (*ob maximum lucrum*) in pelui aurea quotidiè tamen euomimus fel. Cauſæ enim non beneficiales, ſuperficiales, ſed grauiſſime, ineſtricabiles, innumerabiles; Quæ non etiã, vt alibi, cũ ſcriptis, ſed omnes in contradictorio non ſolùm in domibus Senatorum (quod nihil eſt) ſed in aulis coram toto populo diſcutiuntur. Quis poteſt habere tot cauſarum memoriam? Hac nocte, improbo labore digeſto proceſſu aduocatus ſe accingit, incertus omninò qua die illam defenſurus ſit, labũtur tres, quatuor hebdomade, & quãdoque menſes, & anni, & cauſa illa nõ vocatur, vt poſtea ex abrupto cogitur illã defendere. Dicebat Petrus Mathæi in *hiſtorijs*: *Io lodo coloro, che piglian tẽpo di prepararſi, & ammiro quell'altri, che ſenz'vn tal vantaggio parlano bene*. Sed Petrus non fuit aduocatus: nam nunquam quis dicitur benè loqui, niſi *ad cauſam verè loquatur*. Quod imparatus, & improuisè, quis importuna verborum profluentia apparenter benè multũ loquatur, nihil intereſt, multi enim ex garrulitate naturæ hoc faciunt; Sed hi reprehẽdun-

duntur à Deo Chriſto, Mathei 6. n. 7. *Orãtes autẽ nolite multũ loqui, ſicut Ethnici faciunt; qui putant, quod in multiloquio ſuo exaudiantur*; & ab Apoſtolo, *non in multiloquio, ſed in virtute conſiſtit Regnũ* Dei. Ille benè loquitur, qui cum parſimonia verborum percutit puntos, dat in ſcopũ, vbi cauſæ dubium verè conſiſtit; & hoc (*quicquid dicas Mathei*) nunquam benè fiet, niſi paratus, hoc eſt benè viſo proceſſu, ac melius digeſta cauſa: Quod ſi dicas, cum Faſſone S. R. C. maxima vrbanitate in hoc procedere, neque vrgere aduocatos ad improuiſandum (vt dicunt *Poetę*) ſed cum vocatur cauſa, & is ſe excuſat, non eſſe paratum, vel accinctum, indicere aliam diem, qua inſtructus veniat: Hoc eſt veriſſimum: Sed hinc dilationes, hinc æternitates. Tranſit illa dies, cauſa tunc non expeditur, vt veniat altera; tranſeunt menſes, tranſeunt anni: Hoc eſt principaliſſimum fomẽtum omnium dilationum. Si reſcirent omnes, quando talis Iudex faceret cauſas, omnia ceſſarent, nullus dicere poſſet non ſum accinctus, cauſa tunc expediretur. Vltra quod tàm rei, quàm actoris Aduocati irent magis inſtructi, & cauſæ attentius trutinatæ, Iudices ad punctum Iuſtitiæ ſecurius collimarent. Reſpiraret vtiq; aduocatus, & vacare etiam poſſet alijs negotijs, & præſertim proprijs, & domeſticis: Sciens enim quis Iudex illa die faceret cauſas, ſi cum illo nõ haberet, nõ aſſiſteret tres, vel quatuor horas quolibet die in tribunali.

Nec Iudicibus ipſis hoc non prodeſſet ad maiorẽ requietẽ. Otiarentur enim quatuor, vel quinque diebus cuiuſq; hebdomade non contenderent cum Conſenatoribus in diebus cõmunibus ſuper diuiſione illarum trium horarum, & fortè venirent magis accincti. Item partes non murmurarent, quod alius *exurit*, (vt dicit *Apoſtolus*) alius *ebrius eſt*, talis ſtatim expeditur, alter non inuenit ſemitam, vt expediatur. Et renouari etiam deberet lex, vt inuiolabiliter ſeruaretur, vt proceſſus per graduationem temporis, quo ad domos Iudicũ expediendi aſportãtur, & non pro libito expedirentur. Sed ſtatim obijcient, ex infrequẽtia hominũ, ex non aſſiſtentia aduocatorum, ac procuratorum, tribunal illam maieſtatem, quam multitudo magna nimis aquę mõtum expectantis ei tribuit, vlterius præ ſe non ferre? Verum eſſet. Sed in hoc gloria iuſtitiæ conſiſteret ſi pauci illam exquirerent, omnes illam paratam, ac expeditam haberent. Et ſala vacua hominibus, eſſet repleta bonorum operum. Sed hæc ad Epheſios: Senex ſum. Has anguſtias 33. annis perpaſſus ſum. Videant Iuuenes: & ſi diſplicent, do ſpongiam, vt deleantur. Vide ex noſtris Ponte (vt proprios taceam) *deciſ.* 34. in fine.

ARGVMENTVM.

De eodem articulo apochæ bãco directæ; de quo in præcedentibus. Nouus intellectus ad d. R. prag. an requiratur verificatio, vel recognitio ſcripturæ ipſius apochæ, an cõtractus in apocha contenti, ad finem, vt vrgeatur ſcribens via executiua, non ad ſoluendum, ſed ad faciendum depoſitum. De ſtatuto denegante audientiam euertitur *deciſio* 152. Spect. Reg. Sanfelicij, & aſſeritur *deciſ.* 111. præceptoris Authoris Illuſtris Hectoris Capicij Latro Marchionis Torelli; & alia ad materiam conducentia, cum deciſ. Iunctis duabus aulis M. C. V.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica non habet locum vbi in actu recognitionis acceptatur apocha, & negatur accepiſſe pecuniam, & per totam quæſtionē.*
2 *Lex loquens in caſu ſimplici, non habet locū in caſu mixto.*
3 *Quæ authoritas deciſionum S. R. C. & Rotæ Romanæ, & n. 4. deciſ. 111. Capyc. latr.*
5 *Author non vult diſcedere in materia ſciſſionis confeſſionis à diſtinct. Bart.*
6 *Scriptura eſt vnum, contractus, qui in ea cōtinetur eſt aliud, & quare n. 8. & 9. & 10. & 11.*
7 *Reg. prag. vt ſcribēs apocham vrgeatur via executiua ad faciendum depoſitum requirit probationem ſcripturæ, non contractus.*
12 *Doctores dicentes, quod acceptans ſcripturam; & negans debitum poteſt condemnari, & ſcindi confeſſionem recenſetur.*
13 *Separatio contractus à ſcriptura, ad finem vt debitor vrgeatur non ad ſoluendum, ſed ad faciendum depoſitum, vnde deſumatur, & n. 14. 15. & 16.*

QVÆSTIO XXXXIV.

1 TALITER ſummotis in præcedentibus omnibus alijs exceptionibus, remanebat principalis, nimirùm, quod apocha prędicta neq; erat verificata, neq; habita pro recognita. Recognitio autem facta erat cum qualitate, ſcilicèt pecuniam in ea contentam ſibi non fuiſſe numeratam, & apocham ſub confidentia futuræ numerationis fuiſſe ſubſcriptam. Ergo nullo modo (dicebat) legi tam rigoroſæ eſſe locum, quæ viam executiuam (quacumq; defenſione ſublata) talibus apochis attribuebat, vt habet meus Mahiſter Capyc. Latro *deciſ.* 111. Si ergo confeſſio, & recognitio in totum eſt acceptanda, vel reſpuenda, non poterat compelli vigore talis confeſſionis; lex enim loquens in caſu ſimplici nō habet locum in caſu mixto, prout dicebat eſſe præſentem à lege illa nullo modo con-
2 ſideratū. Figebat etiam pedes in *deciſ.* 152. Sanfelic. quæ his ferè principijs videtur ſubſtineri. Sed multifariam ei reſpondidi, quod deciſio D. Sanfelicis loquebatur in puro mutuo: & in mutuo erat etiam ieiuna, & ſimul indigeſta, vltra quod fuit impoſſibile reperire proceſſum, neque cauſam in regiſtro votorum, quod Iudices ex officio etiam ipſi ſedulo procurauerunt. Et D. Granualle ingenuè fatebatur talem *deciſionem*, ei dediſſe anſam opponēdi hanc exceptionem, ſed Carleual *lib. 1. tit. 1. nu. 967.* ſcripſit: *Quo verò attinet ad deciſionem S.C. à me relatam, ideò eius mentionem feci, vt ab ea caueas, non vt eam ſequaris, quia deciſionum authoritas tunc attēdenda quā-*
3 *do communi multorum rectè ſentientium, & imperturbatorum voto proferuntur; alioquin multa corrumpit ignorantia, multa peruertit affectus iudicia.* Et idem Carleual *lib. 1. tit. 3. diſp. 30.* ante *n. 12.* dicit: *Oportet itaque diſcernere deciſiones ex rationum vi, & non eas ſequi clauſis oculis, ne cęci cęcos ducant, & ambo in foueam Inferni cadant tàm ducentes, quàm ſequentes*; cui accinit Capyc. Latro *deciſ. 91. n. 14.* vbi deciſionum authoritas dixit non eſſe tantā, vt ſemper ſit ſequenda, ſed quatenus ſit rationabilis, vt etiam de deciſionibus Rotæ Romànæ ante iſtos dixere Alex. *in l. ſi cum dotem, §. eo autem, n. 4. ff. ſolut. matr.* & Cagnolus *in rub. de regulis iuris n. 26.* & Cammerarius *in c. Imperialem car. 89. litt. Q.* Et herclè quis mouebitur ex dicta *deciſione* Sanfelicis, qui in eodem articulo non vidit dictam *deciſionem* Capyc. Latro eius Collegę iam pridē emanatā. Deciſio autē Capyc. Latro loquēs propriè in apocha *per altri tanti*, erat pro nobis. Dicit enim *n. 41.* hæc verba: *In hac cauſa quamuis S.C. inclinaſſet in opinionem, quod exceptio prædicta non erat admittenda, niſi facto prius depoſito, ſeruata forma Reg. pragmaticę; tamen quia Ioannes de Zeuallos ſcribens, docuit per publicas ſcripturas, dum cauſa in aula tractabatur, pecuniam verè non fuiſſe numeratam, ſed erat eidem Zeuallos perueniendà ex effectibus Marchionis N. quæ ob aliqua impedimēta non peruenerat. Dedit terminum ordi-*

Digitized by Google

narium in cauſa. Cum ergo Princeps Conche ſolum nitatur dicta exceptione, quæ ex iam dictis in præcedentibus non releuat, neq; doceat aliunde pecuniam ad eam non perueniſſe; iuxtà dictam *deciſ.* Capyc. Latro debet facere depoſitũ.

5 Et ommiſſis diſtinctionibus traditis per Ant.Merenda *lib.22.cap. 3.n. 6.* dicentẽ, eſſe duas confeſſiones, & proinde ſcindi poſſe; licèt ingenioſè loquatur, tamẽ cum eo, nunc non poſſum tranſire. Suffi- ciunt, quæ magiſtraliter habẽtur ex Bar. in vulg.*l.aurelius*, & communis Gratian. *cap. 339. n.* 1.Ant. Faber *defenit. vnic.* C. *de cõfeſſis. Verall. deciſ.* 186.*n.*2.Anichin. *de præuent. cap.* 1. *quæſt.* 1. *ex n.* 99. alijs medijs à me primum excogitatis ei reſpondidi. Scilicèt.

6 *Ad primam recolendum eſt illud vulgatum in iure*, quod aliud eſt ſcriptura, aliud eſt contractus, qui in ſcriptura continetur, aliud eſt inſtrumentum, aliud contractus, qui in inſtrumento eſt ſcriptus, aliud eſt apocha, aliud contractus, qui ex apocha reſultat. Contractus eſt contrahentium in idem placitum, & conſenſus, ſcriptura fit ad probationem contractus, omnia iura, & DD. hanc diſtinctionẽ agnoſcũt & habetur *in l. contractus*, C. *de fide inſtr.* & per ſolemnem *gloſſ. in c.* 1. *de cenſib. in* 6. in verbo *in ſcriptis, Bart. in l.* 1. §. *qui autem n.* 5. *ff. quod vi, aut clam. Paris de Puteo de reaſſumpt. inſtrum. rubr.* 10. *Facchineus lib.* 11. *cap.* 29. *Barthol. Niger in addit. ad concluſ.* 109. *n.* 9. *Maſcard. de probat.* benè *Seſe de inhibit. cap.* 5. §. 8. *reg.* 4. & 5. poſt *n.* 58. & nullus contradicit.

7 Inquiramus modo, quid requirit pragmatica, vt illa rigida via agi poſſit à creditore: an vt probetur ſcriptura, an vt probetur contractus, an vtrumq, Et puto requiri ſolum probationem ſcripturæ, & non contractus; & hoc ratione conſuetudine, & authoritate.

Ratione, quia ſi vtrumq; requireret, *nil re-*
8 *maneret agendum*; & non ſolùm deberet denegari audientiã debitori, donec faceret depoſitum, ſed donec creditori *eſſet ſatisfactum* omninò, quinimò neq; poſtquam eſſet ſatisfactum deberet audiri, cũ pleniſſima cognitio probationis ſcripturæ, & verificationis contractus præceſſiſſet. *Sed quia ſolùm requiritur, vt probetur ſcriptura*, vrgetur debitor ad faciẽdum *depoſitum tantùm*, quo facto *auditur*, & omnes exceptiones de mundo opponere poteſt aduerſus contractum, & ſic probatio ſcripturæ non operatur *in totũ*, ſed ſolùm vt faciat depoſitum; deinde probato *contractu*, vel ſi non negetur (eo ipſo probato, quia fuit probata ſcriptura) creditor conſequitur, quod reliquum eſt; .s. pecuniam depoſitatam.

9 Conſuetudine ex forma decreti, qua vtitur Iudex, quando agitur vigore apocharum, dicit enim ſic, *quod talis recognoſcat apocham in actis præſentatam*; & ſic loquitur de ſcriptura, non de contractu; & recognita, vel habita pro recognita, ſtatim relaxat mandatum de exequẽdo. Reſponſio autem debitoris, qui negat contractum eſt vltra petita impertinens, & de quo non interrogatur; vnde nil mirum, ſi de ea non habetur ratio, ad effectum tamen faciendi depoſitum.

10 Rurſus à die, qua emanauit illa pragmatica eſt vſu receptum, vt teſtes in ea ſubſcripti non deponant de contractu, ſed ſolùm de ſcriptura, nempè, quod ipſis præſentibus fuit à debitore, vel ſubſcripta, vel ſcripta, ac ſubſcripta, qua probatione ſummariè recepta debitor ſtatim condemnatur; ergo ſolùm probatur ſcriptura, & non probatur cõtractus.

11 Authoritate ex *tex.* eiuſdem *Reg. prag.* ibi, *fatta la recognitione d'eſſe*, vt ex Frãch. *deciſ.* 502. dicit recognitis apocis eſſe eorum manu, *Tapia lib.* 3. *tit. de apocis rub.* 47. ibi, & ab ipſis recognita manus, & ſubſcriptio, vel recognita à ſubſcribẽte, &c. ſic *Rouitus*, & omnes noſtrates, & *Rebuff. de cedular. recognit. ar.*1.*n.*2. verſ. *ſeptimo ſi pars*.

12 Si ergo *pragmatica* hoc tantum requirit vt Iudex ſit certus eſſe ſcriptam manu debitoris, nihil interea curans de contractu, non tamen ad effectum ſoluendi, ſed ad effectum depoſitandi, quomodo eſt ſcindere confeſſionem cum quis confitetur ſcripturam, & negat contractum? cum iſta ſint diuerſa, & ſeparata toto Cœlo.

Et licèt ad hanc meam diſtinctionem aſtruendam poſſem vti authoritate illorum Doctorum

Doctorum, qui dicunt confeſſionem eſſe
duplicatam,ac ſcindi poſſe,vtpotè quia
continet duo facta diuerſa, vt ex Rota
Genuæ *deciſ.*141. Griuell.*deciſ.*12.*nu.*24.
*Chriſtophor. Medices deciſ.*26. *ex num.*5.*&*
propriè ad *Pragmat.* noſtram Mauſon.*de
cauſis executiuis quæſt.*5.*concluſ.*2.*num.*38.
verſ.*amplia ſecundò*,vbi dicit,quòd poteſt
pro parte acceptari, & pro alia reijci,
quia ſunt duplicatæ, & melius doctiſſi-
mus Merenda *lib.*22.*cap.*3.*nu.*6. Tamen
vtor eorum authoritate ad diuerſum
finem,nam ille,ad quem ipſi inducũt,ve-
rè non placet; cum non poſſum diſce-
dere à diſtinctionibus Bartoli in vulg. *l.
Aurelius vt ſupra*; Sed id benè applicatur
ad meam diſtinctionẽ, quòd illa qualitas
adiecta recognitioni ad effectum facien-
di depoſitum,tunc non eſt neceſſaria, &
ſtat(vt ad aliud propoſitum dicebat Iſer-
nia)vt arma,virumq.cano;quia ſufficit vt
ſit locus Pragmaticæ ſolũ probatio ſcri-
pturæ, & hanc luculentiſſimè habemus
ex confeſſione qualificata;quia reproba-
tio qualificationis, quæ reſpicit contra-
ctum, tunc non eſt neceſſaria, vt debi-
tor compellatur ad faciendum depoſitũ.
Sed illo facto benè requiritur in iudicio
13 ordinario.Conducit ad hoc quæ ad pro-
poſitum dicit *Seſe de inhibitionib. c.*5. §.8.
*regul.*4.*&* 5.*poſt num.*58.ibi: *Tamen tu di-
ſtingue,& multum benè nota, quod aliquan-
do ſtatutum priuilegiat inſtrumentum, &
tunc illud ſolum attenditur,non autem vali-
ditas obligationis,ideo in tali caſu executatur
præceptum,licèt ſtipulatio ſit inutilis,eo modo,
quo mandatur executioni ſententia iniuſtè
lata ſuper inutili contractu*,& poſt pauca,
*Et his terminis quantumuis contractus eſſet
inutilis, vel aliqua exceptione elidibilis ſu-
ſpenſus, & eneruatus non poſſet dari firma,
ſeu inhibitio*,&c.& ne quis credat iſta eſſe
ſomnia,vel quid nouum diſtinguere ſcri-
pturam à contractu, & apocam à mutuo,
ecce quòd eſt originalis theorica *Bart. in
l.*1.*§.qui autem,a nu.*5.*ff.quod vi,aut clam*;
qui in terminis loquens de ſtatuto reij-
ciente omnes exceptiones,dicit ſic; *eſt
enim inſtrumentum publicum de contractu
ſimulato,vndè exceptio ſimulationis non poſ-
ſet opponi, niſi à ſtatuto permitteretur, quia
non impugnat inſtrumentum,ſed vires con-*

Conſt.Caſari Spec.Peregr.qq.

tractus contenti in inſtrumento.Hæc *Bartol.*
Cùm ergo ſcriptura recognita vnum ſit,
contractus negatus, alterum, & diuersũ
ſatis blanda non dixerim, rigoroſa fuit
Pragm.quæ non reiecit exceptiones,ſed
illas omnes admiſit cum qualitate tamẽ
vt illa confeſſio veritatis ſcripturæ ali-
quid operetur,vt prius depoſitaret,exin-
de audiretur.

14 Hanc magiſtralem diſtinctionem
in ſimili, & in terminis fecit Baldus in
*conſ.*198. *libr.* 1. vbi reſpondit ſcriptu-
ram priuatam probare contra con-
fitentem manu ſua ſcriptam, licèt cætera
neget.& licèt Roueſcalla in *addit.*ibi no-
tet contra Baldum ſenſiſſe Saliceuuu in
l.ſuper chyrographarijs, C.ſi cert.pet. & Ri-
pam in *l. admonendi, num.*102. *ff.de iur.
iur.*Sed doctiſſimus Fachineus reprehen-
dit Roueſcallam,exponit Salyc. & cæte-
ra refellens, doctrinam Baldi pluribus
confirmat *libr.* 11. *cap.* 29. & quia inter
alios reprehendit Maſcardum; pondere-
tur quæſo quod *additionator Maſcard.
B. Niger ad d.concluſ.*109.*num.*9. qui di-
cit veriſſimam *eſſe doctrinam* Baldi,& Fa-
chinei.

15 Et in proprijs terminis noſtris, hoc
habetur etiam ex *Rebuff. ſuper Conſtitut.
tract.de cedul.& chyrogr.recognit. num.*50.
verſ.*ſecundò amplia.fol.mihi* 113. qui ſic
loquitur:*Secundò amplia etiam ſi quis re-
cognoſceret ſubſcriptionem tantum, vel ſcri-
pturam, licèt negaret debitum, adhuc proce-
dit, quod hic dicitur, vt garnire teneatur*,
(ideſt ſoluere debitum, vt dictum ver-
bum *garnire* declarat num.44.)ergo non
requiritur cognitio contentorum in ce-
dula, ſed ſufficit recognitio ſuæ ſcriptu-
ræ, & ideò Iudex ſolet illum condemna-
re ad garniendum,ſaluis ſuis defenſioni-
bus,& hoc vidi ſeruari,& ſcribit *Raphael
de Perleonibus in l.inter cartulas, num.* 10.
*ff.de conueniend.Fiſci debitor.lib.*10. & idẽ
*Rebuff.*eod.tract.ante num.67. dicit hæc
verba.*Sed hodie ſi ſcriptura ſit recognita, in
dubio condemnatur recognoſciens, & facto
garnimento, opponere poterit ſuas exceptio-
nes*, & in puncto de exceptione non nu-
meratæ pecuniæ oppoſitæ infra bienniũ,
quòd non impediat exequutionem ce-
dulæ,& quòd ſic obſeruatur in omnibus

Prætorijs Galliæ teſtatur idem *Rebuff.* art.2.num.66.verſ.*præterea diſponit*,& aſſign at rationem, quia creditor habens
26 ſcripturam, habet præſumptionem pro ſe;& ſcriptura, quæ nõ negatur eſſe manu debitoris,debet aliquid operari idem art.2.num.28. Quod meritò in *Regno cum magna æquitate* eſt receptum, vt arctet debitorem ad faciendum depoſitum, non ad ſoluendum, ſaluis ſuis defenſionibus poſtquàm depoſitauit,hoc etiam tenet *Coſta de retrotract.cap.8.caſu 6.n.*14. quòd recognoſcens ſuam ſcripturam ſi negat debitum, patitur exequutionem ſaluis ſuis defenſionibus.

§. 2.

17 *Exponitur Parladorius,& alij diſtinguentes an in actu recognitionis,an ex interuallo opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

18 *Pragmatica, quæ vrget ad faciendum depoſitum, mediam viam tenet, & eſt ſatis blanda,& quare n.*19.

20 *Regula quòd ſcindatur, vel non ſcindatur confeſſio in ciuilibus remittitur arbitrio Iudicis.*

21 *Statutum reijciens exceptiones, & etiam denegans audientiam quomodo intelligatur,& num.*22.

23 *Pragmatica æquiparat apochas inſtrumentis liquidatis, & obligationibus incuſatis, & hoc quid importet. n.*24.*&* 26.

25 *Exceptio non numeratæ pecuniæ eſt peremptoria.*

27 *Nulla declinatio fori admittitur aduerſus apochas, niſi prius recognoſcat, & faciat depoſitum,ex decreto quatuor Aularum.*

28 *Iudicium eſt impoſſibile vt fiat ſine Iudice.*

29 *Exceptio non numeratæ pecuniæ plerumque calumnioſè opponitur,& n.*30.

17 ET ex hoc non obſtat doctrina *Ioan. Parlador.libr.*2.*cap.fin.*1.*par.* §.*fin. num.*12.fol.139.à D.Martino cauſæ Cõmiſſario oſtenſa; qui diſtinguit an in actu recognitionis, an ex interuallo poſt factam recognitionem, quis oppoſuit exceptionem prædictam vt primo caſu impediat executionem, ſecundo caſu non impediat,quia vltra quòd *Parlador.*non loquitur attẽta diſpoſitione noſtrę *prag.* (Cuius ſenſum in ſequenti conſideratione expendemus, quia nulla alia *lex*; nec in Gallia, vt loquitur *Rebuff.* neque in Hiſpania, vt loquitur *Parlador.* priuilegiauit apochas,vt fecit *lex* Regni)aduertatur quòd *Parlad.* loquitur,vt non ſcindatur confeſſio ad finem vt denegata prorſus audientia debitor totalitèr condemnetur, & vt ſoluat effectiuè ſuo creditori non in caſu noſtro, vbi non condemnatur, non denegatur defenſio, vt ſoluatur creditori,ſed ſolùm fit depoſitũ, & ideò dicit eò magis eſt, vt exequutio locum non habeat, & in his terminis loquitur *Reg.Valenz. in conſ.*112. *num.*59. ſcilicet vt ex illa qualificata recognitione debitor totalitèr condemnetur; & ſic loquuntur *Vela differt.* 26. qui declarat *Parlad.* &alij, quos ſciens prætereo; &
18 ideò *lex Regni mediam viam accepit*, ſcilicet vt faceret depoſitum; Nimis enim graue erat, totalitèr condemnare debitorem, minus leue erat debitorem totalitèr indemnem dimittere,qui ſcripſiſſe apocham non negauit; media via fuit,vt interim faceret depoſitum, hæc,quæ dico, in iiſdem ferè terminis dixit *Seſe c.*5. §.8.*regul.*5.ante *num.*77.fol.444.*his verbis magna eſt differentia,quod per legem,vel ſtatutum remoueantur exceptiones, vel quod ſtatuatur terminus ad eas proponendum, ſeù modus eas probandi modificetur, nam primo caſu maximus eſt rigor, in ſecundo caſu non eſt rigor,immò ſtatutum ſeruandum eſt*, & ideò ſubdit,quòd ſi ſtatutum tolleret ex-
19 ceptiones,non eſſet ſeruandum, vt iniquum,& propter eius iniquitatem poſſet recurri in ſubſidium ad Eccleſiam, ex *Bald.in l.fin.§.in computatione,C.de iur.deliberand.*ſecus eſſet ſi non tolleret in totum,ſed differret tantum ad tempus poſt factam executionem.Hæc *Seſe*,
20 Vt non omittam, quòd regula vt non ſcindatur confeſſio remittitur arbitrio prudentis Iudicis, qui conſideratis facti circumſtantijs,perſonarum qualitate, veriſimilitudine negotij, quòd ſibi ęquũ viſũ ſit decernat,& quòd ſit arbitrarium

rium, *Rota Genua deciſ.95.num.3.Grinell.* eleganter *deciſ.*12.& num.25. item ſcinditur; quando qualitas adiecta cõfeſſioni, habet aliquam præſumptionem contra ſe, idem *Grinell.*ead.*dec*.12.*Medices d. deciſ.26.num.5. Carol. de Graſſ.de except. excep.*14.*num.*94.verſ.*ſecundò quæro,Surd. deciſ.287.num.6. Gramat.voto* 2.*num.*2. *Galiaul.in l.ſi quis ſimpliciter*, num.20.*ff. de verb.oblig.Menoch.caſu* 93. in fin. multas præſumptiones habet Princeps contra ſe,quæ in nota facti deductæ ſunt.

21 Secundò dico,quòd vltra q͞ ſtatutum noſtrum denegat omnes exceptiones, *nō poſſa opponere eccettione alcuna*,aduertatur, quòd etiam denegat audientiam, *non ſia inteſo*, & dicit *Rouit*.in ead.*Pragm.nu.*45. quod neſcio an in *Conſtitutione Galliæ*, & in *ll.partitarum* id adſit.At quando denegat audientiam,tunc nihil penitùs opponi poteſt,ex theorica *Bart.in l.1.§. & parui, ff.quod vi,aut clam*;quòd ſi ſtatutum permittat certas exceptiones nominatas opponi poſſe,veluti falſitatis,ſolutionis, & quietationis, & nulla alia,intelligitur, de nulla alia friuola; nam aliæ iuſtæ, & releuantes non videntur prohibitæ;ſed ſi diceret,quòd nulla exceptio, vel defen-

22 ſio admittatur,*tunc non poſſet etiam Iudicis officium implorare, quia omnis defenſio eſt excluſa*,ſequitur Peregrin.*deciſ.*148.& *Parlador.lib.2.cap.fin.5.par.§.*11.ante n.3. & num.8.quærit deindè *Bartol.* ſi omnis defenſio eſt ſublata,quod remedium remanet debitori,dicit *Bart.* quòd *ſoluat,& repetat* in d.§.qui autem,num.8.& ſequitur Peregrin.d.*dec.*148.& hoc conſilium, quòd dat *Bart.S. ſe cap.5.§.8.ar.*27. vocat bonum, & dicit ſimile ſtatutum eſſe in Regno *Caſtellæ*,ex quo dignoſcitur, verũ eſſe quod dixi,blandam eſſe Pragmaticã noſtram,non rigoroſam; nam non oportet vt debitor ſoluat, & repetat, vt dicit Bart. ſed ſolùm vt faciat depoſitum.

23 Tertiò vnum nouum ponderandum eſt, quòd *pragmatica* non æquiparat apochas noſtras inſtrumentis liquidãdis, ſed inſtrumentis liquidatis, vt clarè dicit litera, & agnoſcunt *Arias de Meſa libro* 3. *cap.*45.*num.*11. *Carleual.lib.1.tit.2.d.ſp.*8. *ante num.*28.*& omnes*, at aduerſus inſtrumentum liquidandum, aduerſus obliga-

Conſt.Caſari Spec.Peregr.qq.

tionem incuſandam admittitur exceptio prædicta,iuxtà doctrinam *Afflict.in Conſt. Regn.Cauſas*,quam vidi receptam ab omnibus,qui poſt *Afflict.*ſcripſere, & vna eſt ratio decidendi *Carauit. Troyſij*, & omnium Regnicolarum ſuper *ritu* 166. & in qua ſe fundat *c.2.Gaytus* in ſuo *tract. tit.9.num.*3228. ſcilicet quia opponitur aduerſus literas cambij, & aduerſus inſtrumẽta liquida,quibus æquiparat *prag.* apochas bancarias.

24 Sed nunquam Afflict.neque Carauita dixit,quòd aduerſus inſtrumentum iam liquidatum, aduerſus obligationem iam incuſatam poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, quinimmò nulla exceptio de mundo,*niſi ſit modificatiua*,opponi poteſt, poſt quam eſt liquidatum inſtrumentum, vt omnes ſciunt; & dicit Dom.*Staiban.iun.reſol.*63.*num.*29. *Arias de Meſa lib.3.cap.*45.(imò attenta nouiſſima *pragmatica*, nec exceptio modificatiua opponi poteſt) ergò non poteſt opponi aduerſus apochas, quæ non inſtrumentis liquidis, vt dicit *Gaitus*, ſed liquidatis æquiparantur apochæ recognitæ.

25 Probatur etiam iure communi ſic.Exceptio non numeratæ pecuniæ eſt exceptio peremptoria, *Capella Tholoſ. in deciſ.*186.aliàs 187. vbi bona *Addit.* exceptiones peremptoriæ opponuntur vſq; ad concluſionem, nec vllo modo poſt ſententiam,*l.peremptorias,C.de ſentent.reſcind.*ergò non poſſunt apponi poſt finitum iudicium liquidationis inſtrumenti; & quòd non opponatur dicta exceptio poſt ſententiam ex d.*Capell.Tholoſ.* dicit *Ricc.collect.*2251.

26 Nec obijciatur, quòd Pragmat. æquiparat inſtrumẽtis iam liquidatis apochas recognitas, non recognoſcendas, vel recognitas cum qualitate;quia ad iſta ſatis reſponſum eſt ſupra; ſcilicet quòd Prag. requirit recognitionem ſcripturæ, non confeſſionem contractus, & ſatis dicitur conſtare de veritate ſcripturæ, cum quis proprio ore in iudicio confitetur ſua manu ſcripſiſſe.

27 Denique D.*Capyc.Lat.*in ead.*dec.*111. vltra alios motiuos,quòd non eſt curandum de *deciſ.* relatis per *Thor.* & quod

non admittitur dicta exceptio contra obligationem Cameralem,& quòd non admittitur Genuæ nu.36.excitauit aliud motiuum deſumptum ex deciſione quatuor Aularum relata per *Rouit. in pragm.* 64.*ſub num.*51. *de offic. Procurator. Cæſar.* quòd mutilatè, & non facta illa diſtinctione trium temporum, quam facit accuratiſſimus *Rouit.* refert etiam *Sanfelic. deciſ.* 154. ſcilicet quòd ſi debitor antequàm faciat depoſitum, citatus ad recognoſcendum,opponat fori declinatoriã, nullo modo auditur; At ipſe ſcire vellẽ, quænam exceptio eſt magis priuilegiata *incompetentia iudicis*, an *non numeratæ pecuniæ*? Certè non habeo pro nunc doctrinam punctualem ad manus; benè verò ſcio,quòd *Hyppol.ſingul.*10.*nu.*3.ex *Bald.* dixit ad propoſitum, quòd *iuriſdictio eſt fundamentum iudicij*; poteſt enim aliquãdò iudicium eſſe ſine actore, aliquandò ſine reo,vt per *DD.in rubr.de iudicijs, & Muſcatell.par.2.gloſ.competens, num.6.* ſed ſine *Iudice* competente nunquam conſiſtere poterit; nam tunc peccaret in forma,vt per *Bart.in l.exceptionem*, in fin.C. *de probat.*& hæc vna exceptio ponit gladium ad radicem, *Speculat. de except.*§.4. verſ.*porrò propono*.Si ergo tam magna exceptio opponi non poteſt, ſi prius nõ faciat depoſitum, etiam ſi iſta probarentur incontinenti (poteſt incontinenti probari, vt quia per rei euidentiam appareret, quis eſſe de alterius foro,vel per exercitium, vel per officium, quod actualiter exerceret) cur admittenda eſt exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ vt plurimũ in exitu cauſæ, & cum actor ſe defendit, apparet calumnioſa? ex pulcherrima conſideratione *Cæſar.Vrſill.*ſupra qu.42. num.24.quia vix raro inuenitur, qui ſuã

29 ſubſcriptionem recognoſcat, & non ſimul aliquid contra eam dicat, vt notat *Rebuff. de cedul.recognit.art.*1. *ſub num.*2. *verſ.ſeptimo*, iuxtà illud *Iuuenal.ſatyr.*13.

Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus
Si reddat veterem cum tota erugine follẽ
Prodigioſa fides,& Tuſcis digna tabellis
Quæque coronata luſtrari debeat agna.

30 Cæterum quòd ſi aliquandò fuit datus terminus, oppoſita dicta exceptione, vt dicit *Tapia lib.3.rub.*47.verſ.*tertio dubitatur*,& aduertit *D.Capyc.Latr.in d.deciſ.Taſſan.de anteph.verſ.*13.*obſeru.* 1. *præſumpt.*22.fol.514.col.2. id fuit, quia erat facta formiter præuentio, qui caſus non eſt diſputabilis,vt infra q.44.& 45.& 46.

Vndè ad occurrendum peruicaciæ, & ingratitudini debitorum ad obtruncandas hominum calumnias ad litigiorum breuitatem pro creditoribus vniuerſim iudicandum, vt iudicatum fuit ſupra q.42.

ARGVMENTVM.

Si vna, & eadem hora, & die ad inſtantiam ſcribentis fiat præuentio,in duobus Tribunalibus, contra creditorem vigore apocharum Banco directarum, opponendo ei exceptionem ſatisfactionis,vel aliam: coram quo ex dictis Tribunalibus debeat cauſa prædicta remanere,cum eadem hora alterutrum appoſuit manus: Quando in materia apocharum poſſit S. R. C. inhibere M.Cur. Vic. expeditur decretum S. R. C. factum iunctis quatuor Aulis, & nuper repoſitũ in dd. *Prag. Regni in Prag.* 82.de off.S.R.C.Caſus verè peregrinus, & cum deciſ. S. R. C. cum adiunctis confirmata in reclamatione.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pragm.63.§.vltro,de offic.Procurat.Cæſar. rigor.*

2 *Decretum quatuor Aularum denegans audientiam in materia declinationis fori, niſi prius apocha recognoſcatur, & fiat depoſitum.*

3 *Cur fuerit inductus talis rigor pro apochis Banco directis.*

4 *Deciſio cauſæ, & confirmata in reclamatione,& reiectis nullitatibus.*

5 *Forma præuentionis aduerſus inſtrumenta, & apochas.*

6 *Præuentio non fit ſi ceſſit dies ſolutionis, & n.9. & q.47.*

7 *Author raro patrocinatur in M. Cur. & laudes S.R.C.*

8 *Actorum Magiſtri quomodo teneantur pro fideiuſſionibus,quas capiunt.*

10 *Pragm.82.de offic.S.Conſil. quando locum habeat.*

11 *Si duo Iudices eodem inſtanti manus apponant in vna, & eadem cauſa,quis procedere debeat, & num.12.*

13 *Princeps dum in parte ſe intromittit, totum ad ſe reuocat.*

14 *Præuentio fit non ſolum in M.C.ſed etiam in S.C.*

15 *Inhibitio ex limitata cauſa non facit attentata quoad alia, declara n.16.*

17 *Oſcitantia partis aduerſæ in hac cauſa, & de ſolertia Aduocatorum.*

QVÆSTIO XLV.

AVdientiam ſcribenti apocham denegari, & nullam exceptionem admitti,niſi integralis ſūmæ,ipſa in apocha contentę prius fiat depoſitum in publico Banco, vel ſe in carcerem vltrò conſtituat, & interim omnem exceptionem, quantumcumque euidētem reſpui, in Regno noſtro diximus in *præcedentibus*. Taliter, vt nec ipſa fori declinatoria, etiā ſi ab alio Tribunali petatur,admittitur; ſi actintus vigore apochæ prius illam non recognoſcat, & recognita faciat depoſitum;

Conſt.Caſari Spec.Peregr.qq.

qui articulus vti verè difficillimus (quia Sanctio denegans audientiam, non videbatur includere caſum defectus iuriſdictionis Iudicis, coram quo præſentatur apocha) fuit deciſus in anno 1616. congregatis *quatuor Aulis* S.R.C. decretum eſt apud Rouit.in *Pragm.63.de offic.*
2 *Procur.Cæſar.*ante *nu.*52. & memini ſcripſiſſe ſupra q.23.§.2. num.25. in tali generalitate ſolas Eccleſiaſticas perſonas non comprehendi. Vndè alio *decreto generali* ſimiliter iunctis *quatuor Aulis* cautum eſt nè Regij Conſiliarij poſſint inhibere M. C. Vic. in cauſis apocharum Banco directarum, quod decretum hodie eſt repoſitum in *volum.pragm.*
3 & eſt *prag.*82.*de offic.S.C.* Creditor enim qui apocham Banco directam à debitore accipit,pecuniam numeratam accipere perſuaſum habet, quaſi illam Banco repreſentans ſtatim pecuniam ſit habiturus; cum enim non recipit, quia ſcribens in Banco non eſt creditor, videtur fraude circumuentus, ac irretitus; vndè nil mirum, ſi publici commercij cauſa tàm rigoroſam legem Regnum in generalibus comitijs fieri poſtulauit, & obtinuit. Ex his,& alijs Octobr.1662. DD. Aduocati Iacobi de Aquino Illuſtr.Ducis Caſulæ exclamabant contra decretum Reg.Conſil.D.Pauli Iannattaſij,per quod fuerat inhibitum M. C.V. quatenus in cauſa *triū apocharū* Banco directarū ſcriptis per Io. Baptiſtā V.I.D.Vincētiū, & Ioſephū Mezomonaco ſoluendis quondam Thomæ de Aquino patri dicti Iacobi,vna duc.47715.4.8. alia duc. 16000. alia duc.9614. non procederet, ſed acta tranſmitteret ad S.R.C. Et cum ex alia, vehementiori ſpiritu incumberemus, decretum inhibitionis debere confirmari: Commiſſarius vt prudens, ad ſubmouendos anfractus, noluit domi prouidere, ſed integrum negotium retulit in Senatu. In quo diffusè articulo
4 diſcuſſo 13. Nouembris 1662. fuit per Sacrum Conſilium decretum domi *latū confirmatum.* Et cum ab hoc decreto appellaſſent ad Illuſtriſſimum, ac Excellētiſſimum Proregem, quaſi euertente manifeſtè Regias Pragmaticas, quaſi quòd proprium eſſet Principis mandare

ſuas

ſuas leges à Tribunalibus cuſtodiri: Informata Sua Excellentia, quòd decreta S.R.C. eſſent ſacroſancta, ac inuiolata, & quòd ab illis non datur appellatio, & quòd niſi ipſum S. R. C. poſſet illa vel ſubmouere, vel moderare per remedia iuridica, vt latius ſupra *q.12.* Data etiam ſummaria notitia Spectabilibus Dominis Regentibus, de motiuis decreti prædicti, iuſſit Sua Excellentia vt dictus Illuſtris Dux proſequeretur ſuam iuſtitiã per remedia legalia in eodem S.R.C. in quo obtemptum à Spectabili *Præſidente fieri iterum* verbum loco reclamationis: illo facto referente alio Commiſſario (vt infra *quæſt.47.*) nempè *D.Roſa*, de quo ſupra quæſt. . nu. . & datis duobus adiunctis, nempe DD. Carauita, & Cangiano; quinque ordinarijs de Aula DD. Iouino, Boliaga, Roſa, Iannattaſio, & Marciano decretum S. R. C. *fuit confirmatum* 19. Ianuarij 1663. & cum pars adhùc non aquieſceret, ſed impatienter obſtreperet, propoſuit *nullitates* aduerſus decreta prædicta cum depoſito pœnæ, & illis pleniſſimè diſcuſſis, 21. Aprilis 1663. fuit cum pertinaciſſima cauſæ diſcuſſione prouiſum *non obſtare*, & depoſitum pœnę liberatum Regio Fiſco. Et quicquid dixerint partes ſubſtinui fuiſſe ſanctiſſima, ac æquiſſima decreta. Quia in 33. annis, quibus hoc munere defungor, non dedi in cauſam, in qua maiorẽ iuſtitiam haberet cliens; & maius periculum erat errãdi errore irreparabili; ideò opus fuit modo, ac mirabili dexteritate in procedendo. Negotiati fuerant per plures annos iſti de Mezomonaco mei cliẽtes cum Thoma de Aquino itidem negotiatore plus æquo cauto, qui deindè exceſſerat è vita, non declaratis computis, quanquam inſtantiſſimè ab iſtis exoratus, remanſere tres apochæ prædictæ in manu hæredis, quæ capiebant ſummã ducat. 73329. Poſtquam cum iſto tractatum fuit, vt de bono, & æquo computa viderentur, & is in apochis, & illarum formidabili rigore inſiſteret, Ipſe inſtitui duo iudicia (hæc licèt facti, valdè notanda ſunt ſaltim pro tyronibus) de vna, & eadem re; Hoc eſt de *ſatisfactione* apocharum prædictarum; & vltra ſatisfactionem, cumulaui etiam credita eorundem
4 de Mezomonaco contra Thomam Aquino, itidem quòd non integrę ſummę dictarum apocharum erunt verè vnum iudicium in S. R.C. continens omnia prædicta quòd cogeretur exhibere, vt lacerarentur apochæ; Alterum in M. C. Vic. continens illud idem. Sed hoc in M.C. Vic. cum *præuentione facta formiter*; hoc eſt præſtiterunt Mezomonaco fideiuſſoriam cautionem de ſoluendo debitum, & pœnam in caſu ſuccumbentiæ, ſeruata forma *Reg. Pragm. vnic. de præuent. mode-*
5 *rand.* & vnus ex Iudicibus interpoſuit ſolitum decretum. *Præſtita cautione per comparentes de ſoluendo debitum, & pœnam ſeruata forma Reg. pragm.* in biduo capiatur informatio ſuper allegata ſatisfactione, &c. & in eodem termino conuentus exhibeat apochas, &c. qua cautione præſtita non moleſtentur comparentes pro ſummis in dictis apochis contentis, & expediatur ſaluaguardia, quam formulam ponit eruditus Anichinus de *præuent. cap. 2. & 3.* hoc decretum vna, & eadem hora noctis ſimul, & ſemel cũ citatione S.R.C. (*quam vocamus contra ſupplicata, ſupra q.24.*) Intimari feci dicto Iacobo Duci Caſulæ per duos apparitores; Alterum S.R.C. alterum M.C.V. & cum valdè manè acceſſiſſet ad M. C. V. dictus Dux Iacobus vt obtineret reuocationem decreti prædicti, ex quo præuentio fieri non poterat, quia iam ceſſarant dies ſolutionis in apochis contenti: eadem manè venit *inhibitoria* domi facta per dictum Reg. Conſiliarium Cõmiſſarium eiuſdem cauſæ, quatenus ſtãte *commiſſione cauſæ in S.R.C. Magna Curia Vic. non ſe intromitteret, & acta tranſmitteret*. Quod decretũ exceptum à parte, & ferè ab omnibus Pragmaticis vti Paradoxum, & peius; fuit *ter* confirmatũ vt ſupra, & exequutum Et benè. Quia oportuit ad mendam cauſam iuſtam, vti nouo ſtratagemate, vt eſſe non etiam licitum in conſcientia, ſed neceſſarium dixi ſupra *qu.42. in fin.* Præuentionem Iudices M. C. V. non admittunt quando ceſſit dies ſolutionis, de quo errore
6 redactum in ſtylo teſtatur Anichinus *de præuent. c.3. q.2. per* tot. & nos infra *q.46.*

Ego

Ego enim diffitebar contrarium perſuadere Iudicibus dictæ M.C.V.coram quibus quòd conſeruirem à decem annis nunquam, vel rarò cauſas patrocinor, Poteram benè hoc perſuadere doctiſſimis Magiſtris Iuriſprudentiæ, grauiſſimis RegijsConſiliarijs noſtri ampliſſimi Senatus verè totius Italiæ Areopagi, vt benè de illo poſt Decium, & alios eruditiſſimus Franciſcus de Petris *feſtiu. lect.lib.2.cap.*8.prout in alijs duabus cauſis, ſtatim ſuaſeram oſtenſo errore dicti ſtyli,vt in *quæſt.*46. decretum enim prædictum ſupra inſertum ſubſcripſit *vnus* ex Iudicibus illius domi; cui mane poſt alij Iudices ſuccenſuere ſtatim illud collegialiter reuocaturi.

At in S.R.C. erat impoſſibile præſtare cautionem prædictam de ſoluendo debitum,& pœnam;primò,quia Actorum
8 Magiſtri vel illam propter ſummam immenſam non eſſent capturi,eorum riſico enim & periculo capitur,*l.*1.*& ſeq.ff.de magiſtr.conueni.* Rouit.*deciſ.*28.*& dec.*83. & alij paſſim,& adeſt *Reg.Pragmat.*15. *de Actuar.& Scrib.*vbi idem *Rouit.Nouar.* & alij; & ſi al quis fortè capere vellet vltra
9 quod non eſſet capturus pro ducat.mille. Quod maius periculũ præſeferebat,erat, ne ad partis notitiam perueniret, quod non etiam probabile, ſed ferè certum erat; quæ ſi eadem *die*, vel *hora* citaſſet Mezomonaco vigore apocharum nulla fieri potuiſſet præuentio iuxta *ritum* 186. Afflict. *deciſ.* 387. & ibi Vrſill. *num.*1. & Carauit. in eodem *rit.* 186. *num.* 1. Dom. Paul. Staibanus *tom.* 1. *reſol.foren.cap.*31. *num.*16. cum alijs per Anichin.*de præuent.cap.*3.*quæſt.* 3.*&* 4.per tot.& *quæſt.*5.*nu.*2.*&* 3. (licèt in eo quòd ſubdit in ead.*quæſt.*5.quòd ſi vna,& eadẽ die quis citetur in M.C.V.& fiat præuẽtio in S.C.quòd procedat præuentio, ex quo S.C.non tenetur ad *ritus* obſeruantiam, malè videatur loqui, niſi præuentio fieret ex cauſa adeò euidenti,& clara vt mouere poſſet latum arbitriũ S.C. ad practicandũ *ritum*,ſed cũ aliqua epiKia.)

Secus in M.C.V.in qua habebant mei cliẽtes actuariũ confidentẽ, Qui ſtipulatus fuit fideiuſſionẽ de ſoluẽdo debitũ,& pœnam, non etiam vt illam caperet me-

Conſt.Cæſari Spec.Peregr.q.4.

diocri ſumma ſoluta;ſed ſeruato ſecreto, donec Dux Iacobus vna, & eadem hora noctis à duobus apparitoribus dictorũ Tribunalium intimaretur. Oppoſui ego pro validitate inhibitoriæ, quòd *pragm.*
10 ſiuè *decretum generale* prohibens inhibitiones fieri, loquitur quando M. C. V. præuenit in citando debitorem ad inſtãtiam creditoris; vel aliàs ad inſtantiam etiam eiuſdem debitoris per viam præuẽtionis appoſuerit manus, vt dici poſſit litem pendere in M.C. quam per ſolã citationem executam induci diximus ſupra *quæſt.* 14.*& quæſt.*24. *& quæſt.* 25. Sed in caſu noſtro hoc nõ erat;ante debitor non fuerat ad inſtantiam creditoris actinus;& vno, & eodem inſtanti Iudex inferior, & Iudex ſuperior pro eadem re inter eaſdem prorſus perſonas eodem modo agendi manus appoſuerant,& ſic non intrabat *l.vbi cœptum*,neq; *l. hæres abſens* cum ſimilib. neque lis ibi dicebatur pendere;ſed erat caſus nouus, & nunquam (*quod ſciam*)antea ab aliquo niſi à me conſideratus, ac adinuentus, & hac ſemita ſuperaui ſcopulum dictæ
12 *Reg. Pragm.* poſt cauſam deciſam cum hæc reuideo,dedi in Boſſ. *tit. de for. competent. num.* 104. quem allegat Scac. *de iudic.lib.*1.*cap.*12. *num.*73. verſ.*quod ſi ſecundus,fol.*34. vbi dicit,quòd quando iudicium eſſet inchoatum eadem *hora* co-
13 ram *duobus*, tunc ceſſat fundamentum præuentionis, & cauſa debet remanere coram illo, per quem fiet *vberior locus iuſtitiæ.* Sed Vantius in *rubr.de nullitat.ex defect.iuriſdict.num.*103. verſ.*finem*, dicit remanere debere coram Iudice *rei*. Sed hoc intelligendum eſt inter æquales, vltra quòd ſi tenenda eſt opinio Boſſij, indubitatum eſt S. C. vberiùs de iuſtitia eſſe prouiſurũ.Si opinio Vãtij,Mezomonaco erat reus;iudiciũ enim motũ inS.C. erat *legis diffamari*.Et ita etiã videtur eſſe certo modo prçuẽtionis iudiciũ. Adduxi etiã aliam regulã(vt à ſecundo ſcopulo declinarem) quòd in concurſu cauſa remanere apud Iudicem inferiorem nullo modo poterat,cum ſuperior appoſuerat manus eadem die. Princeps enim,quod eſt S.R.C. vt ſupra *q.*12. dum in parte ſe intromittit, totum ad ſe reuocat, *cap.*

vt

vt noſtrum 56.de appellat. vbi Abb.Imol. Butr.Decius,Præpoſitus, Alex,de Neuo, & Barboſ.Antonius de Petra in *tract. de poteſt.Princip.cap.6.num.69.* Petrus Barboſa in *l.ſi quis poſteaquam, ff. de iudicijs,* Gonzales ad *regul.8.Cancell.glo.52.n.32.* Camill:Borrell.in *ſumma deciſ.tit.4.n.11.* Rebuff.*ſuper Conſtitut.Galliæ,tit.de euocat. cauſ.in præfat.quæſt.5.num.36.*idem Bald. *in §.ad hæc, col.4.* verſ.*itaque ab eo de pace iuram.firmand.* Iacob.de S.Georg.*in ſua inueſtit.*verb.*Vicarius,col.1.* verſ. *& eo ipſo quod Cæſar.*

14 Nec negabatur præuentionem ſicut fieri poterat,& quotidiè fit in M.C.V.ſic fieri poſſe inS.R.C.vt eſt indubitatum,& aliàs ego feci, & ſcribit Anichinus *c.3. q. 5.& 6.*

15 Denique reſtringebāt ſe ad apocham ducat.9614.quæ non erat ſoluendaThomæ de Aquino patri, contra quem erat porrecta ſupplicatio in S.R.C. quæ de apochis factis ad beneficium Thomæ, non Iacobi eius filij loquebatur; vndè inhibitio expedita non poterat iſtam aliam apocham comprehendere,vt de ſe dicebat patere, & habet Lancellot.*de attent.2.p.c.20.limit.17.*

16 Sed ſtatim ei reſpondidi in præuentione facta in M. C.V. nos expreſſiſſe dictum Ducem Iacobum filium Thomæ, habuiſſe, ac habere in apocha prædicta *nudum nomen*, & eſſe dictam ſummam ducat.9614.intereſſe,& cambia aliarum duarum apocharum duc.47716. & duc. 16000.& quòd erat vnum,& idem negotium,vel illius appendix,& Iacobus erat etiā hæres patris ; & inhibitio emanauerat ex ſignatura nō ſolum ſuper expreſſis in ſupplicatione porrecta Sacræ Regiæ Maieſtati, ſed etiam ſuper annexis, connexis,emergentibus, & dependentibus ex illa; & horum idem eſſe iudicium, etiam ſi annexum ſit maioris valoris, habetur ex *cap.cum ſingulis,* iuncta *glo.*verb. *annexi,de præbend.lib.6. gloſſ.* in verb.*connexa in cap.quarto de iudic.* Hippol.*ſingul.* 251. Gulielm.de Benedictis in *c.Raynutius,de teſtament.* verb.*& hortum,* num.1. cum *ſeq.*Menoch.*de arbitr.lib.1.quæſt.45. & libr. 2. caſu 95.* Barboſ. *axiomate 19.* Marta *de clauſul. clauſul.* 28. & inhibitio afficit non ſolum inhibitum, ſed etiam eum,qui habet cauſam ab eo,idem Lancellot.2.*par.cap.20.ampliat.20.& lim.24. n.6.*verſ.*primo.*

17 Hinc amice lector vides quantum poſſit vnus nauta,vel alius iuxta *gloſſ.* celebrem in *l.quod ſi nolit, §.ſi mancipium,* verb. *adhibuit medicum, ff. de ædilit.edict.* & melius ex Platone Petrus Mathei à me relatus infra *quæſt.* 50. Quòd Aduocatum, qui benè dirigere ,& gubernare ſcit vnam cauſam,non adeſt pretium,quo remunerari poſſit. Si eadem nocte,qua fuit Dux Iacobus intimatus, intimari & ipſe feciſſet iſtos de Mezomonaco, vel oporteret ex vinculis cauſam dicere, vel ſtatim ſoluere tot myriades, vel decoquere, hoc eſt apud viros probos morte mori.Id facillimum erat, pro iſtis enim apochis Iudices M.C.V.ſubſcribunt decreta in albo folio, & ſtatim ſupra decretum, quòd capiatur informatio ſuper verificatione apochæ, & debitor recognoſcat, aliàs habeatur pro recognita. Scribūt nomen creditoris, ſummam debitam in apocha contentam, & nomen debitoris,qui apocham ſubſcripſit;& retinent penès ſe Scribæ M.C.V,& vno inſtanti dant literas executoriales realiter, & perſonaliter vnà cum expenſis. Vndè eadem hora noctis poterat facillimè vnū ex iſtis habere, & Mezomonaco intimare, vt eſſet præuentioni præcluſa via, vtpotè facta eadem die,vel hora vt ſupra. Sed Deus iuſtus Iudex fauens iuſtitiæ, quæ in cauſa principali ſtat pro Mezomonaco, obſcurauit oculos eorum, ne viderent, & dorſum eorum in hac cauſa ſemper incuruauit.*Pſal.68.n.24.*

ARGVMENTVM.

Præuentio an fieri poſſit aduerſus apochas Banco directas, ſicut fit aduerſus inſtrumenta, & obligationes penès acta, ſi ceſſerit dies ſolutionis in apocha, vel inſtrumento contenta. Quid ſi præuentio fiat non ſolum ex capite ſolutionis, ſed ex quacumque alia cauſa. An pendente iudicio præuentionis ſit ſuperſedendum in iudicio executiuo vigore apochæ: Si cautio de ſoluendo debitum, & penam fuerit præſtita in M. C. V. proficiat, ſi præuentio proſequatur in S. R. C. An ſi cautio prædicta in aliquo ſit informis, poſſit ſuppleri re non integra, & poſtquam ſcribens fuerit actintus, cum deciſ. Sacri Regij Conſilij.

SVMMARIVM.

1 *Prauentio ſicut fit aduerſus inſtrumenta, ita & aduerſus apochas.*

2 *In M.C.V. non admittitur prauentio quãdo ceſſit dies ſolutionis, & quare num. 3. & 4.*

5 *Dies etiam tacita interpellat, & conſtituit in mora, & quæ ſit dies tacita.*

6 *Authori non probantur omnia argumenta Anichini.*

7 *Et n. 8. diſtinctiones Authoris in hoc articulo, & n. 9.*

10 *Periurus quare non poteſt prauenire, & non poteſt abſolui ab Ordinario.*

11 *Prauentiones ex cauſa ſolutionis mora conuentionis ſemper fieri poſſunt, & quare, et quomodo.*

12 *De prauentionibus aduerſus inſtrumenta, Conſ. Caſuri Spec. Peregr. qq. & apochas diſtinctiones Authoris. & nu. 14. 15. & 16.*

13 *Deciſio M. C. V iunctis Aulis.*

17 *Deciſio S. R. C. in cauſa contra Illuſtrem Marchionem Vaſti, & Piſcariæ. & n. 18. & deciſio contra Ducem Caſulæ pro Mezomonaco.*

19 *De authoritate Magni Conſilij, & ſupremi Senatus.*

20 *An fideiuſſio de ſoluendo penam ſit de forma, & num. 22. & num. 23. deciſio noua S.R.C. in eodem articulo, & n. 25.*

26 *Renuncians prauentioni cum iuramento quando poſſit prauenire.*

QVAESTIO XLVI.

1 NON dubitatur præuentionem ſicut fit aduerſus inſtrumenta publica, & obligationes ſtipulatas penès acta Iudicum ex *ritibus* M. C. V. 168. 186. 189. & 190. & per Pragm. *unic.* vbi notant omnes *de præuent. moderan.* ita & fieri iure poſſe aduerſus apochas Banco directas, quibus ad ſupplicationem Regni via executiua fuit attributa in anno 1614. latiſſimè probat Anichinus inutili (quoad hoc) labore, *de præuent. c. 1. q. 5. per tot.* dixi, inutili labore; quia an præuentio aduerſus apochã poſſit fieri re integra, nullo modo erat caſus diſputabilis. Sed quod opponebatur pertinacitèr erat, quòd iam ceſſarãt dies ſolutionis in tribus apochis prædictis ſtatuti; & ideò eſſe præcluſam viam præueniendi; de ſtylo M.C.V. de quo fidem facit Anichinus *de præuent. cap. 3. quæſt. 2. num.* 11. verſ. *inde namque.*
2 vbi quòd Iudices M. C. Vic. in decretis præuentionum ponunt clauſulam, dummodò non ceſſit dies ſolutionis. & ſubdit ante num. 12. quòd eſt praxis, & inductus ferè ſtylus iudicandi in M. C. V. ita etiam habet Conſtant. Papa apud Carauit. *ad ritum* 186. *in addit.* Carleual. *de iudic. tom. 2. diſput* 14. *num.* 17. D. Conſil. Pratus ad Muſcatell. *in praxi fideiuſſor. par. 2. quæſt.* 8. verſ. *nolo tamen, in 6. quæſt.*
3 Tapia *lib. 3. Iur. Reg. tit. de inſtrum. liquid. ad ritum* 168. verſ. *ſic præuentus, lit. T.* vbi

quòd eatenus præuentio impedit liquidationem inſtrumenti, quatenus non cõtradicat *Pragm.44. in tit. de offic. Magiſtr. Iuſtit.* §.1. Adducunt rationem, quia cum præuenire ſignificet venire prius, & ante, priuſque venire is dicatur, qui ante venit quàm interpelletur. Poſtquam ceſſit dies ſolutionis, dicitur præuentus ex aduentu diei, quam ſcimus interpellare pro
4 homine, *l. magnam*, cum ſua materia, *C. de contrah. empt. l. ad diem, ff. de verb. obligat.* Rolan. à Valle *conſ.98. num.9. libr.2. Decian. conſ.84. nu.5. lib.2.* Cephal. *conſ.186. num.16.* Mazol. *conſ.116. num.18.* Rimin. iun. *conſ.1. nu.16.* Tuſcus *lit. D. concl.408.* per tot. & etiam dies tacita interpellat, & conſtituit in mora, ſicut expreſſa *l.2. in fin. C. de iur. emphyt.* & dicitur tacita, quia
5 ineſt à iure, vel à natura rei, vel contractus, ideò idem operatur, quia dicitur certa, Cephal. *conſ.586. num.16. & 17.* Decian. *conſ.84. num.5. & 6. lib.2.* & quòd nedum lapſus diei inducit moram, ſed etiam lapſus horæ.

Refellebãt etiam DD. Aduocati Ducis Caſulæ Anichinum; eius argumenta, quæ ſeptem ſunt, leuitatis arguentes. Et
6 ſanè omnia argumenta prædicta nec mihi probantur, niſi duo; Et diſtinguendum eſt; & articulus inordinatè nõ tractãdus; prout inordinatè in hoc Anichinus videtur ſcripſiſſe; & fortè inordinatius ei in hac cauſa ſuccenſum. Aut præuentio
7 fit contra ſcripturam publicam iureiurando vallatam, vel contra ſcripturam priuatam, prout ſunt apochæ ſine iuramento, & ſtipulatione; aut fit ex capite ſolutionis, vel ex alia cauſa. Si ex capite ſolutionis, vel offertur probari incontinenti, vel petitur terminus, in quo probari poſſit. Si ex alia cauſa, putà vis, metus, doli, vel non numeratæ pecuniæ, vel
8 quid ſimile. Et in his, vel probationes ſunt promptuariæ, vel requirunt altiorẽ indaginem, & opponuntur ad aucupandum tempus. Si contra ſcripturam publicam, iureiurando firmatam; quia poſtquàm ceſſit dies, efficitur periurus, nullo modo poteſt præuenire, non quia ceſſit dies, ſed quia periurus; donec abſoluatur, non ab Ordinario, ſed à Summo Pontifice, ei interim debet denegari audientia, Afflict. *deciſ.220. num.17. & deciſ.322.* per totam, & Vrſill. ad *deciſ.30. num.4.* eiuſdem. alij per Riccium *deciſ. Cur. Archiepiſc.324. num.2.* & melius *deciſ.342. & deciſ.344.* ideò de ſtylo ap-
9 ponitur in abſolutione clauſula, dummodò non ſit periurus. Periurus enim efficitur ſtatim ac ceſſit dies ſolutionis,
10 *cap. debitores*, vbi Innoc. vterq. Abb. Imol. Henric. & Barboſ. *de iureiur.*

11 Si verò fiat ex cauſa realis ſolutionis, vel nouæ cõuentionis, quia hic non impugnat inſtrumentum, vel quemcumque contractum iuratum, neque venit contra iuramentum; quia ſolutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio, & ſic nullum adeſt periurium, immò videtur inſtrumentum approbaſſe, hic audiẽdus eſt omninò, & præuenire poſſet. Et in hoc benè dicit Anichinus, & malè ei reſponſum. ſcilicet quòd nullus ante diem ſoluit, & ideò hæc exceptio non poteſt opponi niſi poſtquàm ceſſit dies. Nec valet, quòd nõ in omnibus obligationibus adijcitur dies; quia lex aptatur ad frequentiam caſuum, *l. iura, l.4. 5. ff. de legib.* & ea, quæ rarò accidunt prætermittunt legiſlatores. licèt hæc ratio non ſit vniuerſalis vt prima, quòd qui allegat ſatisfactionem, non venit contra iuramentum, neque contra inſtrumentum. ſic allegans nouam conuentionem (*nullam omnino redolentem calumniam*) ſimiliter inſtrumentum non impugnat, & ideò hæ duæ exceptiones quia non obuiant iuramento, opponuntur licitè contra inſtrumentum cenſualẽ, & obligationem cameralem penès acta, Duard. *de cenſib. §.3. qu.24. nu.70. verſ. Romæ.*

12 In Regno autem ſi veritatem amamus, ſolùm exceptio realis ſolutionis opponi licitè poteſt ad impediendam executionem contractus cenſualis bullaris, vt eſt litera Reg. *Pragm.2. de cenſib.* ibi, *Quæ quidem executio nullo falſitatis, nullitatis, aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri valeat, quomodolibet vel differri præterquam realis ſolutionis, ſi de illa ante captionem perſonæ debitoris, vel eius bonorum iudicialem diſtrictionem, legitimè conſtiterit authenticis documentis, vel alijs ſcripturis plenam fidem facientibus, &c.* Et li-

licèt Foller. *in d.* verb. *quæ quidem execu-
tio*, *num*.4. cum alijs, quos allegat num. 5.
dixerit, quòd ſi nullitas, & falſitas ſint
euidentes, ac manifeſtæ impeditur exe-
cutio. Et ita videntur tenere ferè omnes
noſtrates; hoc intelligēdum eſt ſano mo-
do, & non abutēdum, ita vt totaliter ſa-
lubertima *lex* deſtruatur; & cauſæ iſtæ
fiant ordinariè. Vndè licèt ingenioſè in
cauſa liquidationis inſtrumenti contra
Illuſt. Principem Beluederij Dom. Fran-
ciſcus Andrea Aduocatus facundiſſimus
adduxiſſet teſtes Curia pro Tribunali ſe-
dente, depoſituri ſuper exceptione non
13 numeratæ pecuniæ, vt impediret liqui-
dationem ad inſtantiam D. Ioannis de
Piccolominibus Comitis Celani, attri-
buens diuerſas intelligentias ad *rit*. 166.
tamen obtinui vt non reciperentur teſtes
niſi ſuper ſatisfactione tantum. Ianuarij
1662. Et cum de facto obtinuiſſet fieri
verbum de decreto prædicto (de iure
enim nullo modo poterat) Iunctis Do-
minis Iudicibus vtriuſque Aulæ reman-
ſit dictus Princeps condemnatus. Nam
Carauita, Pandus, Freccia, Galter. & alij
adducti, dicentes admitti ad opponendū
omnes alias exceptiones intelligendi sūt
ex carcere, vel facto depoſito. Quod iu-
re nouiſſimo non proficeret hodie, niſi
facta reali ſolutione. Refelli ego omnia
prodicto Principe adducta, ſignanter ex
dicta ratione periurij, & quòd poſtquam
fuit citatus & actintus, non audiretur
etiam ſi vellet formiter præuenire præ-
ſtita cautione de ſoluendo debitum, &
pœnam. Quomodo ſine his potuiſſet ſo-
lùm obtinere recipi teſtes ſuper alia ex-
ceptione, quàm ſatisfactionis? & vl-
tra quòd tunc Fiſci Aduocatus Dom.
Antonius Caietà nunc Regius Conſi-
liarius integerrimus pro intereſſe Fiſci
quoad pœnam; de qua infra num. 22.
produxit fidem omnium actorum mà-
giſtrorum M.C.V. conteſtantium, nun-
quàm fuiſſe receptos teſtes Curia pro
Tribunali ſedente, ad impediendam li-
quidationem, niſi ſuper ſatisfactione tan-
tùm. Adderem ego (niſi eſſet inſtrumen-
tum cenſus conſignatiui) etiam ſuper no-
ua conuentione; modò omnis odor ca-

Conſt. Caſari Spec. Pereg. qq.

lumniæ totalitèr abeſſet.
Si verò pręuentio fiat contra apochā Banco
directam, vel contra literas cambij, quia
in his nullum adeſt periurium, Solùm
inquirendum eſt an ſcribens fuerit à cre-
ditore iudicialitèr actintus: quia ſi actin-
tus, tunc eſt locus legi noſtrę, quę omnē
reijcit exceptionem, & audientiam de-
negat; & nullo modo debet audiri, niſi
facto depoſito, vel è carcere cauſam di-
cat. Et hìc ſubdiſtinguendum eſt, vt
non omninò ei denegetur audientia; ſed
ſi ſtatim, ac incontinenti, & in horas do-
ceat de ſatisfactione, licèt non pleniſſi-
mè, & concludentiſſimè, ſed pro arbitrio
integerrimi Iudicis, & hic etiam audia-
tur. Frec. in ſimili *par*. 16. *quæſt*. 1. *num*. 10.
cap. 11. *fol*. 194. & facit litera *rit*. 166. *&*
175.
14 Sin autem non fuit actintus, & præue-
nit; itidem diſtinguendum eſt, an præue-
nerit formiter, vel ſimpliciter. Si formi-
ter quantumcumque poſt pręuentionem
attingatur; debet iudicium præuentionis
ordinariè proſequi, & interim in iudicio
executiuo ſuperſederi, Berard. Pandus in
ritu 164. *par*. 4. *declar*. 19. *in princip*. Frec.
de præſent. inſtrum. par. 9. *quæſt*. 5. *ſub nu*. 5.
& quæſt. 1. *num*. 24. verſ. *ſeptimo accedit*, *&*
quæſt. 1. *ſub num*. 13. vbi reddit cauſam
Duard. *de cenſib*. §. 3. *quæſt*. 24. *num*. 115.
verſ. *ſeptimò limitatur*. latiſſimè, & benè
hoc defendit Anichinus *cap*. 2. *quæſt*. 2.
ex num. 21. vſque ad *num*. 78. vbi probat,
quòd non ſolùm debet ſuperſederi ſi ſit
cęptum iudicium, ſed quòd nullo modo
poſſit inchoari, neque citari ad recogno-
ſcendum apocham, vel ſuper tenore in-
ſtrumenti contra Carauitam in *rit*. 168.
ante *num*. 1. verſ. *ex quo ſequitur*, Licèt an
poſſit citari, vel non, parum, vel nihil re-
fert. certum eſt, quòd debet ſuperſederi
15 omninò. & ratio eſt; quia ſi præuentor
benè probat debet abſolui, ſi non pro-
bat, & præuentio non militauerit, eo ip-
ſo remanet condemnatus, iuxta *deciſ*.
Rouiti 60. quem ſpiritu protelandi lites,
(& ideò præuentionibus ſemper incum-
bens) malè impugnauit Anichinus *ead*.
quæſt. 2. *num*. 77. nam non eſt iudicare vl-
tra petita, ſed rei geſtæ concomitantia

Digitized by Google

vt in ſimili nos ſupra *quæſtion.* 2 .§. 2. *num.* 39.

16 Sin autem formiter non præuenerit, ſed ſolùm oblato libello attinſerit creditorem, quatenus exhibeat apocham, & illa exhibita declaretur non teneri; vel quia ſimulatè, vel per metum, vel per aliam iniuſtam cauſam facta; aut proceſſus ſuper hoc libello eſt publicatus, antequam creditor exhibita apocha petierit contra debitorem procedi vigore illius; aut non eſt publicatus; ſi publicatus, nullo modo eſt executiuè procedendum, ſed videnda eſt iuſtitia præuentionis cauſæ principalis; modò quid leue, vel calumnioſum in termino non ſit deductum; ſi non eſt publicatus, & attingitur vigore apochæ, eſt locus rigori, & debet vel ex vinculis cauſam dicere, vel facere depoſitum. licèt Sanfelicius reduxerit rem ad concluſionem in cauſa in *dec.* 312 Sed malè. & ratio eſt, quia ſi facta publicatione, videtur quid ſubſtantificum non eſſe deductum, quo inſtrumentum, vel apocha eneruerur; nihil maioris roboris addit actus concluſionis.

Vndè cum caſus contigiſſet contra Illuſtr. Marchionem Vaſti, & Piſcariæ ad inſtan-
17 tiam Petri Ruſſi, licèt iam pridem in tribus apochis Banco directis ceſſiſſet dies ſolutionis S.R.C. quia antequam fuerat Petrus actintus, præſtitit *cautionem de ſoluendo debitum, & pœnam*, dedit terminum ordinarium in cauſa Martij 1661. referēte D. Petro Varaiz intrepido Cōſiliario Hiſpano: & cum Procuratore dicti Illuſtr. Marchionis ab hoc decreto reclamaſſet, inculcantes DD. Aduocati illius de *ſtylo* M.C.V. de dicta *Pragm.* 44. de dicta *l. magnam*, & de omnibus *ſupradictis* fuit menſe Aprilis eiuſdem anni cū magna cauſæ diſcuſſione confirmatum per S.C. & ſic executum, & commiſſa audientia teſtium Aduocato Fiſci Regiæ Audientiæ Aprutij vltra in Ciuitate Aquilæ degenti. Votantes fuerunt Domini Iouinus, Varaiz, Boliaga, Iannattaſius, & Roſa, penès Morellum S.R.C. actorum magiſtrum. Sic & in hac cauſa Ducis Caſulæ cum dictis de Mezomonaco, quæ valdè ſynodalis fuit, & plauſu totius populi, diſploſis etiam
18 ex lætitia muralibus tormentis fuit deciſum 27. Iunij 1663. quòd infra quatuor dies audiantur partes oppoſitis non obſtantibus; hoc eſt quòd ceſſerat dies ſolutionis, quòd confeſſio poterat ſcindi, quòd fideiuſſio præſtita erat informis, vt infra. Iudices fuerunt ſeptem DD. Iouinus, & Boliaga, Roſa Commiſſar. Carauita, Iannattaſius, & Cangianus penès Lictum S.R.C. actorum magiſtrum. Licet vnus ex Dominis, qui fuerat antea Iudex in M.C.V. votauit (vt reſcitum fuit) contra præuentionem; & duo ex alijs quòd faceret depoſitū modicæ ſūmæ, non quia negarent præuentionem potuiſſe fieri, ſed ex arbitrio ſupremi Senatus, & magni Conſilij, & ſanè (benè dixerunt Fontanella *clauſul.* 4. *gloſ.* 18. *par.* 2. *fol.* 452. ex Anton. Sola orandum eſſe, vt Deus nos præſeruet ab
19 *æquitate parlamenti, & ab expedientibus magni Conſilij*, dum hæc ſcribo informamus Iudices pro reclamatione à Duce Caſulæ interpoſita de decreto prædicto; & exitum ponam in Indice in verb. præuentio.

Et verè ita eſt, non ſolùm per dicta duo argumenta Anichini, & per dictas diſtinctiones à me aſſignatas; ſed quia interpellatio, quę fit à lege, fit ad finem vt debitor teneatur ad intereſſe, non vt ſit præcluſa via prǽuētioni; cum *ritus* loquatur de interpellatione iudiciali per actinctionem debitoris, vt diximus in præced. & ideò negauit fieri poſſe eadem die, vel hora, qua fuit citatus, vel actintus. & hęc vltra ſolutionem Anichini ex *n.* 22. *cum ſeq.*

Neque quòd fideiuſſio de ſoluendo debitum, & pœnam fuit data in M.C.Vic. & non in Sac. Conſil, vt in præced. *quæſt.* & illud iudiciū fuerat derelictū, & ideò fideiuſſio data in M.C.V. nō ſuffragabatur in eodem iudicio, quod remanſit in Sac. Reg. Conſil. quia cauſa per viam appellationis non fuit in eodem S.R.C. introducta, ſed remanſit apud S.R.C. propter
20 rationes in *præcedenti*. Sed reſponſum fuit, quòd S.R.C. & M.C.V. reputantur

tur vnum ; & idem Tribunal , vt habet
Scaglionus in *ritu 163.* verſ.*quomodo fiat
præuentio.* & eadem mane S.R.C. trans-
mitti fecit à M.C.V. ad Sac.Conſil. in-
ſtrumentum fideiuſſionis originale captũ
à magiſtro actorum M.C.V. & repoſuit
in proceſſu Sac. Conſil. & certè fuit op-
poſitio verbalis ; Sacrum enim Conſiliũ
quod eſt ſuperius M. Cur. in caſu ſuc-
cumbentiæ fortiori brachio vrgere poſ-
ſet fideiuſſores,& actorum magiſtrum,&
quotidiè actuarij M. C.V. ſtipulantur fi-
deiuſſiones in cauſis,quæ in S.C. vertun-
tur,& è contra quando proprius actua-
rius reluctat.

21 Addebat etiam fideiuſſionem illam
eſſe de forma, neque poſſe decerni cita-
tionem præuentionis , neque citari cre-
ditorem, niſi prius fideiuſſio fuerat præ-
ſtita de ſoluendo debitum , & pœnam ,
& de ſe præſentando intus carceres ad
omnem ordinem Iudicis , coram quo fit
præuentio. Primum fundabat ex eodem
Anichino *cap.3.in princ. num.5.* & Franc.
Ant.de Iudice Roberto *de liquid. inſtru-
ment.conſiderat.4.num.19.*ex Frec.*de præ-
ſent.inſtrum.par.9.quæſt.3.num.13.* Afflic.
in deciſ.173.gloſſ.ſuper d.pragm. *Carauita
ritu 189.num.7.*& denique quòd fideiuſ-
ſores non erant idonei;& actorum magi-
ſtrũ, qui illam ſuo riſico ceperat,ſimilitèr
inſufficientem dicebat. Sed omnia præ-
dicta fuerunt neglecta,& meritò. Primò,
quia ante decretam , & executam cita-
tionem fideiuſſio fuit præſtita,ac ſtipula-
ta. Sed cum Illuſtr.Dux Caſulæ, & eius
Procurator terruiſſent actorum magiſtrũ
quòd fideiuſſores capti non erant ido-
nei, ille addidit ad primos die ſequenti
duos alios magis idoneos;& ſic hoc non
22 fuit præſtare fideiuſſionem poſt execu-
tam citationem; ſed roborare fideiuſſio-
nem iam præſtitam pro tutiori cautela
actorum magiſtri; Vltra quòd negabatur
fideiuſſionem eſſe de forma vt ante cita-
tionem ſtipuletur,vt dicunt cõciuis meus
Troyſius in *ritu 189.num.19.fol.195.* &
Rouitus in *ead. pragm.de præuent. moder.
num.4.* & Frec.*de præſentat.inſtrum.par.9.
quæſt.3.fol. 113.* qui dicunt dictam fide-
iuſſionem poſſe ſuppleri in quacumque
parte iudicij,& quotieſcũq.à parte peta-
tur;& re vera hęc eſt magis ęqua opinio,
& practicata in S.R.C.in cauſa Fabij Sa-
xi cum Notario Carolo Celſo de Geor-
gio ; nam cum actuarius Lictus cepiſſet
fideiuſſionem de ſoluendo debitum , &
omiſiſſet de ſoluendo etiam pœnam in
eadem *Pragmat.*contentam , quę eſt du-
cat.60. ſed dixiſſet de ſoluendo pœnam
liquidationis inſtrumenti, quæ eſt diuer-
ſa,& ſoluitur ad rationem ducat.10. pro
quolibet centenario,vt Carauita, & alij
in *d.ritu 166.*Capyc.Latr.deciſ.58. nu.8.
S.C.admiſit Fabium poſt citationem , &
poſt compilatum in iudicio pręuentionis
ad pręſtandam aliam fideiuſſionem de
ſoluendo pœnam . & licèt Iudices fue-
23 rint in paritate votorum , nempè DD.
Cioffi,Raetanus,Pepi, & Vallenilla. ta-
men datis duobus adiunctis,ſcilicet DD.
Roſa,& Iannattaſio , paritas fuit deciſa
pro pręuentione apud Littum S. R. C.
actorum magiſtrum , & prouiſum ſuper-
ſederi in iudicio liquidationis , & expe-
ctari exitum dictę cauſę pręuentionis .

24 In eo autem, quod dicebat fideiuſſo-
res non eſſe idoneos, hoc id ſe non per-
tinere dicębamus , ſed ad actorum ma-
giſtrum , cuius riſico fideiuſſio erat
capta , ſupra *quæſtion. 45. numer. 8.*
& re vera fideiuſſores erant idonei .
Quia alioquin Iudex in cauſis ar-
duis poterat qualitatem fideiuſſorum
cognoſcere, & parum fidere de actorum
magiſtris in hoc.

25 Denique ad illud, quod in fideiuſſio-
ne dicebatur deficere ſcilicet de ſe prę-
ſentando intus carceres. Fuit reſponſum
quòd hoc nuſquam fuit practicatum ,
nuſquam auditum . & quòd ex littera
eiuſdem *Reg.Pragm.* contrarium euince-
batur ibi:*Malitijs litigantium, qui præuen-
tiones indebitas, &c. niſi prius præſtita fide-
iuſſione de ſoluendo debitum,* &c. *quæ fide-
iuſſio etiam promittere debet vncias decem
pro pęna, quam ipſo iure, ipſum præuentiona-
lem incurrere volumus : qui talem præuen-
tionem fecerit, & in ea ſuccubuerit mandã-
tes in eiſdem præuentionibus ritum M. C.V.
obſeruari prouidentem , quod tempore publi-
cationis proceſſus debeant tales debitores
præuenientes perſonaliter comparere, vt de-
tineri poſſint, ſi nihil probatum apparuerit.*

Ecce quòd fideiuſſio hoc tertium continere non debet, ſed ſolum duo, ſcilicet de ſoluendo debitum, & hoc non erat in queſtione, cum ſuaptè natura hoc continere debuiſſet. Addit Pragm. *quæ fideiuſſio etiam, &c.* & loquitur de pæna ly mandantes eſt vltra fideiuſſionem.

Et iam quod meminimus de cauſa
16 Fabij Saxi, in illa fuit deciſum approbãdo opinionem Anichini, quòd renunciatio preuentionis, quę de ſtylo apponitur in inſtrumentis, intelligitur de preuentione friuola, & calumnioſa, non quæ fit ex iuſta, & ſufficienti cauſa, vt probat Anichinus *de præuent. cap. 7. quæſt. 1. & 2. dub. 1. & 2.* proceſſus dicti Saxi eſt apud Lictum, vt ſupra.

ARGVMENTVM.

In eadem cauſa Mezomonaci, & Aquini Illuſtr. Ducis Caſulæ. Omnia de teſtibus, qui in iudicio liquidationis inſtrumenti, recipiuntur ſuper ſatisfactione, Magna Curia pro Tribunali ſedente iuxta *ritum* 175. ne debitor carceretur, Quot teſtes ſint neceſſarij, an debeant eſſe rogati. Quid ſi inſtrumentum, quod præſentatur, habeat pactum vt ſolutio non poſſit probari per teſtes, & ſit etiam renunciatum Iuſtinianeæ Conſtitutioni in *l. teſtium*, quid ſi pactum ſit iuratum. Aſſeritur Theorica Speculatoris à dictis per Gutierez *de iuram. confirmatorio par. 1. cap 66.* Ex hoc infertur ad nouiſſimam, & nũquam antea practicatam *deciſionẽ*, ſiuè *prouiſionem* S. R. C. in dicta cauſa, qui mãdauit ante terminum recipi teſtes ſuper ſatisfactione prędictarum triũ apocharum. An talis prouiſio fuerit iuridica, & quis in ea fuerit grauatus creditor, an debitor?

SVMMARIVM.

1 *Allegans ſatisfactionem ſi tempore liquidationis in inſtanti non probat carceratur, & num. 2. Et quomodo practicatur, num. 3.*

4 *Creditor ſi vult Curia pro Tribunali ſedente probare contrarium, non auditur, & quare, n. 5.*

6 *Quid ſi in inſtrumento adſit pactum, quod ſolutio non poſſit probari per teſtes, vel adſit renunciatio l. teſtium, & ratio decidendi dictæ legis. n. 7. & 8. & 9.*

10 *Malè applicatur dictus articulus ad liquidationem inſtrumenti, & quare, & num. 12.*

11 *Aſſeritur conſilium Speculatoris, & notatur Gutierez.*

13 *Refutantur Rouitus, qui teſtes dixit debere eſſe rogatos, & alij quod teſtes debeant eſſe quinque.*

14 *Noua, & nunquam antea audita prouiſio S. R. C. in materia apocharum Banco directarum, & n. 15.*

16. *Defenditur prouiſio prædicta S. R. C. & num. 17.*

18 *Declaratur Anichinus, quod lubriùs ſit locutus.*

19 *Iudex ex officio, & ad ſuam inſtructionem quomodo, & quando recipi faciat teſtes etiam ante terminum.*

QVAE-

QVÆSTIO XLVII.

1 TEmpore liquidationis
inſtrumenti,in actu quo
regitur Curia; debitor
ſi confiteatur inſtrumē-
tum, & in eo contenta
eſſe vera, *quantumcumq;
aſſerat ſe ſatisfeciſſe ſuo
creditori, ſtatim incarceratur; n ſi in prom-
ptu, & in ipſo inſtanti doceat de ſatisfa-
ctione ipſa.* verba *ritus* 168. quæ prom-
ptuaria,ac inſtantanea ſatisfactio quo pa
cto facienda ſit, ad euitandam carcera-
tionem,declarat alius *ritus* 174. ibi, *Sta-
tim detinetur, niſi in promptu doceat per pu-
blicum inſtrumentum quietationis, vel per
aliam ſcripturam authenticam, quo caſu
non detinetur.* hic ritus loquitur de inſtā-
tanea probatione per ſcripturas; ſed *ri-
tus* ſequens 175. admittit etiam proba-
tionem per teſtes, *Item in caſu præmiſſo ſi
interrogatus per ipſam Curiam ſuper tenore
2 instrumenti alicuius aduerſarij, doceat in
promptu per publicum inſtrumentum quie-
tationis, vel aliam ſcripturam authenticam,
vel per teſtes ſe ſatisfeciſſe ſuo aduerſario de
debito in ipſo inſtrumento contento, non de-
tinetur, ſed detinetur ſuus aduerſarius, præ-
dictus tanquam calumniator, & periurus.*
Sic indubitanter obſeruatur,recipiuntur
etiam coram creditore, & iurant in eius
faciem Magna Curia ipſa ſedente pro
Tribunali teſtes ſuper ſatisfactione tan-
tum,& impeditur eius carceratio iuxta
dicta in *quæſt.præced.* & Iacob. Anell.de
Bottis apud Tapiam *lib.3. tit. de liquidat.
3 inſtrumenti ad dictum ritum* 175. *fol.*241.
dicit, quòd teſtes debent eſſe in prom-
ptu, non autem quòd debeat dari dila-
tio ad examinandum, quia tunc non di-
ceretur in promptu,ſeu incontinenti, &
quòd teſtes ſuper ſolutione recipiuntur,
non ſolum Curia pro Tribunali ſedente,
& in vltimo peremptorio, ſed etiam an-
te, hoc eſt poſt præſentationem inſtru-
menti;ita quòd in vltimo reperitur exa-
minatio facta,& dicit *Addit.* ad Galter.in
verb. *an facta liquidatio in carcer.* verſ.ad-
de, *& ſciatur fol.*159. in impreſſis in *an-
Conſt.Caſari Spec.Peregr.qq.*
no 1627. Ftec.*par.16. quæſt.1.fol.*194. &
4 addunt,quòd hi teſtes debent eſſe roga-
ti ad actum ſolutionis,vt dicit Rouitus in
*rubr.de liquid.inſtrum.num.*30. & *Addit.*
ad Galterium *loco cit. ſub num.* 57. & ſi
creditor replicaret oppoſitū, & *quod vult
producere teſtes in cōtrariū nō eſt audiēdus.*
5 Licèt omnis dilatio in iudicijs ſit cō-
munis, quia hoc verum eſt quando talis
dilatio eſt ordinaria,non promptuaria,
quia dictus *ritus* admittit dictam proba-
tionem in promptu ad inſtructionem Iu-
dicis ad temperandum rigorem *ritus* tā-
tum, vt debitor conuentus per dictam
promptuariam probationem euitet car-
ceres, & propterea depoſitiones teſtium
ſic examinatorum non publicantur, ſed
illarum vigore decernitur, quòd non
procedatur via *ritus*,ſed via ordinaria, &
poſtea in iudicio ordinario dabitur ter-
minus ad probandum incumbentia, ita
Franciſc. Anton. de Iudic.Robert. *de li-
quidat.inſtrum.conſider.4.ex nu.*53.& 54.
& ex eo Galter. 2.3. & *vlt.par.* verb.*vel
facta liquidat.poſt num.*92. in impreſſis de
anno 1593.*fol.*238. Sed difficultas eſt,
6 an ſi in inſtrumento adſit pactum iureiu-
rando firmatum, quòd ſolutio non poſ-
ſit probari per teſtes cum renunciatione
l.teſtium,C.de teſtib. quà Iuſtinianus ſan-
xit, quòd quando debitum eſt contra-
ctum in ſcriptis, *eius ſolutio probāda eſt per
ſcripturam,vel quinque teſtes idonei,et ſum-
mæ, atque integræ opinionis præſto fuerint
ſolutioni celebratæ, hique cum ſacramenti
religione depoſuerint ſub præſentia ſua de-
bitum eſſe ſolutum.* ex ratione decidendi
7 tradita à Iuſtiniano initio ipſius *legis*, vt
*reſecaret quanto eſſet poſſibile teſtium faci-
litatem, per quos multa veritati contraria
perpetrantur.* vt habet Decius *conſ.*101.
quod eſt inſertum in *ſumma Rolandina
fol.*623. Aymo *conſ.*56.Cartarius *deciſ.*9.
Scaynus *deciſ.*69.Schrader.*de feud.par.9.
2.par.princip.ſect.13.num.*22. Foller.de
cenſib. verſ.*quæ quidem executio, num.*57.
*fol.*541.Anton.Fab.*C.de teſtib. definit.*22.
& 23.Robert.*dicta conſid.*4. *ſub num.*55.
qui videtur circa dictam *legem* habuiſſe
eundem ſenſum,quem Ant.Fab. & mul-
8 ti dixerunt tale pactum impedire quin
teſtes Curia pro Tribunali ſuper ſatis-
fa-

Digitized by Google

factione non recipiantur,& recepti non impediunt carcerationem, vt deciſum refert Vrſill.ad *deciſ.*298. *num.*4. *Afflict.* & Sanfelic.*dec.*185.*n.*6. Franch.*dec.*361. *num.*4.& Addit.ad Galter.*fol.*159. ante num.40.in impreſſis in *anno* 1627.quam quæſtionem diſputauit Frec. in *add.ad d. conſider.*4.*Franc.Ant. de Iud.Robert.* poſt *num.*53.*fol.*399.deducentes omnes; hoc ab illa famigerabili quæſtione poſita per Hoſtienſ.in *ſumma de renunciat.§.quæ poſſunt,num.*4. verſ.*quid de pacto quod creditores*;an valeat pactum,quòd ſolutio nō poſſit probari niſi per ſcripturam.Et quia Hoſtienſis, poſtquam probauit non valere, non quia tale pactum ſit contra ius
9 publicum; (id enim vt putauit Sanfelic. nunquam dixit Hoſtienſ.) ſed quia *tale pactum eſt inductum propter communē vtilitatem*, quia vſus teſtium *frequens eſt, & neceſſarius*, ſubdit hęc verba,*Dixit tamen Azo, quod benè valet renunciatio.* ex hoc Interpetres ſciſſi ſunt in duas partes, aientium ſcilicet,& negantium. Ita vt re vera vix ſciri poſſit quę ex his ſit magis cōmunis,licèt Viuius *lib.*2. *commun.opin. opin.*209.communiſſimam dicat,& Mynſinger.*cent.*1.*obſeru.*5. & in hanc videtur propēſus Ant.Fab.*d.definit.*23. ſcilicet q tale pactum non teneat. Sed diſtinguendum putat an contractus ſit in ſcriptis, an verò inſtrumentum de contractu ſcriptum ad probationem. Sed ex Gutierez *de iuram. confirmat. cap.*66.*f.*231. *par.*1. Seraphin.*de priuileg. iuram.priuil.*34.Vinc.Mancinus *de effect.iuram. effect.* 106. fol. 331. propter authoritatem Speculatoris, quem ſequuntur ob religionem iuriſiurandi, dicunt pactum eſſe ſeruandum, vt etiam tenet Sanfelicius
10 *d.deciſ.*185.Sed fortè malè hunc articulum applicauerunt ad caſum noſtrum. Doctores enim loquuntur in iudicio *ordinario*,& in his terminis diſputarunt articulum,& in his Maſcardus tranſit cum Speculatore *de probat. concluſ.*380. *nu.*9. & 10. & Gutierez ipſe negare non potuit,quòd Speculat.(*tit.de probat.§.videndum,num.*6.*fol.*627.) nullum habet contradicentem,in conſilio ſuo,vt dicit ante num.6. fol.231. Conſilium Speculatoris, quod ſequuntur Doctores ſolemniſſimi; hoc eſt Io:Andreas, Baldus,Lapus, Felinus, Cepolla, Alexand. & alij,licèt
11 dicat iuramentum eſſe ſeruandum; tamē conſulit vt pars procuret (ſi potuerit) vt teſtes recipiātur Iudicis officio,quod diſplicuit Gutierez, quaſi quòd procurando vt hoc fiat per Iudicem ex officio, adhuc pars per Iudicem cooperando cōtraueniat iuramento,& Deum offendat.Sed inſipidè loquitur; ſi ſolutio debiti fuit vera,effectiua,ac realis, & debitum verè fuit ſatisfactum; tunc enim per ſatisfactionem omnis obligatio, omne iuramentum ſublatum fuit, neque Deum olim debitor offendit, ſed ſe defendit aduerſus creditorē, à quo calumniatur, & petit debitum iā ſolutū; quod ſemper licitum eſt etiam per inſidias,nos ſupra cum *gloſſa* recepta,Sancto Thoma, & *alijs in quæſt.*45. num. fin. Sicque ſtat dictū conſilium doctiſſimi Speculatoris; Procederet dictum Gutieres,ſi teſtes,qui de ſolutione deponerēt, verum eſſentia-
12 liter non dicerent.Dixi, quòd malè applicatur ad caſum impediendi liquidationem, & euitandi carcerationem, & pænam.Quia ſi omnis,& qualiſcumque probatio, quæ inſtrumentum inturbidat, impedit carcerationem, & ſolutionem pœnæ, ſaluis parti iuribus in iudicio ordinario, vt habet Freccia *par.*16.*quæſt.*1. *num.*10.*&* 11.*fol.* 194. & nos *ſupra q.*46. ſi admittuntur teſtes abſque termino,ſolum ad inſtructionem, vt temperetur *ritus* rigor; de illo pacto ſolum in iudicio ordinario diſceptandum eſt, non in illo executiuo;maximè ſi ex arbitrio prudentis Iudicis, ex qualitate debitoris, & creditoris olfaceret ſolutionem oppoſitam non eſſe fictam, ſed eſſentialiter veram. & ideò malè dicit Rouit.quòd dicti
13 teſtes in illo actu recipiendi debeant eſſe rogati, & peius alij quòd debeant eſſe quinque iuxtà *d. l.teſtium.* vndè Galter. valdè practicus in hac materia vlterius non conſiderans dixit tale pactum nullo modo valere *d.fol.*238. quòd intelligendum eſt in illo actu interrogationis, & vltimo peremptorio; ſecus in iudicio ordinario, in quo per quinque teſtes omni exceptione maiores iuxta *d.l.teſtium*, & communē opinionē, quòd propter iuramen-

mentum valeat pactum, Et ideò recurrendum ad conſilium optimum Speculatoris, vt veritas clareſcat, quia Deus veritas eſt, *cap. fin. de præſcript.* quia dolo facit qui petit quod reſtituturus eſt, *cap. dolo de regul.* quia iam euanuit iuramẽtum per ſolutionem debiti, eo quia creditor eſt periurus, & calumniator, vt dicit *d. ritus* 175. Hac cautela vſus fuit

14 S.R.C. in cauſa dictorum de Mezomonaco, cum dicto Duce Caſulæ, qua fortè poſtquam ad ſupplicationem Regni fuit attributa apochis Banco directis via executiua in anno 1588. fuit vnquam aliàs practicata; Siquidem cum nos pro confirmatione inhibitoriæ factę, vt in *quæſt. 45. num. 3. & 4.* vehementiſſimè inſtaremus inculcantes apochas etiam eſſe ſatisfactas; S. R.C. antequam confirmaret decretum inhibitionis, eadem mane vocauit partes in Aula, quatenus veſpere adduceret Mezomonaco teſtes in domo cauſæ Commiſſarij, qui de dicta ſatisfactione deponerent, & iurarent in faciem dicti Ducis Caſulæ, prout fuit executum, & recepti quatuor teſtes, qui licèt non concludenter: modo tamen à Freccia vt ſupra, & in *quæſt. præced.* à me relato, de ſatisfactione depoſuerunt. Et die ſequenti iterum relata cauſa in Aula fuit decretum inhibitionis confirmatum, vt in *quæſt. 45.* Quando fuit ordinatũ, quòd reciperentur teſtes; aderant in Aula caſualiter ibi reperti Conſiliarij *Hodierna, & Apicella,* qui fuerant Iudices M.C.V. ſicut & fuerant *duo* alij ex propria Aula, nempè D. Boliaga, & D. Iannattaſius Commiſſarius, qui id paſſim practicauerant in cauſis liquidationis inſtrumentorum, vt ſupra oſtenſum eſt.

15 Sed hæc inſolita prouiſio mẽtes omnium exturbauit, & pars adeò excanduit, vt adiret Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Proregem, quòd in cauſa ciuili teſtes recepti fuiſſent ante dationem termini, & iurati in faciem creditoris, vt exindè propoſita per Ducem Caſulæ quæſtione de Commiſſario, ſcilicet quòd in cauſa procedere deberet, Conſiliarius Pepi de alia Aula; Dominus Prorex, vt in *ſequent.* videbitur, mandauit vt procederet tertius, nempè *Dom. Roſa.*

16 Sed non iure, vt reor, fuit dicta noua prouiſio improbata, ac exprobata, ſiquidem ſi adfuit in illa aliquid grauaminis, fuit contra apochas ſcribentes, nõ contra creditorẽ. Quòd ſic probatur euidenter. *Ritus* in liquidatione inſtrumenti concedit vt recipiantur teſtes, Curia pro Tribunali ſedente in vltimo peremptorio poſtquam *debitor* fuit *citatus*, poſtquam creditor *præſentauerit inſtrumentum* ad ritus formam; ſed Dux Caſulæ non citauerat vigore apocharum, immò illas in iudicio non produxerat, etiam ſi nulla eſſet facta prçuentio ex parte ſcribentis, etiã ſi præſtita fuiſſet fideiuſſio; al-

17 legãdo ſatisfactionẽ erat dandus terminus, & recipiendi teſtes ſuper illa per ea, quæ diximus in *quæſt. 46.* num. 14. & in puncto ſcribit Anichinus *c.* 1. *quæſt.* 5. *poſt n. 83.* ibi: *aut antequam quis conueniatur, ita enim propriè preuenietur, & hoc in caſu nemo eſt qui non nouit, paſſim debitores admitti vt petant apochas exhiberi, & aduerſus illas opponere, quæ velint, ita vt dum pendet oppoſitio aduerſus apocham, illius impeditur recognitio, & executio.* Quãtò magis non poteſt exprobari prouiſio, eo quòd præuentio erat formiter facta. Niſi exprobetur, quòd terminus ſtante præuentione debebat dari ſimpliciter, & non recipi teſtes illo modo, cum nulla neceſſitas vrgebat; quia vigore apocharum Mezomonaco non erant actincti, neque ille in actis præſentatæ, non facta inſtantia, vt verificarentur, vel recognoſcerentur. In eo autem quòd ſubdit

18 Anichinus, quòd dum pendet oppoſitio aduerſus apocham impeditur recognitio, & executio, lubricè loquutus eſt; niſi creditor paſſus fuerit fieri publicationem vt in *q.* 45. Nullũ ergo in prouiſione illa adfuit grauamen ergà creditorẽ.

19 Et vniuerſim quòd Iudex maximè ſupremus poſſit ſe informare, & teſtes recipere ad ſuam inſtructionem; ſiquidem Gutierez *loco cit. par.* 1. *de iuram. confirm. cap. 66.* ante *num. 6.* qui noluit ſequi prædictum conſilium Speculatoris; dicit, quòd licèt Iudex in cauſa priuata non poſſit impartiri officium ſuum non petitum iuxta regulam Iuris in *l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.* fallit ſi

hoc fieri decernat ad eruendam veritatem. Et quòd Iudex vbicumque ſibi viderit, poſſit recipi facere teſtes ad ſuam inſtructionem, Bald. in *l. certum*, *col.* 2. verſ. *item opponit*, C. *vnde legitim.* Maranta in 1. *membr.* 6. *par. num.* 20. Sanfelic. in *praxi ſect.* 50. *num.* 14. verſ. *quintus caſus eſt*, & alij innumeri apud Farinac, *qu.* 66, & 67. tàm ante terminum, quàm poſt terminum, immò poſt publicationem, vt in *ſeq. quæſtiunc.*

In nullo ergo in dicta noua prouiſione pars fuit grauata, immò grauatus Mezomonaco. Si pars ante exhibuiſſet apochas, ſi ante citaſſet, procederent quę diximus *in præced. quæſt.* Sed rę integra, & tantò magis facta præuentione formiter; iſta noua prouiſio non erat neceſſaria, ſed dandus terminus ſimpliciter; quòd ſi ante publicationem creditor exhibuiſſet apochas, nullo modo ſuperſedendum in via executiua (*niſi eſſet formiter facta præuentio*) vt in præced. Nō iure ergo ſuccenſum cauſæ Cōmiſſario, ab his, qui rationibus deſtituti ad authoritatem, poteſtatemq; deſluunt P. Famianus *de bello*
20 *Belgico decad.* .. *lib.*

ARGVMENTVM Quæſtiunculæ.

An fuerit iuridica *deciſio*, ſiuè *prouiſio* S.R.C. qua in cauſa præſēti, vt poſt non ſolum didicita teſtificata, ſed poſt concluſionem, & poſt monitum ad dicēdum ſuper expeditione cauſæ; Immò illa relata interrogauit teſtes actoris iam examinatos, vt declararent eorum dicta; & æquiuocam depoſitionem per eos factam, & de declaratione fieri mandauit per actorum magiſtrum publicum actum, quòd licèt obtentum ab authore; tamen aperit quid in hoc articulo ſentiat.

SVMMARIVM.

20 *Deciſio S.R.C. qua fuerũt iterum interrogati teſtes poſt concluſum in cauſa, immò illa relata, & n.* 21.
22 *Conſuetudo quòd teſtes interrogentur poſt didicita teſtificata eſt contra ius.*
23 *Poſſunt iterum interrogari à Iudice ex officio, & non ad inſtantiam partis.*
24 *Iudicium Authoris in dicto articulo.*

QVAESTIVNCVLA.

FVit etiam memorabilis prouiſio Sac. R. C. facta Februarij 1653. in cauſa Venerab. Monaſterij Sanctæ Mariæ Matris Dei Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis ex perſona Fratris Ioannis Mariæ Monteſani in eadem ſacra Religione profeſſi, contra Catherinam Marchetti, in Banca Lombardi pro Cioffo, Scriba Tuccio; teſtes enim monaſterij depoſuerant, quòd poſtquam teſtamentum fuit clauſum, & ſutum Franciſcus Monteſanus teſtator illud ſubſcripſit quod erat impoſſibile non ſolùm ſecundùm quid, ſed ferè ſecundùm naturam. Dixi ego non ſolùm poſt publicationem in cauſa, ſed poſtquam erat introducta, vt expediretur. Quòd ſi S. R. C. haberet hoc pro falſitate, aliud nō occurrebat; Si verò ex ſocordia examinatoris id contigiſſe putabat, iterùm interrogaret eoſdem teſtes, & ſic fuit prouiſum; & viſo, quòd re vera fuit æquiuocatio examinatoris, iuſſit de hoc per actorum magiſtrum fieri actum in proceſſu; declararunt enim teſtes vidiſſe teſtatorem ſubſcribere, & poſt ſubſcriptionem fuiſſe clauſum, & ſutum. & 10. Februarij 1653. per ſententiam S.R.C. declarauit teſtamentum prædictum validum, & iuſſum M.C.V. conſignari copiam præambuli ad beneficiũ
21 dicti monaſterij. Iudices fuerunt DD. Franciſcus Antonius Muſcettula, D. Andreas de la Torre, Antonius Capiblan-

cus,

cus, & Io. Maria Campana Commiſſarius: Et licèt non paucis, & etiam ex Senatoribus dicta prouiſio fuit viſa quaſi dura, ex doctrina Aretin. in *cap. per tuas, num. 6. & 7.* Abb. *num. 1. col. 2.* verſ. *ad inſtantiam autem partis,* Hoſtienſ. *num. 4.* verſ. *ad inſtantiam autem partis, ext. de teſtib. gloſſ. in d. cap. per tuas,* in verſ. *interrogatis, in fin.* vbi dixit, quòd licèt de conſuetudine quidam Iudices interrogent teſtes etiam ad petitionem partium, talis tamen conſuetudo eſt contra ius, ſic Butrigar. in *cap. licet cauſam, num. 14. de*
22 *probat.* & in *cap. cum clamor, num. 5.* & ibi etiam *Felin. num. 3.* Imol. *num. 1. in 1. notab. de teſtib.* Conradus *in pract. in tit. de teſtib. rubr. de dubid. num. 37. in 2. declarat. fol. 130. col. 1. & col. 2.* verſ. *ſi non admittit.* Sed hi intelligendi ſunt quando id fieret ad inſtantiam partis, ſecùs ex Iudicis officio veritatem inquirentis, vt dicunt in *d. cap. cum clamor,* gloſſ. *magna* in verſ. *ita depoſuere, ext. de teſtib.* Bellamer. in *cap. fraternitatis, num. 28.* verſ. *idem vbi Iu-*
23 *dex ex officio,* Henric. *num. 11.* verſ. *idem vbi Iudex ex officio,* Addent. ad Abb. *n. 11. liter. B.* Marianus *num. 167. extr. de teſtib.* Bonifac in *clem. 2. num. 153. de teſtib.* Bart. *in auth. atqui ſemel, num. 37.* & ibi *Addit. num. 13. lit. C.* in princ. Salicet. *nu. 5. in fin.* verſ. *item fallit quando primi,* Io. Siccard. *num. 16. C. de probat.* Specul. *in tit. de teſt, §. ſatis vtiliter, num. 3. in fin.* verſ. *7. ſi obſcurè, & confusè depoſuerint,* Nell. *in tract. de teſtib. num. 123. in 6. caſu,* Crotus de *teſtib. num. 268.* verſ. *ſextò fallit,* Marſil. in *l. 1. §. ſi quis vltro, num. 68. ff. de quæſt.* Pract. Conrad. *de teſtib. rubr. de receptione teſtiũ poſt terminum, num. 47. fol. 136. col. 1. in 8. limit. & fol. 137. col. 1. fallent. 9.* Sanfelic. *deciſ. 313. num. 6.* qui allegat Ranchin. ad *deciſ. 224. Guidon. Pap.* & Franch. *dec. 371.* licèt caſus, in quo loquitur Franchis, ſit diuerſus, vide Gabr. *de teſtib. concluſ. 27. num. 17.* verſ. *contrarium,* & Monticul. in *rubr. receptio teſtium an poſt publicationem fiat, fol. 177. col. 1.* verſ. *final.* Ego neutram
24 partem ſequerer indiſtinctè; vt paſſim, & in omni cauſa poſſit Iudex interrogare teſtes, vt dictum ſuum declarent poſt publicationem, vel concluſionem; eſſet enim res valdè periculoſa, & ex qua non pauca inconuenientia reſultare poſſent. Sed vbi æquiuocatio, & error eſſent quaſi euidentes; vbi res eſſet magnopere inueriſimilis, & nullus caderet timor ſorditudinis, ſequi poſſet opinio glo. Aegid. & aliorum, vt ſecutum fuit S.R.C. in cauſa prædicta.

ARGVMENTVM.

Si vnus ex Senatoribus, qui vti Commiſſarius proceſſerat in cauſa, fuerit à Principe remotus, & alius Commiſſarius illius loco ſuffectus, & primus vti de eadem Aula interuenit poſtea in eadem cauſa in aliquibus actibus, poterit per partem ex eo quia fuit remotus, formiter ſuſpectus allegari. Declaratur Rouitus cõſ. 9. & Sanfelic. deciſ. 79. Refellitur diſcurſus Thori in ſupplem. verb. ſuſpitio notoria; & qua ſemita deciſio ab eo relata poſſit excuſari; cum dec. S.R.C.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſarius remotus à Principe abſque cauſæ cognitione an remaneat ſuſpectus in eadem cauſa, vt non poſſit in illa interuenire, & n. 2.*

3 *Iudex, à quo appellatur, redditur ſuſpectus, & quare.*

4 *Commiſſiones generales non poſſunt fieri de iure communi, & factæ qualiter intelligi debeant.*

5 *Deciſio Sacri Regij Conſilij.*

hoc fieri decernat ad eruendam veritatem, Et quòd Iudex vbicumque ſibi viderit, poſſit recipi facere teſtes ad ſuam inſtructionem, Bald. in *l. certum*, *col.* 2. verſ. *item opponis*, *C. unde legitim.* Maranta in *1. membr. 6. par. num.* 20. Sanfelic. in *praxi ſect.* 50. *num.* 14. verſ. *quintus caſus eſt*, & alij innumeri apud Farinac, *qu.* 66. *&* 67. tàm ante terminum, quàm poſt terminum, immò poſt publicationem, vt in *ſeq. quæſtiunc.*

In nullo ergo in dicta noua prouiſione pars fuit grauata, immò grauatus Mezomonaco. Si pars ante exhibuiſſet apochas, ſi ante citaſſet, procederent quę diximus *in præced. quæſt.* Sed re integra, & tantò magis facta præuentione formiter; iſta noua prouiſio non erat neceſſaria, ſed dandus terminus ſimpliciter, quòd ſi ante publicationem creditor exhibuiſſet apochas, nullo modo ſuperſedendum *in via executiua* (*niſi eſſet formiter facta præuentio*) vt *in præced.* Nō iure ergo ſuccenſum cauſæ Cōmiſſario, ab his, qui rationibus deſtituti ad authoritatem, poteſtatemq; deſluunt P. Famianus *de bello*
20 *Belgico decad.* *lib.*

ARGVMENTVM
Quæſtiunculæ.

An fuerit iuridica *deciſio*, ſiuè *prouiſio* S.R.C. qua in cauſa præſēti, vt poſt non ſolum didicita teſtificata, ſed poſt concluſionem, & poſt monitum ad dicēdum ſuper expeditione cauſæ; Immò illa relata interrogauit teſtes actoris iam examinatos, vt declararent eorum dicta; & æquiuocam depoſitionem per eos factam, & de declaratione fieri mandauit per actorum magiſtrum publicum actum, quòd licèt obtentum ab authore; tamen aperit quidin hoc articulo ſentiat.

SVMMARIVM.

20 *Deciſio S.R.C. qua fuerūt iterum interrogati teſtes poſt concluſum in cauſa, immò illa relata, & n.* 21.

22 *Conſuetudo quòd teſtes interrogentur poſt didicita teſtificata eſt contra ius.*

23 *Poſſunt iterum interrogari à Iudice ex officio, & non ad inſtantiam partis.*

24 *Iudicium Authoris in dicto articulo.*

QVAESTIVNGVLA.

FVit etiam memorabilis prouiſio Sac. R. C. facta Februarij 1653. in cauſa Venerab. Monaſterij Sanctæ Mariæ Matris Dei Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis ex perſona Fratris Ioannis Mariæ Monteſani in eadem ſacra Religione profeſſi, contra Catherinam Marchetti, in Banca Lombardi pro Cioffo, Scriba Tuccio; teſtes enim monaſterij depoſuerant, quòd poſtquam teſtamentum fuit clauſum, & ſutum Franciſcus Monteſanus teſtator illud ſubſcripſit quod erat impoſſibile non ſolùm ſecundùm quid, ſed ferè ſecundùm naturam. Dixi ego non ſolùm poſt publicationem in cauſa, ſed poſtquam erat introducta, vt expediretur. Quòd ſi S. R. C. haberet hoc pro falſitate, aliud nō occurrebat; Si verò ex ſocordia examinatoris id contigiſſe putabat, iterùm interrogaret eoſdem teſtes; & ſic fuit prouiſum; & viſo, quòd re vera fuit æquiuocatio examinatoris, iuſſit de hoc per actorum magiſtrum fieri actum in proceſſu: declararunt enim teſtes vidiſſe teſtatorem ſubſcribere, & poſt ſubſcriptionem fuiſſe clauſum, & ſutum. & 10. Februarij 1653. per ſententiam S.R.C. declarauit teſtamentum prædictum validum, & iuſſum M.C.V. conſignari copiam præambuli ad beneficiū
21 dicti monaſterij. Iudices fuerunt DD. Franciſcus Antonius Muſcettula, D. Andreas de la Torre, Antonius Capiblancus,

cus, & Io. Maria Campana Commiſſa-
rius: Er licèt non paucis, & etiam ex Se-
natoribus dicta prouiſio fuit viſa quaſi
dura, ex doctrina Aretin. in *cap. per tuas, num.6. & 7.* Abb. *num.1. col.2.* verſ. *ad inſtantiam autem partis,* Hoſtienſ. *num. 4.* verſ. *ad inſtantiam autem partis, ext. de teſtib. gloſſ. in d. cap. per tuas,* in verſ. *interrogati, in fin.* vbi dixit, quòd licèt de conſuetudine quidam Iudices interrogent
teſtes etiam ad petitionem partium, talis tamen conſuetudo eſt contra ius, ſic
Butrigar. in *cap. licet cauſam, num. 14. de*
22 *probat.* & in *cap. cum clamor, num.5.* & ibi
etiam *Felin. num.3.* Imol. *num.1. in 1. notab. de teſtib.* Conradus *in pract. in tit. de teſtib. rubr. de dubi. d. num.37. in 2. declarat. fol.130. col.1. & col.2.* verſ. *ſi non admittit.*
Sed hi intelligendi ſunt quando id fieret ad inſtantiam partis, ſecùs ex Iudicis
officio veritatem inquirentis, vt dicunt
in *d. cap. cum clamor,* gloſſ. *magna* in verſ.
ita depoſuere, ext. de teſtib. Bellamer. in
cap. fraternitatis, num.28. verſ. *idem vbi Iu-*
23 *dex ex officio,* Henric. *num. 11.* verſ. *idem*
vbi Iudex ex officio, Addent. ad Abb. *n. 11. liter. B.* Marianus *num.167. extr. de teſtib.*
Bonifac in *clem. 2. num. 153. de teſtib.* Bart.
in auth. atqui ſemel, num.37. & ibi *Addit. num.13. lit. C.* in princ. Salicet. *nu.5. in fin.*
verſ. *item fallit quando primi,* Io. Siccard.
num.16. C. de probat. Specul. *in tit. de teſt, §. ſatis vtiliter, num.3. in fin.* verſ. *7. ſi obſcurè, & confuſè depoſuerint,* Nell. *in tract. de teſtib. num.123. in 6. caſu,* Crotus *de teſtib. num.268.* verſ. *ſextò fallit,* Marſil. in
l.1. §. ſi quis vltro, num.68. ff. de quæſt. Pract.
Conrad. *de teſtib. rubr. de receptione teſtiũ poſt terminum, num.47. fol.136. col.1. in 8. limit. & fol.137. col.1. fallent.9.* Sanfelic.
deciſ.313. num.6. qui allegat Ranchin. ad
deciſ.224. Guidon. Pap. & Franch. *dec.371.*
licèt caſus, in quo loquitur Franchis, ſit
diuerſus, vide Gabr. *de teſtib. concluſ.27. num.17.* verſ. *contrarium,* & Montieul. in
rubr. receptio teſtium an post publicationem fiat, fol.177. col.1. verſ. *final.* Ego neutram
24 partem ſequerer indiſtinctè; vt paſſim, &
in omni cauſa poſſit Iudex interrogare
teſtes, vt dictum ſuum declarent poſt
publicationem, vel concluſionem; eſſet
enim res valdè periculoſa, & ex qua non
pauca inconuenientia reſultare poſſent.
Sed vbi æquiuocatio, & error eſſent quaſi euidentes; vbi res eſſet magnopere
inueriſimilis, & nullus caderet timor ſorditudinis, ſequi poſſet opinio glo. Aegid.
& aliorum, vt ſecutum fuit S.R.C. in cauſa prædicta.

ARGVMENTVM.

Si vnus ex Senatoribus, qui vti Commiſſarius proceſſerat in cauſa, fuerit à Principe remotus, & alius Commiſſarius illius loco ſuffectus, & primus vti de eadem Aula interuenit poſtea in eadem cauſa in aliquibus actibus, poterit per partem ex eo quia fuit remotus, formiter ſuſpectus allegari. Declaratur Rouitus cõſ. 9. & Sanfelic. deciſ. 79. Refellitur diſcurſus Thori in ſupplem. verb. ſuſpitio notoria; & qua ſemita deciſio ab eo relata poſſit excuſari; cum dec. S.R.C.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſarius remotus à Principe abſque cauſæ cognitione an remaneat ſuſpectus in eadem cauſa, ut non poſſit in illa interuenire, & n. 2.*

3 *Iudex, à quo appellatur, redditur ſuſpectus, & quare.*

4 *Commiſſiones generales non poſſunt fieri de iure communi, & factæ qualiter intelligi debeant.*

5 *Deciſio Sacri Regij Conſilij.*

Conſt. Cæſari Spec. Peregr. 77.

Ecce quòd fideiuſſio hoc tertium continere non debet, ſed ſolum duo, ſcilicet de ſoluendo debitum, & hoc non erat in quęſtione, cum ſiupeè natura hoc continere debuiſſet. Addit Pragm. *quæ fideiuſſio etiam, &c.* & loquitur de pœna ly mandantes eſt vltra fideiuſſionem.

Et iam quod meminimus de cauſa 16 Fabij Saxi, in illa fuit deciſum approbãdo opinionem Anichini, quòd renunciatio prœuentionis, quę de ſtylo apponitur in inſtrumentis, intelligitur de prœuentione friuola, & calumnioſa, non quæ fit ex iuſta, & ſufficienti cauſa, vt probat Anichinus *de præuent. cap. 7. quæſt. 1. & 2. dub. 1. & 2.* proceſſus dicti Saxi eſt apud Lictum, vt ſupra.

ARGVMENTVM.

In eadem cauſa Mezomonaci, & Aquini Illuſtr. Ducis Caſulæ, Omnia de teſtibus, qui in iudicio liquidationis inſtrumenti, recipiuntur ſuper ſatisfactione, Magna Curia pro Tribunali ſedente iuxta *ritum* 175. ne debitor carceretur, Quot teſtes ſint neceſſarij, an debeant eſſe rogati. Quid ſi inſtrumentum, quod præſentatur, habeat pactum vt ſolutio non poſſit probari per teſtes, & ſit etiam renunciatum Iuſtinianeæ Conſtitutioni in *l. teſtium,* quid ſi pactum ſit iuratum. Aſſeritur Theorica Speculatoris à dictis per Gutierez *de iuram. confirmatorio par. 1. cap* 66. Ex hoc infertur ad nouiſſimam, & nũquam antea practicatam *deciſionẽ,* ſiuè *prouiſionem* S. R. C. in dicta cauſa, qui mãdauit ante terminum recipi teſtes ſuper ſatisfactione prędictarum triũ apocharum. An talis prouiſio fuerit iuridica, & quis in ea fuerit grauatus creditor, an debitor?

SVMMARIVM.

1 *Allegans ſatisfactionem ſi tempore liquidationis in inſtanti non probat carceratur, & num. 2. Et quomodo practicatur, num. 3.*

4 *Creditor ſi vult Curia pro Tribunali ſedente probare contrarium, non auditur, & quare n. 5.*

6 *Quid ſi in inſtrumento adſit pactum, quod ſolutio non poſſit probari per teſtes, vel adſit renunciatio l. teſtium, & ratio decidendi dictæ legis n. 7. & 8. & 9.*

10 *Malè applicatur dictus articulus ad liquidationem inſtrumenti, & quare, & num. 12.*

11 *Aſſeritur conſilium Speculatoris, & notatur Gutierez.*

13 *Refutantur Rouitus, qui teſtes dixit debere eſſe rogatos, & alij quod teſtes debeant eſſe quinque.*

14 *Noua, & nunquam antea audita prouiſio S. R. C. in materia apocharum Banco directarum, & n. 15.*

16 *Defenditur prouiſio prædicta S. R. C. & num. 17.*

18 *Declaratur Anichinus, quod lubriùs ſit locutus.*

19 *Iudex ex officio, & ad ſuam inſtructionem quomodo, & quando recipi faciat teſtes etiam ante terminum.*

QVAE-

QVÆSTIO XLVII.

1 TEmpore liquidationis
inſtrumenti, in actu quo
regitur Curia; debitor
ſi confiteatur inſtrumē-
tum, & in eo contenta
eſſe vera, *quantumcumq;
aſſerat ſe ſatisfeciſſe ſuo
creditori, ſtatim incarceratur; niſi in promp-
tu, & in ipſo inſtanti doceat de ſatisfa-
ctione ipſa.* verba *ritus* 166. quæ promp-
tuaria, ac inſtantanea ſatisfactio quo pa
cto facienda ſit, ad euitandam carcera-
tionem, declarat alius *ritus* 174. ibi, *Sta-
tim detinetur, niſi in promptu doceat per pu-
blicum inſtrumentum quietationis, vel per
aliam ſcripturam authenticam, quo caſu
non detinetur.* hic ritus loquitur de inſtã-
tanea probatione per ſcripturas; ſed *ri-
tus* ſequens 175. admittit etiam proba-
tionem per teſtes, *Item in caſu præmiſſo ſi
interrogatus per ipſam Curiam ſuper tenore
2 inſtrumenti alicuius aduerſarij, doceat in
promptu per publicum inſtrumentum quie-
tationis, vel aliam ſcripturam authenticam,
vel per teſtes ſe ſatisfeciſſe ſuo aduerſario de
debito in ipſo inſtrumento contento, non de-
tinetur, ſed detinetur ſuus aduerſarius, præ-
dictus tanquam calumniator, & periurus.*
Sic indubitanter obſeruatur, recipiuntur
etiam coram creditore, & iurant in eius
faciem Magna Curia ipſa ſedente pro
Tribunali teſtes ſuper ſatisfactione tan-
tum, & impeditur eius carceratio iuxta
dicta in *quæſt.præced.* & Iacob. Anell. de
Bottis apud Tapiam *lib. 3. tit. de liquidat.
3 inſtrumenti ad dictum ritum* 175. *fol.* 241.
dicit, quòd teſtes debent eſſe in promp-
tu, non autem quòd debeat dari dila-
tio ad examinandum, quia tunc non di-
ceretur in promptu, ſeu incontinenti, &
quòd teſtes ſuper ſolutione recipiuntur,
non ſolum Curia pro Tribunali ſedente,
& in vltimo peremptorio, ſed etiam an-
te, hoc eſt poſt præſentationem inſtru-
menti; ita quòd in vltimo reperitur exa-
minatio facta, & dicit *Addit.* ad Galter. in
verb. *an facta liquidatio in carcer.* verſ. *ad-
de, & ſciatur fol.* 159. in impreſſis in *an-*
Conſt. Cæſari Spec. Peregr. qq.

no 1627. Ftee. *par.* 16. *quæſt.* 1. *fol.* 194. &
4 addunt, quòd hi teſtes debent eſſe roga-
ti ad actum ſolutionis, vt dicit Rouitus in
rubr. de liquid. inſtrum. num. 30. & *Addit.*
ad Galterium *loco cit. ſub num.* 57. & ſi
creditor replicaret oppoſitũ, & *quod vult
producere teſtes in cõtrariũ nõ eſt audiẽdus.*
5 Licèt omnis dilatio in iudicijs ſit cõ-
munis, quia hoc verum eſt quando talis
dilatio eſt ordinaria, non promptuaria,
quia dictus *ritus* admittit dictam proba-
tionem in promptu ad inſtructionem Iu-
dicis ad temperandum rigorem *ritus* tã-
tum, vt debitor conuentus per dictam
promptuariam probationem euitet car-
ceres, & propterea depoſitiones teſtium
ſic examinatorum non publicantur, ſed
illarum vigore decernitur, quòd non
procedatur via *ritus*, ſed via ordinaria, &
poſtea in iudicio ordinario dabitur ter-
minus ad probandum incumbentia, ita
Franciſc. Anton. de Iudic. Robert. *de li-
quidat. inſtrum. conſider.* 4. *ex nu.* 53. *&* 54.
& ex eo Galter. 2. 3. *& vlt. par.* verb. *vel
facta liquidat. poſt num.* 92. in impreſſis de
anno 1593. *fol.* 238. Sed difficultas eſt,
6 an ſi in inſtrumento adſit pactum iureiu-
rando firmatum, quòd ſolutio non poſ-
ſit probari per teſtes cum renunciatione
l. teſtium, C. de teſtib. quã Iuſtinianus ſan-
xit, quòd quando debitum eſt contra-
ctum in ſcriptis, *eius ſolutio probãda eſt per
ſcripturam, vel quinque teſtes idonei, et ſum-
mæ, atque integræ opinionis præſto fuerint
ſolutioni celebratæ, hique cum ſacramenti
religione depoſuerint ſub præſentia ſua de-
bitum eſſe ſolutum.* ex ratione decidendi
7 tradita à Iuſtiniano initio ipſius *legis*, vt
*reſecaret quanto eſſet poſſibile teſtium faci-
litatem, per quos multa veritati contraria
perpetrantur.* vt habet Decius *conſ.* 101.
quod eſt inſertum in *ſumma Rolandina
fol.* 623. Aymo *conſ.* 56. Cartarius *deciſ.* 9.
Scaynus *deciſ.* 69. Schrader. *de feud. par.* 9.
2. *par. princip. ſect.* 13. *num.* 22. Foller. de
cenſib. verſ. *quæ quidem executio, num.* 57.
fol. 541. Anton. Fab. C. *de teſtib. definit.* 22.
& 23. Robert. *dicta conſid.* 4. *ſub num.* 55.
qui videtur circa dictã in *legem* habuiſſe
eundem ſenſum, quem Ant. Fab. & mul-
8 ti dixerunt tale pactum impedire quin
teſtes Curia pro Tribunali ſuper ſatiſ-
ſa-

factione non recipiantur,& recepti non impediunt carcerationem, vt deciſum refert Vrſill.ad *deciſ.298. num.4. Afflict.* & Sanfelic.*dec.185.n.6.* Franch.*dec.361. num.*4.& Addit.ad Galter.*fol.159.* ante num.40.in impreſſis in *anno 1627.*quam quæſtionem diſputauit Frec. in *add.ad d. conſider.4.Franç.Ant. de Iud.Robert.* poſt *num.53.fol.399.* deducentes omnes; hoc ab illa famigerabili quæſtione poſita per Hoſtienſ.in *ſumma de renunciat.§.quæ poſſunt,num.*4. verſ. *quid de pacto quod creditores;*an valeat pactum,quòd ſolutio nõ poſſit probari niſi per ſcripturam.Et quia Hoſtienſis, poſt quam probauit non valere, non quia tale pactum ſit contra ius
9 publicum; (id enim vt putauit Sanfelic. nunquam dixit Hoſtienſ.) ſed quia *tale pactum eſt inductum propter communẽ vtilitatem,* quia vſus teſtium *frequens eſt, & neceſſarius*. ſubdit hęc verba,*Dixit tamen Azo, quod benè valet renunciatio.* ex hoc Interpetres ſciſſi ſunt in duas partes, aientium ſcilicet,& negantium. Ita vt re vera vix ſciri poſſit quę ex his ſit magis cõmunis,licèt Viuius *lib.2. commun.opin. opin.*209.communiſſimam dicat,& Mynſinger.*cent.1.obſeru.*5. & in hanc videtur propẽſus Ant.Fab.*d.definit.23.* ſcilicet ꝙ tale pactum non teneat. Sed diſtinguendum putat an contractus ſit in ſcriptis, an verò inſtrumentum de contractu ſcriptum ad probationem. Sed ex Gutierez *de iuram. confirmat. cap.66.f.231. par.1.* Seraphin.*de priuileg. iuram.priuil.* 34.Vinc.Mancinus *de effect.iuram. effect.* 106. fol. 331. propter authoritatem Speculatoris, quem ſequuntur ob religionem iuriſiurandi, dicunt pactum eſſe ſeruandum, vt etiam tenet Sanfelicius
10 *d.deciſ.185.*Sed fortè malè hunc articulum applicauerunt ad caſum noſtrum. Doctores enim loquuntur in iudicio *ordinario,*& in his terminis diſputarunt articulum, & in his Maſcardus tranſit cum Speculatore *de probat. concluſ.380. nu.9. & 10.* & Gutierez ipſe negare non potuit,quòd Speculat.(*tit.de probat.§.videndum,num.6.fol.627.*) nullum habet contradicentem,in conſilio ſuo,vt dicit ante num.6. fol.231. Conſilium Speculatoris, quod ſequuntur Doctores ſolemniſſimi; hoc eſt Io:Andreas, Baldus,Lapus, Felinus, Cepolla, Alexand. & alij,licèt
11 dicat iuramentum eſſe ſeruandum; tamẽ conſulit vt pars procuret (ſi potuerit) vt teſtes recipiãtur Iudicis officio,quod diſplicuit Gutierez, quaſi quòd procurando vt hoc fiat per Iudicem ex officio, adhuc pars per Iudicem cooperando cõtraueniat iuramento, & Deum offendat.Sed inſipidè loquitur; ſi ſolutio debiti fuit vera,effectiua,ac realis, & debitum verè fuit ſatisfactum; tunc enim per ſatisfactionem omnis obligatio, omne iuramentum ſublatum fuit, neque Deum olim debitor offendit, ſed ſe defendit aduerſus creditorẽ, à quo calumniatur, & petit debitum iã ſolutũ; quod ſemper licitum eſt etiam per inſidias,nos ſupra cum *gloſſa* recepta,Sancto Thoma, & *alijs in quæſt.*45. num. fin. Sicque ſtat dictũ conſilium doctiſſimi Speculatoris; Procederet dictum Gutieres,ſi teſtes,qui de ſolutione deponerẽt, verum eſſentia-
12 liter non dicerent.Dixi, quòd malè applicatur ad caſum impediendi liquidationem, & euitandi carcerationem, & pænam.Quia ſi omnis,& qualiſcumque probatio, quæ inſtrumentum inturbidat, impedit carcerationem, & ſolutionem pœnæ, ſaluis parti iuribus in iudicio ordinario, vt habet Freccia *par.16.quæst.1. num.10.& 11.fol.* 194. & nos *ſupra q.46.* ſi admittuntur teſtes abſque termino,ſolum ad inſtructionem, vt temperetur *ritus* rigor; de illo pacto ſolum in iudicio ordinario diſceptandum eſt, non in illo executiuo;maximè ſi ex arbitrio prudentis Iudicis, ex qualitate debitoris, & creditoris olfaceret ſolutionem oppoſitam non eſſe fictam, ſed eſſentialiter veram. & ideò malè dicit Rouit.quòd dicti
13 teſtes in illo actu recipiendi debeant eſſe rogati, & peius alij quòd debeant eſſe quinque iuxtà *d. l.teſtium.* vndè Galter. valdè practicus in hac materia vlterius non conſiderans dixit tale pactum nullo modo valere *d.fol.238.* quòd intelligendum eſt in illo actu interrogationis, & vltimo peremptorio; ſecus in iudicio ordinario, in quo per quinque teſtes omni exceptione maiores iuxta *d.l.teſtium*, & communẽ opinionẽ, quòd propter iura-

men-

mentum valeat pactum, Et ideò recurrendum ad conſilium optimum Speculatoris, vt veritas clareſcat, quia Deus veritas eſt, *cap. fin. de præſcript.* quia dolo facit qui petit quod reſtiturus eſt, *cap. dolo de regul.* quia iam euanuit iuramẽtum per ſolutionem debiti, eo quia creditor eſt periurus, & calumniator, vt dicit *d. ritus* 175. Hac cautela vſus fuit

14 S.R.C. in cauſa dictorum de Mezomonaco, cum dicto Duce Caſulæ, qua fortè poſtquam ad ſupplicationem Regni fuit attributa apochis Banco directis via executiua in anno 1588. fuit vnquam aliàs practicata; Siquidem cum nos pro confirmatione inhibitoriæ factę, vt in *quæſt.* 45. *num.* 3. & 4. vehementiſſimè inſtaremus inculcantes apochas etiam eſſe ſatisfactas; S. R.C. antequam confirmaret decretum inhibitionis, eadem mane vocauit partes in Aula, quatenus veſpere adduceret Mezomonaco teſtes in domo cauſæ Commiſſarij, qui de dicta ſatisfactione deponerent, & iurarent in faciem dicti Ducis Caſulæ, prout fuit executum, & recepti quatuor teſtes, qui licèt non concludenter: modo tamen à Freccia vt ſupra, & in *quæſt. præced.* à me relato, de ſatisfactione depoſuerunt. Et die ſequenti iterum relata cauſa in Aula fuit decretum inhibitionis confirmatum, vt in *quæſt.* 45. Quando fuit ordinatũ, quòd reciperentur teſtes; aderant in Aula caſualiter ibi reperti Conſiliarij *Hodierna*, & *Apicella*, qui fuerant Iudices M.C.V. ſicut & fuerant *duo* alij ex propria Aula, nempè D. Boliaga, & D. Iannattaſius Commiſſarius, qui id paſſim practicauerant in cauſis liquidationis inſtrumentorum, vt ſupra oſtenſum eſt.

15 Sed hæc inſolita prouiſio mẽtes omnium exturbauit, & pars adeò excanduit, vt adiret Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Proregem, quòd in cauſa ciuili teſtes recepti fuiſſent ante dationem termini, & iurati in faciem creditoris, vt exindè propoſita per Ducem Caſulæ quæſtione de Commiſſario, ſcilicet quòd in cauſa procedere deberet, Conſiliarius Pepi de alia Aula; Dominus Prorex, vt in *ſequent.* videbitur, mandauit vt procederet tertius, nempè *Dom. Roſa.*

16 Sed non iure, vt reor, fuit dicta noua prouiſio improbata, ac exprobata, ſiquidem ſi adfuit in illa aliquid grauaminis, fuit contra apochas ſcribentes, nõ contra creditorẽ. Quòd ſic probatur euidenter. *Ritus* in liquidatione inſtrumenti concedit vt recipiantur teſtes, Curia pro Tribunali ſedente in vltimo peremptorio poſtquam *debitor* fuit *citatus*, poſtquam creditor *præſentauerit inſtrumentum* ad ritus formam; ſed Dux Caſulæ non citauerat vigore apocharum, immò illas in iudicio non produxerat, etiam ſi nulla eſſet facta pręuentio ex parte ſcribentis, etiã ſi præſtita fuiſſet fideiuſſio; al-

17 legãdo ſatisfactionẽ erat dandus terminus, & recipiendi teſtes ſuper illa per ea, quæ diximus in *quæſt.* 46. num. 14. & in puncto ſcribit Anichinus *c.* 1. *quæſt.* 5. *poſt n.* 83. ibi: *aut antequam quis conueniatur, ita enim propriè præuenietur, & hoc in caſu nemo eſt qui non nouit, paſſim debitores admitti vt petant apochas exhiberi, & aduerſus illas opponere, quæ velint, ita vt dum pendet oppoſitio aduerſus apocham, illius impeditur recognitio, & executio.* Quãtò magis non poteſt exprobari prouiſio, eo quòd præuentio erat formiter facta. Niſi exprobetur, quòd terminus ſtante præuentione debebat dari ſimpliciter, & non recipi teſtes illo modo, cum nulla neceſſitas vrgebat; quia vigore apocharum Mezomonaco non erant actincti, neque ille in actis præſentatæ, non facta inſtantia, vt verificarentur, vel recognoſcerentur. In eo autem quòd ſubdit

18 Anichinus, quòd dum pendet oppoſitio aduerſus apocham impeditur recognitio, & executio, lubricè loquutus eſt; niſi creditor paſſus fuerit fieri publicationem vt in *q.* 45. Nullũ ergo in prouiſione illa adfuit grauamen erga creditorẽ.

19 Et vniuerſim quòd Iudex maximè ſupremus poſſit ſe informare, & teſtes recipere ad ſuam inſtructionem; ſiquidem Gutierez *loco cit. par.* 1. *de iuram. confirm. cap.* 66. ante *num.* 6. qui noluit ſequi prædictum conſilium Speculatoris; dicit, quòd licèt Iudex in cauſa priuata non poſſit impartiri officium ſuum non petitum iuxta regulam Iuris in *l.* 4. §. *hoc autem iudicium, ff. de damn. infect.* fallit ſi

hoc fieri decernat ad eruendam veritatem, Et quòd Iudex vbicumque ſibi viderit, poſſit recipi facere teſtes ad ſuam inſtructionem, Bald. in *l. certum*, *col.* 2. verſ. *item opponis*, C. *unde legitim.* Maranta in 1. *membr.* 6. *par. num.* 20. Sanfelic, in *praxi ſect.* 50. *num.* 14. verſ. *quintus caſus eſt*, & alij innumeri apud Farinac, *qu.* 66, & 67. tàm ante terminum, quàm poſt terminum, immò poſt publicationem, vt in *ſeq. quæſtiunc.*

In nullo ergo in dicta noua prouiſione pars fuit grauata, immò grauatus Mezomonaco. Si pars ante exhibuiſſet apochas, ſi ante citaſſet, procederent quę diximus *in præced. quæſt*, Sed re integra, & tantò magis facta præuentione formiter; iſta noua prouiſio non erat neceſſaria, ſed dandus terminus ſimpliciter; quòd ſi ante publicationem creditor exhibuiſſet apochas, nullo modo ſuperſedendum *in via executiua* (*niſi eſſet formiter facta præuentio*) *vt in præced.* Nõ iure ergo ſuccenſum cauſæ Cõmiſſario, ab his, qui rationibus deſtituti ad authoritatem, poteſtatemq. deſiliunt P. Famianus *de bello*
20 *Belgico decad.* *lib.*

ARGVMENTVM
Quæſtiunculæ.

An fuerit iuridica *deciſio*, ſiuè *prouiſio* S.R.C. qua in cauſa præſẽti, vt poſt non ſolum didicita teſtificata, ſed poſt concluſionem, & poſt monitum ad dicẽdum ſuper expeditione cauſæ; Immò illa relata interrogauit teſtes actoris iam examinatos, vt declararent eorum dicta; & æquiuocam depoſitionem per eos factam, & de declaratione fieri mandauit per actorum magiſtrum publicum actum, quòd licèt obtentum ab authore; tamen aperit quid in hoc articulo ſentiat.

SVMMARIVM.

20 *Deciſio S.R.C. qua fuerũt iterum interrogati teſtes poſt concluſum in cauſa, immò illa relata, & n.* 21.

22 *Conſuetudo quòd teſtes interrogentur poſt didicita teſtificata eſt contra ius.*

23 *Poſſunt iterum interrogari à Iudice ex officio, & non ad inſtantiam partis.*

24 *Iudicium Authoris in dicto articulo.*

QVAESTIVNCVLA.

FVit etiam memorabilis prouiſio Sac. R. C. facta Februarij 1653. in cauſa Venerab. Monaſterij Sanctæ Mariæ Matris Dei Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis ex perſona Fratris Ioannis Mariæ Monteſani in eadem ſacra Religione profeſſi, contra Catherinam Marchetti, in Banca Lombardi pro Cioffo, Scriba Tuccio; teſtes enim monaſterij depoſuerant, quòd poſtquam teſtamentum fuit clauſum, & ſutum Franciſcus Monteſanus teſtator illud ſubſcripſit quod erat impoſſibile non ſolùm ſecundùm quid, ſed ferè ſecundùm naturam. Dixi ego non ſolùm poſt publicationem in cauſa, ſed poſtquam erat introducta, vt expediretur. Quòd ſi S. R. C. haberet hoc pro falſitate, aliud nõ occurrebat; Si verò ex ſocordia examinatoris id contigiſſe putabat, iterùm interrogaret eoſdem teſtes, & ſic fuit prouiſum; & viſo, quòd re vera fuit æquiuocatio examinatoris, iuſſit de hoc per actorum magiſtrum fieri actum in proceſſu; declararunt enim teſtes vidiſſe teſtatorem ſubſcribere, & poſt ſubſcriptionem fuiſſe clauſum, & ſutum. & 10. Februarij 1653. per ſententiam S.R.C. declarauit teſtamentum prædictum validum, & iuſſum M.C.V. conſignari copiam preambuli ad beneficiũ
21 dicti monaſterij. Iudices fuerunt DD. Franciſcus Antonius Muſcettula, D. Andreas de la Torre, Antonius Capiblancus,

cus, & Io. Maria Campana Commiſſarius: Et licèt non paucis, & etiam ex Senatoribus dicta prouiſio fuit viſa quaſi dura, ex doctrina Aretin. in *cap. per tuas, num. 6. & 7.* Abb. *num. 1. col. 2.* verſ. *ad inſtantiam autem partis,* Hoſtienſ. *num. 4.* verſ. *ad inſtantiam autem partis, ext. de teſtib. gloſſ. in d. cap. per tuas,* in verſ. *interrogati, in fin.* vbi dixit, quòd licèt de conſuetudine quidam Iudices interrogent teſtes etiam ad petitionem partium, talis tamen conſuetudo eſt contra ius, ſic Butrigar. in *cap. licet cauſam, num. 14. de*
22 *probat.* & in *cap. cum clamor, num. 5.* & ibi etiam *Felin. num. 3.* Imol. *num. 1. in 1. notab. de teſtib.* Conradus *in pract. in tit. de teſtib. rubr. de dub. d. num. 37. in 2. declarat. fol. 130. col. 1. & col. 2.* verſ. *ſi non admittit.* Sed hi intelligendi ſunt quando id fieret ad inſtantiam partis, ſecùs ex Iudicis officio veritatem inquirentis, vt dicunt in *d. cap. cum clamor,* gloſſ. *magna* in verſ. *ita depoſuere, ext. de teſtib.* Bellamer. in *cap. fraternitatis, num. 28.* verſ. *idem vbi Iu-*
23 *dex ex officio,* Henric. *num. 11.* verſ. *idem vbi Iudex ex officio,* Addent. ad Abb. *n. 11. liter. B.* Marianus *num. 167. extr. de teſtib.* Bonifac in *clem. 2. num. 153. de teſtib.* Bart. *in auth. atqui ſemel, num. 37.* & ibi *Addit. num. 13. lit.* C. in princ. Salicet. *nu. 5. in fin.* verſ. *item fallit quando primi,* Io. Siccard. *num. 16. C. de probat.* Specul. *in tit. de teſt. §. ſatis vtiliter, num. 3. in fin.* verſ. *7. ſi obſcurè, & confusè depoſuerint,* Nell. *in tract. de teſtib. num. 123. in 6. caſu,* Crotus de *teſtib. num. 268.* verſ. *ſextò fallit,* Marſil. in *l. 1. §. ſi quis vltro, num. 68. ff. de quæſt.* Pract. Conrad. *de teſtib. rubr. de receptione teſtium poſt terminum, num. 47. fol. 136. col. 1. in 8. limit. & fol. 137. col. 1. fallent. 9.* Sanfelic. *deciſ. 313. num. 6.* qui allegat Ranchin. ad *deciſ. 224. Guidon. Pap.* & Franch. *dec. 371.* licèt caſus, in quo loquitur Franchis, ſit diuerſus, vide Gabr. *de teſtib. concluſ. 27. num. 17.* verſ. *contrarium,* & Monticul. in *rubr. receptio teſtium an post publicationem fiat, fol. 177. col. 1.* verſ. *final.* Ego neutram
24 partem ſequerer indiſtinctè; vt paſſim, & in omni cauſa poſſit Iudex interrogare teſtes, vt dictum ſuum declarent poſt publicationem, vel concluſionem; eſſet enim res valdè periculoſa, & ex qua non pauca inconuenientia reſultare poſſent. Sed vbi æquiuocatio, & error eſſent quaſi euidentes; vbi res eſſet magnopere inueriſimilis, & nullus caderet timor ſorditudinis, ſequi poſſet opinio glo. Aegid. & aliorum, vt ſecutum fuit S.R.C. in cauſa prædicta.

ARGVMENTVM.

Si vnus ex Senatoribus, qui vti Commiſſarius proceſſerat in cauſa, fuerit à Principe remotus, & alius Commiſſarius illius loco ſuffectus, & primus vti de eadem Aula interuenit poſtea in eadem cauſa in aliquibus actibus, poterit per partem ex eo quia fuit remotus, formiter ſuſpectus allegari. Declaratur Rouitus cōſ. 9. & Sanfelic. deciſ. 79. Refellitur diſcurſus Thori in ſupplem. verb. ſuſpitio notoria; & qua ſemita deciſio ab eo relata poſſit excuſari; cum dec. S.R.C.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſarius remotus à Principe abſque cauſæ cognitione an remaneat ſuſpectus in eadem cauſa, ut non poſſit in illa interuenire, & n. 2.*
3 *Iudex, à quo appellatur, redditur ſuſpectus, & quare.*
4 *Commiſſiones generales non poſſunt fieri de iure communi, & factæ qualiter intelligi debeant.*
5 *Deciſio Sacri Regij Conſilij.*

Digitized by Google

6 *Cauſæ ſuſpitionum indicantur cum tribus Iudicibus, & an benè.*

7 *Grauamina iudicialia non ſunt materia ſuſpitionis in eadem cauſa.*

8 *Liſta inconſidentium Iudicum non debet vt antea dari, ſed ſuſpiciones proponendæ formiter, etſi hoc ſemper ſeruatum.*

9 *Qui nuper ex motu ſuo poteſt renocare cōmiſſarium, & alium ponere. Et quando hoc etiam faciat Præſid.S.C.*

10 *Iudex, qui interuenit in cauſa, non poteſt amplius recuſari, etiam ſi ſuſpicio ſit notoria, & num.* 11. *&* 12. *& per totam quæſtionem.*

13 *Refellitur allegatio Conſiliarij Palmæ, & quomodo ſaluari poteſt deciſio in illa cauſa, n.* 14. *&* 15.

QVÆSTIO XLVIII.

1 INter alia capita recuſa-
tionum Iudicum poſuit
Reg. Sanfelic. ſi idem
Iudex fuerit aliàs re-
motus abſque legitima
cauſa, ſed tantum ob in-
confidentiam à negotio ei delegato
ab Excellentiſſimo Prorege ad petitionē
eiuſdem partis, vt in *deciſ.* 79. addit cau-
ſam, quia dedecus reputatur aliquem à
negotio remoueri, *l. teſtamento centu-
rio, in gloſſ. fin. ff. de manumiſſ. teſtament.* &
quòd aliàs iunctis S.C. & Reg. Cam. in
cauſa D. Iuliæ Vrſinæ cum Illuſtr. Comi-
te Saponariæ, iudicarunt non debere in-
teruenire aliquos Iudices, qui in cauſa
prædicta per prius fuerant dati incōfidē-
tes, non obſtante, quòd Regium reſcri-
ptum superuenerat, quòd illa cauſa de-
cidatur per omnes Iudices S.C. & Regiæ
2 Cam. quam cauſam defendit Rouit. *con-
ſil. 9. volum.* 1. ex recurſu enim habito ad
Principem per viam querelæ, Iudices
magnopere vt plurimum contriſtantur,
& inueſtigant occaſiones velle vlciſci, al-
legat aliqua Iura Dom. Galeota *contro-
uerſ. 39. num.* 34. verſ. *verum*, quem laudat
Larrea *alleg. fiſcal.* 118. & quòd ex appel-
3 latione Iudex efficiatur ſuſpectus adſunt
Iura expreſſa in *cap. cum hæc 6. & cap. pro-
poſuit 24. de appellat.* Sanfelic. *dec.* 86. Ga-
leot. *d. controuerſ. 39. ante num.* 35. ſed in
diuerſa cauſa, non in eadem. Hinc cum
dictus Illuſtr. Dux Caſulæ aſſereret ſe
notabiliter grauatum ex geſtis per Reg.
Conſil. Iannattaſium, virum quidem Deū
timentem, propoſuit coram Spectab.
Præſide S.R.C. non eſſe coram eo proce-
dendum, ſed in alia Aula, & coram Reg.
Conſil. Pepi, ex quo omnes cauſæ hære-
ditatis Thomæ de Aquino eius patris
erant illi Reg. Conſil. & in alia Aula cō-
miſſæ. Sed replicato, quòd prius D. Ian-
nattaſius citauerat, item quòd illa com-
miſſio erat nulla contra Reg. *Prag. 2. de
4 delegat.* vbi commiſſiones generales pro-
hibitæ ſunt; quod etiam iure communi
cautum eſt, vt eſt *text. in cap. fin. cum gloſſ.*
ſynodali, & recepta in verb. *adfuturas, de
reſcript.* etiam ſi commiſſio haberet clau-
ſulam, cauſas motas, & mouendas, Mar-
cheſanus *de commiſſ. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 56.
fol. 157. non poteſt enim comprehende-
re niſi cauſas expreſſas in primo citato-
rio; ex hoc enim iuris ordo conuertere-
tur, vt non ſemper actor ſequeretur fo-
rum rei, & alia per dictam ſollemnem *glo.*
& Marcheſ. locis cit. prouidit vt conti-
nuaret in procedendo D. Iannattaſius: à
qua prouiſione cum appellaſſet (iuxta
modernum vſum) ad Illuſtriſs. ac Excell.
Proregem, & in Reg. Collaterali pleniſſi-
mè cauſa diſcuſſa emanauit decretum,
quòd in cauſa prędicta procederet Dom.
Conſil. Ioſeph de Roſa, de quo ſupra
quæſt. 18. num. 3. Princeps enim non al-
ligatur, ad *l. vt fundus, ff. commun. diuid.*
non petierat Dux Caſulæ vt eleuaretur
D. Iānattaſius, & daretur alter Commiſ-
ſarius in eadem Aula; hoc enim morali-
ter erat impoſſibile, niſi per viam recuſa-
tionis formiter, cum iuſta cauſa, & depo-
ſito pœnæ, vt infra, & ſupra *qu.* 13. *nu.* 32.
ſed vt procederet Dom. Pepi, in alia Au-
la D. Marchionis Oliueti Cōſiliarij Ciof-
fi. Proceſſit ergo iuxta dictum decretum
Principis D. Roſa, & interpoſuit decreta
in aula, de quibus in *quæſt.* 45. 46. & 47.
poſtmodum menſe Iulij Dux Caſulæ re-
cuſauit formiter facto depoſito ducato-
rum ſexaginta pro pœna præfatum Dom.
Iannattaſium. Septem, vel octo capitibus
propoſitis, quæ intra aderat quartum,
quòd idem D. Iannattaſius cum eſſet Cō-

miſſarius eiuſdem cauſæ, fuit à Principe remotus, & ſuffectus D. Roſa; & quòd licèt Regium Collaterale Principi aſſiſtẽs non remouerat ex ſuſpicione ſcripta, vel formiter propoſita; negari non poterat, quòd fuit ob querelas oretenus eiuſdem Ducis, qui prædicta figurata grauamina ſuggeſſerat; Ponderabat etiam in libello appellationis à decreto D. Præſidentis dixiſſe, dictum D. Paulum Iannattaſium fuiſſe à Mezomonaco vt haberetur in Iudicem affectatum; dicebat etiam decretum Principis, quo fuit remotus, & poſitus Dom. Roſa dicere ex cauſis; & quòd cauſæ erant prædictæ querelæ ſaltim voce propoſitæ, quæ licèt non poterant legi in proceſſu, negari non poterãt oretenus eſſe Principi propoſitas, cum videbatur effectus earum; Commiſſarius
5 enim erat iam remotus, & poſitus alter. Sed his non obſtantibus Iouis 23. Augusti 1663. licèt magnificus Carolus Mancus eruditus Doctor Licienſis, in his cauſis ſuſpicionum mirificè verſatus benè voce, & ſcripto ſuſpicionem defendiſſet; obtinui ego, quòd D. Iannattaſius interueniat, & Dux Caſulæ ſoluat pœnam; votantibus Ill. Marchione Latertiæ, D. Antonio Perez de Nauarrette Equite Ordinis Sãcti Iacobi, & ſuæ Aulæ Præfecto, & DD. Reg. Conſil. Franciſco Rocco, & Ioanne Baptiſta Hodierna Commiſſario, viris de noſtra legali Iuriſprudentia optimè meritis, vt eorum ſcripta demonſtrant; quia etſi vehementiſſimè inſteteram, vt Dom. Præſidens daret adiunctos ad dictã ſuſpicionem decidẽdã; cauſa enim, vt in tribus *præced. quæſt.* vidiſti, erat maximi momenti, & in ore totius Ciuitatis; & ſic non debebat per tres Iudices decidi; (alij duo de eadem Aula D. Nauarrete ſcilicet, DD. Carauita, & Cangianus erant adiuncti in cauſa principali, vt in *d. quæſt. 46. & 47.* exindè in hoc incidenti interuenire non poterant)
6 tamen voluit vt ſeruaretur *Prag. 18. §. 2. de ſuſpic. Official.* (quæ ex certa emphaſi videbatur promulgata in odium ſuſpicionum, quaſi quòd ſuſpicio non eſſet remedium ſanctiſſimum; licèt quandoq; homines vt in reliquis etiam in Sacramentis illo abutantur, vide *d. q. 13. n. 32.*

Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.

non animaduertens, quòd vnus Iudex ſuſpectus poteſt à fundamentis euertere vnam domum, & deſtruere vnam familiam, & quòd de iure ciuili recuſabatur ad iuramentum partis, & iure canonico ſolùm probata cauſa abſque pœna) & licèt ego inculcarem cum *deciſ.* 81. Rouiti, quòd ſi Iudices futuri non eſſent conformes, nulla etiam futura eſſet eorum determinatio ex defectu iuriſdictionis; duo enim Conſiliarij non poſſunt votare cauſam, quæ excedat bis centum aureos; ſi erant conformes, publicabantur vota ſcilicet fuiſſe conformia. Tamen vt dixi, noluit dare adiunctos, & ſic tres Domini dictam ſuſpicionem reijcierunt, vt ſupra. Reſcitum poſtea fuit Ducem Caſulæ iterum conueniſſe Principem, conqueſtus, quòd vota non fuerunt conformia, Ratus ex dicta *deciſ.* 81. Rouiti, fore concedendam reclamationem (quæ in cauſis ſuſpicionum cum omni alio iuridico remedio eſt prohibita ex noſtris *Pragmat. Sanctionib.*) ſed habita oretenus relatione, vt reſcitum fuit; aliud in negotio non fuit actum, & D. Iannattaſius cõtinuauit interuenire. Et ſanè omnia dicta per Dom. Mancum, manca eſſe oſtendi. Siquidem quoad alia capita ſuſpicionum fundata in prætenſis grauaminibus dixi nullam habendam eſſe rationem, cum ex regula generali; quia capita iudicialia grauaminum non ſunt materia ſuſpitionis in eadem cauſa, vt habet Aufrer. in *tract. de recuſ. in 45. cauſa, verſ. ad-*
7 *uerte, quod Bartol.* & Sanfelic. *d. deciſ. 86.* tum quia illa, quæ dicebat grauamina ſcilicet inhibitio, & alia ſimilia, gratis aſſerebantur talia; quia alioquin S. R. C. illa non confirmaſſet. Remanebat ſolum reſpondere ad dicta per Sanfelic. *d. deciſ. 79.* & Rouitum *d. conſ. 9.* quę paruo negotio euelli.
8 In *Pragmat. 4. de dilationib.* quam vocant *delli 29. capi,* editam 11. *Maij* 1612. à Prorege Comite de Lemos ad primum caput, in quo dicitur, quòd cum petuntur adiuncti à Principe, *non ſe debbia dare dalle parti liſta alcuna d'inconfidenti, come per lo paſſato s'è uſato, poiche s'è viſto quante dilationi ſe cauſano da queſto, & che le parti con varij artificij quaſi veninano lor o*

ad

ad eliggerſi li Giudici,&c.quod procedere etiam iure communi fundat Rouitus d. *conſ.9*.num.2. & licèt hæc Pragmatica id prohibuerit, tamen quia Princeps legibus ſolutus eſt, nunquam DD. Proreges ſucceſſores tàm exactè dictam Pragmaticam cuſtodierunt, vt prohibito per ſchedulas(viglietti)vocant, per Scrinium (Scriptorio) ad petitionem partium ad nutũ non remouerint Iudices vti inconfidentes. Et licèt Dominus Noſter Rex ſuis literis hoc pluries prohibuerit, & prohibeat; ego vidi ſchedulas D. Comitis Ognati,& aliorum, quibus Iudices nõ propoſita ſuſpicione formiter vt ſupra fuerunt remoti. Caſus ergo Rouiti,& Sãfelicij fuit dicto modo:& ſic Iudex dicitur verè recuſatus, & ſuſpectus declaratus; licèt alia forma, quàm Pragmaticæ ſtatuerunt. Sufficit enim eſſe iuſſum non interuenire, licèt cauſa non ſit probata, nec factum depoſitum. Vndè ijdem Rouitus num. 3. & Sanfelicius habent hoc pro vera recuſatione num. 3. *Recuſatio enim hæc propoſita, & obtempta ſugillat perſonam Iudicis, & eum acerbum facit; l.fin. §. ſit verò il primo, C. de manumiſſ. liber.*

9 Sed in caſu iſto non dedit eum inconfidentem, non fuit remotus vti inconfidens,ſed ex motu Principis, quia ſic ſibi placuit. Et adduxi exemplum ferè in eiſdem terminis, quod quotidiè videmus practicari à Domino Præſidente Sacri Reg. Conſil. & illud etiam ſcribit Anichinus *de præuent. cap.3. quæſt.3. num.5.* fol.248.ibi,*Si namque vterque ex Commiſſarijs procedat eadem die; nam proceſſus attenditur, non data commiſſionum, ſolemus adire D.Præſidem, qui loco Principis cenſet in his, & is cum omnino res dubia eſt, vni eorum committit, & quandoque excludit vtrumq. quia committit alteri ex Regijs Cõſiliarijs pro libito voluntatis, & ei, per quem vberior ſolet eſſe iuſtitiæ locus.*

In Collaterali etiam hoc aliquoties fuit practicatũ, vt inter duos, eligatur tertius: vndè cum hoc factum fuit ex mero Principis motu,nulla appareret ex actis partis querela ad caſum Rouiti, & Sanfelicij nullò modo inferri poſſe dicebam, & id etiam iure communi Principi licere habetur ex *l. iudicium ſoluitur, ff.de iudic.*vbi Iacobin.Paul.de Caſtro,& Angel.& Alberic.

Secundò dixi tempora ad hoc opponendum nõ largiri,& Ducem Caſulæ, vt in *quæſt.45. in fin.* ſibi præiudicaſſe; paſ-
10 ſus eſt enim poſtquam fuit remotus, vt in cauſa, vti vnus de conſenatoribus interueniret,& pluries interuenit, & votauit. Vndè etiam ſi eſſet formiter remotus, de iure communi, litigans coram Iudice recuſato, vel recuſabili recuſationi renunciaſſe videtur,ſi illum in cauſa interuenire patiatur,textus literalis in *cap.Iudex,de offic.& poteſt.Iudic.deleg.in 6.* ibi, *Niſi de recuſatoris procedat aſſenſu*; & ibi,*Eo volente*, cum *gloſſa* in verb.*aſſenſu*, *Tapia deciſ.40. ex num.60. Ganauerr.deciſ.11.* poſt *Abb.in cap. inter monaſterium, in 3.notab.de re iudicat. Maranta part. 6. Speculat.* verb. *& quandoque appellatur, num.75.* quia tacens,& patiens, & permittens inducit informem conſenſum, qui tantum operatur quantum expreſſus, *Antonin.de Amato reſol.36. num.19.* ex theorica *Dyni in l. qui tacet, de regul. iur. in 6.* Iure autem noſtro peculiari huius Regni ad tollendas omnes diſputationes adſunt infraſcriptæ prouiſiones. Primò *cap.Regni 217.* quod incipit *Prolixitatem* apud *Tapiam libr.3.Iuris Regni, tit.de ſuſpit. Offic.fol.185.* dicit, ſuſpitio-
11 nem nullo modo admitti poſſe poſt litem conteſtatam, etiam ſi dicatur cauſam ſuſpitionis de nouo emerſiſſe; *ſed debere omninò ceſſare, & à Iudice non admitti, niſi dicta Emergens ſuſpicio ſic lucidè liqueat, quòd euidenter, atque notoriè notabiliter ſe oſtendat.* Ergo cum omnia prædicta (*ſi vera eſſent, quod ſemper negatur*) eſſent non ſolum poſt litem conteſtatam,quæ fit ex intimatione libelli, & replicatione intimati; ſed poſtquam ſexies cauſa cum acerrima cauſæ cognitione eſt diſcuſſa, & vltimo loco ſolemniſſimè deciſa; à fortiori admitti non debent, cum *lex* Regni mandet, non debere admitti, etiam ſi poſt emerſerit, niſi lucidè liqueat, atque euidenter, notoriè, notabiliter ſe oſtenderit, quorum nullum

pro-

proponitur ab aduerſario. Sed omnia ante cauſam deciſam, & ab initio iudicij, & nunquam oppoſita, niſi poſtquam perdidit cauſam.

Hoc capitulum ampliatum fuit in anno 1585. per Dom. Ducē Oſſunæ, etiā ſi allegans ſuſpitionem ſit *minor, vel fœmina, vel alia perſona priuilegiata, vel*
12 *Vniuerſitas*, vt illam etiam ſi de nouo iurauerint emerſiſſe, vel antea non habuiſſe notitiam; reddens cauſam, cum *debeant hoc ante concluſionem* (quantò magis ante deciſionem cauſæ principalis, vt eſt in caſu noſtro, quia eſt deciſa, quia eſt ſublatus rigor Pragmaticæ, & datus terminus oppoſitis non obſtantibus, vt in *d. quæſt. 46. num.* .) ſubdit Pragmatica: *Quam allegationem per præſentem omninò reijcimus, & mandamus, quòd non obſtante dicta allegatione ſuſpitionis, ad deciſionem cauſæ procedatur, prout procedi mandamus, abſque quòd interloquatur ſuper dicta ſuſpitione*; apud *Tapiam fol. 187.* quantò magis quia iſtæ non allegantur cum iuramento, vti de nouo emerſa, occurſa decem ab hinc menſibus ante res iudicatas.

Et creſcente malitia allegandi ſuſpitiones hęc in anno 1611. per D. Comitem de Lemos fuerunt ampliata, vt in *Pragmat. 10. §. che le parti tengano obligo*, & poſt intimatam primam petitionem *ullo modo elapſis 40. diebus* quis audiatur ad allegandum Iudicem ſuſpectum, ei ſubdit, *Et elapſi li termini ſopradetti non ſi poſſa proponere altrimente ſuſpitione alcuna per cauſa di preterito, etiam che la parte giuraſſe di eſſerli di nuouo peruenuta à notitia, neque per viam reſtitutionis in integrum, nè per qualſiuoglia altra ragione.* Hęc *Pragmatica* fuit renouata per Dom. Ducem Alcalà, vt in *Pragmat. 18. de ſuſpit. Offic.* quòd ſeruetur ad vnguem, & à Comite Montis Regij in anno 1633. vt in *Pragm. 19.* Cùm ergo nos ſimus in longè fortioribus caſibus, quàm quos Pragmaticæ prædictæ conſiderauerunt; ſi in iſto non obſeruabuntur, vereor an expediat illas vlterius in iudicio allegare.

13 Nec valet vno obulo *deciſio* allegata per Thoro in *ſupplem. fol. 624. à terg. Conſt. Caſari Spec. Pereg. qq.* verb. *ſuſpitio quando eſſet notoria*: quia vel deciſio, non eſt deciſio, vt benè dicebat Carleual, & nos ſupra *quæſt. 44. num. 3.* ſed decretum nullum cum reuer. ob cuius dictum verè integerrimus, ac ſemper limpidus Dom. Regens de Marinis *cap. 44. num. 51. libr. 2.* dixit vt anima Dom. Carleual requieſceret in ſancta pace; & ſi ſaluare eum velimus, alio medio, quo per allegata per quondam amicum, & clientem meum, vt in *quæſtion. 84. libr. 2.* bonæ memoriæ Honuphrium de Palma tunc primarium Aduocatum, deindè Iudicem Magnæ Curiæ Vicariæ, & Regium Conſiliarium, certè defendendū eſt. Dicit enim tempora prædicta currere dumtaxat reſpectu ſuſpitionum, quæ egeant probatione; illæ enim ſunt quæ non poſſunt opponi poſt tempora; & allegat Fontanell. *deciſ. 19. num. 1. & 2.* ex doctrina *Couar. pract. quæſt. cap. 26. num. 2.* verſ. *ſic & poſt*, & Apicella in *tract. de ſuſpitione vnita cum tract. tutamen pauperum, fol. 160.* num. 39. vbi loquens de ſuſpitione proponenda antè concluſionem in cauſa ſeruata forma *Pragmat. 7.* firmat poſſe adhuc recuſationem proponi ſatis poſt concluſionem quando cauſa ſuſpitionis ità eſt notoria, vt nullam exigat probationem, & quòd ita fuit deciſum in cauſa Martini de Arilza
14 cum Maria de Sanctis, vt fol. 625. Sed quàm falſa ſit, à Iuris regulis deuians hæc ratio, lippis non etiam mediocriter inſtructis Iuſdicentibus patet. Siquidem cum ſuſpitio eſt notoria, & Iudex euidenter ſuſpectus, & pars patitur illum in cauſa interuenire, & in cauſa votare; eo euidentius, & enixius conſentire videtur, quàm ſi ſuſpitionis cauſa eſſet dubia, vel incerta, & probationem exquireret, vt Iudex remoueri poſſit. Cùm ergo principium Iuris ſit indubitatum, ex *dict. cap. Iudex*, & alijs *ſupra* ante num. 12. poſſe Iudicem ſuſpectum in cauſa interuenire; *ſi de recuſatoris procedat aſſenſu*, quomodo poſt aſſenſum poteſt pœnitere; dato tamen quòd ſit ſui iuris, & licitè potuit conſentire? Pragmatica

au-

autem vltra *dictum cap. ſi Iudex*, adeò in hoc conſenſu, & patientia fixerunt pedes; vt etiam Eccleſias, Vniuerſitates, ac pupillos ab hac præſcriptione quadraginta dierum excluſerint, vt ſupra in *dict. quæſt.* 13. (vbi vix euinxi, vt non includeretur pupillus non habens tutorem) vt omnem reſtitutionem in integrum, omneque Iuris auxilium pernegarint. Ergo quantò magis ſuſpicio eſt clara, euidens, & notoria, & quis patitur Iudicem recuſandum interuenire, & votare; eò euidentiùs diſpoſitioni legali, & dictorum Iurium huius Regni, ſub nu. 12. allegatorum locum eſſe patebit. Et ſi dicta deciſio, ſiuè mauis decretum
15 ſaluandum eſt, quo fuit Conſiliarius Cioffus Marchio Olіueti vti ſuſpectus in dicta cauſa Arilzæ remotus, iuſtificari poteſt ex quo interuenerat vt Aduocatus, ſiuè Conſultor in cauſa illa. At qui fuit in cauſa Aduocatus, non poteſt poſtea Iudex in illa interuenire, etiam ſi vtraque pars conſentiat, vt in *Pragmat.* 15. §. 18. *de ſuſpit. Official. Il Giudice, che è ſtato Auocato d'vna delle parti, volemo, che non poſſa giudicare nell'iſteſſa cauſa, ancorche conſentiſſero le parti, &c.* Ergo nil mirum ſi fuit prouiſum, quòd non interueniat; ſi enim partes expreſsè non poſſunt conſentire, vt non ſit ſuſpectus; ergo tantò minùs tacitè ex virtuali conſenſu, qui ex patientia vt aliquando interuenerit in votando, reſultauit: & hac methodo me extricaui à dicto errore, quod apud aues, & oues ſupra *quæſt.* 15. Pragmaticorum, ex dicta inſipida *allegatione* apud *Thoro* inſerta erat. vt dicti DD. Senatores contra dictam ſuſpicionem a Iacobo Duce Caſulæ ex dicta fundamentali ratione à me adducta iudicarent.

ARGVMENTVM.

Senatorem, qui cauſam cum Conſenatoribus Iudicauit, translatũ à Principe, ad aliud Tribunal, vt in eo Regij Fiſci patronũ ageret, & fecit fidem de re occurſa in Senatu cum cauſa votaretur: deinde à principe ad primum Tribunal, & in eadem aula ad idem munus Senatorium reſtitutum: non poſſe in cauſa prædicta vlteriùs interuenire; ſed eſſe ſuſpectum, & iure recuſatũ. Sententias, etiam Regias probationes, ac vires recipere a teſtimonio Actorũ magiſtri, qui teſtatur, illas fuiſſe latas, lectas, ac promulgatas. Iudicibus teſtãtibus de re coram ipſis facta, nullo modo credi, etiam ſi ſint ſupremi; quid ſi ſint plures, & in diuerſa cauſa, vel in iudicio appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Nullus in cauſa, quæ fuit, vel eſt Iudex, poteſt eſſe teſtis, & per totam quæſtionem num.* 8.

2 *Quando veritas alitèr haberi non poteſt, benè poteſt teſtificare, & per totum.*

3 *An credatur Actorum magiſtris, qui non interueniant cum votantur cauſæ, & n.* 4. *&* 5.

6 *An robur ſententiæ conſiſtat in lecta lata, &c. an ſit proferenda in ſcriptis. & n.* 7. *an ſit nullitas eius amiſſio.*

9 *Magis eſt neceſſarium officium teſtificandi quam iudicandi, & facilius remouetur Iudex, quam teſtis.*

10 *Iudici facienti fidem de geſtis in cauſa nõ creditur etiam ſi eſſet legatus de latere; & quid in ſummo Põtifice n.* 11. *& quare num.* 12.

13 *In-*

13 *Iudex finito officio non poteſt teſtificari, ſi ex eius teſtificatione ſententia nulla reualidetur, & n. 14.*

15 *Non poteſt eſſe teſtis niſi contra ſe, & in his, quæ reſpiciunt eius vituperium.*

16 *Non creditur ei niſi ſint duo examinati, & Iuncti, ſed in cauſa coram ipſis non creditur ſi eſſet decretũ, & quare nu. 17. & 18.*

QVÆSTIO IL.

1 NVLLVS vnquam præſumat (ſtatuit Fabianus Papa) in *c. nullus* 4. *q.* 4. eſſe ſimul Iudex, & teſtis, ſed per ſe accuſatores, per ſe Iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſquiſq; in ſuo ordine, habet Damaſus itidem Pontifex eadem *cauſa, & quæſtione c. nullus il ſecondo*; idem habetur in *c. ſtatutum* 2. *q.* 6. ibi *qui præſes, vel cognitor fuerit*, cum *gloſſ.* in verbo *cognitor*, vbi dat rationem, quia Iudex ſemper vellet *tueri* ſuam *ſententiam* ita non eſſet ex vtraq; parte, quod eſt officium teſtis, & ibi Archid. declarat quando Iudices teſtificari poſſunt vel de actis cauſę, vel de principali negotio, & dicit contrarijs non obſtare dictum *c. ſtatutum*, quia intelligendum dicit de Iudice, corã quo iudicium pendet; porrò depoſito officio poteſt teſtificari, & quod finita cau-
2 ſa, & in iudicio appellationis in defectũ probationis, ſi ſuper ijs, quæ coram eo facta ſunt induceretur, tanquam teſtis iuratus, benè poſſit admitti, Gloſ. *in c. cũ à nobis*, 28. *extra de teſtibus*; idem habent Bart. & Bald. in *l. ne cum arbitris*; vbi ex dictis Butrigar. *n.* 10. diſtinguit quando Iudex poſſit teſtificare de geſtis coram eo, quod aut cognitio cauſæ, in qua eſt teſtificãdus, coram ſe durat, & non poteſt, quia in eadem cauſa non debet eſſe Iudex, & teſtis in iuriſdictione contentioſa. Aut expirauit cauſa, & tunc in his, quæ reſpiciunt terminum, & deciſionem litis non creditur ſibi, quia eſt ſuſpectus; in alijs verò, quæ reſpiciunt ordinationem Iudicij poteſt eſſe teſtis, ſi expirauit cõpromiſſum, vel per lapſum temporis deſinat eſſe Iudex. Ita etiam diſtingunt omnes *in c. dilecta* 40. *de teſtibus*. Curia *Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.* Philippica, Menoch. Maſcard. Caldas, Pereida, Soccin. Rebuff. Rota, & alij, quos allegat, & ſequitur Barboſ. *in collect. in d. c. cum dilectus*, & in d. *c. cum à nobis de teſtibus*. Hæc, & ſimilia allegabat Ioſeph Centurione, ad effugiendam nullitatem propoſitam per Ill. Principem Squillacis aduerſus ſententiam reſciſſionis contractus, & aſſiſtentiã præſtitam ſuper ſtatu Squillacis contra dictum Principem. Dixeram autem ſententiam nullam, ex quo conſtabat ex Inſtrumẽto rogato manu Actorum Magiſtri, quod vocant, *lecta lata*, &c. interueniſſe Regium Conſiliariũ Io: Baptiſtã Iouinum Decanum, qui non dubitatur eſſe vni ex partibus ſuſpectum. Vnde cũ D. Roſa, de quo ſupra *q.* 18. *& n.* 3. eſſet trãslatus ad Tribunal Reg. Cameræ, vt ibi Aduocatum Fiſcalem ageret; de mandato Principis inſtante Centurione fecit fidem ſcriptam, quod D. Iouinus in cauſa illa non interuenerat, ſed cum tractaretur, & votaretur diſceſſit ab illa aula. Deinde poſt tres, vel quatuor menſes idem D. Roſa memorabili exemplo ſuæ nimiæ animi moderationis, & prę clariſſimæ virtutis, vt dixi in d. *q.* 18. voluit redire, & à *Domino noſtro* obtinuit, vt ad idem munus Senatoris in eadem aula remearet, & licèt non eſſet Commiſſarius, tamen erat votaturus in eadem cauſa, & nuncupatim in eadẽ nullitate; perſiſtebat enim Princeps, Actorum Magiſtro eſſe credendum, & nõ Iudicibus; & quod ſi per impoſſibile eſſet Iudici credendum non poterat vlteriùs in cauſa interuenire, quia ſuſpectus erat per dictã fidem iam factã.
3 Quod erat credendum Actorum Magiſtro; & quod excuſatio, quod cum votantur cauſæ claudantur ianuæ aularum, & quod non ſolùm Actorum Magiſtri nõ interueniunt, ſed neq; Secretarius, ſed ſolùm Senatores, qui cauſam votant; vnde ex *inopia probationum* iuxtà dictum Archidiaconi, Antonij de Butrio, & aliorũ Magiſtrorum, Iudex benè poterat teſtificari. Sed ad hoc primum reſpondebatur, ex illa reſultare duo abſurda, quibus replicari non poteſt, Iudex, qui eſt ſuſpe-
4 ctus, non poteſt non ſolum interuenire dum votatur, quo tempore ianuæ clauduntur, ſed dum cauſa diſcutitur, non

poſſunt intereſſe, & ſi interſint, ſententia eſt nulla, *prag.*40. §. 3. *&* 4. *de off. S. R.C.* cum concordant.

Ergo inopia probationum in hoc cadere non poteſt, cum in aulas turba multa dũ cauſæ diſcutiuntur aſſiſtat, & videntur
5 qui Iudices ſedent. Et ſic ex facto non applicabatur doctrina Dominorum Archidiac. & Anton. vltra quod Hoſtienſis, collect. & ſignantèr Panormit. & alij nõ minoris grauitatis, & ex noſtris Franch. (vt infra) cũ illa ſimplicitèr nõ tranſeunt, vt videbis.

6 Secunda eſt peior: Nam cum totum robur ſententiæ conſiſtat, vt proferatur in ſcriptis, *c. quoniam contra de probat. c. fin. de re iudicata in 6.* per multa *Iura ciuilia*, quæ allegat, & ſequitur Paris *de ſyndicatu*, verbo *ſententia*; vbi plena *additio* in verbo *in ſcriptis*; & de iure Regni adeſt *conſtitut.* quæ incipit *Ab omnibus*, vbi id notant Iſer. Gloſ. & Afflict. etiam ſi ſit ſententia Regis, vt dicit Paris loco citato. Et ſententia nulli dubium eſt eſſe de actis. Et acta nullo modo ſcribi poſſunt per Iudices, ſed per vnum, vel duos notarios, *d. c. quoniam contra*. Neceſſe eſt, vt ad probationẽ ſententiam fuiſſe promulgatam à quibus, vbi, & quando, & coram quibus; de his omnibus rogetur Inſtrumentnm, quod per ipſos Iudices conſtat non poſſe rogari; & ideò ſententia, quæ à prædictis eſſet deſtituta, (ſi vt aliquibus placuit, & forte malè) nõ eſſet nulla; negari nõ poſſet ab eiſdem, quod nullam faceret fidem: poſſet enim de omnibus prædictis, & de numero Iudicum, de loco, de tempore, & de ſubſcriptione ipſius Cõmiſſarij ſemper dubitari. Vnde Synodales DD. dixerunt ex deficientia *lectæ latæ, & promulgatæ*, &c. ſententias eſſe nullas; ita Bart. *in l. fin. C. de ſentent. ex breuil. recitandis*, & Bal. *in l. fideicommiſſa*, §. *quoties*; vbi ad hoc allegat Iacob. de Aret. *ff. de legat. 3.* & quod ſit nulla defendit Muſcatell. *par. 7. Gloſſ. condemnãdo ex n.*19. verſ. *aduerte ad n.* 25. Scaccia *de ſent. & reiudicata Gloſſ.* 17. Siue ergo ſit nulla, ſiuè non; dubitari nullo modo contingit, eſſentiã ipſam ſententię in hoc ſolum conſiſtere, vt de prædictis omnibus non ſolum non hæſitetur, ſed vt de eis pleniſſimè conſtat; & de iſtis vſus introduxit, vt non alitèr conſtare dicatur, niſi per dictum inſtrumẽtũ, quod in calce cuiuſcumq; ſententię rogantur Actorum Magiſtri. Si ergo tale, ac tam
7 neceſſarium inſtrumentum ab ignorante rogaretur, eſſet in qualibet lecta lata cõmittere vnam falſitatem, cum Notarius conficeret inſtrumentum, quod dat eſſe, ipſi ſententiæ; Ignorantèr, non videns id, de quo rogatur, quod eſt abſurdum de abſurdis. Ergo hæc limitatio non applicatur, & ſtamus in regula, quæ ampliari poſſet pluribus modis, & ſignantèr ſi Iudex nõ ſit vnus, ſed ſit collegium; vnus non poteſt alijs de collegio hoc teſtificare, & teſtificans, nihil valet, & deſinit eſſe Iudex.

8 Quod deſinat eſſe Iudex, eſt *tex.* ad literã in d. *c. dilecto* 40. *extra de teſtibus*, vbi pars ipſa, quę volebat Aterebatenſem Decanum vnum ex *tribus* Iudicibus propter probationum inopiam inteſtem in illa cauſa adducere petijt à Pontifice, vt aliũ Iudicem ſubrogaret in locum dicti Decani. Et Papa ſtante dicta ſuſpitione, quod futurus erat teſtis dictus Decanus Iudex datus, ſubrogat Abbatem Vrſicampi loco ipſius Iudicis, qui futurus erat teſtis. In quo loco omnes Canoniſtæ dicunt, quod Iudex, qui teſtificaturus eſt, vel teſtificauit in cauſa, eſt impoſſibile, quod in eadem cauſa ſit Iudex, Innocent. *n.* 1.
9 & 3. vbi dicit, quod hoc *eſt impedimentũ iuris*, vbi Abbas n. 3. dicit, *quod officium teſtificandi eſt magis neceſſarium, quam officium iudicandi; nam repellitur quis à munere iudicandi propter actum teſtificandi, & hoc quia facilius reperiuntur centum Iudices, quam vnus teſtis; & facilius recuſatur Iudex, quam teſtis*; Idem habet Imola *n.* 2. Henric. *n.* 1. Butr. *n.* 2. 9. & 10. Felyn. *n.* 2. Bald. *n.* 1. alij apud Barboſ. *in Collect. in d. c. dilecto lib. 2. tit. 20. fol.* 538. quod ſtatim remouetur, & eſt ſuſpectus, Specul. *in tit. de teſte* §. 1. *n.* 74. Bar. *in d. l. nec in arbitris. n.* 6. & ibidem Bal. n. 7. Alberic. n. 1. verſ. *circa hoc diſtingue*; Salic. n. 3. verſ. *ſi verò officium non erat finitũ*, Paul. Iacobin. Corn. & alij *C. de arbitris*.

10 Et vltra quod eſt ſuſpectus; & nullo modo poteſt interuenire, non per hoc ei crederetur

deretur

deretur in id, quod teſtificaret quantumcumq; eſſet ſupremus, vt eſt *tex.* in *c. cum à nobis* 28. *extra eod.* ibi: *Diſtrictius inhibemus ne vnius Iudicis, quantumcumq; fuerit authoritatis verbo, credatur, in cauſis*, in quo loco *Gloſſ.* dicit, quod in cauſa vertente coram ipſis, nihil eis creditur; in cauſa verò appellationis, in defectũ probationis, ſi ſuper his, quæ coram eis acta ſunt, inducerentur tanquam teſtes, & iurati, vt ſi dubitaretur, de proceſſu ſatis poſſint admitti, *ſi eſſent duo*, Sed in cauſa,
11 coram eis vertente, vllo modo; ſuper quo tex. Abbas dicit, quod non crederetur Iudici teſtificanti, etiam ſi eſſet *Cardinalis*; & quod maius eſt deſcendit ad *Summum Pontificem*, & dicit ei, indiſtinctè credi, in cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus; & ſubdit: *Sed dubito quid de alijs puta, in cauſis laicorum profanis, & in quibus non poteſt vti poteſtate abſoluta, numquid ſit credendum nudo verbo ſuo, in præiudicium aliorum, & quod non credatur, facit, quod habetur Ioan.* 8., *vbi Chriſtus noluit, quod ſibi crederetur, ſed voluit ſe conformare legi diuinæ, dicenti, In ore duorum*, &c. Et ſubdit *colum.* 3. quod Iudices, aut volunt deponere in forma teſtimonij, & tunc aduerte, *aut volũt deponere in ead. inſtantia, in qua ſunt Iudices, aut in alia. Primo, caſu non poſſunt, quia non debent eſſe Iudices, & teſtes ſimul*, cum alius debet eſſe Iudex, alius teſtis, & alius examinator, & alius examinatus. Quod etiam ſi fuerit remotus ab officio (*eſt caſus literalis*) non poteſt teſtificari, reddit rationem ex
12 Ioanne Calderino per hæc verba: *Præſumitur enim, quod habeat affectionem ad cauſam, ex quo in illa iudicauit, vt ſententia, ſuum effectum habeat* euidentiùs Felynus in d. *c. cum à nobis*, quod nunquam creditur Iudici, *in cauſa, in qua iudicauit*, & dicit, *facias concluſionem, & erit regula, vt eis nõ credatur, quia præſumptio eſt, quod tales velint factum ſuum comprobare, ſicut de procuratore, Aduocato, & proxeneta dicitur, quia propter affectionem ad id, quod fecerunt repelluntur*, & n. 6. quod procedit concluſio non ſolùm quando produceretur ſuper negotio principali, *in quo iudicauit*, ſed etiam vbi ageretur (*& eſt caſus*) ad iuſtificationem ſententiæ ſuæ, & ita

tenent Collectarius, Abbas antiquus, Enricus, Imola Card. Bellarm. & omnes, vno ore, quos laudat Auguſt. Barboſa ſuper d. *c. cum à nobis fol.* 533.
13 Omnia, quæ ex dictis *doctoribus ſolemniſſimè* probauimus, & quæ hodie leguleis nõ arrident; immò vti ignorantiſſimi illos non legunt, habentur etiã ex Frãch. *deciſ.* 185. *ſub n.* 1. in qua Iudex, qui fuerat Cõmiſſarius, fecit (depoſito officio) *fidem*, in qua declarauit votum ſcriptum ſuper proceſſu eſſe verum, & quod videbatur ei credendum, poſtquam fidem facit de eo, quod iſdem fecit; tamen poſt n. 3. contrariũ deciſum refert; Primo, quia Iudex depoſito officio hoc facere non poteſt, etiam declarando, & allegat Bar. & alios. Secundo, quia ſi Iudex poſſet declarare, & atteſtari, hoc poſſet facere
14 quando ex declaratione nõ oriretur noua diſpoſitio; ſed ex hac fide (ſubdit Franch.) oriretur noua diſpoſitio contra fiſcum, quia oriretur ſententia ad fauorẽ inquiſiti, cũ prędicta ſic informiter ſcripta non ſit ſententia; ergo de prædicta fide dicebatur non eſſe habendã rationem, ſic in caſu noſtro ſententia prædicta cum interuentu D. Iouini ſuſpecti, nõ eſt ſententia, quia nulla, manifeſtiſſimè, cum dicta fide oriretur diſpoſitio: ergo. &c.
15 Subdit idem Franch. n. 15. quod regula eſt, quod qui confirmat quando actus eſt nullus, videtur de nouo facere, ſed in caſu, de quo agebatur, prædicta erant nulla, quia facta ordine nõ ſeruato; & ſic videretur, quod ipſe fidem faciẽdo, modo prædicto, prædicta confirmaret, & ex eius confirmatione proferetur ſententia, vnde aliud inconueniens ſequeretur, ꝙ finito officio, vti priuata perſona iudicaret.
16 Similia dicit idem Franch. in *deciſ.* 398. tractat enim, quod votum ex errore fuit vno modo ſcriptũ, ſed alio modo pronuntiatũ, ſcilicèt, quod inquiſitus *condẽnaretur*, non quod *abſolueretur*, vt poſt *n.* 3. vnde cũ illo caſu licèt appareat iudicatũ, & Iudices M. C. V. dicebant non *ſic concluſum* fuiſſe videbatur, quod Iudicibus debeat ſtari. Tamen ante *n.* 6. dicit fuiſſe *iunctis aulis* iudicatũ, nõ eſſe ſtãdũ Iudicibus, qui poſtquam iudicauerunt,

perfuncti ſunt officio eorũ, nec in præiudiciũ tertij poſſent errorem corrigere; dicit id procedere etiam ſi decretũ eſſet contra veritatem; & cõcludit, quod debet fiſcus reclamare, & in reclamatione probare errorem; & ſubdit, quod fides *vnius Iudicis nihil prodeſt*, quia tantum
17 creditur *vni Iudici*, quantũ *vni teſti*, ſed non in cauſa, quæ vertitur coram ſe, quia in illa numquã ei creditur, niſi deponat cõtra ſemetipſum, & quando deponit ad *iuſtificationem ſententiæ, quia deponit ad ſe exonerandum, & ad euitandum eius vituperium, numquam ei creditur*, quod ex errore aliud fuit ſcriptum, vel quod fuit æquiuocatũ. Hæc Franch. maximè, quod inſtrumenta deſtruenda ſunt, quæ per ipſum Iudicẽ ſua manu facta nihil valerẽt; ſed omninò ad ſententiæ validitatẽ oportuit pro forma, vt fierent per Actorum Magiſtrum.

In eo autem, quod Franch. ſcribit, quod
18 Iudex poteſt examinari, & facere fidem de geſtis coram ſe, quando fides eſt contra ſe, quod non ſufficit vnus, ſed debent eſſe duo. Mementote, quod nec duo, nec ducentũ, aliquid poſſent, ſi poſtea in illamet cauſa, in qua teſtificauerint, vellent eſſe Iudices, vt notabilitèr declarat, & diſtinguit Abb. in d. *c. quoniam contra, n. 29. de probat.* reuidendus omninò, quia declarat Innoc. contrarium dicentem, quod *duo Iudices* poſſunt eſſe teſtes, quia dictũ Dei Chriſti *in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum*. Reſpondit Abbas. *Sed aduerte tù, ne decipiaris; nam hæc dicta intelligenda, quando plures Iudices aſſumuntur in teſtes ſuper geſtis coram ſe: Quia in eadem cauſa non poſſunt eſſe iudices, & teſtes. quæſt. 4. cap. 1. de verbor. ſignific. c. forus infra tit. prox. dilecto; & eadẽ ratione vnus Iudex etiam poterit eſſe teſtis coram alio, licet ſibi ratione ſingularitatis non crederetur.* & infra: *Intelligo ergo propriè hanc literã, vt ſi oritur difficultas ſuper proceſſu, coram Iudice vno, vel pluribus coniudicibus, non ſit ſtandum eorum aſſertioni, etiam ſi vellent iurare ratione prædicta, quia non poſſunt eſſe Iudices, & teſtes: quia ſequeretur vbi eſſent plures coniudices, non eſſet neceſſario obſeruanda hæc conſtitutio.* & infra: *Dico etiam, quod non indifferenter Iudices admittuntur in alio iudicio ad teſtificandum de geſtis coram ſe, vel ſi ex facto, vel non, coram eis laus, vel vituperium eis adſcriberetur. Ideò non ſunt idonei teſtes ſaltim ad plenam fidẽ faciendam.* Hæc Abbas. Concluſio eſt, quod in eodẽ iudicio nec vnus, nec duo, nec plures Iudices poſſunt teſtificari, & teſtificantes, deſinunt eſſe Iudices.

In alio iudicio non ſunt idonei teſtes, ſi ex teſtificatione de geſtis coram ſe, eis oriretur laus; ſecùs ſi vituperium, quæ conſiderauit Dom. Franch. vt ſupra. Et quòd Iudex, qui in eadem cauſa, quæ pendet, vel durat, fecit aliquam fidem, vel ſe fecit teſtẽ, eſt ipſo facto ſuſpectus.

Hæc ſuſpitio licèt propoſita formiter, non fuit deciſa. Centurio enim videns omninò militare ſuſpitionem & nullitatem concordauit ſe cum agente in rebus Illuſtr. Principis Squillaci pro ſexta parte ſummæ ab eo prætenſæ, & in ſententia iudicatæ. Proceſſus ſunt in Banca Lelij Clauelli S. R. C. Actorum magiſtri. Scriba Formicola.

ARGVMENTVM.

Aliqua de decretis Principis, factis ſine probationibus: vt pareant exceptionem rei iudicatæ. De protectione Regia in Eccleſias, & Cõuentus regularium. Quomodo acquiratur talis protectio. De Iure patronatu formali, & honorifico, an acquiratur per Principẽ, etiã nõ conſtituta dote. De Religione Sãctiſſimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum, eius antiquitate, et præcedentia de Conuentu S. Mariæ del Pilar Neapolis, quod ſit de protectione, et patronatu Regio. De validitate ſui priuilegij, tàm quo ad ſcripturam, quàm quo ad eſſentiã illius; de Monacis fugitiuis, ac Gyriuagis, deq;

insignis

inſignis, et armis, et alia miſcellanea cum deciſione Supremi Regij Collateralis Cõſilij cum interuẽtu Illuſtr. et Excell. Proregis, et S.R.C. Spectabilis Prçſidentis adiuncti.

SVMMARIVM.

1 *Maledicens malã præſumitur habere conſciẽtiã, & n. 2. & probatio cui incũbat n. 3.*
4 *Exceptio rei iudicatæ quando obſtet & n. 5.*
5 *Creditur Principi aſſerenti eccleſias eſſe ſub ſua protectione, etiam ſine probationibus.*
6 *In re iudicata, maximè põderãda eſt qualitas, & partes iudicum, qui iudicauerũt, & n. 7.*
8 *Non de omnibus priuilegijs fit ſcriptura, nec ſcriptura eſt neceſſaria ad eſſentiam priuilegij n. 9. & de centinaria n. 10.*
11 *Fũdatio religionis Sãctiſſimæ Trinitatis, & n. 13. debet precedere omnes mendicãtes.*
12 *Tranſumptum priuilegij Mendicantium qualiter fiat, & probet.*
14 *Monachi an ſint idonei teſtes ad probandum priuilegium in fauorem ſuæ religionis, & quando.*
15 *Pragm. 1. de priuilegijs non loquitur de bullis, & priuilegijs Apoſtolicis.*
16 *Negatiua non probatur per regiſtrum Cancellariæ Apoſtolicæ.*
17 *Nõ valet teſtimonium Francogallorum cõtra Hiſpanos.*
18 *Quando exbito valido tranſumpto priuilegij ſit exibendum originale, & quando trãsũptũ nõ citata parte factũ probet n. 19*
20 *Ad acquirendũ Ius patronatus, quæ requirantur.*
21 *Poteſt quis ſe ſub aliena protectione ſe ſubmictere inrequiſito domino ſuo, & quando num. 22. & num. 23.*
24 *Rex Neapolis dicitur non ſolum monarca, & Imperator, ſed quidam corporalis Deus.*
25 *Protector nõ debet aliquid dare, ſed ipſe accipere, vt probet protectionẽ & n. 26. & 27.*
28 *In Iure patronatu formali poſſunt eſſe plures patroni, & fundatores.*
29 *In Regno omnes eccleſiæ, quæ gubernantur per œconomos laicos ſubsũt Iudici ſæculari.*
30 *Diœceſani cõſenſus in fundatione Eccleſiæ quomodo, & quando requiratur, & præſumatur 31. & 32. 36. & 37.*
Conſt. Caſari Spec. Peregr. qq.
33 *An recipere Monacos Gyriuagos, & fugitiuos, ſit vitium, an virtus euangelica & n. 34. & n. 35.*
38 *Capitulum Generale non poteſt tollere decretum Principis.*
39 *Capitulum Generale non poteſt bona vnius Monaſterij alteri dare.*
40 *Capitulũ vnius cõuẽtus, quãdo poſſit priuilegijs habẽtibus tractũ ſucceſſiuũ præiudicare, & quãdo pdatur per vnicũ actũ, et 41.*
42 *Regia protectio ad quæ ſe exſtendat.*
43 *Inſigna Regia affixa in parietibus Eccleſiæ, & in loco inſigni quid indicant.*
45 *Deciſio cauſæ.*

QVÆSTIO L.

VT Collaterale Conſiliũ de anno 1633. & 1644. decideret causã inter Patres Hiſpanos Ord. SS. Trinitatis Redẽptionis Captiuorũ, degẽtes in Conuentu S. Mariæ del Pilar huius fideliſſimæ ciuitatis, cũ turbarẽtur ab alijs Fratribus Italis, & aliarum nationum eiuſdem Sacri Ordinis, tum circa introductionem Fratrum non Hiſpanorum in eodem Conuentu, tum circa violationem priuilegiorum quoad exemptionem, qua dictus Conuentus gaudet (referente Spectabili Dom. Didaco Bernardo Zufia S.R.C. Præſidente, & Viceprothonotario:) interpoſuit decretum fol. 10. tenoris ſequentis, videlicet. *Illuſtriſs. & Excellentiſs. Dom. Vicerex Locumtenens, & Capitaneus Generalis; &c. Viſa fundatione prædicti Conuentus Sanctiſſimæ Trinitatis Redẽptionis captiuorum prouidet, decernit, atque declarat, prædictum Monaſterium fuiſſe ſub protectione Regia fundatum, & proinde eſſe obſeruanda omnia in dicta fundatione contenta. Zufia Regens. Caſanate Regens. Sanfelicius Regens. Capycius Latro Regens. Ioſeph Barrilis Regius à Mandatis Scriba.* Cuius decreti vigore Excellentiſſimus tunc Regni Prorex Dux Arcos 30. Aprilis 1646. mandauit expediri ampliſſimum priuilegium, in quo hortatur omnes Eccleſiaſticas perſonas, ac præcipit, & mandat omnibus Officialibus ſubditis Regijs præciſam obſeruantiam ad fauorem dictorum Reuerẽdorum Fratrum Nationis Hiſpa-

Hiſpanicæ dicti Conuentus, vt ex priuilegio impreſſo fol. 47. & 48.

Idque priuilegium obſeruari ad vnguem dictis Fratribus Hiſpanis iuxta eius ſeriem,& tenorem, iuſſit Rex Dom.noſter, vt ex eius Regijs literis datis Mantuæ Carpetanorum 28. Iunij 1647. quæ originales ſunt in proceſſu fol.41. cum debito exequatur Regij Collateralis Neapol.21.Aprilis 1648.fol.42.

Et ne in papyris ſolum de hac re poſteris memoria mandaretur, idem ſupremum Collaterale, inſculptis in ingenti marmore triumphalibus inſignijs, & armis Potentiſſimi Monarchæ Domini noſtri, iuſſit illas affigi in muro frontoſpitij eiuſdem Conuentus, vt nunc manent ſub eodem marmore inſcripto, *Conuento Real de la Santiſſima Trinidad de los Eſpañoles.*

Cum per decem, & octo annos omnia prædicta pacificè, & quietè obſeruata fuerint dictis Fratribus Hiſpanis; nuper P. Prouincialis Italicus, prædicta conturbare intendit, Fretres eijcere, Regiam protectionem nullam adeſſe,ędito ex eius parte prolixo ſcripto, in quo omnia prædicta ſecurè vocantur adinuentiones,ſimulationes friuolæ, inanes, & apud bonos, vix credibiles, priuilegium eſſe falſum, & alia peiora in perſonas Reuerendorũ Fratrum, vt in illo eſt videre.

1 Nos autem edocti à verbis *text.in cap. 1.de ſchiſmatic.in 6.* vbi habetur.*Extimãtes loquacitatem facundiam, & maledicere conſcientiæ bonæ ſignum duximus eorum latratibus non dare reſponſum, quoad dicta conuicia*; Sed decretum prædictum Supremi Collater.fuiſſe ritè, & rectè interpoſitum, & Fratribus prædictis Hiſpanis obſeruandum, quodque ſi non eſſet factum, & promulgatum, deberet de nouò fieri, ac promulgari, & ſimul omnia in dicta allegatione propoſita, nullam iuris habere ſubſiſtentiam demonſtrabimus, refellendo ſine pertinacia per ſingulos

2 peryodos ſcriptum prælibatum,parati refelli ſine iracundia, iuxta dictum *Cicer. lib.2.Tuſc.quæſt.*

Ommiſſo proemio,quod nõ negatur quoad eſſentiam, ſed quoad perſonam, à qua illa, quæ dicit, &nos non negamus,ſunt peragenda,quia hoc eſt in quæſtione.Di-

3 cit in *verſ.ſcimus*, quod onus probandi aliquid ad ſui fauorem incumbit aſſerẽti, & benè dicit,quis hoc negauit vnquã? Sed Fratres Hiſpani, & Conuentus Sanctiſſimæ Trinitatis ſunt in poſſeſſione,habent rem iudicatam pro ſe. Videat nunc aduerſarius,cui incumbat onus probandi, & quis eſt actor? Ad ſuam prolixam allegationem oppono duo verba *Cæſarũ in l.fin.C.de rei vendic.* Res alienas poſſidens licet iuſtam tenendi cauſam nullam habeat, nonniſi ſuam intentionem implenti reſtituere cogitur; vbi *Bald.* non curamus de iure poſſeſſoris, niſi conſtet de iure petitoris, & *Salyc.* actore nõ probante,poſſeſſor abſoluitur, ſiuè poſſideat iuſtè, ſiuè iniuſtè; quod eſt principium, & axioma ipſis tyronibus peruium. Ipſe ergo indiget ijs, quæ prolixè ſcripſit,nos indigere.

Maximè accedẽte decreto ſupremi Col-

4 lateralis Conſilij, quo quæſtio eſt deciſa & obſtat exceptio rei iudicatæ, quæ habetur pro veritate, & ſemper pręſumitur pro illa, & facit de albo nigrum, & ens de non ente, vt ſciunt omnes, & habet *Tuſc.lit.S.concluſ.* 149. cõcordantes apud *Capyc.Galeot.controuerſ.* 34. *num.* 8. *lib.* 1. maximè quando non variatur finis vel effectus, licet varietur modus, idem *controuerſ.*35.*num.*23.*&* 24.*volum.*2.Neque dicat, quod non fuit auditus, & ideo nõ poteſt dici iudicatum, quia fuit re vera millies auditus, datis hinc, & inde allegationibus,cum tunc vſque ad ſcandalũ non ſolum ſe defendebant, vt eijcerent Hiſpanos, ſed teſtatur Excellentiſſimus tunc Prorex Dux Metimnæ Turrium in eius ſchedula fol.35.ſub die 28.Auguſti 1642. & in alia 13. Decembris eiuſdem anni directis Domino Regenti Zufia, in primo dicit.*Y ſiendo dicho Conuento fundado de Eſpañoles trata de echar del todos los Frayles de la nacion; maltratandoles, y conſintiẽdo que los de mas Frayles lo hagã haſta hauer llegado à ponerle manos.*& in alia fol. 34. *Y porque Su Excelenzia hà ſido enformado de que eſto vltimo no ſe hà pueſto en eſecucion,de que pueden reſultar grandes inconuenientes por la inquietud, con que ſe viue en el dicho conuento occaſionada del mal*

proceder

proceder de los diehos Religioſos foraſteros, *&c.* Ecce ſi fuerunt auditi? quod ſi in proceſſu non appareant monitiones ad dicendum, & alia acta, quæ neceſſaria ſunt, cauſa eſt notoria cur non adſint; quia adeſſe moraliter non poſſunt. Vndè non debent negare, quod fuerunt auditi, vt nun iterum benignè audiuntur, & voce, & libertate magna refertis ſcriptis, ſed iuſtè tunc non exauditi, nec exaudiendi.

5 Obſtat, & fortiſſimè obſtat exceptio rei iudicatæ, etiam ſi eſſet facta ſine probationibus, vel ſi extantes in proceſſu, non eſſent alioquin ſufficientes, & hoc quando ſententia eſt facta in ſupremo Senatu coram Principe, non per hoc eſt nulla: reuidete tres deciſiones *Afflict.* 28. 39. *et* 47. Et ratio eſt, quia aliũde potuit Princeps ſe informare, & aliunde ei conſtare: & quæ dicit Riccius *reſoluc.* 37. *de Iur. patron.* non ſunt intelligenda de ſententia Principis, nec præſumendum eſt id, quod faſtidiosè cum reu. pars ſcribit, ſcilicet decretum Principis niti rationibus adinuentis; friuolis iuribus, ſimulatis, ac minimè ſubſiſtentibus; & licet quoad Regiam protectionem omnimodo credendum eſſe Principi, etiam ſine decreto id

6 aſſerenti per indiuiduam *Iſerniæ* doctrinã in *cap.* 1. *nu.* 16. *qui ſucc. teneant. & in cap.* 1. *§. nec eſt alia iuſtior, quæ ſit prima cauſa benefic. ammictend. Ponte conſ.* 42. *&* 70. 1. *vol.* Qui idem in proprijs terminis protectionis Regiæ in Eccleſias, alio adduxit: *Sed vide Ricc. in reſol.* 141. *de Iure patron.* quantò magis quod fuit per decretum ſollemniter, & partibus auditis deciſum, & declaratum; fuit executum re ipſa per decem, & octo annos, per expeditionem Regij priuilegij in forma Regiæ Cancellariæ, & per cedulam Regia manu Domini noſtri ſubſcriptam, & in actis originaliter exiſtentem fol. 41. & per tam ſollemnem in propatulo affixionẽ lapideorum inſignium, & armorum (quæ quid importet, infra dicetur.) Debebat etiam pars ſubſiſtere in qualitate Senatorum eiuſdem decreti artificum, & ideo initio poſui eorum nomina: quia nullo modo autumandum, Senatores tanti nominis, & ſapientiæ, & cõſcientiæ cauſaliter proceſſiſſe, vt pars in toto ſcripto non minus faſtidiosè, quàm licentiosè ſupponit.

Dicit in verſ. ſupradictorum Fratrum, quod

7 priuilegium, (cuius tranſumptum eſt in actis præſentatum f. 2. & 3. quo Pater Generalis Theobaldus Molitor, ad inſtantiam D. Philippi Secundi, & Summo SS. Pontifice approbante, in Capitulo generali totius Ordinis, apud Ceruum Frigidum 7. Maij 1560. exemit à iuriſdictiane Patris Prouincialis dictum conuentum, in quo tunc erat Miniſter Frater Gundiſaluus Carauajal, & voluit eundem Miniſtrum immediate ſubiectum eſſe P. Generali, & vocari Commiſſarium Generalem, atque ad triennium ex Hiſpanica natione eligi:) eſt fictitium, ſimulatum, à veritate alienum, & incredibile; negans ſcripturam priuilegij, & negans quod in illa continetur ex multis, & ſignanter quod ſi iuſſus Regis, ſi approbatio Pontificis (quæ in priuilegio interueniſſe P. Generalis cum toto capitulo aſſeruerunt) vere interueniſſent, eſſent in illo inſerta, vndè non eſt credendum priuilegio referenti ſine ſuo relato.

8 Sed hæc puerilia ſunt; & importunè poſt centum annos poſſeſſionis exquiruntur. Iuſſus Regis, approbatio Pontificis fuerunt factæ viuæ vocis oraculo; nam non de omnibus priuilegijs, & iuſſionibus Principum fit ſcriptura, *text. in clement. dudum*, verſ. *nos enim de ſepult.* & ad eſſentiam, & ſubſtantiam priuilegij non pertinet, nec eſt neceſſarium vt ſit ſcriptum, ſeu per Bullam, aut per Breue conceſsũ; ſed ſufficiunt verba, & oraculum viuæ vocis datum Protectori Ordinis, vel ipſi Patri Generali, *Nauar. conſ.* 1. *de priuileg. Sanch. de matrim. libr.* 8. *diſput.* 29. *num.* 2. *P. Tamburin. de iure Abb. diſput.* 16. *q.* 2. fol. 23. *P. Merolla de priuileg. diſput.* 6. *cap.* 1. *dub.* 2. *nu.* 5. *&* 6. & viuæ vocis oraculũ eandem, quam aliæ Pontificiæ Conſtitutiones vim obtinet, *Innocent. in cap. conſtitutus*, *num.* 2. *de reſcript. P. Tamburin. dict. diſput.* 16. *q.* 2. *num.* 10. *verſ. notandum*, *Eman. Rod. qq. regul. tom.* 3. *q.* 22. *ar.* 1. Vndè quæ ſubnectit, quod referens non probat ſine relato nihil faciunt, cum intelligenda ſint in his, quæ neceſſariò requirunt ſcripturam, quæ inſeri, vel oſtendi

poſſit,

poſſit, & priuilegij tenorem poſſe probari per teſtes, habent *Franc. & Gemin. in proœm.6.* eamque latè probat *Dec. in rubr. de conſtitut. in 1. lect. num.29. & ſeq.* & ei fauet *deciſ. Rot. Roman.* 780. aliàs 38. *de*
9 *probat. in antiqu.* & hanc ſententiam eſſe de iure veriorem teſtatur *Maſcard. de probat. concluſ.* 845. *num.*10. & nouiſſimè *F. Hyacinthus Donatus rer. regul. tract.* 5. *q.* 6. *f.* 55. maximè accedente poſſeſſione, & obſeruantia centum annorum, vt ob-
10 ſeruat *Galeot. controuerſ.20. num.39. & 40.* nam hæc centenaria ex ſe haberet vim priuilegij abſque aliquo priuilegio, *Suar. de legib. lib.8. cap.7. num.16. Salas de legib. diſput.17. ſect.2. num.* 23. DD. omnes in *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotidian & æſtiua* & ſupèr hac obſeruantia centum annorum poſsẽ multas paginas replere, ſufficit in re, quę tantam dotem non exquirit ſignaſſe punctos.

In verſ. nec releuat dictorum Patrum reſponſio, confiretur poſſe probari priuilegium per teſtes, quibus priuilegium hoc corroboratur, non deponere de tenore, loco, tempore, & alijs circumſtantijs, & ſi depoſuerint, nihil probare; quia ad ſui commodum, & ſic de iure inhabiles.

Cogor terere tempus, aſſerendo Iuris principia, & elementa. In quo termino, hi Patres valuerunt recipere teſtes? ſuper quo libello? an debeant cadere cauſa abſque
11 defenſione? cum dabitur terminus benè articulabitur, & concludenter ſi quid incumbit probabitur, vt in proprijs terminis dicit Riccius *de iure patronat. reſolut.* 170. *& reſolut.* 119. *& reſolut.* 51. Interim cum priuilegij legitimo tranſumpto, vt infra; præſentata ſunt plura, & antiquiſſima inſtrumenta, in quibus Superior huius Conuentus; nõ ſolum miniſter (quod eſt nomen peculiare Superiorum huius antiquiſſimæ Religionis, vt in Bulla confirmationis Ordinis Innocentij III. anni 1198. quam inſerit *P. Tamb. de iur. Ab. to.* 2. *diſp.* 24. *q.*4. *f.*331.) ſed Commiſſarius Generalis appellatur, quæ inſtrumenta mox recenſebimus. Præſentata etiam eſt fides f. 11. vnius Monachi, & alterius militis, qui teſtantur vidiſſe priuilegium originale ipſis, & alijs quàmplurimis oſtẽſum in ciuitate Maioricenſi, in qua fuit à Neapoli aſportatum à P. Miniſtro Guilielmo Soler, & aliam fidem in forma publici teſtimonialis f. 3. & 4. in qua plures Magiſtri, dicti Ordinis, Sacerdotes, & Miniſtri multa conteſtantur de veritate, ac indubitata certitudine eiuſdem priuilegij, deque ſuo tenore, deque fũdatione Cõuentus, de que illius exẽptione: & quod ſolum pro incolatu Fratrum Hiſpanorum eſt fundatum: quæ atteſtatió in publicam formam preſentata cum originali priuilegio in M.C.V. (præuio memoriali porrecto Excell. Dom. Proregi, & eidem M.C.V. remiſſo die 21. Octob. 1643.) petierunt vt pro futura cautela regiſtraretur in regiſtris M. C. V. vt f. 2. Et viſo dicto priuilegio originali, cum dicta atteſtatione P. Prouincialis, & Vicarij Generalis Ordinis per Angliam, Scotiam, & Hiberniam, & aliorũ octo Patrum idem cum iuramento affirmantium, & atteſtantium: die 7. Nouembris 1643. fuit prouiſum quod regiſtretur f 5. à ter. & fuit regiſtratum eodem fol.5. & in forma probante cum Regio ſigillo copia prædicta extracta à regiſtro M.C.V. Dicere nunc quod tale trãſumptum non probat, eſt deſipere, ac termi-
12 nos, vel non intélligere, vel negligere cũ reuer. Videat etiam author ſcripti P. F. *Hyacinthum Donat. rer. regul. tit. de natura priuileg. tract.* 3. *q.* 14. *fol.* 44. quod tranſumptũ priuilegij Mẽdicantium valet, & probat, etiam ſi non fiat parte citata, modo fiat per perſonam publicam, quanto magis hoc factum decreto Tribunalis M.C.V. cum cauſæ cognitione, & de licentia Excellentiſſimi Proregis: & hanc eſſe Religionem Mendicantium, habe-
13 tur ex dicta Bulla fundationis Innocentij III. apud *Tambur. & per S. Antonin.* 3. *par. ſum. tit.* 16. *& q.* 1. *§.* 2. *& in ſua hiſtor.* 2. *part. tit.* 15. *§.* 3. *in fin.* & per *Caſſan. de gloria mundi, 4. par. conſid.* 63. vbi dicit, quod debet propter ſui excellentiam inſtitui, & antiquitatem præcedere omnes Mendicantes.

14 Quod autèm Monachi non ſint teſtes idonei, etiam ſi eſſent in termino legitimè examinati; non benè dicit, quia cum tale priuilegium non proſit ſingulis, vt ſingulis, ſed ſingulis, vt vniuerſis, & ha-

bet

bet tractum ſucceſſiuum, & ſit conceſſum
conuentui, & toti nationi Hiſpanicæ,
Fratres prædicti cenſerentur idonei, &
omni exceptione maiores, *Bald. in cap.
tertia loco, num. 3. ad fin.* verſ. *ibi regularis,
ideſt monachus, & nu. 4. in* verb. *Fratres,
ext. de probat. Odofred. in l. in cauſam*, §.
*uniuerſitatis, col. 2. verb. hor Signori ff. de rer.
diuiſ. Afflict. deciſ. 400. num. 2. verſ. & ideo
Monachus, Maſcard. de probat. concluſ. 3. n.
11. & ſeq. lib.* 1. cum mille concordanti-
bus per *Farinac. de oppoſit. contra perſonas
teſtium q. 60. ampliat. 4. n.* 463. vide Ric-
cium *reſolut. 76. de Iure patronatus.*

15 In verſ. primo dicit, quod priuilegiũ nõ eſt
verũ, quia ſi eſſet verũ, reperiretur regiſtra-
tum, & ſi non reperitur, nihil valet, &
quod Dom. Prorex tali nullitati diſpen-
ſare non poteſt, allegatis omnibus Re-
gnicolis ad probandam rem lippis etiam
peruiam. Subdit, quod etiam de facili
literæ Pontificis adhibitis diligentijs in
Cancellaria Apoſtolica, vel Breuium re-
periri poſſe, ſi eſſent veræ.

Poſſem hæc cum dictis in §. 2. reijcere, ſed
certè hallucinatur. Priuilegium fol. 3. eſt
P. Miniſtri Generalis Ordinis, ſubſcriptũ
a toto capitulo generali. An tale priuile-
gium cadat ſub cenſura *Pragm. 1. de pri-
uileg.*? videat author ſcripti. Neque in
illo dicitur, quod fuit expeditum priui-
legium Regium, quod caderet ſub Prag-
mat. ſed dicit fol. 2. in fin. *Et ſint natio-
nis Hiſpanicæ, iuxtà voluntatem nobis ſi-
gnificatam per Catholicum Regem Poten-
tiſſimum Philippum, omnes Fratres pro
ſeruitio dictæ domus aſſumantur ex Ara-
gonica Prouincia, & infra Petente Re-
ge prædicto, & Pontifice Maximo appro-
bante*. fol. 3. quid ergo erat regiſtran-
dum? quo verò ad Cancellariam Apo-
ſtolicam, vltra quæ diximus de viuæ vo-
cis oraculo, & voluntate Pontificis ore-
tenus explicata Domino Cardinali Pro-
tectori Ordinis, vel Legato eiuſdem
Dom. Regis: videat author *deciſionem Ro-
tæ Albanenſ. prioratus* 17. *Nouembris* 1603.
coram *Penia*, quam laudat *P. Tambur. de
iure Abb. diſp. 7. quæſt. 5. num.* 14. Quod nõ
adfuit priuilegium in limine fundationis
Conuentus pro exemptione non proba-
tur ex diligentia in regiſtro Cancellariæ
Apoſtolicæ, cum poſſit probari per fa-
mam, & non ſit neceſſaria probatio per
ſcripturam; & quod negatiua non pro-
16 betur ex regiſtro Cancellariæ Apoſtoli-
cæ, in puncto locutus de exemptione
Monaſteriorum, habet doctiſſ. *Emanuel.
Roderic. qq. regul. tom. 3. art. 1. q. 22.*

In verſ. quarto colligitur, allegat quandam
epiſtolam datam Lutetiæ Pariſiorum 5.
Auguſti 1649. in qua dicit hæc verba ex-
tare. *Yo he paſſado los regiſtros de mis ante-
paſſados Generales, y no he hallado raſtro
dello. Si ellos tienen algo allà, ſerà ſin falta
algo falſificado, por aquel trapacero de Fray
Figueras.* Mira res. Pater Generalis Frã-
cogallus ſcribit Lutetiæ, ſcribit in anno
1649. & ſcribit Hiſpanica lingua? cur
non Gallicè? cur (vt eſt talium conſuetu-
do) non latinè? Gallus cum ſcribit Italo,
latinè ſcribit, quãto magis Miniſter Ge-
neralis tanti Ordinis? cui dirigitur talis
epiſtola? nonnè idioma Hiſpanus eſt Gal-
lo incõgruentiſſimus, &, vt habet in mille
locis Auguſtus Thuanus, & alij, ferè cõ-
tra naturam; nec verba tam aperta eſt
credendum exijſſe ex ore tanti Miniſtri.
Quicquid ergo ſit de hoc, in anno 1649.
vſque ad fauſtum diem pacis anni 1661.
17 parum, ne dixerim, nihil, valet contra
Hiſpanos Francogallorum teſtimonium:
qui non etiam Fratres Hiſpanos ab hoc
conuentu Neap. expellere, ſed omnes à
toto Regno, & à tota Monarchia vngui-
bus, & roſtro ſatagere irrito, Deo gratię
tamen euentu (omnes vidimus. Magis
quod Magiſter Figueras habet ſuſpectũ
talem Generalem. Adeſt alia reſponſio
ad hominem in ſcripto pro hoc Conuẽ-
tu in proceſſu exiſtens fol. 46. lit. A. verſ.
*De dichas letras, con euidençia ſe vee la ver-
dad: pues haviendole embiado vna copia de
la fundacion, no ha dicho ſer falſa, pues ha
viſto la verdad en los libros de los capitolos
generales; y ſi ha eſcrito mal contra dicho Pa-
dre Maeſtro Figueras, no es mucho, porque
le ha venzido muchos pleitos en Roma, y l'
ha tenido 12. meſes ſuſpenſo: y Commiſſario
el Eminentiſſimo Señor Cardenal de Rochofu
le hà quitado de ſu juriſdicion el conuento
capital de Cieruo Frigido, la Prouincia de
Toloſa, la mayor parte de la Prouincia de
Normadia, la Prouincia de Prouenza, y la*

Digitized by Google

de Francia. Y por eſto le tiene por enemigo capital, y le perſigue quanto puede: eſto pues no es contra la pretenſion delos Eſpañoles, cõtra la qual el General Franzes en eſtos tiempos no hà de eſtar bien affecto. Hæc ille.

Ex iam dictis etiam, & infra euidentius dicẽdis conuincitur, iniquè, inuri hanc maculam Magiſtro Figueras; quaſi ille confinxerit priuilegium in anno 1647. vt ex dictis aſſertis literis, Patris Generalis. Siquidem in inſtrumentis de anno 1580. in proceſſu exiſtentibus f. 7. 15. & 16. infra allegandis, Miniſter huius conuentus vocatur Commiſſarius Generalis prout illum vocari mandat priuilegium prædictum: ergo remanet in hac parte canonizatum priuilegium per ſupradicta inſtrumenta, per viginti, & plures annos, antequam Pater Figueras naſceretur, ſtipulata.

18 Dicit ex *Bald. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. num.* 2. verſ. quarta ratio, quod ſi in actis producta fuiſſet copia alicuius inſtrumenti, poterit pars allegare, quod exhibeat originale, quia illud intendit redarguere de falſo. Verum eſt, & fundatur *Baldus* in doctrina *Innocentij in cap. Albericus, de teſtib. in fin. & cap. Abbate, de verb. ſignific.* At *Innocent.* in eodem loco, & idem *Bald.* addunt, *Si extat originale*; quod ſi non extat, quia factum antiquiſſimum; ad id non poteſt allegans priuilegium compelli: at priuilegium originale non extat, quia ſubſtractum à Fratribus, qui Hiſpanos expellere ſatagerunt, ergo *Innocentij, & Baldi* doctrina non applicatur.

19 Rurſus hæc inſtantia adhuc non fuit facta, quod originale exhibeatur, & quando fiet, reſpondebitur ex eodem *Baldo* in eodem loco n. . quod tranſumptum, & regiſtrum factũ authoritate Magni Prætoris plenè probat, etiam parte non citata, vt ſupra dictum eſt cum *P. Donato.* Sed cum *Bald.* in eodem loco ante nu. 8. quod ſi priuilegium eſt generale, & non tangit præiudicium certę perſonę, non requiritur citatio ſpecialis in tranſumpto, & in regiſtro, & nu. 5. qui eſt caſus noſter. Item quoties ſuper tali tranſumpto fuit iudicatum, habetur pro originali, *Sanfelic. dec.* 182. & hoc ex alio non eſt neceſſariũ, ſtante obſeruantia centum annorum, vt ex text. ad literam loquens de Eccleſijs, quæ manent ſub protectione Regia in *c. generali 13. de elect. in 6.* ibi. *Vniuerſos, & ſingulos, qui regalia, cuſtodiam, ſiuè guardiam, dotationis, ſeu defenſionis titulum in Eccleſijs, Monaſterijs, &c.* & infra. *Qui autem ab ipſarum Eccleſiarum fundatione, vel ex antiqua conſuetudine, &c.* iſthæc eſt antiqua, antiquiſſima, & centenaria: & priuilegium poſſe probari per famam, & per teſtes, infra dicetur, & incaute in caſu iſto productum, cum debuiſſet ſolum allegari.

20 In verſ. quartũ hoc ſimulatum: poſt impugnatam ſcripturam, nititur impugnare contenta in priuilegio: dicit, quod oportet vt acquiratur ius patronatus alicuius Eccleſiæ, &c. vt quis Eccleſiam fundauerit, conſtruxerit, & dotauerit. Vndè cũ in fundatione dicti Monaſterij Diuæ Mariæ del Pilar, nec dos aliqua pro parte Catholici Regis aſſignata, neque pro ipſius conſtructione impenſæ aliquæ minimæ erogatæ appareant, aliquod ius in Monaſterio prædicto acquiſiuiſſe dicendum non eſt.

Reſpondetur, quod confundit terminos Iuris, & non dicit verum in facto. Aliud eſt Ius patronatus formatum, aliud eſt Ius patronatus honorificum, aliud eſt protectio, vel aduocatio. In protectione, & aduocatione non eſt neceſſaria fundatio, neque conſenſus Superioris; nam poteſt quis ſub protectione alterius ſe ſupponere irrequiſito domino ſuo, *Gemmian.*

21 *conſ. 81. per totum, Roman. conſil. 417. in fin. Tuſc. lit. C. concluſ. 628. num. 5. & 6. Ioann. Otto de iure publico, cap. 11. verſ. fœdus cliẽtelare, Menoch. conſ. 32. num.* 4. *Natta conſ. 636. num.* 1. *& 96. Reinkinch de regimine ſeculari, lib. 1. claſſe 5. cap. 4. num. 47. cap. 6. §. 4. num. 23. Ioannes Iacobus Draco de origine, & iure patriciorum, lib. 1. cap. 6. num. 5. Honded. conſ. 15. num. 57. volum. 1. Vueſembencius conſ. 48. n. 23. p. 1.*

22 Nec dicatur, iſtos nõ loqui de Eccleſijs, & Monaſterijs, nam de Eccleſijs loquuntur Iura canonica in *cap. recepimus, de priuileg. & in cap. penult. de pœn. & in dicto cap. generali 13. de elect. in 6.*

23 Et licet non me lateat, aliquos in contrariam

trariam

traiam ſententiam iuiſſe, ſcilicet ſubditos inconſulto Domino, protectorem aliquem ſibi non poſſe adſciſcere, *Arumæus ad auream Bullam Caroli Quarti, diſcurſu 6. cap. 16. theſi 2. Boerius deciſ. 304. num. 6. Alexand. conſ. 94. num. 4. volum. 5.* Hoc non procedit quoad Imperatorem, qui cùm ſit vniuerſalis Protector, & Superior, poteſt in ſpecialem protectionem omnes alios recipere, ita *Thomas Maulius tract. de homagio, tit. 11. num. 5.* vndè cùm Rex Neapolis, dicatur non ſolùm Imperator, & Monarca in Regno ſuo, ſed
24 etiam quidam Corporalis Deus, *Capyc. in inueſtit. feudali, verb. Reges etiam infeudāt,* fol. 151. optimè poteſt omnes volentes, & in ſuo Regno degentes recipere in ſpecialem ſuam Regiam protectionem, vt de facto faciunt omnes Reges Chriſtiani, & eſt approbatum in *Concil. Tridentino ſeſſ. 22. cap. 8.* cum maxima diſcuſſione, vt apud *Dom. Cardinal. Pallauicin. lib. 18. cap. 6. fol. 47.*
25 Cum ergo eſſet iuris ordinem conuertere, vt Aduocatus, & Protector, ſoluant quid clienti pro aduocatione, & protectione, quinimò iſtis illis Iure diuino, ac humano, honoraria ſoluere debeant, *S. Thomas in 2. 2. q. 71. art. 5 S. Antonin. in ſūma 3. par. tit. 8. §. 4. vbi* allegat locum *S. Auguſtini, Silueſter in ſumma verbo Aduocatus, num. 11.* corruit tota partis ratiocinatio. Quod Dominus noſter nil ſoluerit
26 (vt dicit) pro dotatione huius Eccleſiæ, cum iſta pro protectione, patrocinio, & aduocatione non ſint neceſſaria: vt vidimus in fundatione procurata à piæ memoriæ Regente Thoma de Aquino Cōſeruatorij, & Eccleſiæ Sancti Nicolai Orphanorum, qui per plateas poſt bellum, & famem in anno 1647. & 1648. fecrūt ab eo recollecti, & fundata cum Regia protectione illorum Eccleſia, ac noſocomium, licèt D. Rex nihil (quod ſciam) de ſuo poſuerit.

Verum enimuero licet Dominum noſtrum totam ſummam ſoluiſſe pro impēſa conſtructionis, & dotationis, non appareat: tamen hoc fuit, quia aliqui deuoti Hiſpani eius vaxalli reliquam im-
27 penſam poſuerunt infra, vt dicetur. Rex ipſe ex ſua munificentia titulum Marchionis conuentui ædificando dono dedit, qui titulus illis temporibus venditus fuit à Fratribus pro conſtructione Eccleſiæ, & Conuentus duc. 2500. Et ſi hoc negabitur, per teſtes omni exceptione maiorès probabitur: cum ſit indubitata traditio, & certiſſima fama de hac veritate in ciuitate iſta: & in ipſa ſacra religione, ſi munificentiam Regiam nolint aliqui ingratitudinis vitio palliare.

28 At verum, & formale Ius patronatus nō etiam honòrificum acquiritur, etiam ſi non conſtituatur tota dos, neq; fecerit totam expenſam: & poſſunt eſſe plures fundatores, & plures patroni inſolidum vnius Monaſterij, vel Eccleſiæ, etiamſi prædicti inęqualiter dotem dederint. *Lābertinus de communi de iure patronatus lib. 1. par. 1. quæſt. principal. art. 3. verſ. quinto quæro fol. 46. col. 2. per totam vſq; ad fol. 5. not. 6. 7. & 8.*

Et vt totaliter confundatur: Fundatores Hiſpani, qui dederunt fundum, & fecerunt fabricam, ſubmiſerunt hanc Eccleſiam, & Monaſterium ſub gubernio Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Proregis, tunc Marchionis de Mondejar: legat pars inſtrumentum fol. 12. rogatum die 17. Aprilis 1580. manu Notarij Aloyſij Cione; in quo viuę vocis oraculo dicti Domini Proregis, in publico teſtimonio conſtitutus, grauiſſimus Senator D. Anibal Moles poſtea Regens Cancellariam, & magni Camararij locumtenens: fatetur ſibi demandatum regimen, ac gubernium dictæ Eccleſię, ad petitionem fundatorum, qui tunc Eccleſiam, & conuētum conſtruebant; & dictus D. Anibal authoritate Regia deputat, & ordinat Oeconomos, ac magiſtros laicos in dicta Eccleſia, & cōuentu, de habito prius colloquio cum dominis electis, & deputatis populi huius fideliſſimæ ciuitatis: & cum primi œconomi noluerint acceptare gubernium prædictum, compulit authoritate Regia alios ſex œconomos, omnes laicos: Tres Hiſpanos, vз. Capitaneum Iacobum Caſales, Federicum Ortiz, & Capitaneum Gaſparem Botoner, & tres alios Neapolitanos. Ecce tibi, ſi non ſolùm ſub Iure patronatu, non etiam honorifico, & formali, & ſub Re-

Digitized by Google

gia protectione manet Eccleſia, & con-
29 uetus; Sed ſi ſui initio fuit adminiſtrata per laicos, iuxtà veterem conſuetudinẽ Regni, & ſententiam Regis Ferdinandi primi, de qua teſtatur *Afflictis de Iure prothomiſeos verſ. ſubſequenter quæro, n.13. fol.18.* & nouiſſimè meus magiſter *Capyc. Latro deciſ. 95.* hæc Eccleſia gubernata per laicos, ſubeſt Iudici ſęculari quo ad bona ſua, quo ad regimen, quoad gubernium;& ſic practicatur in toto Regno pro Eccleſijs, quæ gubernantur per laicos.

Et vt totaliter omnes obmuteſcant, & manũ tangant; quod Regia Iuriſdictio in hoc facto fuit ſpoliata; videant aliud inſtrumentum rogatum manu eiuſdem Notarij, inter eoſdem Oeconomos conſtitutos à D.Regente Moles, & R.Patre Petro Gonzalo de Carauajal, Miniſtro, & Commiſſario Generali dicti conuentus (& huic eſt directum priuilegium P. Generalis Theobaldi, quod inſipidè impugnatur ſtante concomitantia cum iſtis publicis inſtrumentis) vbi dicitur velle Eccleſiam, & conuentum nouiter inceptum in territorio per dictum Capitaneũ Iacobum Caſalem emptum, & fol. 14. *che detto conuento hà principio, nudo, puro, ſemplice, e ſenza intrate:* deinde fit capitulatio, quomodo fratres ſeruire debeant dicto conuentui, quod omnes eleemoſinæ, & legata, ac bona adminiſtrentur per Oeconomos laicos,& fratres debeãt durante fabrica, dare qualibet hebdomada die Sabathi lucidum compotum dictis Oeconomis laicis de omnibus eleemoſinis, quæ conuentui prædicto elargirentur, & finita fabrica quolibet ſemeſtre in infinitum, fol. 15. lit. A. *Et viceuerſa* (audi) *li predetti Signori Maeſtri, & coſi anco li futuri, che pro tempore ſaranno ſiano tenuti delli beni, & intrate perueneranno à detto loco dare, & aſſignare alli predetti Reu. Miniſtro, & frati preſenti, e futuri, la loro habitatione neceſſaria, vitto, e veſtito, così in infirmitate come in ſanitate, &c.* Cum ergo iſti Oeconomi ad inſtantiam fundatoris ſint dati à Rege D. N. mediante altera perſona, vz. Prorege, iſti ſibi reſeruauerunt omnes redditus conuentus, iſti dare victum, & veſtitum fratribus, iſti fecerunt alia capitula, fol. 12. vſq; ad fol. 16. Vereor, ne velit Regia Iuriſdictio non ſolùm protectionem (de qua non dubitatur) exercere; ſed ipſummet conuentum vindicare, vti mera res laicalis; iuxtà deciſionem D. Regis Ferdinandi, & vetuſtiſſimam Conſuetudinem Regni, de quibus ſupra.

30 Dicit in verſ. Eo magis: cum nullo modo appareat tempore fundationis interueniſſe, beneplacitum, & conſenſum Diœceſani, vel Summi Pontificis neceſſarium requeſitum ad acquirendum ius patronatus, &c.

Reſpondetur: Vltra quod in dicta capitulatione cum Oeconomis, f.14. lit. C. dicitur P. Gundiſaluum interuenire in fundatione, virtute, & authoritate Breuis ſuę Sanctitatis, vt ipſi Reu. Miniſter, & fratres dixerunt: & poſt 80. annos faſtidioſè inueſtigatur de beneplacito. Sed reſpõ-
31 dendo formiter, videat pars *Felyn. in c. Albericus n.4. de teſtibus Couar. pract. quæſt. cap.21. n.7. Surdum deciſ.334. n.11.* in fine cum alijs infinitis per doctiſs. Abb. *Tamburinum de iure Abbatum diſput.7. q.5. n.5. tom.1. fol.73.* quod ex curſu triginta annorum: iuncta obſeruantia, præſumitur confirmatio Apoſtolica interueniſſe in limine fundationis; etiam quod non ſit enunciata: quanto magis quod eſt in caſu noſtro expreſsè enunciatum Breue Sanctiſſimi Romani Pontificis. Sic de conſenſu Diœceſani præſumi dicit *Riccius reſolut. 123. in praxi iuriſpatronatus num. 2.* verſ. *qui conſenſus,* vbi: quod poteſt dari per Vicarium abſque ſpeciali
32 mandato Epiſcopi. In caſu noſtro lapſi ſunt 80. anni, et eſt enunciatum Breue.

Dicit, adeo confidenter, ac ſi diceret Dominicalem orationem, priuilegium in ſui eſſentia eſſe incredibile, ac peccati nutritiuum, quod eſſet blaſphemans, qui id crederet, et impoſſibile, quod Sanctiſſimus Romanus Pontifex, ac Catholicus Rex in illud conſenſiſſent: Scilicèt, vt Fratres gyriuagi, profugi, et ab Hiſpania fugientes Neapoli receptaculum inuenirent, cum iſti debeant non recipi, et receptari, ſed ſeueriſſimè puniri, adductis ad id generaliſſimis doctrinis, quod

delicta

delicta remanere non debent impunita,
ad id adſtruendum multis folijs con-
ſumptis.

Sed magis, quod cauſa finalis fundationis
33 monaſterij non eſt talis, vt ex lectura
priuilegij, fol. 1. & 2. ſatis patet, & re-
ciperare in illo fugientes, & gyriuagos,
eſt ſolùm per accidens. Et quando eſſet
ſolùm ad iſtos recolligendos, videat Ad-
uerſarius Doctiſſimum, & magna ſancti-
monia refertum, celeberrimũ Nauarrum
in *c. ſtatuimus nu.* 13. adſtruentem ſuam
ſententiam authoritate, & ipſiſſimo exẽ-
plo D.N. Ieſu Chriſti contrarium omni-
no docentis; & ex eo perquam Doctus
Eman. Rodric tom. 1. quæſt. 30. art. 10. cu-
ius verba inſerere pretium duxi: At in-
quit Doctiſſimus, nec minus Pius *Nauar.*
34 probat, *eos qua parte fieri poteſt, tum blã-
diendo tum docendo, inducendos eſſe, vt ad
idem Aratrum, in quod manum miſerant
redeant*: & poſt pauca. *Ex his colligitur
qua benignitate ſint iſti miſeri recipiendi, &
tanquam oues perditæ à paſtoribus ſuper hu-
meros ſuos ſubleuandæ. non extinguentes hęc
ligna fumigantia, & hos calamos quaſſatos
non infringentes; ad ſimilitudinem Salua-
toris Domini noſtri, conſiderantes Dominum
poſuiſſe hos homines ſuper capita ſua. Nõ ſolũ
ſunt trahendi ſubditi a Prælatis ſuper hume-
ros, ſed ſuper capita: nam eorum regimen nõ
ſolum eſt onus humeri, ſed etiam capitis. De-
bent enim viribus gubernari, & diſcretione,
& prudentia ſubleuari, & blanditijs attrahi.*
Hæc *Roderic. ex Nauarro*, quem laudat, &
ſequitur *Pater Ioan. Baptiſta Lenzana de
obligat. religioſorum, cap. 16. num. 17. verſ.
cura recolligendi*: idem habet *Pater Dona-
to rer. regul. tract. 6. de Apoſtat. q. 19.* quod
debent benignè recipi, ad inſtar filij pro-
digi, & adducit quãdam declarationem
S. Pij V. quod non debent vti inimicos
haberi, ſed de eorum reſipiſcentia gau-
dere, & lætari. Ecce tibi ſi eſſentia priui-
legij eſt nutritiua peccati, vt adeo confi-
denter pars dixit, an ipſa charitas, vt ipſa
35 materia legis Chriſti è Immo non deſi-
nam recordari, quod ipſa Bulla Innocẽ-
tij III. confirmationis huius ſanctiſſimæ
Religionis in cap. 4. hæc charitas nuncu-
patim erga Fratres præcipitur. Vide
Tamburin. tom. 2. diſp. 24. quæſt. 4. fol. 391.

vbi eſt Bulla prædicta: & ſic deficit totũ
partis ſupppoſitum, & priuilegium in ſui
eſſentia remanet canonizatum.

Dicit in verſ. Primò quia fundatio: quod nõ
fuit fundatum à Rege, ſed à quondam
Capitaneo Iaime: & quod in limine ere-
ctionis dicti Monaſterij Protectio Regia
implorata non fuerit; eſto quod poſtea
ſuperuenerit, non ſuffragatur, quia eſſet
tollere ius tertio quæſitum. Sed omnia
iſta ſupra refelluntur, & in inſtrumento,
quod allegat, noluit legere mandatum
tunc Dom. Proregis Marchionis de Mõ-
dexar, ingratè diſſimulauit donationem
tituli Marchionis, & malè induxit do-
36 ctrinas, quod hæc non fuit implorata in
limine fundationis: quia ex *Puteo deciſ.*
256. poſt *num. 4. lib.* 2. in correctis, & alijs
P. Tambur. de iure Abb. diſput. 7. q. 5. num.
12. dicit tale priuilegium in limine fun-
dationis probari per famam, & ideo dari
dimiſſoriam ad probandã formam illius,
quia Regia Protectio probatur coniectu-
ris, *Valaſc. de iure emph. qu. 19. num. 16.
verſ. rurſuſq; dico*, vbi refert caſum curio-
ſum, & eum ſequitur *Salgad. par. 3. cap.
10. num. 280. de Reg. Protect.* Item ad ac-
37 quirendum ius patronatus formale, hoc
eſt ius præſentandi, ſeu eligendi requiri-
tur priuilegium in limine fundationis;
ſecus in protectione, & iure patronatus
honorifico; ſufficit enim tunc ſola con-
ſtructio, *cap. a nobis, & ibi Abb. num. 9. de
iure patronat. Caſſador. deciſ. 6. num. 2. eod.
tit. Frãciſc. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. part.
2. art. 16. num. 72. Lambertin. in part. 1. lib.
1. q. 11. art. 7. num. 5. Tamburin. d. diſput. 7.
quæſt. 5. n. 16.*

Ad verſ. Secundo: quod ex conſtit. Ordinis
habeatur, quod dictum Monaſterium ſit
fundatum in Prouincia Italiæ. Hoc ne-
mo negauerit, niſi qui dixerit florentiſ-
ſimam Neapolim non eſſe in Italia; ſed
quod ex conſtitutione probetur non eſſe
ſub Regia Protectione: hanc negatiuam,
fundamentum ſuæ intentionis, adſtruat
(ſi poteſt) aduerſarius. Et ad id, ꝙ dicit
ꝙ in capitulo Generali de anno 1657.
Romę celebrato fuit prouiſũ, hoc Regale
Conuentum eſſe reincorporandum Pro-
uinciæ huius Italiæ, & quod verbum re-
38 incorporare indicat aliàs fuiſſe incorpo-
ratum,

Digitized by Google

ſatum; non meretur reſponſionem. Hæc eſt lis, quæ decidi per alteram partem non debuit, nō potuit Capitulum Generale in anno 1657. tollere decretum Principis latum, ac executum in anno 1643. cum ipſa Sacra Oecumenica, ac Generalis Tridentina Synodus, vt ſupra inculcauimus, has Regias protectiones non ſuſtulit, ſed attentè cuſtodiri mandauerit: quid ergo potuit Capitulum Generale, vbi Concilium totius Eccleſię Catholicæ noluit apponere manus? vt ſupra.

Et quamuis hic Conuentus nō eſſet de Patronatu Regio, nec fundatus ſub Protectione Regia, adhuc Capitulum Generale non potuit Hiſpanos, illo ſpoliare, & eum Italis donare: quia Capitulum Generale nō poteſt bona vnius Monaſterij alteri dare: etiam ſi ſit aliqua mini-
39 ma ſuppellex, & etiam ſi Conuentus, cui donatur, ſit eiuſdem nationis, *cap. irrita, de reb. Eccleſ. non alien. Clement. vnic. de ſupplen. neglig. prælat. Rodriq; tom. 1. qu. 27. art. 1. Bonac. de alienat. diſputat. 2. quæſt. vnic. par. 2. n. 1. Magiſter Donat. rerum regularium tract. 14. quæſt. 84. fol. 366. tom. 1.* Quantò minus potuit alienę nationi, videlicèt Italę, Regium Monaſterium tribuere, quod nō eſt aliqua minima ſuppellex, ſed eximia domus, cuius valor æſtimatur circa ducenta millia ducatorum. Præcipuè cum Conuentus iſte Regius non adfuerit Capitulo Generali ad ſuum præſtandum conſenſum, nec per ſe, nec per ſuum procuratorem, nec per Reuerendiſſimum Patrem Generalem, qui etiam abfuit, & ad quèm pertinebat Vox huius Conuentus, vtpotè Suæ Reuerendiſſimæ Paternitati immediatè ſubiectus.

Ad verſ. *Quarto*: quòd Pater Tyrado Viſitator Apoſtolicus ſupplicauit 17. Septembris 1659. Sanctiſſimo D. N. quatenus Prouincialem, & Miniſtros in Prouincia Italiæ eligere dignaretur; ex quo propter peſtem vocales non poterant ſe congregare; & quod ob id Pontifex elegit in Miniſtrum Domus Neapolitanæ P. M. Ioannem Ortega; & quod quia acceptauerunt Breue, & Ortega fuit miniſterio defunctus, per vnicum actum contrarium priuilegium fuit admiſſum, vbi de more plura conſarcinat. Sed tripliciter reſpondetur; quod ſi res ita ſe habuiſſet, caſus horrendæ peſtis, & neceſſitas hoc excuſauiſſet, vt ad pedes Patris omnium Chriſtianorum pro auxilio recurreretur. Secundò, quòd licèt electus per Breue, Ortega tamen illo non fuit vſus, ſed à Vocalibus fuit electus, & officio Miniſtri defunctus eſt vigore electionis, non vigore Breuis. Tertiò fallitur, quod per vnicum actum cō-
40 trarium perdatur priuilegium: nam hoc non procedit, niſi in priuilegijs conceſſis priuatæ perſonæ, non Vniuerſitati, Collegio, vel Capitulo, vel Eccleſiæ, *Abb. in cap. cum acceſſiſſent, de conſtit. nu. 21. P. Tamburin. diſp. 16. q. 14. nu. 21.* At tale eſt illud: ergo, &c. Rurſus tunc per vnicum actum contrarium perditur
41 priuilegium, quando ille actus non eſt reiterabilis, ſecùs ſi reiterabilis ſit actus, Ita *Dom. Reg. Galeot. controuerſ. 48. n. 8. & 10. lib. 1.* quod dixerunt alijs verbis omnes DD. apud *Tamburin. diſput. 16. q. 14. num. 20.* & apud *F. Hiacinth. Donat. rer. regul. tract. 12. q. 13. fol. 145.* ſcilicèt, quòd per vnicum actum contrarium ammittitur priuilegium, quando reſpicit tempus præſens tantùm, ſecùs ſi priuilegium habeat tractum ſucceſſiuum: ſed iſtud eſt perpetuum, vt fol. 1. Ergò, &c. Vide *Saccam Parmenſem cōſ. 72. Morot. conſ. 33.* Coſta *de Indicijs n. 163. fol. 415.*

Dicit in verſ. *Quinto corroborantur*: quod in Inſtrumentis in actis præſentatis Miniſtri tantum vocabantur Superiores dicti Conuentus, & non Commiſſarij Generales; vndè elicit, quòd ex hoc videtur priuilegium non eſſe executum in hac parte. Reſpondetur, quod nil mirum, ſi in Iuris articulis ſcribit pro libito, ſi hoc facit in facto. Videat in Inſtrumento fol. 13. de anno 1580. *P. Petro Gonzalo de Carauajal Miniſtro, & Commiſſario Generali.* Idem habetur in alio Inſtrumento eiuſdem anni fol. 19. In alijs duobus Inſtrumentis fol. 19. eſt ſimplex procuratio ad exigendum, & in alia fol. 21. non interuenit Miniſter, ſed ſolum Vicarius. Sed videat aliud Inſtrumentum

fol.

fol. 7. in quo nedum vocatur Commiſſarius Generalis, ſed dicit vigore literarum Capituli Generalis expeditarum apud Ceruũ Frigidum die 7. Maij 1560.

In verſ. *Sexto quia*: quod dictus Conuentus fuit viſitatus à P. Prouinciali Italiæ, vt colligitur ex literis fol. 34. & fol. 35. Hæ literæ ſunt ſchedulæ Excellentiſſimi D. Ducis Metimnæ 28. Augusti 1642. & 13. Decembris 1642. ſupra ponderatæ; quæ non faciunt ad rem; nam hęc fuit lis, de hoc tractabatur, cum volebant expellere Hiſpanos. *Trata de hechar del todos los Frayles dela nation, maltratandoles, &c.* Vnde mandat Sua Excellentia, vt Prouincialis exeat, & diſcedat à Conuentu. Et licèt dicat, *Por hauer concluydo la viſita*; tamen poſtea fuit cauſa deciſa per dictum decretum Reg. Collater. de anno 1644. fol. 10.

In eo, quod poſtea ſubdit, quod non obſtat decretum prædictum Regij Collateralis, quia contra dictas ſcripturas, ac factum, parte non citata. Hoc eſt in quæſtione; & quis ex nobis melius dicat, eiuſdem ſupremi Tribunalis eſt iudiciũ; & in pręcedentibus ad omnia eſt occurſum.

Ad verſ. *Nec ommittendum exiſtimauimus,*
42 *quod Regia protectio aliquam iuriſdictionem in ſe non includit.* Reſpondeo, non licere mihi hos punctos tangere, licèt ſupra de protectione aliqua attinxi; & ſi videatur Scriptum Authoris, ſibi expreſsè in hoc contradicit, vt in verſ. *Cum igitur in limine*: ſolum dixerim, quod *Spectabiles Domini Regentes*, qui lumina ſunt, & fontes doctrinæ, optimè callent, ad quid Regia protectio ſe extendit, abſq. eo, quod in meſſem alienam mittant falcem.

Dicit in verſ. *Nec obſtare poterit*; quod ſupra
43 portam dicti Conuentus adſint Inſignia Realia, & ſubtus Inſcriptio: *Sanctiſſima Trinidad delos Eſpañoles*. Primò, quod ſunt recentèr appoſita: Secundò, quod ſupradictæ demonſtrationes *ſunt affectatæ, & ridiculæ*, quia non in limine fundationis.

Reſpondeo, quòd decem, & otto anni lapſi ſunt, quibus fronteſpicium Eccleſiæ prædictæ Inſignijs D. N. Regis in magno marmore celatis coruſcat. Affixæ de mandato Regio, vt ſupra inculcauimus. Ad id verò, quod inuerecundè, cum reuerentia, ſubdit, quod hæ demonſtrationes ſint ridiculæ: Herclè nequè *verbis*, nequè *ridiculę*; ridiculoſiſſimè ſcribenti reſpondendum eſſet; ſed quorum *propriè* intereſt, videbunt. Ipſe interim audiat *Salg. par. 3. cap. 10. n. 269. fol. 434. de R. P.* ſic eum redarguentem, An Eccleſia habeat *Arma Regalia*, vel aliqua *ſimilis Regalis Inſignia*? *iuxtà illud Lucæ 20. Oſtendite mihi denarium: Cuius habet imaginem, & inſcriptionem? Et reſpondentes, dixerunt. Cæſaris. Et ait illis: Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Lara de anniuerſar. & cappell. lib. 1. cap. 7. num. 36. & ſeq. Menoch. lib. 3. præſumpt. 64. Caſſaneus de glor. mund. par. 1. conſiderat. de Ponte de poteſt. Proregis tit. 10. de Inſignijs, & Armis, num. 10.* aliqua per *Dian. par. 10. tract. 12. miſcell. reſolut. 38. & Riccius reſolut. 31. de Iure patron.* Arma iſta marmorea iuſſit Supremum Collaterale apponi poſt rem iudicatam, vt ne dum in papyris, ſed in marmore perpetuis futuris temporibus vncialibus literis Regia protectio legeretur ab omnibus.

Ad verſ. *Sed re vera*. Quod non omnes Fratres Hiſpani huius Conuentus denegant obedientiam P. Prouinciali; ſed aliqui pauci inobedientes. His reſpondere nequè cum *Bartolo*, nequè cum *Innocentio* poſſum; quia non eſt quæſtio Iuris ciuilis, nequè Canonici. Scio ipſe, quod qui ſuo Iure vtitur, nulli facit iniuriam. Qui ſe defendit Iuri naturali innititur. Sicquè non etiam *indiſcretè*, cum reuerentia, ſed *iniuriosè*, & violentèr vocatur inobediens. Magis, quod in hoc tractatur de intereſſe Suæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis; cui nequè maior, nequè minor pars Fratrum præiudicare poteſt.

Quapropter, ratione Iuſtitia, & æquitate ſuadentibus; dictum Regium decretum fol. 10. eſſe confirmandum, & obſeruandum cenſeo, ſub correctione Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris noſtræ, & cuiuſuis alterius melius ſentientis, &c. 15. Septembris 1661.

Coram

Coram Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Prorege, & D. Didaco Bernardo Zuſia .S. R. C. Præſidente adiuncto decretum Regij Collateralis Cõſilij fol. 10. debitæ executioni demandetur, &c.

DD. Regentes votantes fuerunt Capyc. Galeota, Muſettula, Vlloa, & Nauarra, penès Gattam Cancellarium Regiæ Iuriſdictionis.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM VERBORVM,
AC SENTENTIARVM OMNIVM;
Quæ in his Quæſtionibus continentur.

Abolitio Indultus.

ABolitio generalis non extenditur ad delicta habentia tractum ſucceſſiuum, q.4.n.8.fol.31.
Non comprehendit Capſarios bancorum publicorum, neque Rationales, ibidem. Vide in verbo Capſarius, Bancum, Rationalis.
Abolitione generali nõ gaudent officiales publicorum bancorum committentes falſitatem in eorum officijs q.8.ſub n.22.cũ ſeq.fol.55.
Maior ratio eſt in officialibus bancorum, quã in publicis notarijs committentibus falſitatẽ. ead.q.n.12 fol.53.& n.23.fol.55.
Indultus ſtrictè interpetrandus ex ſententia Authoris contra cõmunem. q.8.n.28.f.55.
Omnes falſarios vniuerſim debet excludere. ead.q.poſt n.24.fol.55.
Peti poteſt ſub conditione, q.11.n.24.& ſeq.fol.80.
Petens executionem indultus, non tenetur fateri delictum. ibid.n.25.& 26.
Indultui non poteſt renunciari, & quare.ibidẽ.
Remittit pęnam, & tollit culpam, ibid. Vide in verbo Indultus.

Acceſſus.

Acceſſus factus per Iudicem ſuper loco differentiæ in die feſto, occaſionauit tumultum populi. q.36.n.12.fol.222.

Acceptans. Acceptatio.

Acceptans literas cambij dicitur fideiuſſor, ſi non eſt debitor ſcribentis, q.40.n.35.& n.43. fol.251.& q.41.n.11.fol.253.
Literas cambij tenetur licèt ſcribens ante, vel poſt acceptationem ſit decoctus, & per totam q.41.num.1.fol.252.& quare, n.2.3.& 4.ibid.
Literas in tempore, quo ipſe erat impoſſibile habere ſcientiam decoctionis ſcribentis, ad nihilum teneri per acceptationem, ibid.n.9.& 10.
Literas cambij cui poſt acceptationem, eadem die habeat notitiam decoctionis ſcribentis, datur ei cautela pro ſe defendendo, ibid.n.20. fol.257.
Acceptans ſcripturam, & negans debitum, dixerunt Doctores, quod poteſt condemnari, & ſcindi confeſſio. q.44.n.12.fol.272.
Apochã, & negans accepiſſe pecuniã, facit vt pragmatica non habeat locum in actu recognitionis, ibid.n.1.& per totam q. Vide in verbo pragmatica, Apocha.

Accurſius.

Filius Accursij ponitur in Inferno à Dante, & quare? q.6.n.28.fol.48.

Actio, Agere, Agens.

Non qualibet actio iniuſta hominis ſapit delictũ pęna dignum, q.10.n.9.& 10.fol.66.
Actus Agentium non operatur vltra eorum intenſionem, ibid.n.13.fol.68.
Agens ex vna cauſa, quando poſſit obtinere ex alia probata, ſed non petita, q.27.n.1.& 2. fol.174.

Actor.

Actore non probante, reus abſoluitur. q.50. n.3.fol.302.
Actor, & reus ſi ſint diuerſi fori, an continentia cauſæ diuidatur. q.26.ex n.15.f.172.

Digitized by Google

Actus.

Acta facta contra minorem, ſunt nulla, q. 13. n. 20. fol. 90.
Actualis notitia requiritur decreti per citationem, nec ſufficit ſcientia aliunde habita. q, 33. n. 34. fol. 205.

Actuarius.

Actuarij vocantur publici latrones, ſiuè Arpiæ, q. 24. n. 13. fol. 161.
Quomodo teneantur pro fideiuſſionibus, quas capiunt, q. 45. n. 8. fol. 278.
Actuario an credatur de geſtis per Iudices cũ votantur cauſa in aula q. 49. n. 34. & 35. fol. 297.

Adagium.

Adagium, Plus vident oculi, quam oculus, &c. Vide q. 38. n. 2. fol. 237.

Adeala.

Nouum nomen fœneratorum, q. 9. n. 18. f. 61.

Adminiſtrator, Adminiſtrare.

Adminiſtrare quid impórtet in Iure, q. 2. §. 3. n. 57. & 58. fol. 18.
Adminiſtratio, non proprietas datur in officijs q. 2. §. 3. n. 61. fol. 18.
Adminiſtrator debet adhibere maiorem diligentiam in adminiſtrandis rebus Eccleſiarũ, quã in rebus proprijs, q. 30. n. 22. fol. 184.
Adhibens diligentiam in rebus alienis quemadmodum adhiberet in proprijs excuſatur, ibid.
Adminiſtrationem rerum Eccleſiæ, vel minorũ deſiderans, præſumitur Dei memoriam non habere. ibid.

Aduocatus.

Aduocatus, qui ſuſtinet onus cauſæ, debet ſubſcribere ſuſpitiones, q. 1. n. 13.
Is dicitur ſubſtinere onus cauſæ, qui loquitur in aula, ead. q. n. 14.
Debet à Iudicibus patienter audiri, ibid. n. 10. fol. 3.
Poteſt opponere aliquam exceptionem ad aucupandum tempus, & quare? q. 11. n. 24. fol. 80.
In S. C. non ſolet ſubſcribere capita ſuſpitionũ contra miniſtros, q. 13. n. 1. fol. 88.
Aduocatorum primi ordinis abuſus magnus nolle defendere cauſas ſuſpitionum, ibidem n. 34.
Et quid ſi de hoc excuſabitur ante Tribunal D. N. Ieſu Chriſti, ibid.
Aduocatus defendens cauſam pro veritate, nulli parcere debet. n. 35. & 36.
Debet proponere omnia Iudici etiam ea, quæ reputat inſufficientia; vel parum ad cauſam conducibilia, q. 42. n. 26. f. 262.
Aduocati officium laborioſum, & quare, in parergon poſt q. 43. fol. 269.
Sententia Petri Matthæi in materia officij Aduocati, ibid. & q. 45. n. 17. fol. 280.

Ædificium, Ædificare.

Ædificium factum ab artifice ad quid tenetur, ſi reperiatur vitiatum, & infra quod tempus, q. 30. n. 8.
In extruendo ædificium, ſi artifex vel ponat cementa, & magiſterium de ſuo, vel ſolum cemẽta, & quid importet. ibid. n. 6. f. 185.
Vide in verbo Artifex.

Afflictus.

Non recipitur in Conſtit. Regni Iudices; nam intellexit de Actorum magiſtris, non de notarijs, q. 8. n. 12. fol. 53.
Vide in verbo Falſitas.

Aymon.

Aymonis Cranettæ doctrina in cõſ. 6. n. 109. in materia officiorum expenditur, q. 2. per totam.
Malè fuit inductam ad quæſtionem de officio gratis dato. ibid. n. 24.
Defenditur in d. loco n. 23. fol. 12.

Alienans, Alienatio.

Alienans partem feudi ſine domini conſenſu an cadat à toto, vel à parte, q. 10. n. 5. fol. 66.

Partem

Partem emphyteuſis an cadat à tota, ibid. n. 7.

Alimenta.

Alimenta *Patrono iuris patronatus debentur per ſuam Eccleſiam in caſu ſui, vel ſuorum neceſſitate, q. 21. n. 27. fol. 146. Sunt pręſtanda ſecundum ſuam, & familiæ qualitatem, ibid. n. 28.*

Alyrrothion.

Alyrrothion *filius Neptuni occiſus à Marte. q. 11. n. 3. fol. 74.*

Angelus.

Angeli *doctrina in materia immunitatis Eccleſiarum. q. 36. n. 18.*

Annichinus.

Annichini *doctrina in materia prauentionis aduerſus apochas declaratur, q. 47. n. 18. fol. 288.*

Vide in verbo Præuentio, apocha.

Animus.

Animum *ſuum quando dicatur riſu, naribus, motu corporis Iudicem declaraſſe, q. 1. per totam.*

Ex declaratione animi, verbo, vel ſignis quando recuſari poſſit. Vide in verbo Iudex.

Antidata.

Antidata *eſt delictum, & non præſumitur, niſi probetur, q. 3. n. 35. & 36. fol. 26.*

Quando ſit delictum ſi fieret in ſcriptura priuata, q. 10. n. 17. & 18.

An ſit ſimulatio, vel falſitas? ead. q. n. 18. & 19.

Apoca.

Apoca *de carrico, quam facit Nauis magiſter pro mercibus, & rebus in nauim conuectis quid continere debeat, q. 3. n. 1. fol. 22.*

An poſſit pro eiſdem mercibus duas literas dare de conſignandis in duobus locis, & diuerſis perſonis, & quid ſi vni conſignauerit, ead. q. 3. per totam. Et omnia in materia apocharum, & literarum carrichi, vide in verbo Nauis magiſter.

Apochas *Bancorum incidens poſitas in filſia quodnam delictum committat, q. 8. per totã ex fol. 52.*

Apocham *falſam, vel giratam falſam, ſeù bollectinum præſentans in banco, licèt pecunia non accipiat, punitur pœna mortis, q. 8. n. 14. fol. 54.*

Probatio quod apocha, vel girata ſit falſa, quę requiratur de Iure Regni. q. 8. n. 15. fol. 54.

Vide in verbo Falſitas.

Apocharum *arrendamentorum, & liberantiarum venditio erat publica, ſicut tritici in mercato, q. 9. n. 17.*

Sceleſtiſſimum commercium, n. 18. fol. 61.

Apocha *banco directa non poteſt ęquiparari inſtrumento continenti iuramentum, q. 23. n. 25. fol. 158.*

Conuentus vigore apocæ bancalis non poteſt petere remiſſionem fori eadem q. 23. ſub n. 25.

Girata in apocis bancalibus habet viam exequtiuam, q. 40. n. 15. & 16. fol. 247.

De obſeruantia M. C. V. circa girantes apocas, ibidem n. 37.

Vide in verbo Literæ cambij.

Pragmatica loquens de apocis bancalibus non habet locum vbi in actu recognitionis acceptatur apoca, & negatur accepiſſe pecuniam, q. 44. n. 1. & per totam fol. 271.

Vt ſcribens apocam vrgeatur via exequtiua ad faciendum depoſitum requiritur probatio ſcripturæ, non contractus, ibid. n. 7.

Apoca *niſi prius fuerit recognita, & ſit factum depoſitum denegatur audientia debitori petenti fori declinatoriam, q. 45. n. 2. f. 277.*

Quare fuerit introductus talis rigor, pro apocis banco directis, ibid. n. 3.

Appellatio.

Appellatio *non datur à ſententia Regis, q. 12. n. 34. fol. 86.*

Reuiſio ex gratia eiuſdem ſententiæ ab ipſo Rege poteſt dari, ibid. n. 37.

Arca, Arcarius.

Arca *bancorum quomodo numeretur? q. 4. n. 21.*

I N D E X

Clauium arcę bancorum cuſtodire quid importet, vide in verbo Capſarius, *& in verbo* Bancum.

Architectura.

Architectura *dicitur ſcientia ex Bartolo, & huic ſcientiæ omnes aliæ ancillantur. q. 17. n. 13. fol. 115. & q. 30. ſub n. 6. fol. 185.*

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus *Lantiani, & eius charitas in ſuam* Ciuitatē, *q. 33. ante n. 4. fol. 149.*

Arrendatores.

Arrendatores *vectigalium durante arrendamento poſſunt meliorē conditionem fiſci facere, & quomodo, q. 37. n. 7. fol. 232.*
Renuncians in medio arrendamenti ſocios à ſe, non ſe à ſocijs liberat, ibidem n. 11. 22. 23. & ſeq.
Fallit ſi id fiat ex neceſſitate, ibid. n. 12.
Poſſunt alios caratarios aggregare non mutatis primis Arrendamentis, ibid. n. 30.
Arrendatorum *mutatio quando, & quomodo poſſit fieri, ibid. n. 32.*
An poſſint facere pacta, & capitulationes cum Regio fiſco, vt ipſorum cauſæ cognoſcantur in Regia Camera. q. 15. n. 23. fol. 104.

Artifex.

Artifex *in opere conſtruendo, vel ponit cementa, & magiſterium de ſuo, vel ſolum cementa, & quid importat, q. 30. n. 6. fol. 185.*
Tenetur de vitio operis vſq; ad quindecim annos in operibus publicis, ibid. n. 8. & idem in ædificijs priuatis n. 9.
Tenetur de culpis magiſtrorū cum à ſe deputātur, ibid. n. 10.
Non tenetur ex caſibus fortuitis n. 12.
Tenetur etiam de leuiſſima culpa n. 12.
Tenetur de iure Regni vltra intereſſe partis etiam ad pęnam pecuniariam, & ſi nō habeat in ęre luat incorpore, ibid. n. 14.
Vide in verbo Caput magiſter.

Attentatum.

Attentatum *non dicitur circa ea, quæ inibitio habet limitatā cauſam, q. 45. n. 15. fol. 280.*

Aſſenſus.

Aſſenſus *Regius non expeditus ſuper venditione feudi, vel non regiſtratus in quinternionibus Regię Cameræ, venditio redditur nulla, q. 34. n. 43. fol. 212.*

Aſſientiſta.

Aſſientiſta *nouum nomen, & quid ſignificet, q. 9. §. 2. n. 18. fol. 61.*
Quomodo forment computa, & ex quibus, q. 10. n. 32. fol. 72.

Author.

Authoris *exemplum adductū coram pro Rege contra capſarium valdè curioſum, q. 5. n. 32. & 33. & ſeq. fol. 43.*
Sententia contra Garſiam ad fauorem Medicorum, q. 6. n. 16. & ſeq. fol. 46.
Sententia, quod indultus, & abolitio ſint ſtrictè interpetranda contra communem DD. q. 8. n. 24. fol. 55.
Sententiā ſequutam per S.C. in decidendo cauſam, q. 13. n. 7. fol. 89.

Authoritas.

Authoritas deciſionum S.R.C. & Rotæ Romanę quanta ſit, q. 44. n. 3. fol. 271.
De auctoritate Magni Conſilij, & ſupremi Senatus circa expedientes, q. 46. n. 19. f. 264.

Auſtriaca Domus.

Auſtriaca Domus *exaltata propter nimiam reuerentiam præſtitam Altaris Sacramento, q. 34. fol. 213.*

S. Auguſtinus.

S. Auguſtinus *quid videre cupiebat, q. 6. n. 20. fol. 49.*

Auxilium.

Auxilium *ad maleficium quando ſit punien-dum? q. 10. n. 12.*

Bancum.

BAncum *tenetur ſemper ſoluere quando ei fides crediti exhibetur, & non excuſatur ſi alteri ſoluit de mandato Iudicis, & quare, q. 3. n. 5. fol. 22.*

Diſcrimen inter fides crediti bancorũ, & apocas, ſiuè literas de carrico, quæ fiunt per nauis magiſtros, ead. q. 3. n. 30. & 31. 32. fol. 25.

Banci *fides publica nunquam debet falli, & in ſolutione fidium conſiſtit commercium Regni q. 3. fol. 23. n. 31.*

Sanctiſſimæ Annunciatæ celeberrimum, q. 4. n. 1. fol. 27.

Cladis eiuſdem banci ex immani furto à capſario illius commiſſo, ead. q. 4. n. 2. & 3. fol. 28.

Banci *Sancti Eligij ob furta capſarij, & libri maioris eiuſdem banci, q. 6. n. 3. fol. 45.*

Bancorum *celebritas conſiſtit, vt non permictatur, quod non creditor expendat, nec quid minimum de illis, ead. q. 4. n. 2. fol. 28.*

Banci *libri, & ſcripturæ, & filſiæ ſunt publici; & ideò conſeruantur in Archiuio publico, ead. q. n. 19. fol. 35.*

Omnes eius ſcripturæ probant pro, & contra bãcum, & pro tertio contra tertium, ibid. n. 20. fol. 35.

Banci *Oeconomi ſi tranſigant ſuper delicto capſarij, & officialium eiuſdem poſſunt ſucceſſores tranſigentẽ criminaliter accuſare, ibid. num. 4.*

Et quando poſſunt impugnare factum prædeceſſorum, n. 5. fol. 30.

Bancorum *pecuniam ſurripiens quibus pœnis puniatur, q. 5. per totam fol. 37.*

Sacra hiſtoria terribilis de pecunia ſubrepta à banco in Hieruſalem, ead. q. 42. n. 28.

Vide in verbo Capſarius, & Rationalis.

Bancherius.

Bancherius *quomodo puniatur, q. 5. num. 24. & 25.*

Quies, & tranquillitas Regni conſiſtit in ſecuritate bancorum, q. 8. ante n. 16. n. 22. n. 24. fol. 56. cũ ſequentibus, & n. 10. fol. 53.

Sententia Conſilij decem Virorum Venetijs cõtra officialem banci, q. 8. poſt n. 24. fol. 56. & 57.

Vide in verbo Indultus, Abolitio, Capſarius, Falſitas.

De Capſarijs, & Pannectarijs, Rationalibus, & Libris maioribus Giornaliſtis vide q. 5. 6. 7. 8. per totam.

Baliatus.

Baliatus *argumentũ ad tutelam an procedat? q. 19. fol. 134.*

Nil aliud eſt, quã tutela, ibid. n. 43. fol. 135.

Bannum.

Bannum, *vel decretum dicitur violare priuilegium, vel immunitatem Eccleſiaſticam etiã ſi per indirectum id efficiat, q. 36. n. 17. fol. 223.*

Baptiſmus.

Baptiſmus *datus capiti mortuo Iudicis Pagani memorabiliſſima hiſtoria, q. 1. §. 3. in parergon n. 42. fol. 8.*

Bartolus.

Bartoli *doctrina in l. cunctos populos expenditur, q. 36. n. 16. fol. 225.*

Baro.

Barones *habuerunt iuriſdictionem criminalẽ à Rege Alphonſo, q. 33. n. 6. fol. 200. Et quare illis erit abdicanda, n. 22.*

Viuere ſub Barone eſt viuere in ſeruitute, ibid. n. 11. & 12.

Quomodo puniantur Barones in Inferno, n. 14.

Baronum ſæuitia eſt cauſa, vt cogantur feuda vendere, n. 26. fol. 203.

Poſſunt petere remiſſionẽ cauſæ alicuius vaſſalli etiam quod vaſſallus conſentijt coram alio Iudice, vel ei fuerit denegata remiſſio, q. 35. n. 10. fol. 215.

Omnes ferè Regni Neapolitani habent primas cauſas ex priuilegio, & illæ non poſſunt auferri, q. 15. n. 26. fol. 104.

Tri-

Tribunalia ſuperiora an poſſint iudicare, vel paciſci contra priuilegium primarum cauſarum baronis, n. 27.

Barapraria.

Barapraritę probationis, & in ſuburnatione officialium ſi adſint indicia indubitata dicuntur ad formam l. fin. C. de prob. q. 2. §. 2. n. 45. fol. 16.

S. Birgitta.

S. Birgittę reuelatio, quomodo Iudices apud manes in alio mundo puniantur? q. 2. ſub n. 73. in parergon fol. 20.
Eius reuelationes approbatæ in Concilio Conſtantienſi, ibid.

Belgæ.

Belgarum *cor abſque tecinis, q. 3. n. 38. f. 26.*

Beneficium. Beneficiatus.

Beneficium *quando dicatur vacare, q. 2. n. 1. & 2.*
Quod conſiſtit ſolum in diſtributionibus quotidianis, illis priuatus ſi dicatur etiam priuatus beneficio, q. 2. n. 66.
Clerici effecti milites ſtatim vacat, q. 14. n. 6. cum ſequenti.
Ita ſi fiat centurio clericus ipſo iure vacat beneficium.
Clerici beneficiati gaudent etiam ſi in habitu non incedant, q. 14. n. 52. & 53.
Beneficium *perditur per militiam, & indiget noua collatione n. 54.*
Perditur per militiam ſecularem etiam ſi quis non exerceat ſeua, n. 55. & ſeq.
Renunciatum in manibus patroni quando poteſt illud recuperare, & quæ requirantur, ibidem n. 56. fol. 99.
Beneficij *collatio quando ſpectet ad* Papam, *& quando ad ordinarium, n. 57. fol. 99.*
Vide in verbo Clerici, *& in verbo* Miles.

Camerarius.

Camerarij *Patria, Papiniani, & Iaffredi, q. 33. n. 1.. fol. 199.*

Cambium.

Obligatus vigore litterarum cambij, an poſſit ſuper ſolutione facta ſaltim deferre Iuramentum creditori, q. 7. n. 6. fol. 50.
Cambij *forma, & quomodo fiat, q. 40. n. 20. fol. 244. & n. 12.*
In cambijs verbum, pagarete, *quid differat ab alio,* piacciaui di pagare, *ibidem n. 18.*
Quid ſi diceret, compenſate, *vel data inſolutum talem nomen, ibidem n. 21.*
In cambijs votum, ſeu parere mercatorum quãdo attendatur, ibidem.
Cambium *ſine litteris dicitur fictum, & vſurarium, q. 40. n. 2. fol. 244.*
Cambij *eſſentia, & iuſtitia conſiſtit in iuſto pratio, non in littera, ibidem n. 10.*
Vide in verbo Littera cambij.

Caballus.

Caballus *reprehenditur in caſo 255. in materia delicti in genere, q. 17. §. 2. n. 57. fol. 119.*

Canon.

Decreti Canones recollecti per Gratianum an habeant vim legis, q. 19. n. 20. fol. 131.

Candela.

Candela *extincta vltimo licitatori eoipſo contractus dicitur perfectus, & quare? q. 37. n. 1. & 2. fol. 231.*
Etiam nulla confecta ſcriptura, ſed ſolũ acceptata oblatione, & non extincta candela, ibid. n. 3. & 4.

Capitulum.

Capitula, *& conſtitutiones* Regni *ſunt in deſtrictu* Regni *ius commune in eodem* Regno, *q. 35. n. 29. fol. 219.*
Capitulum *generale non poteſt tollere decretum* Principis, *q. 50. n. 38. fol. 309.*
Capitulum *generale non poteſt bona vnius monaſterij alteri dare, n. 39. fol. 310.*
Vnius Conuentus quando poſſit priuilegijs habentibus tractum ſucceſſiuum præiudicare, & quando perdatur per vnicum actum, ibidẽ

num.

num. 40. *& ſeq. fol.* 310.

Capitanius.

Capitanius *nauis, vide in verbo nauis magiſter q.3. per totam fol.22.*

Capſarius.

Capſarius *ſubſcribens fidem Crediti, cuius ſūmam non ſcripſit in libro introitus, falſum committit q.4. n.24. fol.36.*

Delictum in genere contra capſarium banci publici, qui ſubripuit à banco pecunias quomodo probetur ead. q.4. n.9. fol.31.

An ad inſtantiam capſarij in iudicio criminali detur remiſſio reſta, & quid ſit reſta ibidē n.10. & 13. fol.32. & 33.

Dictio, circa *in computis magnarum quantitatum banci publici, quid importet n.12.*

Tenetur de culpis eius ſubſtituti, ſed ciuiliter tantū iuxta ſententiā authorīs ibid. n.15.

Arca quomodo numeretur, & iudicatur ritè, & rectè numerata ibidem n.21. fol.35.

Accipiens pignus à loco, quod dicitur guardarobba committit furtum, & non excuſatur ſi re non integra illud reſtituat ibidem n. 23. fol.36.

Tranſactus pro uno furto, in eius adminiſtratione commiſſo quando poſſit pro eodem criminalitèr accuſari, ibidem n. 4. cum ſeq. fol.27.

Quodnam delictum dicatur commiſiſſe ſi capiat pecuniam banci publici, & in uſus ſuos conuertat q.5. n.2. & 38. & per totam.

DD. qui dicunt nō eſſe furtum, ſed actionem ciuilem vocantur idiotæ, ibidem n.9. fol.39.

Committit furtum, licet pecunia ſit confuſa, & ei non data in ſacculo, ſed numerata ibidem n.10. fol.39.

Non eſt ipſe depoſitarius, ſed miniſter depoſitarij n.11.

In Capſarium nunquam transfertur dominium pecuniarum, quia illas habet in cuſtodiam ibidem n.14. fol.40.

Cautio fideiuſſoria praſtita per capſarios præſtatur pro intereſſe burſali, non vt illos excuſet à pœna corporali, & quare ibid. n.15.

Maximum, & inexplicabile delictum dicitur cōmmictere ſubripiendo pecuniam banci publici ibid. n.19.

Non gaudet generali abolitione, neque Eccleſiaſtica immunitate n.20.21. & 22.

Pœnę contra Capſarios in Regno, *& apud omnes gentes ibid. n.23.24. & ſeq. fol.42. & 43.*

Nobilitas filij Capſarij ſi fuerit Doctor an porrigatur ad ipſum Capſarium, itaut non poſſit pœna plebeiorum puniri q. 6. fol. 45. per totam.

Banci SS. Annunciatæ fuit pęna triremium ſua vita durante, & ad intereſſe partis pūnitus q.5. n.35. fol.44.

Non fuit furca ſuſpenſus ex deficientia vnius voti q.6. ante n.1. fol.45.

Quomodo, & qua ignominia ſententia contra eum exequta ibid. n.8.

Banci S. Eligij furtus cū libro maiore more latronum adiudicati ibid. n.1.

Occiſi à peſte, qui ob protectionem non occiſi à Iudicibus ibidem n.23. & n.4.

Vide in verbo bancum.

Carcer Carceratus.

Carceratio *longa, vel tollit, vel minuit pœnam delicti q.10. n.33. fol.73.*

Eſt ſpecies torturę ibid. n.34.

Quando, & quomodo, in quibus cedere debet in pęnam ibid. n.33.

In Duce Oſtuni fuit pœnitentia, & non pœna, & quare ibid. n.34. fol.73.

Caratarius.

Caratarius *quando, & quomodo poſſit mutari, & liberari, à conſocijs cōductoribus Gabellarum, ſeù vectigalium q.37. n.29. & 30. fol. 235.*

Caratariorum *mutatio, & ſubrogatio aliorum quando poſſit fieri, de conſenſu fiſci locatoris n.32. fol.235.*

Carolus.

Carolus *Brācatius Regius Cōſiliarius recuſatus ob riſus, naris, ac oris, & manū motus, ab Aloyſio Minutulo, Cauſa curioſa, vide in verbo index votum, & ſuſpectus.*

Caramuel.

Caramuelis *Doctiſſ. Epiſcopi iudicium in materia feſtorum etiam de præcepto in diſcurſ.*

poſt

poſt q.43.n. 24.& 25.& ſeq. & de diebus Dominicis n.27.fol.265.

Cardinalis.

Cardinalium *Galera,licitata ſub Clemēte Septimo,ex cauſa neceſſitatis q.9.n.30.fol. 62.*
Quem titulum habent à S.R.C.q.12,n. 18, fol.83.

Caſus.

Caſus *iuriſdictionis mirabilis occurſus inter S.R.C.& M.C.V.q.12.n.23.& 24.fol.84.*

Caſtellanus.

Caſtellani *habēt iuriſdictionem in milites Caſtri de iure commune,q.35.n.1.26, 27.fol, 214.& 218.*
Habent merum Imperium, ibid.n.2.
Non habent iuriſdictionem extra Caſtrum, & ei adiacentia, licet eius iuriſdictio ſit in perſonas ibid.n.3.& 4.
Quomodo fuit deciſum in cauſa cuiuſdam Alibardery Caſtri Noui Neapolis, ibid. n.4.
An poſſit petere remiſſionem cauſa militis, vel, perſonę in Caſtro exiſtentis,cui fuerit denegata,vel conſenſit miles,vel perſona ibid.n. 11.fol.215.

Caſſiodorus.

Caſſiodori *ſententia circa Principum mandata.q.38.n.35.fol.241.*

Cauæ.

Ciuitas *Cauæ,& eius Ciues vid.in verbo Ciuitas.*

Cauſa.

Cauſæ *continentia quando diuidi poſſit q. 26. ex n.15.fol.172.*
Quid ſi actor, & reus ſint diuerſi fori ibid.
Quid ſi iudex non habet iuriſdictionem ſuper tota lite ibid.
In cauſis vbi proceditur ſola facti veritati inſpecta,ſi vnum petatur,& aliud probetur, poteſt ferri ſententia ſecundo probationes q. 37.n.1.& 2.
In Regno Neapolitano proceditur ſola facti veritate inſpecta in cauſis ibid.
Concurſus *Creditorum an ſit indiuidua q. 28.n.15.fol.179.*
Cauſa *Domanij quomodo tractetur, vel ſi expediat Vaſſallis, infeudari q.33.n.2.f.199.*
In cauſis domaniorum eſt dandus terminus, & compilari debet proceſſus ibidem n. 28. fol.204.
Vbi ſuprema prætoria manus appoſuerunt quando non remictantur ad Barones q. 35. n.12.fol.216.
Cauſæ *deciſę à Tribunalibus ſuperioribus non remictuntur ad inferiora n.15.*
Cauſa *Immunitatis Gabellarum remiſſa per Regiam Cameram ad S.C. quia Fiſcus non habebat præſentaneum intereſſe q.36.n.11. fol.222.*
Cauſæ *Litterarum Cambij fuerunt non ſolum agitatę coram delegatis Cambiorum,ſed etiā coram alijs delegatis diuerſarum nationum q.41.n.21.fol.257.*
Cauſæ *locatorum Dohanæ,& deecorum foro,& priuilegio.Vide in verb.Dohana*
Cauſæ *in Regno quare fiant immortales,& modus adinuentus per authorem pro illarum facili expeditione in parergon poſt q. 43. fol.270.*
Cauſa, *in qua duo Iudices eodem inſtanti manus appoſuerunt, quiſnam procedere debeat q.45.n.11.& 12.fol.278.*
Cauſę *ſuſpicionum iudicantur cum tribus iudicibus,& an bene procedat q. 48. n. 6.fol. 293.*
Delegationes in cauſis Criminalibus, quibus principijs introducta q.42.§.2.n.33.fol. 86.
Cauſa *Confraternitatum, vel extauritarum, quæ gubernatur per laicos,quando cognoſcātur per Iudices laicos, vel per Eccleſiaſticos. Vide in verb.Confraternitas.*
Cauſa *concurſus creditorum eſt indiuidua, q. 28.n.15.fol.179.*

Cenſus.

Cenſus *maturati poſt primum libellum an cōſequi poſſint abſq; nouo proceſſu q.14.n.50. fol.98.*
Pragmatica *1. de cenſibus excludit omnem exceptionem ante ſolutionē cenſus q.23.n. 32. fol.159.*

Poſ-

*Poſſeſſor anteneatur ad ſolutionem Cenſuũ decurſorum, niſi quanti valet ipſa res poſſeſſa & quare q.26.n.7.fol.*170.

Centurio.

Clericus *effectus Centurio, ſiue miles licet ſeua non eſerceat, non gaudet fori priuilegio, q.* 14.*n.*20.*& ſeq.*
Centurionis *Imperium in milites ſuę cohortis & quæ poſſit facere n.*24.*& ſeq.*
Clericus *effectus centurio perdit beneficium ipſo iure ibid.n.*28.
Vide in verbo miles,& in verbo beneficium.
Centurio *habẽs ſchedulam à Principe, dicitur verè centurio, ead. q.§.2.n.37.fol.97.*
Signum Centurionis eſt ginecta ibid. n. 41. *&* 42.
*Lictere ſeu patentes Centurionis cur ſtatim non expediuntur ibidem n.*43.
Vide in verbo miles.Beneficium.

Citatio.

Citatio *executa facit, vt res non ſit integra q.* 14.*n.*16.*fol.*96.
Laicus actinctus per ſolam Citationem coram iudice ſuo, ſi fiat etiam Sacerdos non declinat forum, quo ad bona ead.q.n.48.fol.98.
Citatio *in renouatione litterarum exequutorialium, contra hæredes debitoris eſt neceſſaria q.28.n.2.& 3.fol.177.*
Citatio *eſt adeo neceſſaria ita, vt neque Papa, neque Imperator poſſunt aliquid definire, parte non citata q.31.n.11.*
Circumducta *habetur, ac ſi citatus non eſſet citatus q.33.n.29.fol.204.*
Actualis requiritur, & non ſufficit ſcientia aliunde habita ibid.n.34.fol.205.

Ciuis Ciuitas.

Ciuitates *domaniales inſignes ſuſtinuerũt Reges à Baronibus proſtratos q.33.n.18.f.*202
Ciues *Canenſes extraxerunt de Carcere Fredericum, & duxerunt ad Regem eius patrem in columen ibid.n.19.& 20.*
Ciuitates *non inſignes poſſunt infeudari probis Baronibus ibid. n.21.fol.202.*
. . . *Non ſunt infeudanda inſignes q. 34. n. 27. fol.* 210.
Ciuitatis *Lãciani priuilegia, & immunitates à 14. retro Regibus eidem conceſſa ibid.n.* 23.
Medicantes, & Religioſi eiuſdem Ciuitatis ſe obtulerunt contribuere in expenſis pro domanio obtinendo ibid.n.25.
In venditione Ciuitatis Lanciani occurſe fuerunt multe nullitates ex n.27.
. . . *Lanciani quare non debebat infeudari q. 34.ex n.29.fol.210.*
Ciuitatis *Domanialis venditio non tenet, niſi ratificetur à Rege ibid.n.33.& 34.fol.211.*
Ciuitas *prædicta Lanciani adorat Sacramentum Altaris in carnem viſibilem, & Sacratiſſimum Sanguinem D.N.Ieſu Chriſti ibid. n.44.fol.213.*

Clauſula.

Clauſula *donec bene, & fidelitèr te geſſeris eſt baſis ſubſtantifica, quæ cenſetur appoſita in omnibus officijs, etiam ſi non apponatur, & cum contrauenitur ſtatim officium perditur q.2.n.18.31.& 32.& per totam.*
Vide in verbo officium.
Clauſula *ſola facti veritate inſpecta, quid importet q.27.n.1.cum ſeq.fol.174.*
In Regno vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, poteſt proferri ſententia ſuper id quod eſt probatum quamuis non petitum ibidem n.3.
Quid ſi actor reſtrinxit ſe ad vnam ſpeciem actionis ibid.n.10.
Clauſula *de poteſtate abſoluta in cauſis domaniorum nihil operatur, & quare q.33.n. 32. fol.202.*
De clauſulis priuatiuis, & abdicatiuis in priuilegijs inueſtiturarum feudorũ, & quomodo intelligantur q.35.n.15.16.& 17.

Clauis.

Clauium *Cuſtodia quid importet apud Capſarios bancorum.*
Vide in verbo Capſarius.

Clemens Clementia.

Clementia *dicitur vecordia, & crudelitas, ſi vtatur cum obſtinatis, & impijs q. 6.n.23. fol.47.*

Clericus.

An ſe abſcribens militię ipſo iure perdat priuilegium,

legium, vel requiritur ſententia, q. 14. n. 1. cum ſeq. fol. 93.
. . . Et an perdat beneficium Eccleſiaſticum? ibidem n. 6.
Effectus miles ſi deſerat militiam an poteſt puniri pœna deſertoris, nullo priuilegio fori, vel Canonis ſuffragante. ibid. n. 8.
. . . Quid ſi exercuit ſeua, ibid. n. 11. fol. 94.
. . . Aliquando poteſt gauderi priuilegio fori quo ad bona, & non quo ad perſonã. ibidem n. 15.
Praeuentus quando gaudet etiam in criminalibus, ibid. n. 20.
Effectus centurio ſemper cenſetur exercere ſeua, ibid. n. 21. cum ſeq.
Miles attintus à Iudice ſæculari, ſi poſtea efficiatur clericus, non gaudet, ibid. n. 48. f. 98.
Laicus ab vno creditore attintus, ſi efficiatur clericus, an gaudeat reſpectu aliorum creditorum, ibid. n. 51.
Beneficiatus an teneatur geſtare habitum, & quare? ibid. n. 52.
. . . Non poteſt prorogare Iuriſdictionem in Iudices laicos, q. 15. n. 17. fol. 203.
. . . An poſſit renunciarè ipſius foro? q. 13. n. 34. & 35. fol. 105. cum ſeq.
Clericus an poſſit eſſe tutor q. 19. n. 7. cum ſeq. fol. 129.
Quid de tutela teſtamentaria legitima vel datina ibid. n. 8. & n. 14. cum ſeq. quid de iure Canonico ibid.
Quid in tutela miſerabiliũ perſonarũ ibidẽ.
Clerici diuagantes, & Giriuaghi an poſſint eſſe tutores n. 31.
Sicuti non poſſunt conſentire coram Iudice ſeculari, ita non poſſunt conſentire coram Epiſcopo, vel Iudice non ſuo q 22. n. 34. fol. 153.
Sunt expreſsè Deo, & pro eo Summo Sacerdoti reſeruati q. 23. n. 6. fol. 155.
Clericus agens coram iudice ſeculari poterit recõueniri à laico, coram eodẽ, & in quo articulo improbatur Ant. Faber q. 24. ex n. 7. fol. 161.
Quid ſi reconuentio, ſit de negotio, totaliter independente à conuentione, ibid. n. 10.
Clericus quid ſi porrexit in iudicio tantum libellum n. 12. & poſtea ſe peniteat n. 18.
Clericus an poſſit reconueniri vexatus à laico compareat. q. 24. n. 20.
. . . Comparens aduerſus remedia capitulorũ Regni, an poſſit recõueniri, ibid. n. 21. & 25.
. . . Hæres laici pro lite cæpta cum defuncto coram Iudice ſæculari, an declinet forum, q. 25. n. 1. fol. 164. & per totam.
Quid ſi lis fuerit cępta per citationem tantum? ibid. n. 4. vel ſit neceſſaria litis conteſtatio, ibid. n. 19.
Laicus hæres clerici debet remitti ad Iudicem, Eccleſiaſticum, ſi lis fuerit cępta contra clericum coram Iudice Eccleſiaſtico, q. 26. n. 1. & 2. fol. 170.
Literę exequutoriales an poſſint renouari contra clericum heredem laici debitoris condemnati, q. 28. n. 1. fol. 177.
Perempta inſtantia, quamuis iudicium ſit cæptũ coram Iudice ſeculari contra laicum, clericus hæres conuentus an declinare poſſit forũ ſeculare, ibid. n. 4.
Obligatio facta per laicum coram Iudice laico, & poſtmodum effectus clericus, vel eius hæres ſit clericus, poſſit incuſari corã eodem Iudice, ibid. n. 14.

Cogitatum.

Cogitatum apud homines non eſt delictum, ſecùs apud Deum. q. 11. n. 12. fol. 76.

Collaterale Conſilium.

Vide Regium Collaterale Conſilium.

Conchinus.

Conchini Marchio, & Seianus in Gallia, eius hiſtoria, q. 6. n. 24. fol. 47.

Conductor.

Conductor, & locator ad imparia iudicantur, q. 37. n. 26.
Conductores gabellarum, & vectigalium quando, & quomodo poſſint Caratarios, ſiuè conſocios mutare, ſubſtituere, vel liberare, ibid. n. 29. & 30. fol. 235.
Vide in verbo Caratarius, & verbo Arrendator.

Condemnatio condemnatus.

Officialis condemnatus pro delicto in officio cõmiſſo,

miſſo, perdit officium, & pretium illius, etiã ſi in ſententia non ſit expreſſum q.2.§.2. ex n.35.
. . . *Condemnatus pro delicto extra officium illud non perdit ibid.fol.15.*
Vide in verbo officium.

Confeſſio.

Confeſſio *inquiſiti, vide in verbo* inquiſitus.
. . . *Non præiudicat confitenti quando eſt cõtraria iudicio peritorum q.17.n.28.fol.116.*
. . . *Rei non facit quin illud quod eſt delictũ ſit delictum ibid.n.32.& n.42.*
. . . *An ſit eiuſdem naturæ, quæ ſit in cauſa criminali,cum illa, quæ ſit in cauſa ciuili q.17.n.40.fol.118.*
. . . *Qualificata in recognitione apoçarum an, & quomodo ſcindatur q.42.n.15.fol.299.& q.43.& 44.n.5.fol.272.*
. . . *In ciuilibus quando ſcindatur, vel non ſcindatur, remictitur arbitrio Iudicis q.44.n.20.fol.274.*
Confeſſio *iudicialis docto de errore quomodo, & quando poſſit declarari, vel reuocari q.10.n.28.29.& 30.*

Confirmatio.

Confirmatio *priuilegiorum in forma communi, vel in forma ſpeciali, quid & quomodo fiat, q.34.n.24.fol.208.*

Confraternitas.

Confraternitas *laicorum, an ſubiaceat iuriſdictioni Seculari,vel Eccleſiaſticę q.18. per totam fol.120.cum deciſ.S.C.n.8.*
. . . *Quid ſi eſt erecta authoritate Epiſcopi,vel Summi Pontificis ead.n.2.fol.121.& n.12.fol.124.*
Confraternitatem *Laicorum Epiſcopus non poteſt erigere,vel confirmare in loco exempto ibid.§.2.n.18.& 19.*
. . . *An poſſit viſitari per Epiſcopum,& quãdo ibid.n.9.*
. . . *An habeat in integrum reſtitutionem ibid.*
. . . *An ſit mixti fori etiam quo ad res ſpirituales n.10.*
Committens *homicidium in Oratorijs dictarũ Confraternitatum an commictat Sacrilegiũ ibidem num.12.*
Rex Neapolis eſt in poſſeſſione,vel quaſi cognoſcendi de omnibus cauſis Confraternitatum extauritarum,hoſpitalium,quæ per Laicos gubernantur ibid.n.20.fol.126.
Epiſcopus intromictens ſe in cauſis Confraternitatum, vel extauritarũ expeditur hortatoria à Regio Collaterali Conſilio, num.22.

Conſcientia.

Conſcientię *proprię teſtimonium, & vltronea præſentatio inquiſiti arguit innocentiam q.3.n.39.& 40.fol.26.*

Conſenſus.

Conſenſus *diœceſani in fundatione Eccleſiæ quomodo,& quando requiratur,& præſumatur q.50.n.30.& ſeq.fol.308.*

Conſilium.

Conſilium *quando præſumatur,vel præceptum ſi in lege ſit poſitum fauore alterius q.11.n.11.fol.75.*

Conſiliarij.

Conſiliarij *quomodo ſedere debeant, quando iunguntur cum Præſidentibus R.Cameræ ad dexteram,vel ad ſiniſtram q.12.n.1.& 2.cũ ſeq.fol.81.*
Quid quando dantur adiuncti, ibid. n.2.& 9.
. . . *Quid in Tribunali R.Cameræ n.8.f.82.*
. . . *Retinent eandẽ dignitatem quamuis ad officium inferius traſferantur ead.q.n.13.*

Conſtitutio.

Conſtitutiones,*& Capitula Regni Neapolitani ſunt in diſtrictu Regni ius cõmune q.35.n.29.fol.219.*

Conſtitutum.

Conſtitutum *promiſſorium contrahitur inter magiſtrum nauis cum domino mercium q.3.n.6.fol.23.*
. . . *Fit etiam abſenti, & quomodo hoc fingatur ibid.n.7.& 8.*
. . . *Nihil operatur quando de debito non cõ-*

ſtat euidenter, & quando principalis eſt ſoluendo n.15.& 16.fol.24.
Conſtitutarius *eſt ad inſtar fideiuſſoris ibid. n.17.fol.24.*
. . . *Ex æquitate dat actionem ex nudo pacto, ſed ceſſat quando concurrit cum remedio ordinario ead.q.3.n.18.19.& 20.f. 24.*
. . . *Reintegra reuocatum nihil operatur, & quãdo dicatur re integra n.23.& 24.f. 25.*
Quibus verbis factum dicatur conſtitutum promiſſorium ibid.n.26.& ſeq.
Vide in verbo nauis,*& in verbo* apoca.

Conteſtatio litis vide in verbo *litis Conteſtatio.*

Continentia.

Continentia *cauſæ quando diuidi poſſit q.26. n. 15.fol. 172.*
Quid ſi Actor,& reus ſint diuerſi fori ibid.
Quid ſi Iudex non habeat iuriſdictionem ſuper tota lite ibid.

Contrahere. Contractus.

Si Deus contraheret, teneretur ſtare contractui q.11.n.8.fol.73.
Contractus *factus cum minore non habente tutorem, eſt validus licet poſſit reſtitui aduerſus illum q.13.n.23.fol.90.*
Contractus *iudicialis dicitur perfectus eo ipſo quod vltimo licitatori candela extinguitur ſubhaſta,& quare q.37. n.1.& 2.fol. 231.*
Contractus *à ſcriptura differt, & quomodo, q. 44.n.6.& 8.fol. 272.*
Contrahens *cum ſocijs tenetur ſcire,& explorare pacta,& poteſtatem inter ſocios q. 32.n. 14.fol.197.*
Contractu *communi quis præſumitur paciſci de iure ſuo tãtum ibid.n.15.& 16.fol. 197.*

Conſuetudo.

Conſuetudo *qualis attendẽda cũ magiſtro nauis loci vbi onerat merces, an vbi exonerare debet q.3.per totam.*
Vide in verbo nauis magiſter.
. . . *Quando abrogat legem,vel ipſa abrogatur à lege q.9.§.2. n.14.15.& 16.*
. . . *Iudicandi inducitur per binas iudicaturas, q. 40.n. 5.fol. 245.*
. . . *Eſt optima legum interpres ibid. n.6.*

Commiſſio.Commiſſarius.

Commiſſarius *cauſæ remotus à Principe abſque cauſæ cognitione an remaneat ſuſpectus in eadem cauſa, ita vt nõ poſſit in illa interuenire in votando q.48.n.1. & 2.fol. 292.*
Commiſſiones *generales, non poſſunt fieri de iure comuni, & facta qualiter intelligi debeant ibid.n.4.*
Commiſſarium *cauſa poteſt Princeps ex ſuo motu proprio reuocare, & alium ponere, & quando hoc idem faciat Præſidens S.C. ibid. n.9.*

Communis.

Communem *rem quis poſſidens non poteſt vẽdere, vel alienare niſi partem ſuam, vel ius quod habet in re q.32.n.15.& 16.fol. 197.*

Comparatio.

Comparatio *manus vide in verbo* manus.

Comprehenſio.

Comprehenſio,*vel extenſio quando poſſit fieri in lege pænali q.8.n.18.cum ſeq.*
Quando dicitur comprehenſio in mente legislatoris licet non expreſſum in lege ibid. n. 20.
. . . *Fit quando lex pænalis eſt ordinata ad obuiandas fraudes n. 21.*
. . . *Ex maioritate rationis quando ratio eſt vnica,& eſt expreſſa n. 22.fol.15.*
Vide in verbo lex,& in verbo pæna.

Computum.

Computa *in criminalibus non reuidentur ſi quantitas ſit exceſſiua,ſecus in ciuilibus, & quare q. 4. n. 14.fol. 31.*
. . . *Partitariorum,& Aſſientiſtarum quomodo formentur ex cedulis,& contra cedulis q. 10.n.32.fol.72.*

Creditor.

Debitor in actu ſolutionis debet digere in quam cauſam ſoluit, & non eligente deuoluitur ad creditorem electio q. 20. n. 4.fol. 136.

Pi-

Pignoro vendito, creditor imputat prætium in cauſam quam ipſe eligit n.22.fol.140.

Creditori *infra biennium eſt intimanda exceptio nō numeratæ pecuniæ, nec ſufficit ſciētia aliunde habita, vel proteſtatio debitoris q.43.n.3.& 5.fol.263.*

. . *Quid ſi Creditor fuerit abſens ſufficit ſi debitor præſtetur ſe apud Iudicem, vel acta ibid.n.3.*

Curia.

Curię *appellatione, continetur omne Tribunal, etiam D.N.Ieſu Chriſti q.23.n.26.fol.158.*

Cuſtos. Cuſtodes.

Cuſtos *ſanitatis, ſi delinquat tempore peſtis in officio, quomodo puniatur q.2.§.2.n.42. 43. fol. 16.*

In quod conſiſtat eius officium, & an dicatur habere propriè officium ibid.§.3.n.51.f.17.

. . . *Debet eſſe ſanctior perſona Ciuitatis ead.q.2.n.70.*

Dantes.

Quomodo ponat Iudices, qui baractariam committunt in pœnis Inferni q. 2. §. 3. ſub n.73. in parergon.

Data.

Data quid operatur in ſcripturis priuatis q. 10 n.19.vide antidata.

Debitor. debitum.

Debitor *in actu ſolutionis poteſt eligere in quam cauſam vult ſoluere q.20. n. 40. fol. 136.*

Non facta electione per debitorem, deuoluitur ad creditorem electio ibid.

. . . *Soluens in dubio non cenſetur ſoluiſſe in duriorem cauſam, vel in antiquiorem quando non eſt obligatus proprio nomine ibid. n. 12.& 13.*

. . . *Licite contrahit, & ſoluit, non facta graduatione, & dato illi Curatore n.25.fol.140.*

. . . *Quando accipit gaudet, quando reddit plorat &c. q. 42. n. 23. fol. 261.*

Deciſio.

Deciſio S. R. C. *in cauſa ſuſpitionis, & recuſationis officialiū ex cauſa riſus, motus corporis iudicis, vel officialis q.1.n.13.fol.3. de qualitate libelli recuſationis Iudicis, ead.q. §. 3.ante n.40.fol.7.*

. . . *M.C.V. contra deputatos tempore peſtis deliquentes in officio q. 2.fol. 10.*

. . . *S.C.in cauſa cuſtodis portus ſanitatis q.2. n.16.fol.11.*

. . . *S.C.in cauſa magiſtri nauis qui confecerat duas apocas carichi, & tradiderat duobus pro conſignandis mercibus Liburni, & Neapolim q. 3. n. 10. fol. 23.*

Vide in verbo nauis.

. . . *Delegatorum, an detur in criminalibus reuiſio computorum q.4.n.14.fol.33.*

. . . *M. C. V. contra Io:Baptiſtam Lilla q.5. ante n.27.fol.42.& q.8.n.22.fol.55.*

. . . Cōſilij 10.*Virorū Venetijs contra giornaliſtamBanci q.5.ante n.27.fol.42.& q.7.*

. . . *Quinque iudicum delegatorum in cauſa Capſarij banci A.G.P.q.5.n. 35.fol.44.*

. . . *An medicus ſit nobilis, & eius nobilitas porrigatur ad patrem ignobilem q.6.fol. 45.per totam.*

. . . *Parlamenti Farienſ. contra Galliæ Seianum, & eius filium, & vxorem q.6.n.23.vſque in finem fol.47.*

. . . *Quinque delegatorum, an renunciās futuris probationibus intelligatur renunciaſſe etiam probationi per iuramentum, & res euidentia q.7.n.4.fol.50.*

. . . *Delegati cambiorum ad prag. de litteris cambij an denegetur audientia reiecta omni exceptione, intelligatur reiectum iuramentū quod debitor expectat à Creditore q.7. n. 6.*

. . . *M.C.V. excluſionis indultus generalis q.8.poſt n.22.fol.55.*

. . *In cauſa Ducis Oſtuni in materia liberantiarum q.11.n.21.fol.79.*

. . . *Ad fauorem R. Conſiliariorum contra Præſidentes R.Cameræ in ſedendo q.12. ante n.4.fol.81.*

Quid quando R.Conſiliarij ſint dati pro adiuncti n.7.& 9.

Quid in Tribunali Regiæ Cameræ n.8.fol. 82.

. . . *S.C.in cauſa contra Ill.Marchionem Vaſti in materia præuentionis aduerſus apocas bancales q.46. n. 17.fol. 284.*

eiuſ-

. . . *Eiuſdem contra Ducem Caſula in eadẽ materia preuentionis ibid.n.*18.
. . . *Reg.Salernitani* 29.*deſtruitur, & quare q.*17.*n.*39.*cum ſeq.fol.*118.*fuere impreſſas poſt mortem eiuſdem Regentis ibid.*
. . . *Reg.Sanfelicij* 28.*quomodo ſit intelligẽda ibid. n.*46.*cum ſeq.*
Deciſionum authoritas non ſemper eſt ſequenda, ſed quatenus ſit rationabilis q. 44. *n.* 3. *fol.*271.
*Non eſt curandum de deciſionibus, cum non exemplis, ſed rationibus eſt decidendũ q.*22. *ex n.* 17. *cum ſeq. fol.* 150.
Deciſio Senatus ſupremi Italiæ ad fauorem vniuerſitatum Regni q. 34. *n.* 3. *fol.* 206.
. . . *D.de Franchis* 458. *quando procedit in materia priuilegij militaris q.*35.*n.* 30. *fol.* 219.
D.R.Sanfelicij 152. *tom.*2. *in materia apocarum bancalium quomodo intelligenda q.* 42.*n.*13.*fol.*259.*& q.*44.

Declinatoria fori.

Declinatoria *fori non admictitur aduerſus apocas bancales niſi prius recognitis, & facto depoſito q.* 44. *n.* 27. *fol.* 275.

Decoctus. decoctor.

Decoctus *habetur pro mortuo q.*41. *n.* 12. *fol.* 254.
Decoctio *ſequuta poſt acceptationem litterarũ cambij, ſcribens ad nihil tenetur n.* 9. *&* 10.
Vide in verbo acceptans,

Decretum.

Decretum *latum contra minorem non habentẽ tutorem, eſt ipſo iure nullum q.* 13.*n.*20. *&* 21.*fol.*90.
. . . *Contra Eccleſiam paſtore viduatam ibid.*
. . . *Latum iunctis quatuor aulis S.R.C. habet vim legis in Regno q.*23. *ſub n.* 25. *fol.* 158.
. . . *Senatus ſupremi ſuper negotijs Italiæ ad beneficium vniuerſitatum pro domanijs q.* 34.*n.*3.*fol.*206.
. . . *Generale circa reuocationem domaniorum, & à quo euerſum, ibid. n.* 1. *&* 2.
. . . *Quatuor Aularum S.C.denegans audiẽtiam debitoribus vigore apocarũ bancalium petentibus fori declinatoriam, niſi prius recognitis apocis, & facto depoſito q.* 45. *n.* 2. *fol.*277.
. . . *M. C. V. in materia apocarum bancaliũ q.*42.*n.*16.*fol.*259.
. . . *Iudicis in contractibus minorum reſtitutionem integrum tollit q.* 38.*n.* 1. *fol.* 237.

Decretatio.

Decretatio *ſupplicationum quæ porriguntur Summo Pontifici, quomodo dicis, & fiat q.*12. *n.* 15. *fol.* 83.
. . . *In S.R.C.Neapolitano propter abſentiam Regis ſignatur à Preſidente eiuſdem S. C. ibid. n.* 16.
. . . *Memorabilis Preſidentis Marcheſij in ſupplicatione porrecta pro parte Principis Superioris circa reformationem tituli ibid. n.* 21. *fol.* 84.

Delictum. delinquens.

Delicta *commiſſa in officijs, quæ ſint q.*2.*n.*26. *fol.* 13.
Delictum *cuſtodis ſanitatis quale, & quod ſit ibid.ante n.* 27.
Deliquens *in officio, ſtatim illud perdit ead.q. n.*28. *& ſeq.*
Vide in verbo officium.
Delictum *habetur tam in ommictendo, quam in commictendo ibid.n.*33.*fol.* 14.
. . . *In genere contra capſarium banci quomodo probetur q.* 4. *n.* 9. *fol.* 30.
Delicta *habentia tractum ſucceſſiuum non cõprehẽduntur in abolitione generali ibid.n.*8.
. . . *Capſariorum, Pandectariorum, & librorũ Maiorum Bancorum excluſa ab abolitione generali q.* 5. *&* 7.
Vide in verbo capſarius, *& in verbo* Rationalis.
. . . *Celerrimè ſunt punienda alioquin pœna fere nihil operatur, & quare q.*5.*n.*33.*f.* 31.
Deliquenti *facta gratia, quare reuocata per S.Ludouicum Frãcogalliç Regem ibid.n.*33. *&* 34. *fol.* 44.
Delictum *minus confunditur, & obſcuratur à maiore ex Hypocrate q.* 10. *n.* 14.
. . . Debet *puniri pœna cõmenſurata, q.* 11. *n.* 19. *fol.* 78.
. . . *In genere, ſiue corpus delicti ſi non probetur niſi ex coniecturis, ſiue indicijs an poſ-*

ſit

ſit procedi ad torturam, & punitionem inquiſiti q. 17. n. 11. fol. 114.
. . . *Aliquem ſcelere fuiſſe occiſum quomodo oſtendatur ibid. n. 29.*
Delictum in genere in facto permanenti n. 29. & in facto tranſeunti n. 30. & 31.
. . . *Quando ſit probandum, & quomodo n. 31. & n. 48.*
Quid ſi Iudex condemnauerit delinquentẽ nõ conſtito de corpore delicti ibid. §. 2. n. 54.
. . . *Neceſſario eſt probandum ex n. 48. ad n. 50.*
Refertur inſignis caſus circa materiam, de quibuſdam iudicibus Galliæ, *omninò videndus n. 51. fol. 119.*
Caſus ſimilis occurſus in Ciuitate Neapolis temporibus noſtris ibid. n. 52.

Delegatus. Delegatio.

Delegatus *ſternit, & proſternit iuſtitiam tamquam eructantem à corde ſtipendiato q. 21. num. 6. fol. 142.*
Delegationes in cauſis criminalibus quonam modo principium habuerunt, q. 12. §. 2. n. 33. fol. 86.

Denunciator.

Denunciatores *equiparantur diabolo iuxta ſenteniam Caſſiodori q. 17. n. 38. fol. 117.*

Depoſitum.

Depoſitum *pro pæna nullitatum in Tribunali M. C. V. Reg. Cam. & Reuiſionis debet eſſe duc. duodecim præter quam in S. R. C. quod eſt duplicatum q. 16. n. 26. fol. 112.*

Deputati.

Deputati *ſalutis ad cuſtodiam portarum Ciuitatis tempore peſtis, ſi delinquant in officio, quomodo puniantur q. 2. fol. 10.*
Vide in verbo officialis.

Deus.

Deus *ſi contraheret teneretur ſtare contractui q. 11. n. 8. fol. 75.*
Sacerdos appellatur Deus q. 19. n. 1. fol. 129.
Tutanus Gentilium Deus appellabatur n. 3.
Dij tutelares quinam ſint, remiſſiuè n. 4.
Deorum *munus eſt tutelã ſuſcipere ibid. n. 2.*
Deus *nihil aliud ſonat niſi Iudex in diſcurſ. poſt q. 43. n. 22. fol. 266.*

P. Diana.

P. Dianæ *iudicium, ac Epiſcopi Caramuelis in materia feſtorum etiã de præcepto in diſcurſ. poſt q. 43. n. 25. & de diebus dominicis n. 26. & 27. fol. 267.*

Dictio.

Dictio, *circa, in computis Capſarij banci publici quid importet q. 4. n. 12. fol. 30.*
Dictio *mox adiuncta verbo futuri temporis importat pænam eſſe irrogatam ipſo iure q. 14. n. 4. & 5. fol. 93.*
Dictio *per altri tanti, non probat neceſſario mutuum q. 41. n. 18. fol. 260.*

Dies.

Dies *feſti cur introducti, & de Sabatho in diſcurſ. poſt q. 43. n. 8. & 9. fol. 264.*
. . . *25. Aprilis 1656. quæ prima fuit de ferialibus rupta ordine Comitis Caſtrilli, fuit publicata peſtis in Ciuitate Neap. ibid. n. 16.*
In die feſto S. Andreæ Apoſtoli miraculum obſeruatum ab Authore ibid. n. 12.
Multitudo dierum feſtorum moderanda, & quare, & alia curioſiora ibid. n. 25. & 26.
In die Dominico Sacerdos quidam elaborabat, & quare refertur inſigne miraculum S. Thomæ de Villanoua, ibid. n. 28.
Cõmendatur Prorex, qui ſubſtulit feſta, & reprehenduntur non habentes notitiam de pragmatica de ferijs n. 29.
Dies *certa pro expediendis cauſis cuilibet iudici erit aſſignanda in qualibet hebdomada, prauia liſta cauſarum expediendarum in valuis aulæ applicanda per ſex dies ante. In parergon. poſt q. 43. fol. 269.*
Dies *etiam tacita interpellat, & conſtituit in mora, & quæ ſit dies tacita, q. 46. n. 5. f. 282.*

Diligentia.

Diligentiã *adhibens in rebus alienis ſicut adhiberet in proprijs excuſatur à damno q. 30. n. 2. fol. 184.*

Ma-

Maior diligentia requiritur in adminiſtrandis rebus Eccleſiarum,quam proprijs ibid.

Diſcipulus.

Diſcipulus *quando ſit ſupra magiſtrum q.15. n.33.fol.105.*

Diſcuſſio.

Diſcuſſio, *& ordinis exceptio quando non admittatur q.3.n.18.*

Diſcrimen.

Diſcrimen *inter ſententiam, & tranſactionem q.4.n.6.fol.29.*

. . . *Inter iuriſdictionem, in officium, & illã, quæ eſt in dominium q.35.n. 12. & 13. fol. 216.*

Diſputare.

Diſputare *de poteſtate Principis quando ſit ſacrilegium q.11.n.2.fol.75.*

Diſtinctio.

Diſtinctio *inter officium gratis datum, & emptum quæ ſit.Vide in verbo officium,& q. 2. per totam fol.11.& 12.*

Diues, Diuites.

Diuites *nõ præſumũtur ſe immiſcuiſſe in ænormibus,& cõmiſiſſe falſitates propter lucrum q.10.n.23.& 25.fol.66.*

Diuiſio.

Diuiſio *prohibita inter fratres, permittitur ſi alter ſit moleſtus, vel rixoſus q.37.n. 17. & 18.fol.234.*

Doctor.

Doctores *in iure canonico, vel ciuili,dicuntur habere dignitatem q.6.n.10.fol.46.*

. . . *Acquirunt nobilitatem,ſi non habent, & illam retinent ſi habent n.10.& 11.*

. . . *Non poſſunt fieri, niſi ſint Chriſtiani,ſecùs Medici, qui poſſunt eſſe Turchæ, vel Iudei, vel Pagani, ibid.n.11.*

Vide in verbo Medicus.

Imperator vocat Doctores Iuris Ciuilis Dominos aliarum facultatum magiſtros n.12.fol. 46.

Doctor *Iuris an nobilitet patrem ſuum ibidem num.47.*

Doctores Hiſpani *declarantur, & notantur in materia vocis* Hydalgo *q.6. in parergon. n.29.fol.49.*

DD. *excuſantes Officiales bancorum publicorũ decoquentes in eorum officijs,& quod ciuiliter tantum teneantur,vocantur idiotæ à Caballo, & Maſtrillo q.8.n.1.*

Doctores *aſſimilantur pecoribus, & ad talem materiam adducũtur carmina Dantis Poetæ,& aliorum DD.q.15.n.1.& 2.fol. 100. & 101.*

. . . *A Decio vocantur aues ibid.n.3.*

Gerardus,& Obertus Cõpilatores librorũ feudorum, vocantur à Baldo duo pecora, ibid. num.4.

Dolor.

Duobus *doloribus ſimul, in eundem locum infeſtantibus, vehementior alterum obſcurat, q. 10. n. 14.fol.68.*

Dolus.

Dolus *bonus,ſiue permiſſus, qualiter fiat in nundinis, q.31.n.35 fol.194.*

Dohana.

Locatus Regiæ Dohanæ Apuleæ gaudet priuilegio fori,& quando,q.15.n.5.cum ſeq. f. 101.

. . . *Quid cõtra Neapolitanos ibid.referuntur multæ deciſiones S.C. ad excluſionem remiſſionum petitarum per Dohanerios dictæ Dohanæ ex n.6.*

Cauſa locatorum Dohanæ quãuis introducta in R.Camera,debet remitti ad alia Tribunalia ſi Fiſcus non habeat intereſſe n.12.fol.102.

priuilegium Regiæ Dohanæ, circa forum, quo potiuntur locati,refertur,& declaratur ibid. n.16.

Locati an habeant priuilegium tempore æſtiuo, vel tantum tempore hyemali, n. 18.

In cauſis criminalibus locatorum quando procedatur

ſedatur in R. Dohana, & quando in Curia Baronis n. 21. fol. 103.
Cauſæ appellationum a R.Dohana ad R.Cameram, fuerunt remiſſe à Præſidentibus ex officio ad M.C.vel ad S.C.n.22.fol. 104.
An per pactum fieri poſſit, vt cauſa, quæ non ſpectat ad R. Dohanam cognoſcatur ab ipſa n. 23. fol. 104.

Domanium.

Domanium *Vniuerſitatibus non eſt concedēdum, & quare refertur opinio Frecciæ q.33. ex n. 6. ad n. 8. fol. 200.*
Pro domanio obtinendo, mendicantes, & religioſi Ciuitatis Lanciani, ſe obtulerunt concurrere in expenſis n. 25.
Domaniorum *reuocatio, decreto generali, & à quo euerſum q. 34. n. 1. & 2. fol. 206.*
Domania *prætio acquiſita, nullo caſu poſſunt reuocari ibid. n. 7.*
Sententia D.Reg. de Marinis in materia reuocationis priuilegiorum domanij n.10.
Neceſſitas quam inculcat D.Galeota in reſp. 23. vt domania reuocentur qualiter, & quomodo ei occurrendum ibid.n. 12. & 13. fol. 208.
In domaniorum articulo DD. non concordāt in iure, ſed neque in facto n. 14.
Authoris ſententia defendēs domaniū Lanziani, & quibus medijs o tinēdū ibid.n. 15.
Verba notabilia in miniſtros pronos ad reuocationem domaniorum n. 25. fol. 208.
Venditio domaniorum facta per Proregem non valet ſi D.Rex, non ratificet eam ibid.n. 33. & 34.
Domaniorum *reuocationis materia, & ex quibus cauſis fiat ibid.n.45.*

Dominium.

Dominium *non transfertur in venditione niſi prætium fuerit ſolutum q.10. n.8.*
. . . *Reſeruatio nihil addit contractui, quia eſt connaturalis ibid.*

Domus.

Domui *ſue quilibet eſt maior quolibet extraneo q. 12. n. 8. fol. 82.*

Donatio, Donator.

Contra donatorem nulla competit actio ſi res donata euincatur q. 21. n. 1. fol. 141.
Quid in donatione cum oneribus n. 14.
Quid ſi donatio incipiat à traditione n. 4.
Donator *magis deſtruit, quam contrahit, ibid. n. 2.*
. . . *Multa habet priuilegia contra donatariū remiſſiue n. 5.*
Donatio *alicuius quantitatis accipienda ex certo corpore, illo deficiente quando ex altero ſumi poſſit ibid. & n. 10.*
Quid in donatione cum cauſa n. 11.
Donatio *facta cum cauſa, & cum oneribus dicitur potius contractus innominatus, quam ſimplex donatio ibid. & n. 12.*
. . . *Quæ non indiget inſinuatione, neque reuocatur per ſuperuenientiam filiorum n. 13.*
. . . *Non dicitur ex cauſa quando id, quod donatur, vel promittitur deberetur ex officio donatarij ibid. n. 17.*

Dos.

Dos *vendi, & obligari poteſt pro excarcerando viro, & ne vir carceretur q. 9. n. 32.*
Eò fortius liberantia expedita per Regiā Curiam ibid.
Dotis *reſtitutionis tempus, eſt mortis mariti q. 20. n. 20. fol. 139.*
Fauore dotis non cenſetur extincta durior cauſa, ſed leuior n. 26. fol. 140.
Tēpore aſſecurationis, vel reſtitutionis dotis, eſt ſoluenda dos, vnica ſolutione licet pluribus vicibus fuerit exacta, & in capitulis matrimonialibus aliter fuerit actum ibid.
Cōſtante matrimonio de vna in alia re permutari poteſt, ibid.
In dubio pro dote, eſt reſpondendum n. 28.
Dos *Iuris Patronatus poteſt conſtitui à minore, etiam ſine decreto iudicis q. 21. n. 8. fol. 143.*
. . . *Quāta eſſe debeat in cōtructione Iuris Patronatus ibid. n. 29. & 30.*
. . . *Iuris patronatus debet ſolui per patronū ex ſimplici pollicitatione, ibid. n. 31.*
. . *Non datur repetitio de dote indebita ſolum de Iure Patronatu, n. 34.*
Deperdita *dote patronus compellitur redotare Eccleſiam n. 32. & 33.*

Eccleſia.

Eccleſia *diruta, & poſtea reſtaurata dicitur tadem*

dem Eccleſia *quam prima q.31.n.25.f.192.*
Eccleſiæ *in Regno, quæ gubernantur per laicos ſubſunt iudici ſeculari q.50.n. 29. fol. 308.*
. . . *Fundatio quomodo, & quando requiratur conſenſus dioceſani ibid. n.30. & 31. & ſeq.*

Eccleſiaſtici.

Eccleſiaſtici *an poſſint renunciare priuilegio eorum fori q. 23. n. 1. fol.154.*

Epiſcopus.

Epiſcopus *an poſſit eſſe tutor q. 19. n. 7. fol. 129.*
. . . *Teſtamentariam legitimam, vel datiuam tutelam an exercere poſſit ibid. n.14. & 15.*
Quid de Iure Canonico.
. . . *Quid in tutelis miſerabilium perſonarū fol. 132.*
. . . *Rixoſi eijciuntur de* Concilio *q.37.n.19. fol.234.*

Emphiteuſis, Emphiteutæ.

Emphiteuta *alienans partem rei emphiteuticę an cadat à tota q.10.n.7.*

Epykia.

Epykia *quid ſit, quomodo in Iure naturali. Et alia q. 9. §. 2.*
Vide in verbo lex.

Æquitas.

Æquitas *quando eſt attendenda, & de eius circumſtantijs vide q. 9. &* 10.

Ærumnę.

Ærumnas *paſſus, vti poteſt Iudex Epykia q. 9. n. 27. & 28. fol. 62.*

Ethimologia.

Ethimologia vocis Hydalgo, *& fidalgo Vid. q. 6. n.29. fol. 49.*

Euictio.

Euictione *ſequuta rei donatę contra donatorē nulla competit actio q. 21. n. 1. fol. 141.*
Quid ſi donatio ſit onoroſa, & in commodum donantis ibid. n. 14.

Eunuchus.

Eunuci, *ſiue Muſici, qui reſciſſis teſtibus canunt reputantur deſpicabiles artifices q.6. in parergon. n.27. fol.48.*
. . . *Non dicuntur homines, vel quaſi ibid. n. 28.*
Pœna contra eum, qui hominem caſtrauerit, ibid.
Eunuci *nō poſſunt fieri homines etiam volētes.*
Eunuci *quare dicuntur prætioſores fieri à Iure Conſulto in l. ſi Seruus §. & ſi puerum ff. ad l. Aquiliam ibid.*
Et *poſt impreſſum librum, reperit Author expoſitionē apud Doctiſſ. Celium Rodigin. antiq. lect. lib. 19. cap. 12. fol.1064.*
Notatur Accurſius quod Carpſerit Appulos ibid. ſub n.28. fol.48.
. . . *Viliſſimi, & qualiter excuſentur ibid. ante n.29. fol.48.*
Vide in verbo nobilitas.

Exceptio.

Exceptio *ordinis, & diſcuſſionis quando non admittatur q.3. n.18. fol.24.*
Exceptiones *per ſtatutum ſublata, quę ſublatę cenſeantur q.7. fol.50. & q.42. n. 2. & ſeq. fol.258.*
Exceptio *litis pendentiæ oppoſita, & per Iudicē non interloquutum, an proceſſus reddatur nullus q. 29. n. 1. fol. 181.*
Quid ſi cauſa tractetur in Tribunalibus diuerſorum principum, ibid. n.2.
Quid ſi diuerſi Principes non ſint inter ſe amici, vel confederati propter, quod impeditur acceſſus ad eorum Tribunalia n.14.
. . . *Litispendentię inducitur per ſolam citationem executam n.3.*
. . . Eſt *impeditiua iuriſdictionis ſecundi Iudicij, ita vt non poſſit procedere ad vlteriora ibid. n.7.*
. . . *Vt euitetur, an poſſit actor inuito reo renunciare iudicio ibid. n. 8.*
. . . *Habet locum etiam ſi iudicium pendet coram arbitro n. 9.*
. . . *Obſtat vbique obſtaret exceptio rei iudicatę n.13.*

In

Digitized by Google

. . . *In iudicijs exequtiuis an habeat locũ, n.16.*
Quid ſi adeſſet odor calumniæn. 17.
. . . *Litis pendentiæ,& continentiæ cauſæ quomodo ſe habeant q. 36. n.30.fol.229.*
Exceptio *non numeratæ pecuniæ oppoſita infra biennium vires ibid.n.10.& 11.*
. . . *An detur in literis cambij ibid.n. 20.*
. . . *Vt plurimum cenſetur calumnioſa n.23. & 24.*
. . . *Opponenda infra biennium, quid ſi deficiant decem dies ad complendum biennium ibid.n.21.& ſeq.*
. . . *An procedat inter mercatores n.23.*
. . . *Oppoſita die feriato ad honorem Dei, dicitur nulliter oppoſita q.43.n.1.fol. 262.*
. . . *Oppoſita infra biennium, debet inſcriptis opponi,& Intimãda creditori ibid.n.3.& 4.*
. . . *Non ſufficit proteſtatio, ſed requiritur intimatio creditori ibid.n.5.*
Quid ſi creditor fuerit abſens, debitor poterit apud acta,& Iudicem ſe preſtare ibid. n.3.
. . . *An poſſit opponi in actu recognitionis apocę, vel ſcripturæ, an ex interuallo q. 44. n.17.fol.274.*
. . . Eſt *peremptoria ibid.n.25.*
Et *plerumquè calumnioſè opponitur ibid.n.29. & 30.*
Exceptio *rei iudicatæ, habetur pro veritate, & facit de albo nigrum q.50.fol.302.*
. . . *Quando obſtet ibid. ex n.5.*
Exceptio *firmat regulam, & quando hoc procedat q.11.n.9.fol.75.*
. . *Quando poſſit opponi ab aduocato ad aucupandum tempus, ibid.n.12.24.fol.80.*

Executio .

Executio *ſententiæ notabilis contra capſarium banci A. G. P. q. 6. n. 8.*

Exemplum .

Exemplum S. *Ludouici allegatum ab authore coram Prorege comite de cognate contra capſarium banci A.G.P.q.5.n.33.& 34.f.44.*
Exemplis *non eſt iudicandum q.41.n. 19.fol. 256.*
Exemplum *ſiue exemplatio ſcripturæ.*
Vide in verbo tranſumptum.

Expenſæ.

Expenſæ *veſtium lucubrum, & lecti vidualis dicuntur neceſſariæ q.20.n. 21. fol. 139.*

Exercitium.

Exercitio *officij priuatus, an cenſeatur priuatus ipſo officio in proprietate q.2.ex n.8.f.11.*
. . . *Priuatus non poteſt alium ſubſtituere q. 2. §. 3. n. 70.*
Exercere *idem eſt quod gerere ead.q.2.§.3.n. 55.fol. 17.*
Vide in verbo officium,& tutor.

Extaurita .

Extauritarum *cauſæ an cognoſcendæ ſint per Iudicem laicum, vel Eccleſiaſticum q.18.per totam,& propriè n.20. fol. 126.*
Rex Neapolis eſt in poſſeſſione, vel quaſi cognoſcendi cauſas extauritarum ibid.

Extenſio.

Extenſio *quando fit in lege pænali ex maioritate rationis, ſi ratio ſit vnica, & expreſſa, n. 18.fol. 55.*
. . . *An fiat quo ad obligationem tantum, vel etiam quoad pęnam ibid.n.20.fol.55.*
Vide in verbo compræhenſio.

Extractio.

Extractio,*& Immiſſio debet dependere à Principis motu, & non ab alio,& quare q. 36. n. 4.fol. 221.*

Fabius.

Fabius *Galeota Regens Conſiliarius, & Præſidens Regię Cameræ prudenter locutus q.2.§. 3. n.67.& ante n. 70.*

Falſum, Falſitas, Falſarium.

Falſum *committitur non ſolum in facendo, ſed etiam in non faciendo, q. 4. n. 25. fol. 37.*
Vide in verb. capſarius,& *in verb. Rationalis.*
Rationalis banci ſoluens ſcienter procuratori

reuocato, falſum commiſit q. 8. n. 3. fol. 52 per totam.
Falſitatem *quando dicatur committere miniſter banci abradens librum eiuſdem banci. ibidem.*
Falſitatem *quando dicatur comiſiſſe, incidens apocas ſolutas, & repoſitas in filſia, vel extrahens à filſia ſcripturas, & reponens alias ibidem.*
Vitia viſibilia in materia falſitatum, quæ ſint ead. q. 8. n. 2. & 5. fol. 52.
Falſo *mandato vtens pro exigendis pecunijs alienis, tenetur etiam pœna furti ibid. n. 3.*
Falſitas *conſiderata in quacunque perſona, eſt maximum delictum, & deteſtabilius homicidio, veneficio ibid. n. 5. fol. 52.*
Falſarius *dicitur homo ſine fide, & conſcientia ibid. n. 6.*
Falſi *pœna eſt arbitraria, & quando quidē punitur pœna mortis. n. 7. fol. 53.*
Falſitas *commiſſa in libris, & ſcripturis bancorum, dicitur delictum in ſuperlatiuo, ead. q. 8. n. 10. fol. 53.*
Falſarij *in Sabaudia, &* Gallia *viui comburuntur, & quare, ibid.*
Falſarius *dicitur homo homini lupus, ibidem num. 11.*
Falſitas *de iure Regni quando habet furtum admixtum punitur pœna mortis, ibid. ante n. 12.*
Falſitas *commiſſa à Notarijs in eorum officijs debent puniri pœna mortis, contra Afflictū ibid. n. 12. fol. 53.*
. . *Eo fortius debet puniri eadem pœna Rationalis banci decoquens in officio ſuo, & quare? n. 13. fol. 54.*
Falſæ *apocæ banco præſentatæ, & ſi per præſentantem non accipiatur pecunia, punitur pœna mortis, ibid. n. 14. fol. 54.*
Falſas *giratas facientes, eadem pœna puniuntur.*
Item & bollettina, & illa ſcribentes, & dictantes, n. 15.
Falſitas *probanda quæ requirantur, & quomodo priuilegietur in Regno, ibid.*
Falſitates *commiſſas ab officialibus bancorum in Sicilia in eorum officijs puniuntur pœna mortis, ibid. n. 16.*
Bancorum officiales ſe abſentantes, niſi infra ſex dies comparuerint, vel ſoluerint, foriudicantur, ibid. n. 17. fol. 53.
Deciſio M.C.V. qua fuit punitus pœna mortis quidam iuuenis ob additionem vnius o. zero. ibid. n. 22. fol. 55.
Bancorum officiales falſantes, & delinquentes in eorum officijs debent ſeueriſſime puniri. ibid. ante n. 16. & poſt n. 22.
. . *Non gaudent indulto generali, n. 22. & 23. ex rationibus adductis per Authorem.*
Memorabilis ſententia Venetijs lata à Conſilio decem Virorum contra giornaliſtam banci del Giro, ead. q. 8. n. 24. fol. 56. & 57.
Falſitates *commiſſa in Regia Theſauraria, & arca militari in libris, cedulis, & contracedulis, q. 10. & 11.*
Falſitas, *quæ ſit in ſcriptura, & quæ ſimulatio q. 10. n. 18. fol. 68.*

Fauor.

Cum lex aliquid præcipit fauore alterius præſumitur potius, conſilium quam præceptū q. 11. n. 11. fol. 76.

Fęlix.

Fælix *Baſile Tribuns Populi, & Præſidens Laicus q. 2. in princ. & §. 3. ſub n. 73.*

Federicus.

Imperator Federicus impoſuit pœnas auaras, & exceſſiuas q. 11. n. 19. fol. 78.

Feudum, Feudatarius.

Feudatarij *eſſentia eſſentialis eſt fides q. 2. n. 24.*
. . . *Grauans vaſſallus cogitur feudum vendere q. 2. n. 24. & q. 33. & 34.*
Feudi *partem alienans, an perdat totum, an ſolū partem alienatā? q. 10. n. 5. & 6. f. 66.*
Feudorum *compilatores fuerunt Gerardus, & Obertus, & à Baldo vocantur dua pecora, q. 15. n. 4. fol. 101.*
Feudi *venditio non regiſtrata in quinternionibus Cameræ infra annum cum aſſenſu Regio, eſt nulla q. 34. n. 43. fol. 112.*

Fideiuſſio, Fideiuſſor.

Fideiuſſio, *præſtita per capſarios bancorum de benè, & fideliter adminiſtrando non tollit actionem criminalem contra capſarium ſi in offi-*

officio deliquerit q. 5. n. 15. n. 15. fol. 40. *Vid. in verb.* capſarius.
. . . *Præſtita pro mortuo non tenet q.* 41. *n.* 11. *&* 12. *fol.* 253.
. . . *Facta poſt decoctionem principalis eſt nulla ibid. n.* 12. *&* 13.
. . . *De ſoluendo debitum, & pœnam in materia præuentionis an ſit de forma q.* 46. *n.* 21. *& ſeq. fol.* 285.
. . . *An poſſit ſuppleri in quacunque parte iudicij præuentionis ibid. n.* 22. *&* 23.

Fides,

Fides *crediti banci publici, nunquam debet falli, & in ſolutione promptuaria fidium conſiſtit commercium* Regni, *q.* 3. *fol.* 23. *n.* 31. *Vide verb.* Bancum.
Fidem *crediti ſubſcriptã à capſario, cuius ſummam non ſcripſit in libro Introitus, falſum committit, q.* 4. *n.* 24. *fol.* 37.
. . *Tenetur bancum propter fidem publicam illam ſoluere, quantumuis non ſit ſcriptus Introitus quantitatis, ibid. n.* 24. *fol.* 37.
. . *Tenetur illas ſoluere ſemper, cum ei exhibentur à quocumq; etiam giratario, & non excuſatur ſi alteri ſoluit de mandato Iudicis, & quare, q.* 3. *n.* 5. *fol.* 22.
Quid differt inter illas, & literas de carrico magiſtri nauis, q. 3. *n.* 30. 31. 32. *fol.* 25.

Filius,

Filij *nobilitas acquiſita per doctoratum, an extendatur ad patrem, q.* 6. *per totam.*
. . *Anconitani Mareſcalli priuatus nobilitate ob patris delictum, ibid. n.* 24. *& ſeq.*
Filius *conuentus vt hæres patris tantum, & ſit matris etiam hæres, an ſi non poterit condemnari vt patris hæres, poterit condemnari vt matris, licet non conuentus, q.* 26. *n.* 28. *fol.* 173.

Fidalghi

Etymologia dicti nominis, quæ ſit, & in Hiſpania *dicuntur nobiles, q.* 8. *n.* 29. *fol.* 49.

Fiſcus,

Fiſci ius *eſt ſatis liquidum pro vendendo officio officialis in eo delinquentis q.* 2. *n.* 22. *fol.* 12.
Fiſcus *non habens intereſſe præſentaneum in cauſa immunitatis gabellarum* Regia Camera *illam remictit ad* S. C. *q.* 36. *n.* 11. *f.* 222.
. . . *Vbi eſt priuilegiatus, vtitur iure priuati q.* 38. *n.* 1. *fol.* 237.
. . . *In quibus reſtituatur in integrum n.* 6. *&* 7. 8. 9.
Quid ex edicto minorum ibid. n. 11.
. . . *Vt reſtituatur in integrum oportet, vt Princeps, quem repręſentat ſit minor n.* 12.
. . . *An reſtituatur ſi fuerit læſus in diſtractu habens tractũ ſucceſſiuum, ibid. n.* 16. *&* 17.
Fiſco *non ſuccurrendum, niſi doceat eſſe læſum vltra dimidiam, n.* 18.
. . *Allegans læſionem, ei incumbit onus probandi, ibid. n.* 19.

Forus,

Forus *domicilij vincit forum originis, q.* 15. *n.* 19. *fol.* 103.
. . *Priuilegio quando poſſit renunciari, ibid. n.* 33. *&* 22. *per totam fol.* 152.
Quid de priuilegio fori Regiæ Dohanæ, ibid. n. 33. *&* 34. *fol.* 105.
Quid in clerico, & in milite. n. 35. *cum ſeq.*
Quid in Neapolitano, n. 39.
Fori *declinatoria non admittitur aduerſus apocas bancales, niſi prius recognitas, & facto depoſito. q.* 44. *n.* 27. *fol.* 275.

Foſſa.

Foſſa *quid ſit, quid laginus, quid riuus, q.* 17. *n.* 1. *cum ſeq. fol.* 113.

Franciſcus.

D. Franciſci Rocci *Regij Conſil. in reſp.* 6. *negantis viam executiuam contra girantem literas cambij refelluntur rationes, q.* 40. *n.* 1. *&* 2. *per totum.*
Refellitur idem reſponſum in materia literarũ cambij ex n. 39. *vſq; ad* 45.

Fraus, Fraudans.

Fraudans *gabellam, ſ. ſi partem ſoluat, partẽ aliam non, an perdat etiam pro parte ſoluta? q.* 11. *n.* 13. *fol.* 76.
Fraus *facta in frumento, ſ. ponendo aquam ſuper eo, an poſſint abſolui, q.* 16. *n.* 7. *fol.* 109.

Frater

Frater.

Fratribus *diuiſione prohibita, relaxatur ſi alter ſit moleſtus, vel rixoſus, q. 37. n. 17. & 18. fol. 234.*

Freccia.

Marinus Freccia *circa domanium, & eius opinio, non permictendum vniuerſitatibus, q. 33. n. 7. fol. 200.*
Refellitur dicta eius opinio ab Authore, ibid. ex n. 9. & concordia n. 16.
Vide in verbo Marinus.

Fructus.

Fructus *non tenetur reſtituere poſſeſſor, niſi à die litis conteſtatę, q. 27. n. 9. fol. 171.*
Quid ſi ſit malęfidei poſſeſſor, ibid. n. 11. cum ſeq.

Frumentum.

Frumentum *eſt de fructibus, qui ſeruando ſeruari non poſſunt, q. 16. n. 1. fol. 109.*
. . *Reconditum in horreis potius decreſcit, quã creſcit, & quare, ibid.*
Quanta ſit quantitas, qua decreſcit, n. 3.
Quid in frumento, quod tranſuehitur per mare, n. 4.
Ponentes aquam, vel acetum in frumento quãdo poſſint abſolui, n. 6.
. . *Vltra triennium non ſolet durare, n. 7.*
. . *Quomodo poſſit conſeruari per quinquaginta, & ferè plus annos, n. 17. fol. 110.*
Quare frumentum Pharaonis durauit per ſeptennium, ibid. n. 18.

Fundatio.

Fundatio *Monaſterij Religionis SS. Trinitatis q. 50. n. 13. fol. 304.*
In fundatione Eccleſiæ cõſenſus diœceſani quomodo, & quando requiratur, & præſumatur ibid. n. 30. 31. & ſeq. fol. 308.

Fur, Furtum.

Furtum, *an peculatus, an ſacrilegium dicatur committere capſarius ſubripiens pecunias à banco publico, vid. in verb.* Capſarius.
. . *Semper dicitur committi quando cõtrectatur res aliena inuito domino, q. 5. n. 5. f. 38.*
. . *Facit ſoluens pecuniam nomine proprio, quam ſolutura erat nomine domini. ibid. n. 5. & 6.*
Fur *dicitur conuertens in vſum proprium pecuniam ſibi datam ad perferendum, ibid. n. 6. fol. 39.*
. . *Dicitur procurator, curator, tutor conuertens in vſum proprium pecuniam domini, vel minoris, q. 5. n. 6. & q. 8. fol. 51. per tot.*
. . *Dicitur depoſitarius, prout in ſupradicto caſu, n. 7. fol. 39. & n. 11.*
Item de Textoribus, Fullonibus, Filatorarijs conuertentibus ſericam, lanam, &c. in proprios vſus. ibid. n. 8. fol. 39.
Capſarij bãcorum, & qui illos excuſant dicuntur idiotæ, n. 9. fol. 39. vide in verb. Capſarius, Depoſitum.
Tria furta æquiparantur furto magno, & pro illis quis debet puniri pœna mortis. q. 5. n. 16 & q. 8.
Furtum *magnum æquiparatur tribus paruis, & dicitur eſſe centum librarum, n. 16. & 17. & q. 8.*
Cap. Regni imponens pœnam mortis pro furto ſex ducatorum, non obſeruatur, niſi concurrant qualitates aggrauantes, ead. q. 5. n. 19. & q. 8.
Furtum *dicitur commiſiſſe, cum officialis banci abradet ſcripturam, vel delet, & quando, q. 8. n. 4.*
Vide verb. Falſitas.
An furtum faciat qui ex aceruo frumenti v. g. auferat modium circa totum, vel circa partẽ quam ſubſtulit, q. 10. n. 3. fol. 65.
Furtum *quare ſic dicatur, & rariſſimè fit palã q. 16. n. 23. fol. 113.*

Gabella.

Gabella, *ſeù impoſitio pro repurgatione laginorum, Vid. in verb.* Impoſitio. Laginus.
Gabellarum, *& vectigalium conductores quãdo, & quomodo poſſint Caratarios, ſiuè conſocios mutare, diuidere, & liberare, q. 37. n. 29. & 30. fol. 235.*

Generalis.

Generalis *renunciatio omnium probationum, ac exceptionum, quas comprehendat, q. 7. fol.*

fol. 50, per totum.

Gerere.

Gerere *quid ſit, & cui verbo in iure comparetur q. 2. §. 3. n. 56. fol.* 18.

Girata.

Girata *facta in litteris cambij an habeat viam executiuam, contra girantem, ſicut, & ipſe literę contra ſcribentem q. 40. n. 3. & 4. per totam fol.* 244. *&* 245.

. . . *An id procedat in apocis bancalibus ibid. n.* 15. *&* 16.

An per giratam inducatur delegatio, ſeù nouatio n. 40. *&* 41.

Girans *apocam, vel litera cambij non ſolum per prag. remanet obligatus, ſed etiam de iure communi ibid. n.* 42.

Gloſſa.

Gloſſa *in auth. de armis in verbo ſollicitudine declaratur q. 2. n. 25. fol.* 13.

Gloſ. *in c. clericum in verb. ſecularem* 11. *q.* 1. *expenditur q. 25. n. 1. fol.* 164.

Gothi.

Gothi *fuerunt ſine lege, & barbari, & poſiti ferè extra mundum q. 6. n. 29. fol.* 49.

. . . *Fidalgo an ſit idem, quod filius* Gothi *ibid. num.* 49.

Vide in verbo Hydalgo.

Graduatio.

Graduatio *facit quin debitor non poſſit contrahere, neque ſoluere q. 20. n. 25. fol.* 140.

. . . *Subſtinet vim ſententiæ q. 29. n. 3. f.* 182.

Grauamen.

Grauamen *iudiciale, non eſt materia ſuſpicionis Iudicis in eadem cauſa q. 48. n. 7. f.* 293.

Guardarobbe.

Guardarobbe *Bancorum, & pignorum.*

Vide in verb. capſarius *q.* 4. 5. & 7. per totas.

Hęres.

Laicus herçs clerici debet remitti ad Iudicẽ Eccleſiaſticum cauſa, ſi fuerit cepta lis coram eccleſiaſtico contra clericum q. 26. n. 1. fol. 170.

. . . *Poteſt repreſentare duplicem perſonam ibid. n. 15. fol.* 172.

Hiſtoria.

Hiſtoria *libri Machabeorum contra ſubripientes pecunias publicas à bancis, & locis pijs q. 5. n. 28. fol.* 42.

Hiſtoria *horribilis, contra violatores ſabatii in diſcurſ. poſt q. 43. n. 10. & 11. fol.* 265.

Hiſtoria *de S. Raymundo cum Gregorio Nono, Renati* Regis *Neapol. ibid. n.* 20. *Caroli Illuſtris n.* 21. *&* 22. *Principis Colcorum ibid. in materia feſtorum.*

Hydalgi.

Hydalgi, *quinam ſint etimologia, & origo, & an dicuntur à* Gothis *q. 6. n. 29. fol.* 47.

Honuphrius.

Honuphrij *de Palma Regij Conſil. allegatio refellitur in materia ſuſpitionis officialium q. 48. n. 13. & ſeq. fol.* 295.

Hortatoria.

Hortatoria *facta M. C. V. per Reg. Cameram in cauſa locatorũ Dohanæ, procedit ad vlteriora ipſa nõ obſtãte q. 15. n. 43. & 44. f.* 107

. . . *Regij Collateralis Conſilij expeditur directa Epiſcopo, vt declaret excommunicationem nullam, in caſibus in quibus ferri non poterat q. 18. ex n. 22. cum ſeq. fol.* 126.

Horreum.

Horreorum *Cuſtodes qualitates, quæ eſſe debent q. 16. ex n. 22. fol.* 111.

Hoſpitale.

Hoſpitalium *cauſæ, an debeãt cognoſci per Iudices laicos, vel eccleſiaſticos q. 18. num. 20. fol.* 126.

Rex

Rex Neapolis exiſtit in poſſeſſione cognoſcendi de omnibus cauſis hoſpitalium , quæ per laicos gubernantur ibidem.

Illicitum.

Non omne illicitum , & contra bonos mores eſt punibile q.10.n. 9.fol. 66.

Imperium.

Imperium *Romanum in ſua Maieſtate, Chriſtũ in carne, & Apoſtolum concionantem videre ſolum cupiebat* S. *Auguſtinus q. 6. n. 29. fol.* 49.

Immunis, Immunitàs.

Immunitas *conceſſa Eccleſiis cum ceperit eſſe damnoſa reuocatur q.36.n.6.& 7.vel reducitur ad metam iuris n.8. & 9.fol.*222.

. . . *Eccleſiaſtica violari dicitur per bannum, vel per decretum etiam ſi per indirectum id efficiat ibid. fol.* 223.

Vid. in verb. priuilegium.

Impoſitio.

Impoſitio *facta à laicis quo caſu ligat exemptos q. 36. n. 2. & 3.*

Impoſitio *pro repurgatione laginorum vid. in verb.* laginus.

Indultus.

Indultus, *an peti poſſit conditionaliter q.11. n. 24. & 25. fol.* 80.

An neceſſarium ſit fateri delictum, aut illi poſſit renuntiari ibid. n. 25. & 26.

. . . *Remictit pœnam criminis, & culpam, ſiue delictum.*

Vide in verb. abolitio.

Infamis.

Infamis *ex periurio quando quis dicatur q.20. n. 14. fol.* 138.

Ignorantia.

Ignorantia *quando excuſet contrahentem q. 41. n. 15. & 16. fol.* 254.

Inhibitio.

Inhibitio *ex limitata cauſa, non facit attentatum quo ad alia q.45.n.15. fol.* 280.

In Integrum reſtitutio.

Remedium in integrum reſtitutionis, nullitatis, & reclamationis, quãdo poſſint cumulari q. 33. n. 38. fol. 205.

In *quibus reſtituatur in integrum fiſcus q. 38. n. 7. & 8. fol.* 257.

Vide in verbo fiſcus.

. . . *Reſtitui non poteſt Eccleſia; vel minor niſi ſimul , & ſemel reſtituatur maior litigans cum illis q. 39. n. 1. 2. & 3. fol.* 242.

Quid ſi procedat tam in contractu, quam in diſtractu ibid. n. 6.

. . *Non datur, nec conceditur re non integra ibid. n. 7. & 8.*

Innocentius.

Innocentius *male inductus à Rouito in prag. 3 de militib. q.2.§. 2. n. 35. & 44. fol.* 15.

Inquiſitus.

Inquiſiti *vltronea præſentatio, eſt indicium innocentiæ.*

. . . *Cum examinatur non eſt capiendus in ſermone, nec confundendus, cum à pluribus vno, & eodem tempore interrogatur q. 10. num. 27. fol.* 67.

. . . *Poteſt antequam ſubſcribat ſuam depoſitionem illicò ſe corrigere ibid. n. 27.*

Et quid ſi poſt ſubſcriptionem, vel poſt quam iurauit n. 28.

. . . *An poſſit illam declarare, excuſare, vel interpetrare ex interuallo ibid. n. 30.*

Inſtantia.

Inſtãntia *perempta, an iudicium ceptum coram Iudice ſeculari, ſit remictendum ad eccleſiaſticum, clerico exiſtente hærede laici q.28.n. 4. fol.* 177.

Quid ſi inſtantia ſit reſtaurata per inſufflationem ſpiritus vitæ ibid. n. 5.

. . . *Perempta, priuilegium ſuperueniens facit variare forum n. 6.*

Fa-

. . . *Facit, quod lis non habeatur pro cepta num.* 7.
. . . *An detur poſt ſententiam,& in eius exequtione n.* 8. 9.
Quid ſi perimat, & hæres laici ſit clericus, an exequutio ſententiæ eſt remictenda ad eccleſiaſticum n. 10.
. . . *An detur in exequutiuis,& sũmarijs iudicijs,vbi proceditur ſine figura iudicij ibid.*
. . . *De iure canonico an ſit perpetua ibid. n.* 2. *fol.* 18.

Inſtrumentum.

Inſtrumentum *guarantigiatum æquiparatur ſententiæ tranſitæ in rem iudicatam q.* 22. *n.*8.*fol.*149. *& n.* 26. *& q.* 23. *n.* 22. *fol.* 157.
. . . *Publicum, & guarantigiatum dicitur probatio probata manifeſta,& euidens q.*23. *num.* 22.
. . . *Non poteſt æquiparari apocis bancalibus num.* 25.
. . . *Vnde habuit pactum exequutiuum.n.*23. *cum ſeq.*
Inſtrumenti *præſentatio via ritus non impenditur niſi per teſtes deponentes Curia pro Tribunali ſedente ſuper ſatisfactione tantum q.* 46.*n.* 13.*fol.* 283.
Quid ſi in inſtrumento adſit pactum, quod ſolutio non poſſit probari per teſtes.
Quid ſi in inſtrumẽto adſit renunciatio tex. in l. teſtium q. 47. *n.* 6. *&* 7.*ſeq.fol.* 287.
Inſtrumentum *in iudicio præſentatum habet vim libelli q.* 14.*n.* 50.*fol.* 98.

Intellectus.

*Tex. in l. obſeruandum ff.de offic. Præſid. q.*1. *per totam,& circa finem.*
. . *Capit. Regni Vulgaris fama proloquiũ, q.*2. §.2.*n.*49.*&* 50.*fol.*16.
. . *l. ſi aliquid C. de ſuſcept.lib.*10.*q.*2.*per tot.*
. . *l.vulgaris ff. de furtis q.* 10.*n.* 3.*fol.* 65.
. . *l.Beius Marcellus ff. de pactis dotalib.declaratur q.* 27.*n.* 11.
. . *l.hæres abſens de iudicijs q.* 25.*n.* 8.
. . *l. ſi conuenerit, ff. de iuriſdict. omn.iudic.cũ l.ſi quis in conſcribendo C. de pactis q.*22.*n.* 1.*& limitationes ex n.*27. *& q.* 23. *n.* 7.
. . *l.*2.*C.de reſcind.vendit.quando procedat in donatione facta cũ cauſa q.*21.*n.*15.*f.* 145.
. . *l. amplius non pati ff. rem ratam haberi, declaratur q.*25. *n.* 22.
. . *l.* 3. §. *hæres, ff. comodati, declaratur, q.* 26.*num.* 16.

Interuallum.

Interuallum *modici temporis ad complendam præſcriptionem, vt puta decem dierum, non eſt in conſideratione q.* 42.*n.* 23.*fol.*261.

Interpetratio.

Interpetratio *eſt facienda contra eum, qui legem dicere potuit apertius q.* 32. *n.* 17. *fol.* 197.

Intimatio, Intimatus.

Intimatio, *ſiue notificatio actualis requiritur, & non ſufficit ſcientia alicuius actus aliunde habita, q.*33. *n.*34.*fol.*205.
Intimari *debet creditori exceptio non numeratæ pecuniæ,nec ſufficit proteſtatio, vel notitia aliunde habita q.*43.*n.*3.*& ſeq.fol.* 263.
Vide in verbo Exceptio.

Inueriſimile.

Inueriſimile *habetur pro falſo, q.*4. *n.* 24.
*Vide in verb.*veriſimile.

Ioannis

Io: *Camillus Cacacius Regens laudatur q.* 12. *n.* 5.*fol.*82.
Io:*Hieronymus de Philippo Regius Conſil.integerrimus ibid.n.*10.

Ioſſe.

Ioſſe *ſenatoris Toleſani iracundi hiſtoria, q.* 1. §. 2. *n.* 27.
Comparatus Didaco Varela Senatori Neapolitano ibid. n. 28.*fol.* 6.

Ira, Iraſcibilis.

*Curioſa plura de ira,& iraſcibilitate,quod melioris naturæ ſint iracundi, quam alij q.*1.§. 2.*n.* 22.*& ſeq.*
Iram *non habent,qui ſenſum non habent n.*23.

E chi non ſi adira non hà il ſangue roſſo.
Iudex *melius eſt iracundus, quam ſedatus ibid. §. 2. n. 24. 25. & 26.*

Iudex.

Iudex *non debet declarare votum ſuum ante ſententiam q. 1. n. 1. & 2. fol. 1.*
. . . *Verboſus, & garrullus dicitur fatuus ibid. n. 3. fol. 1.*
. . . *Se declarans, recuſatur, vt ſuſpectus ibid. n. 4. & 5.*
Iudicibus, *motus corporis, riſus, geſticulationes, quando prohibeantur, & quando ex eis recuſantur n. 6.*
. . . *Seniores terrent eorum authoritate Iuniores ibid. n. 7. fol. 2.*
. . . *Poſt votatam cauſam, non poſſunt votum propalare, niſi Principi n. 8.*
. . . *Non poſſunt mutare votum poſt quam ſurrexerunt à ſede etiam ſi non exierint à Tribunali ibid. n. 9. fol. 3.*
. . . *Debent aperire quid ſenſiunt antequam cauſam decidant ibid. n. 16. fol. 4.*
. . . *Propalantes quid ſenſiunt, non tollitur voti integritas, n. 17. fol. 4.*
Authoris ſententia in hoc articulo propalationis voti, ſignis, vel verbo ibid. n. 20. fol. 5.
. . . *Qui non loquitur, & manu immobilis præſumitur malę natura, & æquiparatur diabolo muto ibid. n. 22. fol. 5.*
. . . *Non debet ex profeſſo, & ſedato animo ad contumelioſa prorumpere, & quando ex his poſſit recuſari n. 30.*
Iudicis *arbitrio remictitur quando ex motu corporis, riſu, & alia geſticulatione, poſſit, vt ſuſpectus recuſari ibid. per totam.*
Iudicis *iuſti, & perfecti gentilis memorabiliſſima hiſtoria, ead. q. 1. in parergon n. 41. fol. 8.*
. . . *Pingues, & qui per ſordes iudicant, & vniuerſim mali, quomodo puniantur in Inferno q. 2. §. 3. in parergon fol. 20.*
. . . *Qui ſunt ad vniuerſitatem cauſarum ſunt maiores illis, qui ſunt ad certas cauſas q. 12. n. 43. fol. 86.*
. . . *M.C.V. quare ſunt inferiores alijs ibid. n. 43. fol. 86.*
. . . *Debent eſſe ſine manibus n. 48. fol. 87.*
Iudex Recuſatus *ſi eſſet alter Cato contriſtatur contra recuſantem q. 13. n. 4. & 5. fol. 89.*
Graue, & durũ eſt corã Iudice ſuſpecto litigare ibid. n. 29. fol. 91.
Magna res eſt tollere cõmiſſarium cauſę artificem decretorum, pro reuocatione illorum ibid. n. 32.
. . . *Domicilij vincit Iudicem originis q. 15. n. 19. fol. 103.*
. . . *An teneatur neceſſario ſtare iudicio petitorum q. 17. n. 27. fol. 116.*
. . . *Non poteſt condemnare, niſi cõſtet de corpore delicti, alias ipſe deberet occidi ibid. nu. 52. fol. 119.*
. . . Ignorantia *eſt calamitas populorum, & plura de ignorantia iudicum ibid. n. 59. 60. & 61. fol. 120.*
Iudicem *doctum, & furem, melius eſt habere, quam iuſtum, & indoctum, ibid. n. 61.*
. . . *Tenetur inquirere intenſionem ſoluentis, & in quam cauſam cenſeatur facta ſolutio ex coniecturis, & veroſimilitudinibus q. 20. n. 5. fol. 136.*
. . . *Secularis non poteſt ſe intromictere in cauſa quæ fuit introducta coram eccleſiaſtico, quamuis mortuo clerico, ſit hæres laicus q. 26. n. 1. cum ſeq. fol. 170.*
. . . *Eccleſiaſticus non eſt ſic incõpetens contra laicũ, ſicut ſecularis contra clericũ ibid. n. 3.*
. . . *An poſſit iudicare expreſſa contraria qualitate n. 13. & 14.*
. . . *An poſſit condemnare reum in pluſquam per actorem fuerit petitum, & ex actis conſtet plus debere ibid. n. 5.*
. . . *fuit occiſus in aula M. C. V. à Regente Triſtano q. 35. n. 30. fol. 219.*
. . . *Non debet iudicare ad clamorem populi, & de ſententia Pilati q. 36. n. 13. fol. 223.*
Præceptum Sancti Raymundi datum Gregorio Nono, vt qualibet die daret audientiam, & expediret litigantes, in diſcurſ. poſt q. 43. n. 19. fol. 266.
Iudicibus *erit ſtatuenda certa dies cuiuslibet hebdomodæ pro expediendis cauſis, & in die ante affigere liſtam cauſarum expediendarum in valuis aulæ, in parergon ibid. verſ. & quod fol. 266.*
Si *duo Iudices eodẽ inſtanti manus appoſuerunt in vna, & eadem cauſa, quis procedere debeat q. 45. n. 11. & 12. fol. 278.*
. . . *Non poteſt impartire officium ſuum non petitum q. 47. n. 19. fol. 289.*
. . . *Ex officio, & ad ſuam inſtructionem quomodo, & quando recipi faciat teſtes antequã terminus impartiatur ibid.*

Quan-

Digitized by Google

. . . *Quando poſſit poſt concluſum in cauſa interrogare teſtes, & quare in queſtiuncula poſt d. q. 47. n. 20. & ſeq. fol. 290.*
. . . *A quo appellatur redditur ſuſpectus, & quare q. 48. n. 3. fol. 292.*
. . . *Suſpectus poſt euertere familiam, & domum a fundamentis ibid. n. 6.*
. . *Qui interuenit in cauſa nõ poteſt amplius recuſari etiam ſi ſuſpitio ſit notoria ibid. nu. 10. & per totam.*
. . . *Suſpitio non admittitur poſt litem conteſtatam, etiamſi cauſa ſuſpitionis dicatur de nouo emergiſſe ibid. n. 11. & 12.*
. . . *Qui prius fuit aduocatus in cauſa non poteſt interuenire etiam ex ambarum partiũ conſenſu q. 48. n. 15. fol. 296.*
. . . *Non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua iudicauit q. 49. n. 1. & 8. fol. 297.*
. . . *Quando veritas aliter haberi non poteſt, bene poteſt teſtificari n. 2.*
Iudici *facienti fidem in cauſa non creditur, etiã ſi eſſet legatus à latere ibid. n. 10. & quid in Summo Pontifice n. 11. fol. 299.*
. . . *Finito officio non poteſt teſtificare, ſi ex eius teſtificatione ſententia nulla reualidetur ibid. n. 13. & 14. fol. 299.*
. . . *Non poteſt eſſe teſtis niſi contra ſe, & in ijs, quę reſpiciunt eius vituperium ibid. n. 15. & 17. fol. 299.*
Non creditur eis, niſi ſint duo examinati, & iuncti, ſed in cauſa coram ipſis, non creditur, & quare ibid. n. 16. & ſeq. fol. 300.

Iudicatum, Iudicaturæ.

Duo iudicaturæ inducunt conſuetudinem iudicandi q. 40. n. 6. & 7. fol. 245.

Iudicium.

Iudicium *eſt impoſſibile, vt poſſit fieri ſine Iudice q. 44. n. 28. fol. 276.*

Iudicialis.

Iudicialia *grauamina non ſunt materia ſuſpicionum iudicum in eadem cauſa q. 48. n. 7. fol. 295.*

Iuramentum.

Iuramentum *an ſuppleat præſentiam abſentis q. 3. n. 33. & 34. fol. 26.*
An excluſus ab omnibus exceptionibus, & ſi per ſtatutum debitori denegata audientia intelligatur excluſus, vt creditor iuret de veritate debiti q. 7. fol. 50. n. 6.
Papa an poſſit abſoluere ſemetipſum à iuramento q. 9. n. 36. fol. 63.
Iuramentum *non obſeruans quando dicatur infamis, q. 20. n. 14. fol. 158.*
. . . *Eſt ſeruandum ſine diſpẽdio ſalutis æternæ q. 22. n. 5. fol. 149.*
. . . *Sortitur naturam actus, cui adheret ibid. num. 6.*
Periurus amittit priuilegium fori, q. 23. n. 17. fol. 156.

Ius Patronatus.

In *cauſa dotis Iuriſpatronatus proceditur ſummariè q. 21. n. 8. fol. 143.*
In *dubio ſemper pro illo eſt reſpondendum cum ſit fauorabilis n. 9.*
Iuris *patronatus dos poteſt conſtitui à minore etiam abſque decreto iudicis ibid.*
Quid & ſi non habeat ius præſentandi an propriè dicatur Ius patronatus ibid. n. 18. & 19.
. . . *Acquiritur ex dotatione, & fundatione num. 22.*
. . . *Honor non ſolum conſiſtit in præſentatione, ſed in proceſſione, ſeu prælatione ibid. nu. 23.*
. . . *Fundatori debetur illa reuerentia, quæ per filium debetur patri, & per diſcipulum magiſtro, n. 24.*
Fundator debet introduci in locum excelſiorem, ac illi præſtari pax, & turribulum, & ſimilia ibid. n. 25.
. . . *Debet etiam honorari in proceſſionibus, & ei competit primus locus poſt Rectorem, ibid.*
. . . *In caſu ſuæ, vel ſuorum neceſſitatis debet alimentari per ſuam Eccleſiam, ibid. n. 27.*
Et alimenta, quæ sũt taxanda ſecundum ſuam, & eius familiæ qualitates n. 28.
Iuris *patronatus dos quanta eſſe debeat n. 29. & 30.*
Ex ſimplici pollicitatione poteſt compelli patronus ad ſoluendam dotem ibid. n. 31.
. . . *Deperdita dote, patronus compellitur redotare Eccleſiam n. 32.*

Patrono non datur repetitio ſolutionis indebitè pro Iure patronatus n. 34.
Ius patronatus quomodo acquiratur, & quanã requirantur q. 50. n. 20. fol. 306.
In Iure patronatu formali poſſunt eſſe plures patroni, & fundatores n. 28. fol. 307.

Ius.

Non curamus de Iure poſſeſſoris, niſi conſtet de Iure petitoris q. 50. n. 2. & 3. fol. 302.

Iuriſdictio.

Iuriſdictionis caſus mirabilis occurſus inter S.R.C. & M.C.V. q. 12. n. 23. & 24. fol. 84.
Iuriſdictionis iuncta ex quibus iudicibus conſtatur q. 14. n. 10. fol. 44.
. . . Secularis in clericos eſt negatiuè q. 15. n. & q. 23. n. 4. fol. 155.
Conuentio de proroganda iuriſdictione cum ſit reuocabilis, non poteſt fieri quin per iuramẽtum efficiatur irreuocabilis q. 22. n. 7. f. 149.
Iuriſdictionum prorogare, quid ſit ibid. n. 5. fol. 155.
. . . Criminalem in Regno Barones habuerũt à Rege Alfonſo q. 33. n. 6. fol. 220.
Iuriſdictio criminalis baronibus quare abdicãda, & vtilitas ibid. n. 22. fol. 202.
. . . Caſtellani habent in milites Caſtri acquiſitum merum imperium q. 35. n. 1. & 2, 26. & 27. fol. 214. & 218.
. . . Non habent extra Caſtrum, & ei adiacẽtia, licet iuriſdictio ſit in perſonas ibid. n. 3. & 4.
. . . Iudicis incompetentis prorogatur per litis conteſtationem, dummodo non ſit clericus ibid. n. 6.
. . . Iudicis pagani poteſt prorogari per milites ibid. n. 7. & 9.
. . . In officium, & in dominium quid ſit, & eius diſcrimen ibid. n. 12. & 13.

Iuſtitia.

Iuſtitiæ laudes, & quod abſque illa Regna non poſſunt ſubſiſtere q. 12. §. 2. n. 26. fol. 85.
Deus nullum præceptum poſuit in decalogo niſi iuſtitiæ ibid. n. 27.
Iuſtitia in S.R.C. præclariſſima preſtatur n. 28.
Abſque iuſtitia non ſunt ſubditi, & ſine ſubditis, non ſunt vectigalia ibid. n. 29.
Magis importat non fieri iniuſtitia in aliqua cauſa, quam omnia Mundi Regna conſeruare q. 15. n. 30. fol. 105.
Iuſtitia æqualance ſemper eſt miniſtranda, nã actio ſancta, & Deo acceptabilis in diſcurſ. poſt q. 43. n. 18. fol. 266.
. . . Eſt facienda in omni tempore ibid.

Kalendarium.

Kalendarij reformatio facta die 25. Aprilis 1556. à Duce Alcalà in diſcurſ. poſt q. 43. n. 6. fol. 264.
Kalendarium ruptum poſt integrum ſeculum à Comite Caſtrilli in eadem die 25. Aprilis 1656. in qua, fuerunt ſublati omnes dies feſti ibid. n. 7.

Lagnus.

Lagnus, quid ſit, quid foſſa, quid riuus q. 17. n. 1. fol. 113.
. . . Oportet ſæpe ſæpius repurgetur nu. 4. fol. eodem.
Ob lagnorum repurgationem in Regno ſoluitur impoſitio, & à quo tẽpore exigitur n. 4. & 5.
Repurgatio prædicta ſubaſtatur in Regia Camera Summaria, & ad quam rationem ibid. n. 6. & 7.
Facta repurgatione menſuratur per Regios Architectos n. 7.
Repurgatio, ſiue recauamentum lagnorum quãdo, & infra quod tempus fieri debet ibid. §. 2. n. 35. fol. 117.

Laicus.

Laicus non eſt prohibitus ſe ſubmictere Iudici Eccleſiaſtico, & quomodo q. 26. n. 4. fol. 170.
. . . Actinctus à Iudice ſeculari, ſi poſtea efficiatur clericus non gaudet quo ad bona q. 14. n. 48. & 49. fol. 98.
. . . Ab vno creditore actinctus prodeſt aliјs circa eandem materiam ibid. n. 51.

Laudes.

Laudes iuſtitiæ quæ ſint, & quod abſque illa Regna non ſubſiſtunt q. 12. §. 2. fol. 85.
Laudes veritatis q. 13. n. 38. fol. 92.
Laudes D. Stefani Padilla Iudicis M.C.V.
Hi-

Digitized by Google

Hiſpani,& qualitates q.15. n. 43. fol. 107.
. . . *D. Ioſeph de Roſa aduocati, & poſtea R. Conſil.& deinde fiſci patroni Reg. Patrimonij q.18.n.3.fol.121.& q.49.n.2. fol.* 297.
. . . *Io:Franciſci de Ponte loquentis in materia delegatorum q.* 21. *n.* 6.
. . . *Marini Freccie,cum vocatur iuris Monarcha q.* 22. *n.* 15. *fol.* 150.
. . . *Reg. Rouit. qualitates, & eius doctrina ibid. n.* 19. *&* 20.
. . . *Iulij Caponi V. I. D. q.* 23. *n.*8.*fol.*160.
. . . *Antonij Fabri audacia,& mores q.*24. *n.* 1. *&* 2. *fol.* 160.
. . . *S. Thomæ Aquinas modeſtia nimia ibid. num.* 4.
Laudatur *dictum S. Bernardi cum Rogerio* 1. *Rege Neap. n.* 5.
. . . *D.Regent. de Marinis in materia reuocationis priuilegiorum domanij q.*34.*n.*9. *&* 10. *fol.* 207. *& q.* 48. *n.* 13.
. . . *D.Scipionis Martini aduocati Primarij, & poſt impreſſionem ad munus Iudicis M. C. V. promoti, & nuper ad dignitatem Regij Conſiliarij adſciti,q.* 42. *n.*17. *f.*260.

Legatum.

Legatum *pro maritandis puellis eſt ſanctum, & Deo acceptabile pluſquam alia opera pietatis q.* 22. *n.* 12. *fol.* 150.

Læſio.

Læſio *eſt baſis cuiuſcunque in integrum reſtitutionis q.* 34. *n.* 41. *fol.* 212.
. . . *Non eſt conſideranda tempore contractus ſi habet tractum ſucceſſiuum q.* 36. *n.* 10.
. . . *Quid in emphiteuſi n.* 11. *fol.* 222.
Qualis leſio annullet tranſactionem fauore piæ cauſæ ibid. n. 26. *&* 27. *fol.* 228.
Læſio *non habet locum in contractibus qui ſe habere poſſunt ad damnum, & ad lucrum q.* 38. *n.* 21. *fol.* 239.
Fiſcus leſionem allegans, incũbit probatio ibid. num. 19.
*Fiſcus ſi fuerit leſus in contractu habente tractum ſucceſſiuum, an reſtituatur ibid. n.*16. *&* 17.
Læſio *in arrendamentis quomodo conſideretur reſpectu extalei, & reſpectu partis noui cõductoris ibid. n.* 25. 26. *& ſeq.*

Lex.

Legis *mentem,& ſenſum,& non verba debent ſectari iure conſulti q.*2.§. 3. *n.* 60. *fol.* 18.
. . . *Pænalis extenditur quando eſt ordinata ad obuiandas fraudes q.* 8. *n.* 18.
. . . *Quando ratio eſt vnica,& expreſſa tunc dicitur ſauorabilis,& non odioſa ibid.*
. . . *Quando recipiat extenſionem comprehẽſiuam ex mente legislatoris, licet verbis non ſit expreſſum ibid. n.* 20. *&* 21. *fol.* 55.
. . . *Non recepta à populo non ligat q.*9. *n.*14. *fol.* 61.
Quare requiratur populi acceptatio n. 15.
. . . *Tollitur per diſuetudinem non ignoratã à legislatore.*
Epykia an datur in lege naturali, & quomodo q. 9. *n.* 20.
Epykiam etiam Etnici cognouerunt lumine naturæ,& quid ſit n. 22. 23. *&* 24.
Defectus non eſt in lege, ſed in natura, vnde oportet dari Epykiam, n. 25.
. . . *Vniuerſalis eſt impoſſibile, vt in aliquibus caſibus ita ſit recta, quin aliquando deficiat ibid. n.* 24. *& ſeq.*
. . . *Quando eſt acerba,& nimis difficilis poteſt vti Epykia etiam ſine diſpenſatione, n.* 25. *fol.* 62.
. . . *An valeat ſi propter pænam creditoris Princeps declaret ſemetipſum abſolutum per legem vniuerſalem ibid. n.*38. *fol.* 64.
. . . *Non ligat ſi non fuit vſu recepta q.* 11. *n.* 4. *fol.* 74.
. . . *Quando generaliter loquens intelligenda ſit ibid. n.* 5. *fol.* 75.
Senſus legis figuratus in quinque panibus, & duobus piſcibus Euangelicis *ibid. n.*10. *f.* 76.
. . . *cum aliquid diſponit fauore alterius præſumitur potius, conſilium, quam præceptum num.* 11.
. . . Excludens *pupillum ab aliquo beneficio intelligitur de pupillo non habente tutorem q.* 13. *n.* 6. *fol.* 89.
Legum *correctio ſemper eſt vitanda, & quando q.* 22. *n.* 3. *fol.* 148.
Lex *dicitur in Regno decretum S. R. C. iunctis quatuor aulis q.* 23. *fol.* 158.
Legem, *qui apertius dicere potuit contra eum eſt interpetratio facienda q.* 32. *n.* 17. *fol.* 197.
Leges Hiſpanæ *in materia conductionis vectigalium, & in materia arrendatorum mutatione, & aggregatione q.* 37. *n.* 36.

INDEX

Lex *loquens in caſu ſimplici non habet locum in caſu mixto q. 44. n. 2. fol. 271.*

Libertas.

Libertas *res inextimabilis, eſt q. 32. n. 45. fol.* 213.

Libellus.

Libellus *ciuilis non debet continere locum, & tempus, & coram quibus perſonis res geſta ſit q. 1. §. 3. n. 36.*
. . . *Criminalis debet continere prædictas qualitates, & quare n. 37.*
. . . *Nouæ conuentionis ibidem n. 30. & 38.*
. . . *Suſpicionis, & recuſationis iudicum nu.* 39.
. . . *Non requiritur quãdo agitur officio Iudicis ſecus actione in factum q. 28. n. 11. &* 12.
. . . *Vnicus ſufficit etiam reſpectu tertiarum decurſarum, & an indiget nouo proceſſu q. 14. n. 50. fol. 98.*
Libelli *vim habet inſtrumentum in iudicio preſentato ibid. n. 50.*
An valeat proceſſus ſine libello q. 27. n. 7.
Quid ſi actor ſe reſtrinſit ad unam ſpeciem actionis an poſſit proferri ſententia ſuper id, quod eſt probatum, & non petitum n. 10.
Quid ſi libellus eſt ineptus poſſit ſuper eo iudicari maximè parte non opponente n. 12.

Liber maior.

Liber *maior bancorum qua pœna puniendus ſi in officio delinquat q. 5. n. 25. fol. 41.*
Vide in verb. bancum.

Liberantia.

Liberantiæ *in Regno quid ſint quomodo, & à quo expediantur q. 9. n. 1. & 2. fol. 58.*
. . . *Vendi non poſſunt, & quare n. 3. fol. 59.*
Pœna Vendentium liberantias, non extenditur ad liberantias, quæ continent debitum iuſtitia ibid. n. 5. & 6. & ſeq. fol. 59.
Liberantias *vitians, vel abradens quam pœnã incurrant ibid. §. 2. fol. 60.*
. . . *Poſſunt vendi ex cauſa dotis n. 31. f. 63. & pro quacunque magna neceſſitate n. 33.*
. . . *Vendens partem ſummæ in illis contentæ, an perdat totam ſummam, & aliam partem non venditam? q. 10. fol. 65.*
. . . *Si vitiantur, vel abradantur poſtquam remanent in Theſauraria nihil ad creditorẽ ibid. n. 20. fol. 67.*
Non argumentatur à vectigalibus ad liberantias q. 11. n. 13. fol. 76.

Licitatio, licitator.

Licitatori *extincta candela, dicitur contractus perfefectus in eius beneficium, & quare q. 37. n. 1. & 2. fol. 231.*
Etiam nulla confecta ſcriptura, & non accenſa candela, ſed ſolum acceptata oblatione n. 3. & 4.
Primus licitator non liberatur, ſi ſecundus qui maiorem ſummam obtulit non fuerit æquè idoneus ibid. n. 5.

Licitum.

Licitum *an quando perdatur propter illicitum q. 11. n. 14. & 15. fol. 77.*

Ligius homagius.

Ligius *homagius non præſtitus infra annum effecit nullam feudi venditionem q. 34. num. 43. fol. fol. 213.*

Literæ cambij.

Literæ *cambij giratæ an habeant viam executiuam contra girantem, q. 40. n. 1. & 2. fol. 244.*
. . . *Forma per illa verba, pagarò per queſta mia de cambio, &c. ibid. n. 2.*
. . . *Miſſiuæ mercatorum habent viam executiuam n. 11.*
. . . *Cambij habent viam executiuam non ſolum contra ſcribentem, ſed contra eum qui promiſit literas facere n. 19. & 20.*
In literis cambij verbum pagarete in quo differat ab alio, piacciaui di pagare n. 18.
Quid ſi diceret compenſate, vel date inſolutum tale nomen n. 21.
. . . *An habeant executionem paratam in toto orbe, & etiam iure cõmuni, & quare nu. 22. & 23.*
In literis cambij appellatio non ſuſpendit executionem, & quare n. 25. et 26.

Ac-

Acceptans literas cambij dicitur fideiuſſor ſi nō eſt debitor ſcribentis ibid. n. 35. et q. 41. n. 11. fol. 235.

Ex *prag. 6. de literis cambij probatur dari viã executiuam etiam contra girantem ibid. nu. 31. et 32.*

Acceptans literas cambij tenetur, licet ſcribens ante, vel poſt acceptationem ſit decoctus, et quare q. 41. n. 1. et 2. fol. 252.

Acceptans literas cambij tempore quo erat impoſſibile habere ſcientiam decoctionis ſcribẽtis ad nihilum tenetur n. 9. et 10.

In materia literarum cambij votum, ſeu parere mercatorum quando attendatur n. 18.

In literis cambij an detur exceptio non numeratæ pecuniæ q. 42. n. 20. fol. 260.

Vide in verbo exceptio.

Literę.

Literę *dette de carriebi, quę dat nauis magiſter de rebus, et mercibus in nauim inuectis vid. q. 3. per totam fol. 22. et in verb. nauis magiſter.*

Literæ executoriales.

Literę *executoriales an poſſint renouari contra clericum hęredem laici debitoris condemnati q. 28. n. 1. et 2. fol. 177.*

In renouatione literarum executorialium an debet citari hęres ad dicendum cauſam quare, etc. n. 2. et 3.

Mortuo, vel mutato Iudice per quam fuerunt ſubſcripta, iterum debeant renouari per ſucceſſorem citata parte ibid. n. 13.

Litigioſa.

Litigioſa *res an efficiatur per iudicium reale q. 28. ſub n. 17. fol. 129.*

Lis.

Lis *coram iudicibus* Eccleſiaſticis *ſolet eſſe immortalis, & cum maximis expenſis q. 25. n. 14. fol. 166. ſecus in* S. C. *n. 18.*

Exceptio *litis pendentię à parte oppoſita, & à Iudice omiſſa, vel neglecta, an per hoc proceſſus reddatur nullus, q. 29. n. 1. fol. 181.*

Quid ſi cauſa tractetur coram iudicibus diuerſorum Principum, an detur exceptio litis pẽdentiæ n. 2. & n. 14.

Quid in criminalibus n. 10. cum ſeq. per ſolam citationem executam inducitur litis pendentia n. 3. & q. 45. n. 10.

Si non admittitur exceptio litis pendentiæ multę poſſunt oriri inconuenientia, & quæ ſint n. 5. & 6.

Litis *pendentiæ exceptio eſt impeditiua iuriſdictionis ſecundi Iudicis, & litis ingreſſũ n. 7.*

Ad euitandam exceptionem litis pendentiæ an actor poſſit renunciare inuito reo iudicio incepto n. 8.

Litis *pendentiæ exceptio habet locum etiam ſi iudicium pendet coram arbitro n. 9.*

. . . *Obſtat vbicunque obſtaret exceptio rei iudicatæ n. 13.*

. . . *An habeat locum in iudicijs executiuis n. 16.*

Quid quando adeſſet quilibet odor calumniæ n. 17.

Litis *conteſtatio prorogat iuriſdictionem Iudicis incompetentis, dũmodo non ſit clericus q. 35. n. 6. & 7. fol. 215.*

De exceptione litis pendentiæ, & continentiæ cauſæ q. 36. n. 30. fol. 229.

Tempore litis motæ quis debet manuteneri in eo ſtatu, in quo reperitur ibid. n. 31. & 32.

Litigans *coram Iudice recuſato, vel recuſabili, recuſationi renunciaſſe videtur q. 48. n. 10. fol. 294.*

Locati Regiæ Dohanæ.

Locati R. *Dohanæ Apuleæ gaudent priuilegio fori, & quando, & in quibus caſibus hoc procedat, q. 15. n. 5. fol. 101.*

Referuntur plures deciſiones S. R. C. ad excluſionem remiſſionum locatorum, ibid. n. 6. cum ſeq.

. . . *Cauſa quamuis introducta in* Regia Ca*mera, debet remitti ad alia Tribunalia, vbi fiſcus non habet intereſſe, ibid. n. 12. cum ſeq. fol. 102.*

. . . *Priuilegium refertur, & declaratur, ibid. n. 16.*

. . . *An habeant priuilegium fori tantum tẽpore hyemali, vel etiam ęſtiuo, ibid. n. 18. fol. 103.*

In cauſis criminalibus procedit Regia Dohana reſpectu locatorum, quando committunt delictũ in loco, vbi cubat Dohana, ſecus extra, nam procedit Iudex loci, ibid. n. 21. fol. 103. & 104.

Cauſę

Digitized by Google

. . . *Cauſæ appellationum à Præſidentibus R. Cameræ fuerunt remiſſę ad M. C. vel ad S. C. ibid. n.* 22. *fol.* 104.

An per pactum fieri poſſit vt cauſa locatorum, quæ non pertinet ad Dohanam, vel Regiam Cameram, ab ipſa cognoſcatur ibid. nu. 23. *fol.* 104.

. . . *An poſſit renuntiare foro Dohanæ ibid. n.* 32.

. . . *Si conueniatur per Neapolitanum ſit cauſa tractanda in Tribunalibus Ciuitatis Neapolis, vel in R. Dohana q.* 15. *n.*

In hoc articulo reprobatur doctr. R. de Ponte ibidem n. 42. *fol.* 107.

Locus.

Locus, *& tempus non eſt neceſſarius, vt explicetur in libello ciuili q.* 1. *§.* 3. *n.* 36. *fol.* 7.

Ludouicus.

Sancti Ludouici exemplum allegatum ab Authore coram Domino Prorege contra D. Pratum q. 5. *n.* 33. *fol.* 44.

Mandatum.

Mandatum *etiam nutu poteſt mutari re integra, & per ſecundum reuocatum cenſetur q.* 3. *n.* 4. *fol.* 46.

. . . *De ſoluendo quod expeditur per Principem. Vide in verb.* liberantia *q.* 9. *& q.* 10. *&* 11. *fol.* 58.

Magiſter.

Diſcipulus non eſt ſupra magiſtrum q. 15. *n.* 33. *fol.* 105.

Magiſter actorum.

Magiſtri *actorum vocantur publici latrones q.* 24. *n.* 13. *fol.* 161.

. . . *Quomodo teneantur pro fideiuſſionibus quas capiunt q.* 45. *n.* 8. *fol.* 278.

. . . *An credatur de geſtis per Iudices, cum in aula votantur cauſæ q.* 49. *n.* 3. 4. *&* 5. *fol.* 297.

Magna Curia Vicarię.

M. C. V. *profert ſententias, & decreta nomine Magni Iuſtitiarij q.* 12. *n.* 20. *fol.* 83.

. . . *Iudices quare ſunt alijs inferiores n.* 43. *&* 44. *fol.* 86.

. . . *Procedit etiam in cauſa locatorum Regiæ Dohanæ, non obſtante hortatoria Regiæ Cameræ q.* 15. *n.* 43. *et* 44. *fol.* 107.

. . . *Eſt Iudex ordinarius liquidationis inſtrumentorum, cōtra omnes q.* 23. *n.* 29. *fol.* 158.

Etiam contra Regios Conſiliarios de Collaterali, et contra habentes ſeptem Regni officia, et cōtra Titulatos.

Malefidei poſſeſſor.

Malefidei *poſſeſſor non tenetur reſtituere fructus perceptos, ſed qui percipi potuerunt q.* 26. *ex n.* 12. *cum ſeq. fol.* 171.

Maledicens.

Maledicens *præſumitur habere malam conſcientiam q.* 50. *n.* 1. *et* 2. *fol.* 302.

Manus.

Manus *comparatio licet ſit facienda parte citata, fallit in informatiuo, verū debet deinde repeti q.* 4. *n.* 16. *fol.* 32.

Manutenſio.

Manutenſio *eſt præſtāda habenti iuris aſſiſtētiam, et quando q.* 31. *n.* 27. *fol.* 192.

. . . *Datur poſſeſſori tempore litis motæ q.* 36. *n.* 31. *et* 32. *fol.* 230.

Matrimonium.

A matrimonio ad Sacramentum an valeat argumentum q. 14. *n.* 12. *fol.* 94.

. . . *Prohibetur Sacerdotibus latinis ibid. nu.* 13.

Matricula.

Matricula *an probat quem eſſe militē, vel profeſſoris alicuius artis q.* 35. *n.* 20. *fol.* 217.

Marinus.

Marinus *Freccia Senator Neapolitanus priuatus officio ob voti propalationem q.* 1. *§.* 2. *nu.* 35. *fol.* 6.

Me-

Digitized by Google

Medicus.

Medicus *doctor in medicina, an ſit nobilis q.6. n.5. fol.45.*

. . . *Nobilitas an porrigatur ad patrem medici ibid. n. 6. & per totam.*

. . . *Non acquirit nobilitatem per doctoratum in Medicina, retinet tamen ſi habet ex ſanguine ibid. n. 9. fol. 46.*

Iudæi Turcæ, & alij poſſunt doctorari in medicina, ſed non in iure q. ead. n. 10. & 11.

. . . *Perdunt nobilitatem etiam ex ſanguine n. 13. vide n. 16.*

. . . *Reputantur inter viliſſimos artifices, & denominantur à merda, quaſi merdici appellantur ibid. n. 14. & 15.*

Sententia Authoris in fauorem medicorum cōtra Garziam n. 16.

. . . *Retinent, & acquirunt nobililatem n. 17. & 18.*

Medicina *laudatur ab Authore n. 16. & ſeq.*

Medicorum *iudicio ſtandum erit in materia morborum, & vulnerum, & aliorum actinētium ad eorum artem q. 17. n. 16. fol. 115.*

Medium.

Medium *quando eſt inhabile extrema non cōiunguntur q. 14. n. 16. fol. 95.*

Media *inhabilia quænam dicantur ibid. nu. 17. cum ſeq.*

Menſura.

Menſura *quantitatis an probari poſſit per teſtes, & quid ſi quantitas eſt conſumpta q. 17. ex n. 10 cum ſeq. fol. 114. & n. 35. fol. 117.*

. . . *Eſt probanda per expertos menſurantes quantitatem, & in caſu aggrauij adhibendi ſunt alij experti peritiores ibid. n. 14. fol. 115.*

Mercatum.

Mercata *poſſunt concedi à Baronibus, Nundinæ tantum à Principe, ſeu Rege q. 31. n. 4. fol. 188.*

Merces.

Merces *profeſſatæ, an perdantur propter non profeſſatas q. 10. n. 4. per totam, & q. 11. n. 14. fol. 77.*

. . . *Præſumūtur illius, cuius ſigno, vel merca reperirentur ſignatæ q. 3. n. 44. fol. 26.*

Merita.

Merita *inquiſiti facta in rem publicam, faciūt vel vt non puniatur, vel vt mitius puniatur q. 10. in fin. n. 35. fol. 73.*

Merita *Ducis Oſtuni propter ſeruitia præſtita erga Regem Dom. noſtrum ibid.*

Meritorum *æquiualentia non requiritur in priuilegijs q. 34. n. 4. fol. 207.*

Merlinus.

Merlinus *Præſes S.R.C. laudes q. 2. n. 10. fol. 11. & n. 22. fol. 12. & n. 69. fol. 19.*

Miles, militia.

Milites *non puniuntur pæna plebeiorum, ſed vt nobiles reputantur q. 6. n. 21. fol. 47.*

. . . *Qui hodie reputantur nobiles ibid. n. 22.*

. . . *Confugientes ad hoſtes, vel inquiſiti alterius delicti quod irroget infamiam, priuātur nobilitate n. 22.*

Miles *cum vno teſte militabit q. 6. n. 28. fol. 48.*

Clericus effectus miles an perdat priuilegium clericale, & an requiratur ſententia q. 14. n. 1. fol. 93.

. . . *Et an perdat beneficium n. 6.*

. . . *Si deſerat militiam, an poſſit puniri pæna deſertors, nullo priuilegio fori, vel canonis ſuffragante ibid. n. 8.*

Quid ſi exercuerit ſæua ibid. n. 11. fol. 94.

. . . *Quando gaudebit priuilegio fori quo ad bona, & non quo ad perſonam n. 15.*

Milites deſerentes militiam, qua pæna puniātur de iure Regni ibid. n. 31. fol. 96. & n. 36.

. . . *Regis Neapolis nullam habent vacationem, vt Romanorum, ſed ſunt vita durante n. 32.*

Quid ſit Rollus, quid liſta, quid peliliſta, & quid luſtratio ibid. n. 45. & 46.

Militum *delectio facta propria authoritate incidit in pænam criminis læſe maieſtatis §. 2. n. 47. fol. 98.*

Miles *præuentus per ſolam citationem à Iudice Seculari, ſi poſtea reaſſumat habitum clericalem*

lem non gaudet foro quo ad bona ibid. n. 48.
Beneficio *deperdito per militiam, poterit iterum retineri abſque noua collatione ibid. n.* 53. *&* 54. *fol.* 99.
Et *quid ſi ſana in militia non exercuit n.* 55.
Miles *an poſſit renuntiari eius priuilegio, & quando q.* 15. *ex n.* 33. *fol.* 105. *& q.* 23. *n.* 4. *fol.* 154.
. . . *Non dicitur miles, ſi non iurauit, vel ſit deſcriptus in matricula, vel Rollo, fallit de iure Regni n.* 35. *&* 36.
. . *Quando poſſunt paciſci de toto ſtipendio, vel de quota ipſius q.* 23. *n.* 16. *fol.* 156.
. . *Poſſunt prorogare iuriſdictionem iudicis pagani, & quomodo q.* 35. *n.* 7. *&* 9. *fol.* 215.
. . . *Actu non militantes non gaudent fori priuilegio, & quare q.* 35. *n.* 18. *&* 19.
. . . *Miles qualis eſſe debeat, ne dicatur in fraudem creditorum factus n.* 22. *&* 23.
. . . *Factus ad fraudandum creditores, eijcitur à militia, & ſubiacet ordinario ibid. nu.* 24.
Matricula *an probet quem eſſe militem, vel ſcalcum, vel aliud habere exercitium ibid. n.* 20. *& quare n.* 21.
Milites *deſcripti in fraudem, cognoſcuntur ab ordinarijs, & non gaudent fori priuilegio, vel ſaltem circa bona ibid. n.* 24. *&* 25.

Minor.

Contractus factus à minore non habente tutorē eſt validus licet reſtituatur minor aduerſus illum q. 13. *n.* 23. *fol.* 90.
Minore *non habente tutorem, proceſſus vel sētentia erit nulla ipſo iure ibid.*
Minoribus *quatriennium an currat ignorantibus, & an ſi fuerit tutor n.* 26. *&* 27.
Contra minorem non currunt tempora legalia, & præſcriptiones, & dilationes iudiciales, nō habentem tutorem n. 24.
Suſpitio Iudicis quando eſt notoria ſemper pupillus reſtituitur n. 28.
Minori *non habenti tutorem non currit tempus* 40. *dierum ad allegandum ſuſpectum Iudicem ex n.* 3. *& ſeq.*
. . . *Poteſt conſtituere dotem pro iure patronatu etiam ſine decreto Iudicis q.* 21. *n.* 8. *fol.* 143.
. . . *Vel Eccleſia non reſtituitur niſi ſimul, & ſemel cum maiore correo litigante q.* 39. *n.* 1. *&* 2. *fol.* 242.

Id procedit tam in contractu, quam in diſtractu n. 6.
Vide in verbo reſtitutio.

Miroballus.

Antonij Miroballi Regij Conſiliarij laudes q. 6. *fol.* 45.

Miſericordia.

Miſericordia *dicitur crudelitas ſi adhibetur cū famoſis ſceleratis q.* 6. *n.* 23. *fol.* 47.

Molendinum.

Molendina *Authoris in aqua Triſiſci, & alia curioſa q.* 32. *n.* 18. *fol.* 197.

Monacus.

Monacus *an poſſit eſſe tutor q.* 19. *n.* 7. *fol.* 129. *quid ſi poſſit eſſe legitimus, vel teſtamētarius, vel datiuus n.* 14. *cum ſeq.*
Monachi *Oliuetani quales ſe geſſerunt erga Reges Regni q.* 36. *n.* 33. *fol.* 230.
. . . *An ſint idonei teſtes ad probandū priuilegium in fauorem ſuæ religionis, & quando q.* 50. *n.* 14. *fol.* 305.
. . . *Giriuagi, & fugitiui, an recipere eos ſit vitium, an virtus Euangelica ibid. n.* 33. *&* 34. *fol.* 308.

Montanus.

Montanus *in materia officiorū, & intellectus Aymonis notatur q.* 2. *n.* 24. *fol.* 13.

Mors.

Mors *non poteſt probari per ſenſum corporis q.* 17. *n.* 44. *fol.* 118.

Motus.

Motus *Iudicis, naſu, riſu, vel alia parte corporis quando dicatur votum propalaſſe. Vide in verb.* Iudex.

Mulier.

Mulier *poteſt venire contra factum ſuum ſi cōſtante*

Digitized by Google

ſtante matrimonio præſtitit conſenſum in præiudicium ſuæ dotis q. 20. n. 27. fol. 140.
Quid ſi mulier eſſet iuuenis, vel ſenex ibid.

Muſica, Muſici.

Muſica non derogat nobilitati,& quare q.6. in parergon. n. 27. fol. 48.
. . . Eſt ars liberalis,& Cæli ipſi ſunt concentus,& harmonia ibid.
Fallit id muſicis eunuchis, qui dicuntur deſpicabiles, & quare n. 28.
Non dicuntur homines ibid.
Vid. verb. eunuchus.

Mutatio.

Mutatio prælatorum Oeconomorum hoſpitaliũ, eſt cauſa læſionis eorundem locorum q. 36.n. 28. fol. 228.

Natura.

Res de facili reuertitur ad ſuam naturam, & ad ius commune q. 15. n.40. fol. 106.

Nauis.

Nauis magiſter an poſſit duas literas de carrico conficere q. 3. per totam fol. 22.
. . . An poſſit dare literas de carrico per vnũ locum, & illis non reſtitutis, dare alias per alium locum, de conſignandis eiſdem mercibus q.3.fol.23. & ſeq.
Deciſio S.C. in eodem articulo n. 10.
Authoris votum in hoc articulo n.43.
Nauem onerans poteſt conficere plures literas carrichi,pro pluribus locis,& vna adimpleta, ad aliud non tenetur n. 12.
Statutum Ianuę in dicta materia literarum de carrichi n. 13. fol. 24.
Actio furti datur,& mandati,contra nauis magiſtrum, ſi non adimpleat in conſignando merces,in nauim inuectas n. 21. & 22.
Diſcrimen inter fides crediti bancorum,& apocas,ſiue literas de carrico ibid.n.31. fol. 25.
Merces in nauim inuectæ illius præſumuntur cuius ſigno, ſiue merca ſignatæ, reperiuntur ibid. n. 44. fol. 26.
Conſuetudo loci,vbi nauis oneratur, an loci vbi merces exoneranda,ſit attendenda ead. q.3. per totam.
Variare an poſſit, & dare alias literas, vt eędē merces alteri,in alio loco tradatur n. 3.& 4.

Neapolitani.

Neapolitanorum cauſæ non poſſunt delegari minori numero iudicum,quam quatuor q.6. n. 1.2.& 3.
. . An poſſint renuntiare eorum foro, q. 15. n. 39. fol. 106. & q. 23. n. 18. fol. 156.
. . . An ſi conueniant locatos Regiæ Dohanæ cauſa ſit tractanda Neapoli, vel in Dohana Apuleæ ibid. n.
Reprobatur Reg. de Ponte in hoc articulo n. 42. fol. 107.
Neapolitanorum priuilegium, eſt antiquius priuilegio locatorum Dohanæ n. 47.

Neceſſitas.

Neceſſitas ineuitabilis inducit Epykiã in qualibet lege q. 9. n. 22.
Ex illa Dauid ſumpſit ſãctificatos panes de tẽplo ibid. n.29.
Clemens Papa 7. licitari fecit galera Cardinalium q. ead. n. 30. fol. 62.
Alia plura de neceſſitate ex n. 32. per totam q.
Illi nec Dij quidem reſiſtunt n. 34. fol. 63.

Negatiua.

Negatiua præcepta obligant ſemper,& ad ſemper q.1.S. 2. n. 34. fol. 7.

Negligentia, Negligens.

Negligentia ſola quando facit, vt quis perdat officium,ſiue Princeps,ſiue Rex q.2.n.33.& 34. fol. 14.
Vide in verb. officium.

Nobilitas, Nobilis.

Nobiles in Regno, & ignobiles quomodo puniantur q. 6. fol. 45.
Nobilis an ſit medicus, & medici nobilitas porrigatur ad patrem vid. in verb. medicus,
Aduocati,& doctores iuris nobilitatem acquirũt ſi illam non habebant,& retinent, ſi habent eam ex natalibus q. 6. n. 19.
Nobilitas aſcendit,& non deſcendit ibid.
. . . Sanguinis admittitur ob enormitatem delicti

Digitized by Google

licti ibid. n. 20. fol. 47.
Altior debet eſſe furca qua nobiles ſuſpenduntur fauore no ilitatis ibid. n. 20. 21. & 22. fol. 47.
Nobilitate *quis ſpoliatur propter delictum irrogans infamiam ibid.*
Filius propter enorme delictum patris ſpoliatur nobilitate per patrem acquiſita n. 24. & 25.
Sententia Parlamenti Pariſienſ. contra filium Mareſcall. Ancoritani, qua fuit exutus nobilitate n. 25. & 26. fol. 47.
Nobilitati *an deroget muſica vide in verb.* muſica.
Hiſpani verbũ Hydalgo, quid ſignificat, & eius Ethimologia q. 6. Parergon. 2. n. 29. fol. 49.
Nobilis *non præſumitur commiſiſſe falſitates, & delicta, & quare q. 10. n. 23. fol. 71.*

Nomen.

Nomen *debitoris quid importat ſi ſit ceſſũ, vel venditum, vel datum inſolutum q. 21. n. 35. fol. 140.*

Notarius.

Iura, quæ allegantur, quod notarius vt ſeruus publicus poſſit alicui ſtipulari id non probãt q. 3. n. 25. fol. 25.
Notarij *Curiæ officium in quo conſiſtat q. 2. n. 52. fol. 17.*
Delicta ab ipſo commiſſa in officio, & quare priuatus etiam poteſtate ſubſtituendi ibid. n. 8. 17. & 22.
Vide verb. officium.
Notarij *commictẽtes falſitatem puniuntur pęna mortis in Regno, contra Afflictũ q. 8. n. 12. fol. 53.*
. . . Minus delinquunt cæteris paribus quam officiales bancorum ibid. ex fol. 52.

Nouatio.

Nouatio *fit cum omnibus requiſitis, ſcilicet dimictendo vnum, & ſubrogando alium q. 37. n. 33. & 34. fol. 235.*

Noua Conuentio.

Noua *conuentio quomodo allegatur, & de eius libello q. 1. §. 3. n. 37. fol. 7.*
Diſcrimen inter libellum ſuſpitionis, & nouę cõuentionis ibid. n. 38. fol. 7.

Nullitas.

De nullitate actorum poſt ſententiam dici non poteſt q. 21. n. 7. fol. 143.
Tempus elapſum ad proponendas nullitates nõ habet locũ in nullitatibus motorijs, & quæ apparent ex proceſſu, & reuolutione cartarũ q. 33. n. 46. fol. 205.
Nullitatis *remedium quomodo poſſit cumulari cum reclamatione, & reſtitutione in integrũ q. 33. n. 38. fol. 205.*
Tempus proponendi nullitates infra decem annos à pragm. ſtatutum, quando currat q. 34. n. 36. fol. 211.
Quod nullum eſt, nullum producit effectum q. 43. n. 2. fol. 263.

Numerare.

Numeratio *arcæ publicæ bancorum quomodo facienda q. 4. n. 21. fol. 35.*

Nundinę.

Nundinarum *inuentio, & quare introductæ sũt q. 31. n. 1. fol. 187.*
. . . A ſupremo Principe concedi poſſunt, mercata autem à Baronibus ibid. n. 4.
. . . Introducuntur, vel conſuetudine, vel præſcriptione immemorabili ibid. n. 5.
Tempore nundinarum iurisdictio exercetur per gubernatores regios, vel Baronum ibid. n. 6. & 7.
Nundinæ *in Regno in aliquibus vniuerſitatibus, & iuriſdictio eſt pænes illas vniuerſitates, n. 8. & 9.*
. . . Deſtitutæ, & poſt modum renouatæ, dicũtur æedem quam primæ ibid. n. 24. fol. 192.
. . . Prorogantur ſolum à Principe n. 31. nemo compellitur ire ad nundinas ibid. n. 32.
Locus nundinarum Salerni eſt tam intra quã extra Ciuitatem n. 34.
Dolus bonus eſt permiſſus, & fit in nundinis.
Multa de nundinis Ciuitatis Salerni, & Lan*ciani q. 31.*

Oblatio.

Oblatio *acceptata, & nulla confecta ſcriptura, etiam non extincta candela contractus dicitur*

tur perfectus q. 37. n. 3. & 4. fol. 232.

Obligatio.

Obligatus *per litteras cambij, qui nullam exceptionem apponere poteſt, & denegatur ei audientia niſi facto prius depoſito q. 7. n. 6. fol. 50.*

An poſſit creditori deferri iuramentum, & ille teneatur iurare ibid.

Obligatus *ad factum, ſi ſententia fuerit condemnatus ſoluendo intereſſe liberatur q. 22. n. 26. fol. 152.*

Cōtra obligationes in forma cameræ non poſſunt opponi exceptiones niſi falſitatis ſolutionis, & noua conuentionis, q. 23. §. 2. fol. 159.

Poſt obligationem factam coram Iudice ſeculari ſi obligatus eſt mortuus, & eius hæredes ſunt clerici an poſſit incuſari obligatio q. 28. n. 14. fol. 179.

Quid ſi ipſemet obligatus factus eſt clericus ibid.

Obligatio *reperitur antidoralis inter patrem, & filium q. 34. n. 6. fol. 207.*

Obſequium.

Obſequia, *quæ Deo, Patri, Patrono preſtantur quādo ſint merita, & quomodo q. 34. n. 5. fol. 207.*

Oeconomus.

Oeconomi *bancorum ſi tranſigunt cum officiale delinquente poſſunt ſucceſſores trāſigētem criminaliter accuſare q. 4. n. 4. fol. 28.*

. . Banci A. G. P. quando poſſunt impugnare factum prædeceſſorum q. ead. n. 5.

Oeconomorum *mutatio eſt aliquando cauſa leſionis Eccleſiarum, vel locorum adminiſtratorum q. 36. n. 28. fol. 228.*

Officium, Officialis.

Officium *cuſtodis Portus Ciuitatis Neapolis ſtat ad collationem Populi q. 3. n. 4. fol. 10.*

Officium *emens, vendit iuſtitiam n. 2.*

Ab officio nullus debet deſtitui niſi ſit auditus in Iuribus ſuis n. 3.

Officialis *facta electione, eligentes non poſſunt variare, licet non ſit data poſſeſſio, ibid. n. 4. & 5.*

Etiam non publicata ſententia quando eligentes coguntur de neceſſitate officij n. 5.

Etiam ſi fuerit abſens non poteſt variare neque priuatiuè, neque cumulatiuè n. 6.

Diſcrimen inter officium gratis datum, & officium emptum ibid. n. 7. 8. & 9. fol. 11.

Officio *empto priuatus, nō perdit pretium ibid. n. 9. & 10.*

In officijs an ſeparetur exercitium à proprietate n. 10. & ſeq.

In omnibus officijs intelligitur clauſula donec benè, & fideliter ſe geſſerit q. 2. n. 18.

Officialis, *qui emit, eſt deterioris conditionis n. 20.*

Dohanerius Gaietæ priuatus exercitio, fuit habitum pro vero eſſe priuatum proprietate eiuſdem n. 21. & 22.

Officium *emptum, non per hoc mutat naturā n. 18. fol. 12.*

Aymon malè intellectus in materia officiorū n. 23.

Officialis *quando dicatur in officio delinquiſſe n. 26. fol. 13.*

Baſis officij eſt donec benè te geſſeris, & delinquens in illo, ſtatim perdit n. 28. & 29. fol. 14.

Clauſula donec benè, & fideliter ſe geſſerit, cēſetur per naturā appoſita in conceſſionibus officiorum etiam ſi non apponatur ibid. nu. 30.

Delinquitur ommittendo, & committendo, & quomodo ibid. n. 33. & 34.

Negligentia ſola an ſit cauſa ſufficiens, vt perdatur officium n. 34. fol. 15.

An requiratur ſententia in priuatione officij, vel ſufficiat ſententia condemnatoria delicti ibid. §. 2. n. 35. cum ſeq.

Licet non adſit ſententia hominis, adeſt ſētētia legis n. 39.

Officialis *magis delinquit, quam latro in via publica n. 38. 39. & 40.*

. . . Ad cuſtodiam ſanitatis delinquens in officio debet puniri vti patriæ proditor §. 2. n. 42. & 43. fol. 16.

Baraptaria quomodo probatur cōtra officialē §. 2. n. 93.

Officia, *quæ dicantur recta, quæ irregularia, & differentia inter omnia officia §. 3. n. 51. & 52. fol. 17.*

Valet agumentum à tutore ad officialem ibid. n. 55.

Adminiſtratio ſola, & non proprietas datur in officijs ſolum exercitium, neque dominium, & qui-

& quidam titulus ad finem vtendi ex n. 61. *& ſeq.*
Diſcrimen inter officium, & feudum ibid.
Subſtituere in officijs quando poſſit §.3.*n.*71. *fol.* 19.
Officialis *quomodo puniatur in Inferno ex S.Birgitta, & Dante ibid. ſub n.*37. *fol.*20. *in parergon.*
Officium *ſcribæ portionis in quo conſiſtat in Regno q.*9.*&* 10. *fol.* 58.
Officium *Theſaurarij Generalis in quo conſiſtat ibid. fol.* 58.
Officiales *Regiæ Cameræ Summariæ an poſſint conueniri, vel accuſari in alio Tribunali præter quam in ead. Camera q.* 22. *& n.* 14.
Officium *Iudicis impartiri non debet, niſi petitum q.*47. *n.* 19. *fol.* 289.
Limita quando id faceret ad ſuam inſtructionem ibid.
Quando agitur Iudicis officio non eſt neceſſarius libellus q. 28. *n.* 11. *fol.* 178.

Oppidum.

Oppida, *& Terræ non inſignes poſſunt infeudari probis Baronibus q.* 33. *n.*21. *f.*202.

Opinio.

Opiniones *communes ſupponuntur, non diſcutiuntur q.* 15. *n.* 2. *fol.* 100.

Orbatellum.

Orbatellum *in Ætruria obſeſſum à* Gallis, *q.*9. *ante n.* 34.

Pactum exequtiuum.

*Citatus vigore pacti exequutiui nullam poteſt opponere exceptionem niſi ſatisfactionis, nouæ conuentionis, vel falſitatis q.*23. §.2. *n.* 21. *fol.* 157.

Pactum.

Pactum *factum cum artificibus propter malũ opus teneri ad intereſſe, an de leuiſſima culpa, vel caſu fortuito, an id teneantur q.* 30. *n.* 12. *fol.* 186.
Paciſcens *de aliquo diritu, ſiue iure, intelligendum erit de ſuo non de alterius parte q.* 32. *n.* 16. *fol.* 197.
Pactum *adiectum in inſtrumento quod ſolutio non poſſit probari niſi per teſtes.*
Vel ſit renunciatum teſtium an teneat, & quomodo practicetur in Tribunalibus q. 47.*n.*6.7.*& ſeq. fol.* 287.
Pactum *an poſſit fieri cum Regia Curia vt cauſæ arrendatorum, & locatorum Dohanæ, cognoſcantur ab ipſis Tribunalibus Cæſaris q.* 15. *n.* 23. *fol.* 204.
Et ſi fiant, ſint contra iuſtitiam ſaltim in Ciuilibus cauſis ibid. n. 31.

Pandectarius.

Pandectarius *bancorum, qua pœna puniendus ſit ſi in officio ſuo delinquerit q.*5.*n.*25. *fol.* 41.
Vide in verb. capſarius.

Panis.

Panes *numero quinque Euangelici, ſignificãt quinque libros iuris q.* 11. *n.* 10. *fol.* 76.

Papa.

Papa *an poſſit abſoluere ſemetipſum à iuramento q.* 9. *n.* 36. *fol.* 63.

Paritas.

Paritas *in cauſa Ducis Oſtuni, cum Regio Fiſco q.*9.*n.*8.*fol.*60.*& q.* 11.*n.* 21. *fol.* 79.
Quomodo dirempta n. 11. *& q.*12.
In Conciſtorio Deorum, exiſtentibus Dijs in paritate, ſententia profertur pro Reo q. 11. *n.* 2. *&* 3. *fol.* 74.

Patienter.

Patienter *audire debent Aduocatos non etiã Iudices, & Senatores, ſed etiam Proconſul, ideſt Vicerex q.* 1. *n.* 10. *fol.* 3.

Patria.

Patria *Camerarij Papiniani, & Loffredi quænam fuit q.* 33. *n.* 1. *fol.* 199.

Patronus. *vide* Ius patronatus.

Pec-

Peccatum.

Peccatum *minimum ſcienter commiſſum, grauius eſt toto Mũdo q.15.n.30.fol. 105.*

Pecunia.

Pecunia *quomodo numeretur, quando ſurripitur à bancis publicis vide in verb.*capſarius,*& in verb.*bancum.

Pecuniam *alteri trasferendam,vel alteri ſoluendam in vſus proprios conuertens vide furtum.*

. . . A locis piis,& à bancis publicis accipientes quomodo à Deo puniti q.5.n.28.fol.42.

Peritus.

Peritorum *iudicio ſtandum eſt,& quare q.16. ex n.20.cum ſeq.& q. 17.n. 16.fol. 115.*

. . . Non poteſt retractari,niſi per iudicium aliorum peritorum d.q.17.n.15.fol. 115.

An adhibendi ſunt vnus,vel plures periti in iudicio facendo n. 24.

An reddere teneatur rationem n. 22.

Peritorum *dicto an Iudex teneatur ſtare n. 27.*

. . . Iudicium eſt maximæ efficaciæ ita vt mogis credatur illi, quam propriæ rei confeſſioni,etiam contra ipſum confitentem n. 28.

. . . Iudicio eſt ſtandum in menſurationibus quam probationibus factis per teſtes q. 17. n. 37.fol. 117.

Periurus, Periurium.

Periurus *quando dicatur infamis, & propter quam cauſam q. 20. n. 14.fol. 138.*

. . . Dicitur debitor poſt quam ceſſit dies ſolutionis in agendo q.46. n. 9.fol. 282.

Quare non poteſt præuenire, nec ab ordinario poteſt abſolui ibid. n. 10.

Periurium *dicitur grauius delictum,quam ſit homicidium,vel adulterium d.q.20.n. 16.*

Petitorium.

Petitorium *eſt ommictendum,& poſſeſſorium decidendum q.36.n. 29.fol. 229.*

Permutatio.

Permutatio *dotis conſtante matrimonio non poteſt fieri q. 20. n 26.fol. 140.*

Etiam ipſa muliere conſenſiente,& eo caſu poterit poſtea contrauenire ibid. n. 27.

Peſtis.

Peſtis *conſumpſit Neapolim in anno 1656.q. 1.fol. 9.& n. 42.fol. 16.*

*Cuſtos portus Ciuitatis tempore peſtis ab delictum in officio qualiter punitus ibid. Vide verb.*officium.

Cuſtos ſanitatis debet eſſe ſanctior perſona Ciuitatis q. 2. §. 3. 70.fol. 19.

Peſtis *in quos carnificis officio perfuncta q.6. n. 4. fol. 45.*

. . . In noſtra Ciuitate Neapolis ſolius Beatæ Virginis D. N. interceſſione ceſſauit 15. Auguſti 1656.in diſcurſu poſt q.43.n.15. fol. 265.

. . . Fuit publicata die 25. Aprelis 1656. quæ fuit prima dies feriata poſt Kalendariũ ruptum ab Ill.Comite Caſtrilli ibid. n.16.

. . Non venit, quia fuerunt ſublati dies feſti Curiæ ibid. n. 17. & 23.

Piſcis.

Piſces *duo Euangelici ſignificant duos ſenſus iuris q.11.n.18 fol. 16.*

Pollicitatio.

Pollicitatio *de iure ciuili non producit actionem ſecus de iure Canonico q.21.n. 31.f. 147.*

Ex ſimplici pollicitatione datur actio ad ſoluendam dotem Eccleſia contra patronum iuris patronatus, ibid.

Poſſeſſor, Poſſidens.

Tertius poſſeſſor an teneatur ad ſolutionem cenſuum decurſorum q.26.n.1. & n 7.fol. 170.

. . . Non tenetur reſtituere fructus, niſi à die litis conteſtatæ ibid. n. 9.

Secus ſi ſit poſſeſſor malæ fidei ex n. 11.f.171.

Malæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere non ſolum fructus perceptos, ſed qui percipi potuerunt

Digitized by Google

fuerunt, ibid.
Non eſt debitor, niſi quatenus valet res poſſeſſa, ſine fructus q.27.n.13.fol.176. & q.26. ſub n. 7. cum ſeq.
Poſſidens *nõ dicitur vim facere, ſed vim repellere in manutenſione ſuæ poſſeſſionis q. 31. n. 26. fol.* 193.
Poſſeſſor *officij etiam ad nutum amouibilis non poteſt non auditus expelli q.2.n.3. fol.* 10.

Poſſeſſio, Poſſeſſorium.

Poſſeſſorium *non poteſt ommitti, & decidi petitorium, q.36. n.29. fol.* 229.
In iudicio de manutenendo ſummariſſimo attenditur vnicus, vel vltimus actus q.31.n. 15. fol. 190.
Maximè id procedit in incorporalibus ibid.
Poſſeſſio *iuriſdictionis probatur ex publicatione bannorum ibid.n.16. ſicut ex conceſſione ſalui conductus ibid.*
In iudicio poſſeſſionis nulla admittitur exceptio ſeu dominij cognitio n. 17.
In iudicio poſſeſſorio, ſiue de manutenendo ſufficit quælibet detentio, etiam aſinina, ibid.
In poſſeſſione immemorabili allegatio, & probatio ti.uli quomodo, & quãdo ſit neceſſaria ibid. n. 21. *cum ſeq.*
. . . *Antiqua habet vim priuilegij n.22 fol.* 191.
*Habens iuris aſſiſtentiam eſt manutenendus in poſſeſſione n.*27.
. . . *Eſt conſeruanda etiam armata manu cum moderamine inculpatæ tutelæ ibid. n.* 28.
. . . Officij, *vel beneficij ſtatim dicitur vocare, ſi officialis ſit priuatus q.* 2. *n.* 1.

Poteſtas.

Poteſtas *abſoluta nõ datur in Principe Chriſtiano q.9.n.35 fol.63.& q.33.n. 31. fol.* 204.
Clauſula de poteſtate abſoluta nihil operatur, & quare ibid. q. 33. *n.* 32.
Diſputare de poteſtate Principis, quando ſit ſacrilegium q. 11. *n.* 7. *fol.* 75.

Pœna.

Pœna *pertinet magis ad exemplum, quam ad delictum q.* 5. *n.* 30. *fol.* 43.
. . . *Debet ſtatim commiſſo delicto in delinquentem exequi, aliter parum operatur q.* 5. *n.* 31.
. . . *Nobilium, & ignobilium in Regno, quæ ſit q.* 6. *fol.* 45.
In pœnis quando ſit extenſio, & comprehenſio q. 8. *n.* 18. *fol.* 55.
*Vide in verb.*comprehenſio.
*In pœnis quod minimum eſt debetur q.*10.*n.*2. *fol.* 65.
Pœna *nunquam imponitur niſi expreſsè à lege caueatur ibid. n.* 9. *fol.* 66.
. . . *Non cadit vbi non adeſt delictum ibid.*
. . . *Non datur vbi non reperitur culpa q.* 30. *n.* 1. *fol.* 184.

Pragmatica.

Prag.4. §.1. *de nundinis declaratur q.* 31. *n.* 30.*fol.*193.*vbi plura circa materiã ipſam.*
. . . 6.*de literis cambij amanata* 8. *Nouembris* 1607. *quæ dat viam executiuam literis cambij an locum habeat in giratis factis in eiſdem literis contra girantes q.* 40. *n.* 3.*fol.*244.
. . . 63. §. *volemo de officio proc. Cæſar. in materia apocarum bancalium, ibid.n.* 25. *& q.* 45. *n.* 1. *&* 2. *fol.* 277.
. . . *Non procedit oppoſita exceptione non numeratæ pecuniæ infrà biennium q.*42. *n.* 1. *per totam fol.* 258.
. . . *Loquitur in apocis verificatis, vel legitimè recognitis, & apoca antea dicitur cartula n.* 14.
. . . *Non habet locum, vbi in actu recognitionis acceptatur apoca, & negatur accepiſſè pecuniam q.* 44. *n.*1.*fol.* 271.
. . . *Vt vrgeatur ſcribens apocam via executiua ad faciẽdũ depoſitum requirit probationẽ ſcripturæ, & nõ contractus ibid. n.* 7.
. . . *Eſt ſatis blanda, & mediam viam tenet, & mandat vrgeri debitorem ad faciendum depoſita, & quare n.* 18. *&* 19.
. . . *Æquiparat apocas recognitas inſtrumentis liquidatis, & obligationibus incuſatis, & quid importet n.* 23. *&* 24.
Prag. *Vnica de ferijs edita die* 25. *Aprilis* 1556. *à Duce Alcalà circa reformationem Kalendarij dierum feſtiuorum in diſcurſ. poſt q.*43. *fol.* 264.
Prag.82.*de offic.S.R.C. declaratur, q.* 45. *n.* 3. *&* 10. *fol.* 277.

Prag.

Prag. vnica de preuent. moderanda explicatur, & quomodo procedat q. 46. n. 25. fol. 285.
Prag. 10. de ſuſpicionib. official. fuit renouata per alias pragmaticas, & reſtricta cum maximo rigore in materia ſuſpitionum ibid. n. 12. fol. 295.
Prag. 1. de priuilegijs non loquitur de bullis, & priuilegijs Apoſtolicis q. 50. n. 15. fol. 305.
Prag. 4. de empt. & vendit.
Et 2. de mercatura Officialibus prohibita declarantur, & in quibus caſibus procedant q. 9. 10. 11.
Prag. de ſuſpitionibus excludens etiam pupillos, & Eccleſias, non intelligitur de illis nō habentibus tutoribus, vel adminiſtr. q. 13. n. 6. fol. 89.

Præambulum.

Præambula non poſſunt expediri, niſi quam in M.C.V. & nō in alijs Tribunalibus huius Ciuitatis. q. 15. n. 11. fol. 102.

Præcedentia.

Præcedentiæ ſcripta inter aduocatum fiſcalem Regni, & Aduocatum Regij patrimonij q. 12. n. 29. 30. & ſeq.
Præcedentia Conſiliariorum, Præſidentibus R. Cameræ vbi, & quando ibid. ex n. 1. & per totam quæſt. fol. 81.
De præcedentia Conſiliariorum Præſidentibus in Regijs Iunctis extra eorum Tribunalia, & alia curioſiora, d. q. 12. per totam.
Præcedentia Confraternitatum eſt negotium ſeculare, q. 18. n. 6. fol. 121.

Præceptum.

Præcepta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper, q. 1. §. 2. n. 32. & 33. fol. 6.
. . . De non propalando votum, Iudici eſt negatiuum, ibid. n. 34. & 35.

Præcipuum.

Præcipuum quodnā dicatur ad intellectū tex. in l. 1. ff. ſolut. matr. q. 20. n. 9.

Prælatus.

Prælatorum mutatio, quid importet in eorum Eccleſijs, q. 36. n. 28.

Præſcriptio.

Præſcriptio an currat minori non habenti tutorem? q. 13. n. 24. fol. 90.

Præſidens Regiæ Cameræ.

Præſidentes R. Cameræ an præferantur Regijs Conſiliarijs, & quando, q. 12.
. . Quomodo ſedeant inter ſe, ibid.
. . Quid quando Conſiliarius eſt translatus in officio Præſidentis, an retineat primam dignitatem, & prærogatiuas, n. 11.
. . Quid ſi occurrant conſedere extra Tribunal Cameræ cum Conſiliarijs, quinam præcedant, fol. 83. cum deciſ. n. 12.

Præfectum Prætorium.

S.R.C. malè dicitur, quod ſit Præfectum Prætorium, & quare, q. 12. n. 34. fol. 86.

Præſumptio.

Præſumptio poſt longum tempus, quod omnes ſolemnitates tam intrinſecè, quā extrinſecè adfuerint, etiam Regius aſſenſus, q. 31. n. 19. fol. 190.

Præuentio.

Præuentionis forma ponitur aduerſus inſtrumenta, & apocas, q. 45. n. 5. fol. 278.
Præuentio non fit, ſi ceſſit dies ſolutionis, ibid. n. 6. & 9. & q. 46. n. 5. & q. 47.
. . Poteſt fieri non ſolum in M.C.V. ſed etiam in S.C. ibid. n. 14.
. . Sicuti poteſt fieri aduerſus Inſtrumenta, ita & aduerſus apocas bancales, q. 46. n. 1. fol. 281.
. . In M.C. non admittitur quando ceſſit dies ſolutionis, & quare, ibid. n. 3. & 4. fol. 281.
Declaratur in quibus modis præuentioni ſit locus, n. 6. & 8.
Præuentiones ex cauſa ſolutionis, ſiuè nouæ conuentionis, ſemper fieri poſſunt, quomodo, & quare, ibid. n. 11.
Diſtinctiones authoris circa præuētiones factas aduerſus Inſtrumenta, & apocas ibid. n. 12. & ſeq.

Digitized by Google

Præuenire *non poteſt citatus, & attinctus, etiã ſi vellet præſtare cautionem de ſoluendo debitum, & pęnam, ibid. n.* 13.
Præuentione *facta per debitorem, ac præſtita cautione de ſoluendo debitum, & pęnam etiã quod ceſſit dies ſolutionis, in apoca bancali, deciſum fuiſſe ritè factam, ibid. n.* 17.
An ſit de forma fideiuſſio de ſoluẽdo debitum, & pęnam in iudicio pręuentionis, ibid. n. 21. *&* 22.
An poſſit ſuppleri in quacunque parte iudicij, ibid. n. 22. *&* 23.
Præuentioni *renuncians cum iuramento, an poſſit præuenire, ibid. n.* 26.
Præuenta *dicitur cauſa per ſolam citationem exequutam, q.* 14. *n.* 48. *fol.* 98.
Clericus pręuentus quãdo gaudeat in ciuilibus, vel in criminalibus, ibid. n. 20. *fol.* 95.

Princeps.

De Principis poteſtate diſputare eſt ſacrilegium q. 11. *n.* 7. *fol.* 75.
Princeps *non poteſt imponere de lege Iuſtitiæ pęnas auaras. ibid. n.* 19. *fol.* 78.
Princeps *creatur propter adminiſtrandam iuſtitiam, q.* 12. §. 2. *n.* 26. *fol.* 85.
. . *Prohibens reſtitutionem in integrum non intelligitur de illa, quæ competit ex clauſula generali q.* 13. *n.* 14. *fol.* 89.
. . *An poſſit tollere remedium in integrum reſtitutionis, ibid. n.* 15.
Et quid in pupillo doli incapace, n. 16.
Quid ſi poſſit habere regreſſum contra tutorem n. 17. *& ſeq.*
Quæ pendent à voluntate Principis, ſunt impoſſibilia, q. 14. *n.* 33. *& q.* 2. §. 3. *n.* 7.
In verbo, Principis, *ſtat gratia, teſtimonium in ſcriptura, & commodum in exequtione, ibid. n.* 39. *fol.* 95.
Princeps *debet cuſtodire facta maiorum, q.* 38. *n.* 35. *fol.* 241.
. . *Cum in parte cauſæ ſe intromittit, totum ad ſe reuocat, q.* 45. *n.* 13. *fol.* 279.
. . *Poteſt ex motu ſuo reuocare Commiſſarium cauſę, & ponere alium, & quando id faciat Præſidens S. C. q.* 48. *n.* 9. *fol.* 293.
Principi *aſſerenti Eccleſias eſſe ſub ſua protectione, creditur, etiam ſine probationibus, q.* 50. *n.* 5. *fol.* 303.
Poteſtas aſſoluta non datur in principe Chriſtiano, q. 9. *n.* 35. *fol.* 63.
. . *Non poteſt abſoluere ſemetipſum à debito iurato, & tollere ius parti, n.* 36.
. . *Licet ſit ſupra caput Iuris* Ciuilis, *eſt ſub pedibus iuris gentium, n.* 37. *fol.* 63.

Priuatus.

Officio priuatus an perdat pretium illius, q. 2. *per totam fol.* 10.
Vide in verb. officium.

Priuilegium.

Priuilegio *fori, quando poſſit renunciare, & quid in priuilegio fori R. Dohanæ q.* 15. *nu.* 34. *& q.* 22. *ex n.* 27.
Quid in priuilegio militis, vel clerici, ibid. n. 35. *&* 36. *fol.* 106.
Quid in Neapolitano, n. 39.
. . *Conceſſum toti Vniuerſitati, Collegio, vel ordini, num priuilegiatus poſſit renuntiari, q.* 15. *n.* 40. *fol.* 106. *& q.* 23. *n.* 1. *f.* 154.
. . *Eccleſiaſticorum reſpectu fori, eſt diuerſum ab alijs priuilegiatis, & exemptis, q.* 23. *n.* 2. *&* 3. *fol.* 154.
Ratio cur priuilegium fori clericorum nõ poſſit renunciari, ſicut illud laicorum exemptorum ibid. n. 7. *cum ſeq. fol.* 155.
. . *Fori non poteſt opponere conuentus vigore pacti exequtiui, ibid.* §. 2. *n.* 21. *fol.* 157.
. . *Non poteſt opponere actinctus vigore apocæ bancalis, ibid. ſub n.* 25.
. . *Neapolitanorum eſt antiquius priuilegio locatorum Dohanæ, q.* 15. *n.* 47. *fol.* 107.
. . *Superueniens perempta inſtantia facit declinare forum, q.* 28. *n.* 6. *fol.* 178.
In priuilegijs non requiritur ęquiualentia meritorum, q. 34. *n.* 4. *fol.* 206.
Priuilegiorum confirmatio in forma communi, vel in forma ſpeciali quid ſit, & quomodo fiat, ibid. n. 24. *fol.* 208.
Priuilegijs vim contractus habentibus non derogatur, niſi in caſu publicę neceſſitatis, ibid. n. 26.
Et de tali neceſſitate non debet ſtari ſimplici Principis *aſſertioni, ibid.*
Priuilegium Caſtellani Caſtri Noui, an fuit perſonale, vel extendatur ad ſucceſſores, q. 35. *n.* 28. *fol.* 219.
Priuilegia Eccleſijs conceſſa cum incipiunt eſſe damnoſa, reuocantur, q. 36. *n.* 6. *&* 7. *fol.* 221.

Vel

Vel reducuntur ad metam Iuris, ibid. n. 8. & 9.
Priuilegium *Eccleſiaſticum dicitur violari per bannum, vel decretum, etiam ſi per indirectum id efficiat ibid. n. 17.*
. . . *An ſit damnoſum quomodo cognoſcatur, & ſit practicandus tex. in c. ſugeſtum ibid. n. 21. & ſeq. fol. 226.*
. . . *Non eſſet, niſi eſſet contra ius, & pro bono priuato, & per conſequens aliquem lædcret ibid. n. 23. & 24.*
. . . *Eſt donum Superioris, & ideò debet eſſe immutabile n. 25. fol. 227.*
. . . *Poteſt fieri abſque ſcriptura, nec ad eſſentiam priuilegij eſt neceſſaria q. 50. n. 8. fol. 303.*
Priuilegij *tranſumptum mendicantium qualiter fiat, & probet ibid. n. 12. fol. 304.*

Probatio.

Probatio *per rei euidentiam nunquam cenſetur prohibita, neque reiecta, neque illi renunciari poteſt, q. 7. fol. 50. n. 6.*
Renuncians futuris probationibus, an cenſeatur renunciaſſe illis, quę non fiunt per teſtes, ſed ſcripturas, vbi deciſio ibid. fol. 50. per totam.
Probationes *in Tribunali Reuiſionis huius Ciuitatis poſſunt fieri etiam per teſtes q. 16. n. 27. fol. 112.*
Probatio *debet concludere perneceſſe, non per poſſibile, q. 24. n. 19. fol. 260.*
. . . *Dubia, & incerta non releuat probantem ibid.*
. . . *Scripturæ, non contractus requirit pragmatica in materia apocarum bancalium q. 44. n. 6. & 7. fol. 272.*

Proceſſus.

Proceſſus *tituli in criminalibus quando ſit cõſiderandus vid. in verb.* titulus.
. . . *Factus contra minorem non habentem tutorem eſt ipſo iure nullus q. 13. n. 20.*

Prodigus.

Prodigus *iam declaratus, ei cẽſetur interdicta adminiſtratio bonorum, etiam ſi in ſententia id non ſit expreſſum q. 2. §. 2. n. 41. f. 15.*

Prorex.

Prorex *an poſſit diſpenſare, vt cauſæ arrendatorum, & locatorum Dobanæ tractentur in alio Tribunali quam Reg. Cameræ q. 15. n. 27. fol. 105.*
. . . *An poſſit diſpenſare, vt inſtrumenta reaſſumatur in forma mortuo notario, & teſtibus ibid.*
Quid ſi per ſcriptorium id faciat n. 28. & validè fiat n. 29.
Proregi *quem titulũ tribuatur à S.R.C. q. 12. n. 18. fol. 83.*
Et ab alijs Principibus abſolutis quinam titulus ei præſtetur ibid. n. 18.
Prorex *quare iuſſit decretum S. R. C. non eſſe exequendum contra Ciuitatem Salerni ad inſtantiam Conſiliarij Coſſi q. 31. n. 37. fol. 194.*
Prorex *cõmendatur, qui ſubſtulit feſta, & reprahenduntur nõ habẽtes notitiam de prag. 1. de ferijs in diſcurſ. poſt q. 43. n. 29. fol. 268.*

Protectio.

Protectioni *alicuius poteſt quis ſe ſubmictere, etiam irrequiſito domino ſuo, & quando q. 50. n. 21. fol. 306.*
Protector *non debet aliquid dare, ſed ipſe recipere, vt probet protectionem ibid. n. 25. fol. 307.*
Protectio *Regia ad quid ſe extendat ibid. nn. 44. fol. 310.*
I*nſignia Regia affixa parietibus Eccleſiæ, & in loco inſigni quid ſignificant, n. 43.*

Prouiſio.

Prouiſio *recepta, an teneatur quis reſtituere licentiatus à ſuo miniſterio, q. 38. n. 33. & 34. fol. 241.*

Pupillus.

Pupillus *excluſus ab aliquo beneficio non intelligitur, ſi non habeat tutorem q. 13. n. 6. fol. 89.*
. . . *Abſque tutore nulliter agit n. 9.*
Non currit præſcriptio contra pupillum n. 10.
. . . *Non indiget reſtitutione in integrum aduerſus tutorem, qui non adimpleuit, n. 13. fol. 89.*

Quantitas.

Quantitas *corporis an poſſit probari per teſtes; & quan-*

& quando quæſtio 17. num. 9. & 10.
Quid ſi non eſt extans, ſed conſumpta ibid.
Vide in verb. Iaginus.

Quatriennium.

Quatriennium *an currat minoribus effectis maioribus poſt ætatem perfectam, ſi tales minores fuerunt ignorantes q. 13. n. 26.*
Quid ſi habeant tutorem, vel curatorem, aduerſus quem poterint habere regreſſum ibid. nu. 27.

Rationalis.

Rationalis *bāci publici deliquens in officio an gaudeat indulto generali q. 8. n. 23. fol. 55.*
. . . *Si facit, vt ſolnatur procuratori reuocato an teneatur pæna falſi, & furti ibid. ex n. 1.*
. . . *Dicitur principalior banci Miniſter, & ideò debet acrius puniri deliquens ante n. 15. & ſub n. 22.*
Maius delictum dicitur committere cæteris paribus, quam Notarius in officio ſuo ibid. nu. 12. fol. 53.
Rationalis *Regię Cameræ Summariæ an poſſint renunciari foro eiuſdem Tribunalis per pactum q. 22. n. 15. fol. 149. & 150.*
. . . *Generalitèr non poſſunt conueniri, neque recuſari, nec habere alium iudicem, quam ipſa R. Camera ibid. n. 14. & ſeq.*
. . . *Quid ſit, & eius officium q. 23. n. 2. fol. 154.*

Reclamatio.

Reclamatio *cum remedio reſtitutionis in integrum, & nullitatibus an poſſit cumulari q. 33. n. 38. fol. 205.*

Recognitio.

Recognitio *ſcripturæ, vel apocæ factæ per debitorē negantem contractum in ſcriptura cōtentum, an condemnabitur q. 44. n. 12. & ſeq. fol. 273.*
In actu recognitionis, vel ex interuallo opponi poſſit exceptio non numeratæ pecuniæ q. 44. n. 17. fol. 274.

Recuſatio.

Recuſatio *Iudicis vide in verbo* ſuſpitio, *& in verbo* Iudex.

Reformatio.

Reformatio *Kalendarij facta die 25. Aprelis 1556. à Duce Alcala in diſcurſu poſt q. 43. n. 6. fol. 264.*

Regia Dohana Apuleæ.

Priuilegia Dohanæ Apuleę in cauſis locatorum & quid cum Neapolitanis vid. in verb. locatus.

Regia decretatio.

Regiæ *decretationis forma, qua vtitur Preſes S.R.C. Neapolitani in ſupplicationibus, quanam ſit q. 24. n. 11.*

Regia Camera Summariæ.

Regiæ *Cameræ Tribunal an poſſit promulgare decreta in iuris articulis per modum legis condendæ q. 15. n. 44. fol. 102.*
Regia *Camera remittit cauſa immunitatis in gabellis quādo Fiſcus nō habet intereſſe pręſētaneum q. 46. n. 11. fol. 222.*
. . . *Tribunal nō eſt alicuius magni Miniſtri q. 12. n. 14. fol. 83.*
. . . *Neque eſt Præfectum Prætorium ibid.*
. . . *Profert ſentētias, & decreta nomine M. Camerarij n. 19*
A ſententia Regiæ Cameræ antiquitus appellabatur ad S.C. ibid. n. 45. fol. 86.
. . . *Non debet ſe impedire in cauſis inter partes, in quibus Fiſcus non habet intereſſe q. 15. n. 11. fol. 102.*
Cauſa locatorum introducta in Regia Camera debet remitti ad alia Tribunalia ſi Fiſcus nō habet intereſſe ibid. n. 12.
. . . *Præſidentes ex officio remiſerunt cauſas appellationis ad S.C. vel ad M.C.V. n. 22.*
. . . *An poſſit paciſci cum arrendatoribus, & locatis, vt eorum cauſæ cognoſcantur in dicto Tribunali, ibid. n. 23. & 24. fol. 104.*

Regium Collaterale Conſilium.

Regium Collaterale Conſilium *quando fuit inſtitutū, & à quo Rege, q. 12. n. 43. fol. 87.*
Et quiſnam fuit primus Regens ipſius, n. 48.

Regius aſſenſus.

Regius aſſenſus *debet expediri in forma Cancellarię*

cellariæ infra biennium, & quare, q. 14. §. 2. n. 43. fol. 97.
. . . Eſt perfectus pendente biennio, licèt non regiſtretur, ſecùs elapſo, n. 44.

Regia Iuncta.

Regia Iuncta Iuriſdictionis ex quibus iudicibus conflatur, q. 14. n. 10. fol. 94.

Regia Audientia.

In Regia Audientia Barenſi, & Hydruntina numquam præſedit Rex Ferdinandus, q. 12. n. 49.
Quare vocentur ſacræ, & inſufflent vitæ ſpiritum inſtantijs peremptis, ibid. n. 50. fol. 87.

Regnum.

Regnum deſtrueretur, ſi extractio, vel immiſſio rerum nõ dependeret à ſolo Principis nutu, & ideo nullus exemptus, q. 36. n. 4. fol. 221.
. . . Non poteſt per momentum ſine iuſtitia ſtare, q. 12. §. 2. n. 26. fol. 85.

Regens R. Cancellariam.

Regens an poſſit renunciare eius foro, & ſe ſubmittere M. C. V. q. 23. n. 13. fol. 156.
. . . Triſtanus occidit Iudicem in aula M. C. V. q. 35. n. 31. fol. 219.
. . . Decanus eſt verè, & priuatiuè delegatus cambiorum ad omnia Tribunalia, q. 41. n. 21. fol. 256.
. . . quis nam fuit primus creatus tempore quo Collaterale fuit inſtitutum q. 12. n. 48.
. . . Quomodo ſedere debeat extra Tribunal R. Cancellariæ ibid. n. 13.
. . . M. C. V. fuit ſuſpenſus ab officio à S.R.C. & quare ibid. n. 25. fol. 84.

Reconuentio.

Reconueniri poteſt clericus coram Iudice laico, qui coram eodem conuenit q. 24. ex nu. 7. fol. 161.
Quid ſi reconuentio ſit de re totaliter in dependente à conuentione ibid. n. 10.
Quid ſi clericus porrexit tantum ſupplicationẽ, vel inſtantiam coram laico Iudice contra laicum, ibid. ex n. 12.
Quid ſi poſtea clericus ſe peniteat, n. 18. f. 162.
Et an poſſit reconueniri, ſi clericus vexatus à laico ſponte compareat, ibid. n. 20.
Clericus comparens aduerſus remedia Capitulorum Regni, an poſſit reconueniri, n. 21. & 22.
Clericus opponens exceptiones in forma poteſt reconueniri, ibid. n. 23.

Regula.

Regula quando firmetur ab exceptione, q. 11. n. 9. fol. 75.
. . . Perire volens non auditur, ibid. n. 26. fol. 80.

Remiſſio.

Remiſſionem non poteſt petere conuentus vigore apocæ bancalis, & quid ad inſtantiam baronis, q. 23. n. 25.
Remiſſio mercedis, quibus caſibus fiat, q. 38. n. 31. & 32. fol. 240.

Renunciatio.

Renunciatio futuris probationibus, vt poſſit videri examen fiſci in criminalibus, an intelligatur facta probationibus, etiã quæ fiunt per ſcripturas, q. 7. fol. 50.
. . . An probationi per Inſtrumentum, n. 6. & 7.
. . . Probationibus per rei euidentiam.
Cur futuris probationibus ſit renunciandum, ibid. in princ. fol. 50.

Reſeruatio.

Reſeruatio dominij nihil addidit contractui venditionis, nam ei eſt connaturalis, niſi habita fuerit fides de pretio, q. 10. n. 8. fol. 66.

Res.

Res de facili reuertitur ad ſuam naturam, q. 22. n. 30. & 33. fol. 153.
. . . Communis, & ſolita locari à ſocio inuito altero ſocio, q. 32. n. 1. fol. 195.
Rem communem habens, dicitur habere partem in qualibet parte ibid. n. 2.
Rei ſuę quis eſt moderator, & arbiter, q. 9. §. 2. n. 13. fol. 61.

Res

Res indicata.

In re indicata *maximè ponderanda eſt qualitas, & partes iudicum. q.* 50. *fol.* 303.

Reſta.

Reſta *quid ſit in bancis publicis, & an detur illius reuiſio, & an ſit probatio probata, vide in verbo* Bancum, & Capſarius.

Reſtaurum.

Reſtaurum, *& remiſſio mercedis quibus caſibus fiat, q.* 38. *n.* 31. *&* 32. *fol.* 240.

Reſtitutio in integrum.

Reſtitutio in integrum *à Principe prohibita nõ intelligitur de ea, quæ competit ex clauſula generali, q.* 13. *n.* 14. *fol.* 89.
. . *An poſſit tolli à Principe, & quid ſi pupillus non habeat tutorem. vide in verbo* pupillus, *& in verb.* in integrum reſtitutio.
. . *An poſſit cumulari cum remedio nullitatis, & reclamationis, q.* 33. *n.* 38. *fol.* 205.

Reuiſio.

Reuiſio *in ciuilibus datur quorumcumq; computorum, ſecùs in criminalibus, & quare, q.* 4. *n.* 12. *&* 13.

Reus.

Non eſt in poteſtate Rei, vt id, quod non eſt delictum, ſit delictum, & quare? q. 17. *n.* 42. *fol.* 118.

Rex.

Rex *non poteſt de lege Iuſtitiæ imponere pœnas auaras, q.* 11. *n.* 19. *fol.* 78.
. . *Ferdinandus nunquam preſedit in Audientia Hydruntina, & Barenſi, q.* 12. *n.* 49. *fol.* 86.
Coram Rege nullus vocatur dominus, & quare ibid. n. 51 *fol.* 87.
Rex *Neapolis dicitur Monarca, & quidam corporalis Deus in ſuo Regno, q.* 12. *n.* 36. *q.* 18. *n.* 28. *f.* 126. *& q.* 50. *n.* 24. *f.* 306.
. . *Eſt in poſſeſſione, ſeù quaſi cognoſcendi de omnibus cauſis Eccleſiarum extauritarũ, & Hoſpitalium, quæ per laicos gubernantur ibid.*
. . *Eſt plenarius dominus territoriorum, vbi paſcunt animalia, & cubant locati Dohanæ, q.* 15. *n.* 18. *fol.* 103.

Riuus.

Riuus *quid ſit, vel foſſa, quid laginus, q.* 17. *n.* 1. *& ſeq. fol.* 113.

Riſus.

Riſus *Iudicis quando illum reddat ſuſpectum, q.* 1. *per totam, vide in verbo* Iudex.

Rollus.

Rollus *quid ſit, quid liſta, quid pediliſta, & quid luſtratio, q.* 14. *n.* 45. *&* 46. *fol.* 98.

Rota Romana.

In Rota deciſionibus notatur coram Cantucio in cauſa Franciſci Burgi, q. n. 12. *fol.* 12.
Sententiæ ipſius Rotæ non promulgantur ſub nomine Summi Pontificis, ſed ſub nomine Magiſtri Commiſſarij. q. 12. *n.* 15. *fol.* 83.

Rouitus

Rouitus *vocauit Truffam diſtinctionem inter officium emptum, & officium gratis datum, & encomia eiuſdem Rouiti, q.* 2. *n.* 17.
. . *Malè induxit Innocentium in materia officiorum, & mutauit ſententiam, ibid.* §. 2. *n.* 35. *fol.* 15. *& n.* 44. *fol.* 16.
. . *Doctrina confutatur in prag. de liquid. inſtr. n.* 30. *in materia receptionis teſtium tẽpore liquidationis, quando adeſt pactũ, quod ſatisfactio non poſſit probari per teſtes, q.* 47. *n.* 13. *fol.* 288.

Sabbatum.

Dies Sabbati quare introducta in antiquis, in diſcurſ. poſt q. 43. *n.* 9. *fol.* 264.
Refertur horribilis hiſtoria contra violatores Sabbati, ibid. n. 10. *&* 11.
Sabbatum *quid ſignificet, ibid. n.* 9.

Sacer-

Digitized by Google

Sacerdos.

Sacerdos *appellatur Deus, q. 19. n. 1. f. 129.*
. . *An ſit eius munus tutelam exercere. ibid. num. 5.*
. . *Vocantur patres, & magiſtri populi, ibid.*
. . *Dicuntur lux mundi, & ſal terræ, n. 6.*
. . *An poſſit eſſe tutor legitimus, teſtamẽtarius, vel datiuus, ibid. per totam queſt. fol. 129.*
Quid de Sacerdotibus Gentilium, ibid. n. 24.
Quid dicendum in tutela miſerabilium perſonarum, n. 27.
Sacerdos *an poſſit renunciare forum ſuum per pactum, q. 22. n. 11. fol. 149.*
. . *Hæres laici pro lite cepta coram Iudice ſeculari, an poſſit declinare forum, q. 25. per totam, fol. 164.*
Sacerdotis *texentis in die Dominica refertur inſigne factum S. Thomæ de Villanoua in diſcurſ. poſt q. 43. n. 28. fol. 267.*

Sacramentum.

Sacramentum *tremendum, & adorandũ Corporis D. N. Ieſu Chriſti, quomodo mirabilitèr Lantiani videatur, & de Rodulphi Cęſaris hiſtoria. q. 34. n. 44. fol. 213.*

Sacrum Regium Conſilium Neap.

S.R.C. Neapolitanum, *iuſtitia ſemper effulſit apud totum Orbem, q. 12. n. 5. & 28. fol. 82.*
. . *Vocatur Areopagum Italię, n. 6.*
. . *Eſt Tribunal ipſius Cęſaris, ibid. n. 14.*
In eo ſunt multa ſententiæ ſubſcriptę à Rege Alphonſo I. ibid.
. . *Habet maiorem authoritatem, quam Rota Romana, ibid.*
In dicto S.C. prima citatio expeditur ſub nomine Conſiliarij Commiſſarij n. 15. & 16.
Supplicationes, *quæ porriguntur in eod. S. C. apponitur per ſupplicantes titulus Sacræ Regiæ Maieſtati, ibid. n. 16.*
Sententia eiuſdem S. C. profertur ſub nomine Regis, n. 15.
S.C. *maxima dignitas, ibid. n. 22. fol. 84.*
. . *Fuit Iudex appellationis omnium Regnorũ Regis Alphonſi I. & quænam fuerunt iſta Regna, ibid. n. 23.*
Caſus iuriſdictionis occurſus inter S. R. C. & M. C. V. ibidem.
S. C. *decreto fuit officio ſuſpenſus Regens M. C. V. & quare. ibid. n. 25.*
. . *Poteſt carcerari facere quemquam in Sala M. C. V. ibid. n. 23. & 24.*
Omnes in Regno exiſtentes ſubſunt iuriſdictioni S. R. C. etiam exteri, n. 31. fol. 85.
. . . *Malè dicitur quod ſit Tribunal præfecti pretorij, ſed Cæſaris, & quare ibid. n. 33. fol. 86.*
. . . *Fuit Iudex appellationis Regiæ Cameræ Summariæ q. 12. n. 45. fol. 86.*
. . . *Præſes quare Conſiliarios non vocat Dominos, ſed magnificos ibid. n. 51. fol. 87. ſecùs verò alij Miniſtri aliorum Tribunaliũ, à capitibus illorum vocantur Domini, & quare ibid.*
S.R.C. nullum vocat dominum, & quare n. 51.
. . . *Sala impletur quotidiè Monacis, & clericis litigantibus q. 25. ſub n. 28. fol. 167.*
In S. C. *ſoluitur directus ducati unius cum dimidio pro centenario pro ſportulis, quæ diuiduntur pro augumento ſalarij Conſiliariorum ibid.*
. . *Non eſt prohibitũ iudicare per aliam viã, quam per illam, in qua litigantes ſe direxerunt q. 26. n. 18. fol. 173.*
. . . *Non tenetur ad pręciſam legum obſeruãtiam, quia iudicat tamquam Deus q. 42. n. 22. fol. 265.*

Sacrilegium.

Sacrilegium *quando ſit diſputare de actionibus Principis, & an qui ab eo fuit electus ſit dignus q. 11. n. 7. fol. 75.*

Salarium.

Salarium *an teneatur reſtituere gubernator arrendamenti licentiatus q. 38. n. 33. & 34. fol. 241.*

Sanfelicius.

Sanfelicius *in materia propalationis voti exploditur q. 1. §. 2. n. 33. & 34. fol. 6.*

Sanctus.

Sanctus *Giprianus eſt Martyr Illuſtriſſimus, & Magiſter S. Auguſtini q. 19. n. 19. f. 131.*

Res iudicata.

In re iudicata maximè ponderanda eſt qualitas, & partes iudicum. q. 50. fol. 303.

Reſta.

Reſta quid ſit in bancis publicis, & an detur illius reuiſio, & an ſit probatio probata, vide in verbo Bancum, & Capſarius.

Reſtaurum.

Reſtaurum, & remiſſio mercedis quibus caſibus fiat, q. 38. n. 31. & 32. fol. 240.

Reſtitutio in integrum.

Reſtitutio in integrum à Principe prohibita nõ intelligitur de ea, quæ competit ex clauſula generali, q. 13. n. 14. fol. 89.
. . An poſſit tolli à Principe, & quid ſi pupillus non habeat tutorem. vide in verbo pupillus, & in verb. in integrum reſtitutio.
. . An poſſit cumulari cum remedio nullitatis, & reclamationis, q. 33. n. 38. fol. 205.

Reuiſio.

Reuiſio in ciuilibus datur quorumcumq; computorum, ſecùs in criminalibus, & quare, q. 4. n. 12. & 13.

Reus.

Non eſt in poteſtate Rei, vt id, quod non eſt delictum, ſit delictum, & quare? q. 17. n. 42. fol. 118.

Rex.

Rex non poteſt de lege Iuſtitiæ imponere pœnas auaras, q. 11. n. 19. fol. 78.
. . Ferdinandus nunquam præſedit in Audientia Hydruntina, & Barenſi, q. 12. n. 49. fol. 86.
Coram Rege nullus vocatur dominus, & quare ibid. n. 51 fol. 87.
Rex Neapolis dicitur Monarca, & quidam corporalis Deus in ſuo Regno, q. 12. n. 36. q. 18. n. 28. f. 126. & q. 50. n. 24. f. 306.
. . Eſt in poſſeſſione, ſeù quaſi cognoſcendi de omnibus cauſis Eccleſiarum extaurita rũ, & Hoſpitalium, quæ per laicos gubernantur ibid.
. . Eſt plenarius dominus territoriorum, vbi paſcunt animalia, & cubant locati Dohanæ, q. 15. n. 18. fol. 103.

Riuus.

Riuus quid ſit, vel foſſa, quid laginus, q. 17. n. 1. & ſeq. fol. 113.

Riſus.

Riſus Iudicis quando illum reddat ſuſpectum, q. 1. per totam, vide in verbo Iudex.

Rollus.

Rollus quid ſit, quid liſta, quid pediliſta, & quid luſtratio, q. 14. n. 45. & 46. fol. 98.

Rota Romana.

In Rota deciſionibus notatur coram Cantucio in cauſa Franciſci Burgi, q. n. 12. fol. 12.
Sententia ipſius Rotæ non promulgantur ſub nomine Summi Pontificis, ſed ſub nomine Magiſtri Commiſſarij. q. 12. n. 15. fol. 83.

Rouitus

Rouitus vocauit Truffam diſtinctionem inter officium emptum, & officium gratis datum, & encomia eiuſdem Rouiti, q. 2. n. 17.
. . Malè induxit Innocentium in materia officiorum, & mutauit ſententiam, ibid. §. 2. n. 35. fol. 15. & n. 44. fol. 16.
. . Doctrina confutatur in prag. de liquid. inſtr. n. 30. in materia receptionis teſtium tẽpore liquidationis, quando adeſt pactũ, quod ſatisfactio non poſſit probari per teſtes, q. 47. n. 13. fol. 288.

Sabbatum.

Dies Sabbati quare introducta in antiquis, in diſcurſu poſt q. 43. n. 9. fol. 264.
Refertur horribilis hiſtoria contra violatores Sabbati, ibid. n. 10. & 11.
Sabbatum quid ſignificet, ibid. n. 9.

Sacer-

Digitized by Google

Sacerdos.

Sacerdos *appellatur Deus, q. 19. n. 1. f. 129.*
. . *An ſit eius munus tutelam exercere. ibid. num. 5.*
. . *Vocantur patres, & magiſtri populi, ibid.*
. . *Dicuntur lux mundi, & ſal terræ, n. 6.*
. . *An poſſit eſſe tutor legitimus, teſtamẽtarius, vel datiuus, ibid. per totam quæſt. fol. 129.*
Quid de Sacerdotibus Gentilium, ibid. n. 24.
Quid dicendum in tutela miſerabilium perſonarum, n. 27.
Sacerdos *an poſſit renunciare forum ſuum per pactum, q. 22. n. 11. fol. 149.*
. . *Hæres laici pro lite cœpta coram Iudice ſeculari, an poſſit declinare forum, q. 25. per totam, fol. 164.*
Sacerdotis *texentis in die Dominica refertur inſigne factum S. Thomæ de Villanoua in diſcurſ. poſt q. 43. n. 28. fol. 267.*

Sacramentum.

Sacramentum *tremendum, & adorandũ Corporis D. N. Ieſu Chriſti, quomodo mirabilitèr Lantiani videatur, & de Rodulphi Cæſaris hiſtoria. q. 34. n. 44. fol. 213.*

Sacrum Regium Conſilium Neap.

S.R.C. Neapolitanum, *iuſtitia ſemper effulſit apud totum Orbem, q. 12. n. 5. & 28. fol. 82.*
. . *Vocatur Areopagum Italiæ, n. 6.*
. . *Eſt Tribunal ipſius Cæſaris, ibid. n. 14.*
In eo ſunt multæ ſententiæ ſubſcriptæ à Rege Alphonſo I. ibid.
. . *Habet maiorem authoritatem, quam Rota Romana, ibid.*
In dicto S.C. prima citatio expeditur ſub nomine Conſiliarij Commiſſarij n. 15. & 16.
Supplicationes, *quæ porriguntur in eod. S. C. apponitur per ſupplicantes titulus Sacræ Regiæ Maieſtati, ibid. n. 16.*
Sententia eiuſdem S. C. profertur ſub nomine Regis, n. 15.
S.C. *maxima dignitas, ibid. n. 22. fol. 84.*
. . *Fuit Iudex appellationis omnium Regnorũ Regis Alphonſi I. & quænam fuerunt iſta Regna, ibid. n. 23.*
Caſus iuriſdictionis occurſus inter S. R. C. & M. C. V. ibidem.
S. C. *decreto fuit officio ſuſpenſus Regens M. C. V. & quare. ibid. n. 25.*
. . *Poteſt carcerari facere quemquam in Sala M. C. V. ibid. n. 23. & 24.*
Omnes in Regno exiſtenses ſubſunt iuriſdictioni S. R. C. etiam exteri, n. 31. fol. 85.
. . . *Malè dicitur quod ſit Tribunal præfecti prætorij, ſed Cæſaris, & quare ibid. n. 33. fol. 86.*
. . . *Fuit Iudex appellationis Regiæ Cameræ Summariæ q. 12. n. 45. fol. 86.*
. . . *Præſes quare Conſiliarios non vocat Dominos, ſed magnificos ibid. n. 51. fol. 87. ſecùs verò alij Miniſtri aliorum Tribunaliũ, à capitibus illorum vocantur Domini, & quare ibid.*
S.R.C. *nullum vocat dominum, & quare n. 51.*
. . . *Sala impletur quotidiè Monacis, & clericis litigantibus q. 25. ſub n. 28. fol. 167.*
In S. C. ſoluitur dirictus ducati vnius cum dimidio pro centenario pro ſportulis, quæ diuiduntur pro augumento ſalarij Conſiliariorum ibid.
. . *Non eſt prohibitũ iudicare per aliam viã, quamper illam, in qua litigantes ſe direxerunt q. 26. n. 18. fol. 173.*
. . . *Non tenetur ad præciſam legum obſeruãtiam, quia iudicat tamquam Deus q. 42. n. 22. fol. 265.*

Sacrilegium.

Sacrilegium *quando ſit diſputare de actionibus Principis, & an qui ab eo fuit electus ſit dignus q. 11. n. 7. fol. 75.*

Salarium.

Salarium *an teneatur reſtituere gubernator arrendamenti licentiatus q. 38. n. 33. & 34. fol. 241.*

Sanfelicius.

Sanfelicius *in materia propalationis voti exploditur q. 1. §. 2. n. 33. & 34. fol. 6.*

Sanctus.

Sanctus *Giprianus eſt Martyr Illuſtriſſimus, & Magiſter S. Auguſtini q. 19. n. 19. f. 131.*

Satisfactio.

Satisfactio *allegata tempore liquidationis inſtrumenti, niſi probetur per debitorem in inſtanti, carceretur q. 47. n. 1. fol. 287.*

. . . *Probata per debitorem in actu liquidationis, detinetur creditor tamquam calumniator, & periurus ibid. n. 2.*

. . Et *quomodo M.C.V. in ſimilibus practicauit ibid. n. 3.*

Aduerſus ſatisfactionem probatam Curia pro Tribunali ſedente, creditor non auditur cōtrarium probare volens n. 4. & quare n. 5.

Pactum quod ſolutio non poſſit probari per teſtes aduerſus inſtrumentum an teneat, & valeat, & quomodo practicetur tēpore liquidationis inſtrumenti ibid. n. 6. 7. & ſeq.

Scientia.

Scientiæ *Architectura, omnes aliæ ſcientiæ ancillantur q. 30. fol. 185.*

Scientia *alicuius decreti aliunde habita non ſufficit, ſed requiritur actualis intimatio q. 33. n. 34. fol. 306.*

Scriptura.

Scriptura *in formis probat contra producentem ſine cautela q. 4. n. 17.*

. . . *Bancorum publicorum probat pro, & contra bancum ibid. n. 20. fol. 35.*

Vide in verbo bancum.

. . . *Non probat quando non eſt in prothocollo q. 26. n. 19. fol. 144. & fol. 175.*

. . *Differt à contractu, quia ipſa eſt vnum, & contractus qui in ea continetur eſt aliud, & quare q. 44. n. 6. 8. & 9. fol. 272.*

. . . *Non eſt neceſſaria ad eſſentiam priuilegij q. 50. n. 8. & 9. fol. 303.*

Scribæ portionis officium.

Scribæ *portionis officium in quo conſiſtat, & de liberantijs, quæ ab eius officio emanantur q. 9. ex n. 1. fol. 58. & q. 10.*

Vide verb. officium.

Senator.

Senatores *quando poſſint renunctiare eorum priuilegio fori, & ſe ſubmittere alijs Iudicibus inferioribus, q. 23. per tot. & n. 13. f. 154.*

Sententia.

Sententiæ *verba ſunt strictè intelligenda q. 2. n. 11.*

Ex ſententia plus non poteſt inferri, niſi quod expreſſum, ibid. n. 11. & 12.

. . . *Non patitur ſubauditum intellectū, & ex ſubauditis non oritur ſententia ibid. n. 13.*

Ratio ſententię non decidit n. 14.

Sententia *priuans aliquem exercitio officij, an cenſeatur eum priuaſſe proprietate officij, ibidem §. 2. ex n. 36.*

. . . *Condemnatoria delicti in officio commiſſi, includit per concomitantiam priuationem officij etiam ſi illud non ſit expreſſum ibid. §. 2. n. 39. fol. 14.*

. . . *Extenditur ad non expreſſum, quādo id, ſupra quod eſt lata, remaneret vacuum, vel inutile ibid. n. 42.*

. . . *Acceptans non poteſt appellare, neque reclamare ibid. n. 46. fol. 16.*

. . . *Facit ens de nō ente, & de albo nigrum.*

. . . *Facta ſine probationibus non eſt nulla, quando eſt facta coram Principe.*

Vide in verbo Officium.

. . . *Extēditur per modum conſequentis, vel antecedentis neceſſarij, ibid. n. 40. & 41.*

. . . *Extenditur quādo illud, ſuper quo eſſet lata, nullius eſſet effectus. n. 41.*

. . . *Diſcrimen inter ſententiam, & tranſactionem, q. 4. n. 6. fol. 30.*

Sententia Parlamēti Pariſiēſis cōtra Galliæ Seianum, q. 6. n. 24. fol. 47.

. . . *S. R. C. promulgatur ſub nomine Regis, nō ſic Rota Romanę, quæ promulgatur ſub nomine Auditoris Rotæ, q. 12. n. 15.*

A ſententia Regis nō datur appellatio, q. 16. n. 34. fol. 86.

Sententia prolata cōtra minorem nō habētem tutorem eſt ipſo iure nulla, q. 13. n. 20. f. 90.

Item cōtra Eccleſiam Paſtore viduatam, n. 21.

. . . *Poteſt ferri ſuper eo, quod eſt probatum, quamuis in libello nō petitum in Regno Neapolitano, q. 27. n. 3. fol. 147.*

Quid ſi ex actis cōſtet debitorem plus debere, quam creditor petierit, an poſſit per Iudicem debitor in illo pluri cōdemnari, ibid. n. 6.

In exequutione sētētiæ an perimat inſtātia, & an inſtātia detur poſt sētētiā, q. 28. n. 10. f. 178.

Sen-

Sententiæ *robur an conſiſtat in lecta lata &c. q. 49. n. 26. fol. 298.*

. . . *An proferanda ſit in ſcriptis, & an ſit nullitas eius ammiſſio ibid. n. 7.*

Senſus.

Duo ſenſus iuris, per quæ ſignificantur in Euāgelio q. 11. n. 10. fol. 76.

Separatio.

Separatio *contractus à ſcriptura, ad finem vt debitor vrgeatur non ad ſoluendum, ſed ad faciendum depoſitum q. 44. n. 13. fol. 276.*

Seruus.

Serui *dicuntur vaſſalli, & pluſquam mancipia viuentes ſub Baronibus q. 33. n. 10. & 11. fol. 200.*

Serui, *vel mancipia propter Domini ſęuitiam coguntur vendere ibid. n. 25. & 26. fol. 203.*

Sęuitia.

Sæuitia *Baronum eſt cauſa vt cogantur Terras, vel feuda vendere q. 33. n. 26. fol. 203.*

Significatoria.

Significatorię *expeditę per rationales vniuerſitatum in Regno habent paratam exequutionem q. 12. n. 39. fol. 86.*

Simulatio.

Simulatio, *quæ ſit, & quænam falſitatis in ſcriptura q. 10. n. 19. fol. 68.*

Socius.

Socius *poteſt rem communem locare etiam inuito conſocio, & quare q. 32. n. 1. & 3.*

. . . *Præſumitur habere mandatum tacitum alterius ſocij n. 4.*

. . . *Faciendo reſtaurum intelligitur de ſua portione, & non conſocij n. 9.*

. . . *In expreſſis non præſumitur habere mādatum tacitum n. 10.*

Quando dicatur habere mandatum à ſocio ibid. n. 11. & 12.

Contrahens cum ſocijs tenetur explorare, & ſcire pacta, & poteſtatem ſociorum ibid. n. 14.

Socius *renuncians in medio ſocietatis, ſocios à ſe, nō ſe à ſocijs liberat q. 37. n. 10. & ſeq.*

Et quomodo id procedat n. 23. & ſeq. fol. 233. & 234.

Fallit quando id fiat ex neceſſitate ibid. n. 12. & 13.

Si *ſocius ſit rixoſus, poteſt alius ſocius ſoluere ſocietatem non obſtante pacto quod ſolui non poſſit, vel ſi adſit alia iuſta cauſa ibid. n. 14.*

Et quid ſi eſſet negligens n. 16. fol. 234.

. . *Poteſt liberare vnum ex ſocijs, & alium ſubrogare ſine cauſa ibid. n. 25. fol. 234.*

Vide in verb. Arrendator.

Solitus.

In ſolito delinquere, non præſumitur error, ſed falſitas fraus, & dolus q. 4. n. vlt. fol. 53.

Solemnitas.

Solemnitates *præſumuntur poſt longum tempus adfuiſſe, tum intrinſecas, tum extrinſecas q. 31. n. 19. fol. 190.*

. . . *Regij aſſenſus etiam præſumūtur poſt lōgum tempus ibid.*

Solutio.

Soluens *non expreſſa cauſa, quodnam debitū ſoluiſſe intelligatur q. 20. n. 1. fol. 135.*

Debitor ſoluens poteſt eligere in quam cauſam vult ſoluere, & ipſo non eligente, electio deuoluitur ad creditorem ibid. n. 4. & 10.

Soluentis *intenſio per Iudicem eſt inquirenda argumentis coniecturis, & indicijs ibid. n. 5. fol. 136.*

Debitor ſoluens abſque electione cauſæ an poſſit eligere incontinenti ibid. n. 10.

Soluiſſe *non cenſetur in antiquiorem, vel duriorem cauſam quando non eſt obligatus, nu. 12.*

In dubio cenſetur facta ſolutio in illam cauſā, per quam euitatur infamia n. 14.

. . . Sicuti *cenſetur facta in cauſam proportionatam potius quam in duriorem n. 17. f. 139.*

Aliquādo eligi debet cauſa lenior, & nō grauior ſecundū qualitatem perſonarū n. 18. f. 139.

Cauſa antiquior an intelligatur inſpecto tempore ſolutionis, vel contractus n. 19.

In venditione pignoris conuentionalis electio eſt creditoris in quam cauſam vult pretium recipere ibid. n. 23. *fol.* 140.

Solutio *recepta in cauſam veſtium lucubrariũ, vel lecti vidualis, an dicatur neceſſaria ibid. n.* 21.

Quid in debitore decotto ſoluente an poſſit eligere cauſam in quam vult ſoluere ibid. nu. 20. *fol.* 140.

Solutio *an poſſit probari per teſtes ſi in inſtrumento adſit pactum contrarium ita vt tempore liquidationis inſtrumenti retardari nõ poſſit per teſtes promptuarios, & quid obſeruandum q.* 47. *n.* 6. *&* 7. *fol.* 287.

Statutum.

Statuta *Laicorum quo caſu ligant exemptos q.* 30. *n.* 1. *&* 2. *fol.* 221.

Statutum *quod tribuit viam exequutiuam literis camby, an intelligatur etiam de giratis q.* 40. *n.* 2. *fol.* 244.

. . . *Reyciens omnes exceptiones, quas nõ reieciſſe dicatur q.* 42. *n.* 2. *& ſeq. fol.* 258.

. . . *Reyciens exceptiones, & denegans audiẽtiam quomodo intelligatur q.* 44. *n.* 21. *&* 22. *fol.* 275.

. . . *Licèt non probat extra territorium ſtatuentis valet tamen vt exemplum, & opinio vnius Doctoris in ſimilibus q.* 3. *n.* 14. *fol.* 24.

. . . *Ianua in materia literarum carrichi, & magiſtrorum nauis ibid. n.* 12.

Stylus.

Stylus *Tribunalium facit ius, q.* 40. *n.* 7. *&* 8. *fol.* 245.

Stultus.

Stultus *profert totum ſpiritum ſuum q.* 1. *nu.* 12. *fol.* 3.

. . . *Dicitur Iudex ſi aperit mentem ſuam vel minùs loquatur. Vide in verbo* Iudex.

Suſpitio, Suſpectus.

Suſpectus *eſt Iudex, ſi propalat votũ ex nimio riſu, vel alio motu corporis q.* 1. *per totam. Vide in verbo* Iudex, *& in verb.* votum.

Suſpitionis *maxima cauſa eſt propalatio voti ibid. ſub n.* 5.

Municipales leges regni quales ſint circa ſuſpitiones ex propalatione voti n. 6.

Suſpitionis *libellus debet continere locum, & tempus, & coram quibus perſonis res geſta ſit ibid.* §. 3. *n.* 36. *fol.* 7.

. . . *Capita quis ſubſcribere debeat ibid. n.* 37.

. . . *Pœna ſi non militet quanta ſit n.* 38. *cap. Regni prolixitatem circa ſuſpitiones iudicum intellectus n.* 39.

Authoris ſentẽtia de legibus municipalibus, quæ impoſuerunt pœnas ſuſpitionum n. 40.

Regentes, qui ſanxerunt pœnas ſuſpitionum, primi illas luerunt ibid. §. 3. *n.* 41. *fol.* 81.

Suſpitiones *in S. R. C. contra Regios Miniſtros non ſubſcribuntur, neque defunduntur ab aduocatis primarys q.* 13. *n.* 1. *fol.* 88.

. . . *Non poſſunt proponi poſt* 40. *dies poſt captam litem ibid. n.* 2. *fol.* 88.

Quid pro parte pupillorum, & Eccleſiarum, tutore, vel paſt re carentium n. 3.

Suſpectus *Iudex contriſtatur, contra allegantẽ ſuſpitionem n.* 4. *&* 5. *fol.* 89.

Suſpitio *notoria a pupillo ſemper proponi poteſt ibid. per totam quaeſt. etiam ſi fuerit concluſũ in cauſa n.* 28.

. . . *Non poteſt allegari, nec proponi, niſi infra certum tempus ſtatutum per pragmaticas, etiam ſi fuerint minores fæminæ, & aliæ perſonæ priuilegiatæ ibid. n.* 31.

. . . Suſpitionis *cauſa valdè intereſt, vt defendatur ab aduocato intrepido, ſecùs à mercennario ibid. n.* 37. *&* 38.

Magnum remedium eſt, curare, vt Commiſſarius remoueatur, vt ſuſpectus, pro reuocatione decretorum ibid. 32.

Suſpitionum *cauſæ iudicantur cum tribus induibus, & an bene q.* 48. *n.* 6. *fol.* 293.

Suſpectus *Iudex poteſt euertere familiam, vel denum à fundamentis ibid.*

Suſpectorum *iudicum liſta non debet dari, vt antea dabatur, ſed ſuſpitiones ſunt formitèr proponendæ, & an hoc fuerit ſemper ſeruatũ ibid. n.* 8.

Litigans coram Iudice ſuſpecto, vel recuſato ſeù recuſabili, recuſationi renunciaſſe videtur ibid. n. 10.

Suſpitio *tollitur per tacitum conſenſum ibid.*

. . . *Non admittitur poſt litem conteſtatam etiam ſi dicatur cauſa ſuſpitionis de nouo emergiſſe. ibidem n.* 11.

. . . *Notoria an poſſit allegari poſt concluſionem*

nem in cauſa, & quando ibid. n. 13. & 14.

Tempus.

Tempus *proponendi nullitates quādo Vniuerſitatibus non currat, q.* 33. *n.* 33. & 34.
Quid in nullitatibus notorijs, elapſum nunquā cenſeatur ibid. n. 36.
. . . *Decem annorum ad dicendum de nullitate præfixum à prag.* 64. *de offic. procur. Ceſar. quando currat, & cum limitationibus poſitis per authorem q.* 34. *n.* 36. & *ſequ. fol.* 211.
. . . *Nullum currit illi, qui ſi loquatur timet mortis diſcrimen ibid. n.* 39.
Temporis *modicitas non eſt in conſideratione, ita vt ſi decem dies deficiant in biennio, vel in decennio, vel in alio temporis termino, q.*42. *n.* 23. *fol.* 261.

Theſaurarius Generalis.

Theſaurarij *Generalis officium in quo conſiſtat q.* 9. *n.* 10. *fol.* 58.
*Quid de falſitatibus, & delictis eius officialium ibid. n.*6. *per totum fol.* 63.
Eius computa, cedulæ, & contra cedulæ quomodo formentur q. 10. *n.* 32. *fol.* 73.

Terminus.

Terminus *eſt in excuſabilis in cauſis, quæ facti mixturam habent cuiuſcumq; ſint materiæ q.* 33. *n.* 28. *fol* 204.

Tertiæ.

Tertiæ *maturatæ poſt primum libellum an cōſequi poſſint abſque nouo proceſſu q.* 14. *n.* 50. *fol.* 98.
Tertius *poſſeſſor an teneatur ad ſolutionem tertiarum decurſarum q.* 26. *n.*5. *fol.* 170.

Teſtes.

Teſtes *numero plures magis probant cęteris paribus q.* 3. *n.* 11. *fol.* 23.
Teſtium *Fiſci depoſitionibus in criminalibus nō videtur renunciaſſe, niſi futuris probationibus, ſit renunciatum q.* 7. *fol.* 50.
Renuncians futuris probationibus an intelligatur ſolum renunciatum probationibus per teſtes, an etiam per ſcripturas, & per rei euidētiam, & iuramentum Vide in verbo renunciatio.
Teſtimonium *ſtat in ſcriptura; gratia in verbo Principis, & comodum in exequutione q.* 14. §. 2. *n.* 39. *fol.* 97.
Teſtibus *non eſt credendum deponentibus circa menſuram alicuius corporis, ſed menſuratoribus, & quid ſi res eſt permanens q.* 17. *n.* 37. *fol.* 117.
Teſtes *poſſunt recipi ſuper ſatisfactione allegata Curia pro Tribunali ſedente in cauſa liquidationis inſtrumenti etiam ſi adeſſet pactum contrarium, quod poſſit probari per teſtes q.* 47. *n.* 6. & *ſeq. fol.* 288.
Conſuetudo quod teſtes interrogentur poſt dedigita teſtificata eſt contra ius ibid. n. 22.
Teſtes *poſſunt iterum interrogari à Iudice ex officio non ad inſtantiam partis ibid. n.* 23.
Iudicium authoris in dicto articulo n. 24.
Teſtificandi *officium eſt magis neceſſarium quam iudicandi, & facilius reperietur Iudex quam teſtis q.* 49. *n.* 9. *fol.* 298.

Textus.

In l. 2. *C. de reſcindend. vendit, quando procedat in donatione facta cum cauſa q.* 21. *n.* 15. *fol.* 145.
L. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omn. Iud. cum l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis an poſſint reconciliari q. 22. *n.* 1. *fol.* 148.
Intellectus in d. l. ſi quis in conſcribendo q. 23. *n.* 11. *fol.* 155.
Intellectus ad. c. ſi diligenti de foro competenti q. 23. *n.* 7. *cum ſeq. fol.* 155.
. . . *In l.* 3. §. *heres ff. comodati declaratur q.* 26. *n.* 16. *fol.* 172.
. . . *In l. Bebius Marcellus ff. de pactis dotalibus explicatur q.* 27. *n.* 11. *fol.* 175.
. . . *In c. Abbate de re iudicata in* 6. *declaratur q.* 27. *n.* 14. *fol.* 176.
. . . *in c. cum perſona de priuilegijs in* 6. *declaratur q.* 31. *n.* 20. *fol.* 191.
. . . *In c. ſugeſtum de decimis intellectus q. q.* 36. *n.* 6. & 7. *fol.* 221.
. . . *Reſpicit petitorium, non poſſeſſorium ibid. n.* 19. *fol.* 225.
. . . *Non poteſt per Iudicem practicari, ſed ſolum de mandato Principis, & quomodo ibid. n. fol.* 226.
. . . *In l. adem C. locati explicatur in materia locationis, & conductionis q.* 37. *n.* 26. & 28. *fol.* 235.

. . . *In l. quicum alio ff. de reg. iuris explicatur, & in quibus caſibus limitatur q. 41. n. 15. & ſeq. fol. 254.*

. . . *In l. in contractibus C. de non numerata pecunia explicatur in materia exceptionis nō numeratæ pecun. infrà biennium q. 42. nu. 21. fol. 260.*

. . . *In l. vbi captum, & in l. hæres abſens, de Iudicijs ponderantur q. 45. n. 10. fol. 279.*

Thomas.

S. Thomas *de Villanoua factum inſigne erga Sacerdotem die Dominica texentem, in diſcurſ. poſt q. 43. n. 28. fol. 267.*

Titulus.

Tituli *proceſſus non eſt conſiderandus, ſed qualitas delicti ex probationibus reſultans q. 5. n. 1. fol. 38.*

Aliqua crimina ſunt adeo enormia, vt vix excogitari poſſit titulus, qui ſit magnitudini rei conſeques ibid.

. . . *Proceſſus capſarij bancorum publicorum an furti, an peculatus, an ſacrilegij deſcribi debeat, ibid. n. 2. fol. 38.*

. . . *Deleri quando debeat à proceſſu ſi reus fuit abſolutus q. 11. n. 33. fol. 79.*

In ſupplicationibus, quæ porriguntur in S.R.C. qui nam titulus detur, & in ijs, quæ porrigūtur Regni Proregi q. 12. n. 17. fol. 83.

Quinā titulus detur Cardinalibus S. R. E. ibid. n. 18.

Titulum *allegare, & probare in poſſeſſione immemorabili, quomodo fiat, & quæ requirātur q. 31. ex n. 20. fol. 191.*

Toga.

Toga *non infundit leges in mentes iudicum q. 42. n. 17. fol. 260.*

Tortura.

Ad reprobandam torturam, adducitur inſignis locus S. Auguſtini q. 17. n. 5. fol. 119.

Tortura *eſt inferēda quando conſtat quem ſcelere fuiſſe occiſum ibid. n. 56. & 57. vbi improbatur* Caballus *caſu 255.*

Tranſactio.

Diſcrimen inter ſententiam, & trāſactionem q. 4. n. 6. fol. 30.

. . . *Nō impedit, vt Fiſcus proſequatur, iudicium contra tranſactum ibid. n. 7. fol. 30.*

. . . *Facta per Oeconomos alicuius banci poſſunt ſucceſſores trāſigentem criminaliter accuſare, ibid. n. 4.*

Tranſumptum.

Tranſumptum *priuilegij mendicantium qualiter fiat, & probet q. 50. n. 12. fol. 304.*

. . . *Validum priuilegij exhibitum, quādo exhibendum ſit originale i id. n. 18. fol. 305.*

. . . *Factum non citata parte, an probat ibid. n. 19.*

Tribunal.

Tribunal *Regiæ Cameræ Summariæ non eſt Tribunal Magni Miniſtri q. 12. n. 14. fol. 83.*

Neque eſt præfectum prætorium ibid.

. . . *S.R.C. eſt ipſius Cæſaris ibid. n. 14. & reperiuntur in cod. S. C. multæ ſententiæ ſubſcriptæ à Rege Alphonſo I. ibid.*

. . . *Quænam ſint Tribunalia in Regno, quorum ſententia habeant exequutionem paratam non obſtante reclamatione ibid. n. 38. fol. 86.*

. . . *Quod iuſtitiam adminiſtrat, præcedit illi, quod computa diſpungit ibid. n. 42.*

. . . *Ad vniuerſitatem cauſarum eſt maius illo, quod eſt ad certas cauſas ibid. n. 43.*

. . . *Regia Camera non debet ſe intromittere in cauſis vbi Fiſcus non habet intereſſe q. 15. n. 11. fol. 102.*

. . . *An poſſit condere leges, vel contra leges, iudicare, ſiue pacifici ibid. n. 24. fol. 104.*

. . . *Regia, & ſuprema, non tenentur ad præciſam legum obſeruantiam, quia iudicant ſicut Deus q. 42. n. 22. fol. 261.*

. . *Regia Cameræ an poſſit condere decreta per viam legis condendæ q. 15. n. 45. fol. 107.*

. . . *M.C.V. procedit in cauſis etiam locatorū R. Dohanæ, non obſtante hortoria expedita per Regiam Cameram ibid. n. 43. & 44.*

. . . *Viſionis, & reuiſionis Ciuitatis Neapolis eſt regium q. 12. n. 40. fol. 86.*

Eius

Digitized by Google

Eius decreta habent paratam exequutionem nõ obſtante reclamatione ibid. & q. 16. n. 14.
Quibus iudicibus regatur, & cuius ſint naturæ q. 16. n. 12. fol. 110.
Taſſonus loquitur de hoc Tribunali, n. 9.
In hoc Tribunali an accomodentur proceſſus ad percutandum aduocatis ibid. n. 28.
An poſſint fieri probationes per teſtes dato termino ibid. n. 27.

Tribulatio.

Tribulationes, & erumnæ efficiunt, vt iudex vtatur Epykia erga patientem, & quomodo id procedat q. 9. n. 28. fol. 62.

Triticum.

Triticum eſt de illis rebus, quæ ſeruari non poſſunt proindè potius decreſcit quam creſcit in horreis q. 16. n. 1. fol. 109.
In qua quantitate decreſcat ibid. n. 3.
Quid ſi tranſuehatur per mare n. 4. & 5.
Vltra biennium non ſolet conſeruari n. 7.
Ponentes aquam, vel acetum in frumento quando non poſſunt abſolui n. 6.

Tutela, Tutor.

Tutelam exercere eſt proprium munus Deorũ q. 19. n. 2. fol. 129.
Tutelæ munus an ſit proprium Sacerdotis ibid. num. 5.
Tutor datur vice patris, & magiſtri ibid. n. 6.
. . . Debet eſſe prouidus, & habere ſalem ſciẽtiæ, & conſcientiæ ibid.
. . . an poſſit eſſe Sacerdos ibid. ex n. 7. & pe totam quæſt.
. . . Sacerdos coram quo Iudice tenetur reddere rationem tutelæ, Eccleſiaſtico nè, vel ſeculari, quãdo ſe obligauit penès acta Iudicis ſecularis ibid. n. 15.
. . . Affectantes tutelas improbantur à Iuſtiniano ibid. n. 28. & 29.
Et potius dicuntur ſollitores quam Tutores, quia tollunt, & furantur bona pupillorum ibid. n. 30.
. . . Affectantes tutelam, an ex hoc ſolum dicuntur ſuſpecti ibid. n. 37.
Argumentum de tutela ad baliatum, an procedat ibid. n. 42.
Tutori ſi ſit interdictum exercitium an dicatur amplius tutor q. 2. §. 3. n. 53.
A tutore valet argumentum ad officialem ibid. num. 55.
Tutor, qui non adimpleuit, nihil poteſt agere, q. 13. n. 12. fol. 89.

Varela.

Didaci Varelæ Hypani Propræſidentis S. R. C. propalatio voti q. 1. §. 2. n. 25.
Comparatur Ioſſe Senatori Toleſano n. 27. ibid.

Variare, Variatio.

Variare an poſſit nauis magiſter datis primis literis de carico pro conſignandis mercibus in vno loco, & vni perſonæ, poſſit illas in alio loco, & alteri perſonæ tradere non reſtitutis primis literis q. 3. n. 3. & 4. fol. 21.
Vide in verb. nauis magiſter.

Vaſallus.

Vaſalli dicuntur ſub ſeruitute, veluti mancipia q. 33. n. 9. fol. 200.
. . . Dicuntur ſerui quando non viuunt immediatè ſub dominio Regis ibid. n. 11.
. . . Laborant tota die pro Barone, Veſpere verò de ſuo comedunt, ſi habent, ſin autem ieiunare coguntur, ibid. n. 12.
. . . Grauantur à Baronibus, & quibus modis ibid. n. 13.

Vectigal.

Vectigalia licita lege moſaica, & euangelica, & quare q. 11. n. 13. fol. 76.
An quando propter merces non profeſſatas perdantur profeſſatæ ibid. n. 14. fol. 77.
Vectigalia non ſunt abſque ſubditis q. 29. fol. 85.

Venditio.

Venditio non dicitur perfecta, neq; dominium translatum, niſi pretium fuerit ſolutum, q. 10. n. 8. & q. 11. n. 21.

Verbum.

Verbum pagareti in quo differt ab alio piacciani de pagare q. 40. n. 18. fol. 24.

Veri-

Veriſimilitudo.

Quod non eſt veriſimile non eſt poſſibile q. 16. *n.* 24. *fol.* 112.
Veriſimilitudo *eſt cognata naturæ, & habetur pro lege, & veritate q.* 10. *n.* 23. *& q.* 16. *n.* 24.
Iudex debet attendere veriſimilitudinem, & alia plura de veriſimilitudine ead. q. 16. *n.* 24.
Arguens à veroſimili dicitur arguere à naturali q. 10. *n.* 23.

Veritas.

Veritas *in cauſis nullo patrono indiget q.* 11. *n.* 1. *fol.* 74.
Veritatis *laudes q.* 13. *n.* 38. *fol.* 92.

Via exequutiua.

Via *exequutiua an detur giratario contra girantem literas cambÿ q.* 40. *n.* 1. *&* 2. *fol.* 244.
Fauor viæ exequutiuæ eſt reſpectu illius, qui cābium dedit ibid. n. 11.
Via *exequutiua agitur non ſolùm pro literis cābÿ, ſed etiam contra eum, qui promiſit literas facere ibid. n.* 19. *&* 20.
Si via exequutiua non ageretur contra girantē apocam, vel literas cambÿ magna impedimenta orirentur in comercio ibid. n. 30.
Viam *exequutiuam etiam contra girantem probatur dari ex prag.* 6. *de literis cambÿ, & quare ibid. n.* 31. *&* 32. *fol.* 248.

Viceres.

Vide in verbo Prorex.

Viſitator.

Viſitator *generalis Regni recuſatur, vt ſuſpectus ſi votum propalauerit etiam ſignis, & motu corporis q.* 1. *n.* 5. *fol.* 2.
Vide in verbo Iudex, *& in verb.* motus.

Vniuerſitas.

Vniuerſitatum *ſignificatoriæ paratam habent exequutionem q.* 12. *n.* 39. *fol.* 86.
Vniuerſitas L*anciani quare proclamauit ad Regium domanium q.* 33. *n.* 3. *fol.* 199.
Vniuerſitates *non ſunt audiendæ, quæ infeudari contradicunt ibid n.* 4. *& ſeq.*
Opinio Frecciæ circa domanium nō concedendū Vniuerſitatibus ex multis vtilitatibus ibid. n. 7. *&* 8. *fol.* 200.
Vniuerſitates *non inſignes poſſunt infeudari probis Baronibus, & quare ibid. n.* 21. *fol.* 202.
Vniuerſitatibus *quādo non currat tempus dicendi de nullitate ibid. n.* 33. *fol.* 205.
Vnius *Vniuerſitatis in comodo, totius Regni, & Reipublicæ comodo reparari non debet q.* 34. *n.* 8. *fol.* 207.
Vniuerſitatibus *maxima reſultat vtilitas non ſubiẏcis ſub Baronibus, ſed viuere ſub Rege ibid. & ante n.* 42.

Voluntas.

Quæ pendent ex voluntate Principis, ſunt impoſſibilia, de iure q. 2. §. 3. *n.* 72.

Votum.

Votum *tuum quando propalaſſe dicatur Iudex ſignis riſu, vel motu corporis q.* 1. *per totam fol.* 1. *& ſeq.*
. . . *Mutare non poteſt Iudex poſt quam ſurrexit à ſede q.* 1. *n.* 9.
Proditur eiſdem modis quibus proditur ſecretū q. 1. *n.* 10.
. . . *Non poteſt propalari, niſi ſolùm Principi q.* 1. *n.* 8. *fol.* 3.
Recuſatur, vt ſuſpectus ex propalatione voti, & quando per totam quæſtionem Vide in verb. Iudex.
. . . *Pro opere non reputatur in criminalibus q.* 10. *n.* 11. *fol.* 67.

Vtilis, Vtilitas.

Vtilitas *maxima reſultat Vniuerſitatibus non ſubiẏci ſub Baronibus, ſed viuere ſub Rege q.* 34. *n.* 41. *&* 42. *fol.* 214.

FINIS INDICIS.

ER-

Errata	ſic Corrige.
q. 3. n. 27. fol. 25. debet loqui cum debitore	Corrige. cum creditore, & non cum debitore.
q. 5. n. 9. furti	forti.
ead. q. poſt n. 9. fol. 39. indicio	iudicio.
ead. q. n. 14. fol. 40. petet	petat.
q. 6. in princ. rationum	nationum.
q. 9. fol. 60. n. 12. §. 2. prag. 3.	prag. 4.
q. 11. n. 21. fol. 79. paritatem	paritate.
q. ead. ſub n. 21. non enim	non ſolum.
q. 12. fol. 80. in arg. coram Tribunali	eorum Tribunalis.
q. ead. n. 45. fuiſſe	fuiſſet.
q. 13. n. 31. fol. 91. ad eorum notitia	ad eorum notitiam.
q. ead. n. 5. non tamquam aduocatus,	aduocatum.
q. 14. n. 12. tertij.	tertium.
q. ead. n. 44. perfectum	perfectus.
ibid. n. 14. clericale	clericalem.
ibid. n. 20. miuus	minus.
ibid. n. 29. coniiugat	coniugato.
q. 15. col. 2. n. 5.	n. 6.
ead. ſub n. 43. fol. 107. cumque, & cum	& cum.
q. 16. fol. 113. in indice, & quodam	& de quodam.
q. 18. fol. 122. ante n. 7. uum.	num.
q. 19. fol. 129. n. 8. Ant.	Aret.
ibid. n. 10. demiratus de rei nouitatem	demiratus rei nouitatem.
q. 21. fol. 142. n. 5. quinidum	quia cum.
q. 22. §. 2. ante n. 25. non competi	non competere.
q. 23. n. 19. Friderici	Frederici.
q. 24. n. 11. controſupplicata	controſupplicatam.
q. 25. n. 9. fol. 165. auium	ouium.
q. ead. ante n. 22. coram	
q. 27. n. 2. fol. 174. indiſtinctę	indiſtinctè.
q. 29. in argum. ad quos	ad quæ.
q. 31. n. 27. fol. 192. poſſeſſione	poſſeſſione.
q. 33. ante n. 17. fol. 202. deſtructurum,	deſtruendum.
q. 24. §. 2. n. 29. fortiſſimis,	fortiſſimorum.
ibid. ante n. 33. & Anſani.	ex.
ibid. n. 44. fol. 213. Lantiani,	Lantianum.
q. 25. ante n. 3. ſubmiſiſſe,	ſubmiſiſſe.
ibid. ante n. 9. Cauſis,	Cauſis.
q. 26. n. 25. ptincipem,	principem.
q. 27. n. 6. deliberatus,	deliberatum.
ibid. n. 12. factam,	facta.
ibid. ante n. 11. dub.	duob.
ibid. n. 36. haſtaque,	aſtaque.
q. 40. n. 6. ſtyli,	ſtylus.
q. 41. n. 15. col. 2. doctoribus,	de decoctoribus.
q. 42. §. 2. in Sũmario n. 20. exceptionem,	exceptio.
q. 43. fol. 264. n. 7. 1556.	1656.
q. 44. n. 12. fit,	ſit.
q. 48. in princ. in cauſæ,	in cauſa.
q. 49. in fine hac,	hoc.

Et

Et licèt Author in quæſt. 45. n. 17. allegauit quæſt. 50. loquuturum de officio Aduocati, quia morte præuentus, non valuit illam componere, vt intendebat; ideò fuit ſubrogata alia materia, quæ fuerat adumbrata per Authorem pro 2. libr. quem ſimilitèr in multis locis reperietur allegatum. Sic Domino placuit.

SERIES CARTARVM.

a b c

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Omnes ſunt duerniones.

[library stamp]

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google